UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædidit usq[ue] in annum præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...

Luther, Martin

Basileae, 1520

VD16 L 3411

urn:nbn:de:hbz:466:1-34878

Visual Library

Th 13/11a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



R. P. DOCT. MARTINI LVTHERII AVGVSTINIANI THEOLOGI SYNCERI LVCVBRATIONVM PARS VNA,

quas ædidit usq; in annum præsentem XX. Catalogum earũ uersa tibi pagina indicabit.

ALIO TOMO, DOMINO VOlente, post hac meliora trademus, ut absoluta fuerint eodẽ autore, nempe in Psalmos & Paulum.

BASILEAE APVD ADAM PETRI, ANNO DOMINI M. D. XX. MENSE IVLIO.

opus valdeorum
I
XXIV.
22

CATALOGVS OPERVM LVTHERIANORVM QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Epistola D. Erasmi Rot. ad Episcopũ Moguñ. Marti. Luthe. negocium nonnihil attingens.

Resolutiões disputationũ de uirtute indulgẽtiarũ ad Leonẽ. X. Põtificẽ max.

Fratris Syluestri Prieratis ordinis prædicatorũ Sacri palatij magistri ad Martinum, liber Dialogorum.

R. P. Martini Lutherij ad eundẽ Syluestrũ Responsio.

Contra D. Io. Eccium Ingolstadien. Sophistam Apologeticę ꝓpositiones D. Andreæ Bodensteym, Archidiaconi Vuittenbergen.

R. P. Martini Lutherij, Sermo de Pœnitentia.

Sermo de Indulgentijs.

Sermo de Matrimonio.

De decem præceptis declamaciunculæ populares.

De triplici iustitia Sermo.

De uirtute excõmunicationis Sermo.

Sermo de digna præparatione ad sacramentũ Eucharistiæ.

Quomodo Christi passio sit consyderanda.

Acta D. Martini Lutherij Augustæ apud D. Legatũ apostolicũ.

Propositiones Ioan. Eccij, & D. Martini Lutherij Lipsiæ disputatæ, cum epistolis eorundem.

De eadem disputatione Lipsica Resolutio Lutheriana.

De potestate Papæ, Resolutiones Lutherianæ.

Defensio contra Ioannem Eccium, qui ꝓpositiones quasdam hæreticas Lutherio affinxit, ædito quodam libello.

Canonicorũ indoctorũ Lutherianorũ, ad Ioannẽ Eccium Responsio.

Condemnatio Doctrinalis librorũ Lutherianorũ per Magistros nostros Louanien. & Colonien. facta.

Responsio. R. P. Martini Lutherij ad cõdemnationẽ Loua. & Colonien.

Confitendi ratio D. Martini Lutherij.

In Epistolã diui Pauli ad Galatas D. Martini Luth. Cõmentarius.

Resolutiones duodecim propositionũ, quas R. P. Martinus Luth. in Lipsica disputatione contra Ioannẽ Eccium defendit.

Additio seu locupletatio, quã Martinus post disputationẽ Lypsen. adiecit Resolutioni suæ super ꝓpositione. xiij. de potestate Papæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ADAM PETRI PIIS ERVDITISQVE
LECTORIBVS CHRISTVM VIVERE.



Pistolam D. Erasmi Roterodami, ad Reuerēdissimū dominū Archiepiscopū Moguntinū, cum uideremus typis excusam, germanice quoq; uersam, passim auidissime legi, nec latere dignam, uolebant quidē boni uiri supprimendā, Verum ego æque bonorum uirorū iuxtaq; eruditorum prudentiori, ni fallar, usus consilio, Quod uideretur nō parum gratiæ subsidijq; prębitura, non tam Martino nostro, q̄ inuictissimæ ueritati, in plateis non iam angulis clamitanti, Eam operis fronti affigere curaui, ut habeant cordati candidiq; Lectores, quo firmentur christiano iudicio suo, uel inuidi obtrectatores quo in Christo erudiantur, si uelint. Saltem obtinere cupimus apud omnes literatos, quatenus sibi temperent, ne ignorata damnent. Legant primū, ablegata tamē perturbationis uehemētia, & tum agnita bona amplectant & teneāt, Mala si quæ deprehēderint uel infirma, christiana mansuetudine corrigant & euertant. Tu candide lector boni cōsulas, & literarij studij clarissimos ambos strenuissimosq; duces æuo nostro diu ualere, pficereq; uelis, Ac Deū op. max. pro eis iugiter dignis orationibus interpellare non cesses, Vale.

DESYDERII ERASMI
AD REVERENDISSIMVM MOGVNTINENSIVM

præsulem, atq; illustrissimū principem epistola, non nihil D. Martini Lutheri negocium attingens. S.



EVERENDISSIME Præsul, & idem Illūstrissime Princeps, redditū est mihi celsitudinis tuæ munus, materia iuxta atq; opere uisendū & insigne, dignum quidem quod a tali principe mitteretur, sed haud scio an dignus Erasmus ad quē mitteret, quē magis cōuenit uitreis aut Samijs, q̄ auro cælatis poculis bibere. Quod si calix uitreus missus fuisset, tamē mihi inter ea quæ maxīe sunt in delitijs reponeret, ul' ob id ipsum, quod ab Heroe longe optimo profectus fuisset. Cōmendauit autem mihi nō mediocriter munus per se gratissimū Huttenus noster, qui docuit appellari poculū amoris ceu gracijs sacrum, ob id opinor, quod cum uelut osculo sibi committuntur, e duobus fiat unum, addit, eam ineſſe uim, ut qui ex hoc biberint, tenacissima quadā beneuolentia conglutinent. Huius rei periculū facere uolens, reuerēdissimo domino D. Guilielmo Cardinali de Croy, cum hisce diebus inuiseret bibliothecam meā, e tuo poculo præbibi, & ille mihi uicissim. Iuuenis est longe felicissimus, & cuius indoles non uideatur indigna tanta felicitate. Sed doleo serius fuisse redditū. Nuper em̄ theologi Louanien. mecū redierūt in gratiā, hac lege

Cardinalis de Croy.

ut illi cõpescerent obtrectatrices linguas, quas excitassent, ego pergerem cohibere calamos meorꝫ, quantũ esset in me. In eo cõuiuio (nam hic nihil sacrum absq; cõpotatiõe) produxissem tuum poculũ, si mihi fuisset, ex quo si bibissent singuli, fortasse melioribus auspicijs conjsset nostra cõcordia. Nunc ex epistola, nescio qua, parum bene ītellecta, & peius interpretata, male sarta gratia, sic dissilijt, ut post breuem tranquillitatẽ sequior etiã tempestas coorta uideret, nec dubito quin hæc omnia gerant artificio satanæ, cui nihil inuisius est, christianorum inter ipsos cõcordia, eoq; modis omnibus conatur, & uitã & studiorũ tranquillitatẽ, aliquo pacto turbare, idq; facit pietatis prętextu, quo magis etiã noceat. Qua de re si Reuerẽdissimę D. T. per negociorum undas uacaret, sunt quæ mea refert illam scire, ac fortassis ipsius quoq;, certe bonarũ literarum interest, quibus æquũ est optimos quosq; aduersus pessimos fauere. Primũ illud est prefandũ mihi neq; cũ Reuchlini negocio, neq; cum Lutheri caussa quicq; unq; fuisse cõmune. Cabala & Thalmud, quicquid hoc est, meo animo nunq; arrisit. Conflictatiões illæ uirulentæ inter Reuhlinũ, & hos qui Iacobo Hochstrato fauebant, mihi maiorẽ in modum displicuerũt. Lutherus mihi tam ignotus est, q; qui ignotissimus, cuius libros nondum uacabit legere: nisi quod carptim degustaui quædam: si bene scripsit, nihil mihi debetur, sin secus, nihil est quod mihi imputet. Illud uideo, ut quisq; uir est optimus, ita illius scriptis minime offendi, nõ quod probent omnia, opinor, sed quod hoc animo illum legant, quo nos legimus Cyprianũ ac Hieronymũ, immo etiam Petrũ Lombardum, Nimirũ ad multa cõniuentes. Libros Lutheri æditos dolebam, & cũ cœpissent, primũ ostendi libelli, nescio qui, pro uiribus obstabã ne æderent, præcipue quod uererer, ne quid tumultus ex his oriretur. Scripserat ad me Luther epistolã bene christianã, mea quidem sententia, & respondi obiter, admonens hominẽ, ne quid seditiose, ne quid in Rhomanũ Pontificem, ne quid arrogantius, aut iracundius scriberet, sed doctrinam euãgelicam, animo syncero, cum omni mansuetudine prædicaret. Id feci ciuiliter, quo magis proficerem. Addidi hic esse qui illi fauerẽt, quo magis ad horum iudiciũ sese accõmodaret, hæc quidem stultissime sic interpretati sunt, quasi Luthero fauerem, cum istorum nemo hominẽ adhuc monuerit, ipse solus admonui. Ego Lutheri nec accusator sum, nec patron⁹, nec reus: De spiritu hominis nõ ausim iudicare, Est eñ difficillimũ, præsertim in partem peiorem. Et tamẽ si illi fauerem, ut uiro bono, qđ fatentur & hostes: si ut reo, quod iuratis & iudicibus permittũt leges: si ut oppresso, quod dictat humanitas, ab his qui simulato prætextu deuotis animis tendunt aduersus bonas literas, quæ tandem esset inuidia, modo ne me causæ admiscerem? Postremo christianum opinor sic fauere Luthero, ut si innocens est, nolim improborum factionibus opprimi, Si errat, uelim sanari, non perdi. Hoc enim magis congruit cũ exemplo Christi, qui iuxta prophetæ testimonium, linum fumigãs nõ extinxit, neq; baculum confractũ cõminuit. Optarim pectus illud, quod uidetur habere præclaras quasdam scintillas euangelicę doctrinæ, non opprimi, sed correctũ uocari ad prædicationẽ gloriæ Christi. Nũc Theologi quidã, quos ego noui, nec admonent nec docent Lutherum, tñ in sanis clamoribus ad populũ traducũt hominẽ, & uirulentissimis obtrectationibus latrant, nihil habentes in ore, præter hæresis & hæreticum. Negari nõ põt, hic clamatũ fuisse apud populũ odiosissime, ab his qui libros Lutheri nõdum uiderãt: cõpertũ est quosdã nominatim damnasse, quæ nõ ītellexerãt. Quoꝫ illud unum est, Lutherus scripserat, nos nõ teneri ad confitendũ peccata mortalia

Luther⁹ Erasmo ignotus

Vir optimus nõ offendit.

Has epłas uide ī Farragie Eraſ.

Martin⁹ uir bonus.

Fauendũ oĩ homini.

Nõ lecta dãnantur.

talia nisi manifesta, sentiens manifesta, quæ nobis essent nota. Id quidã Carmelita theologus sic interpretãs, quasi manifesta essent, quæ palã essent admissa, uociferatus est miris modis in re nõ intellecta. Cõpertũ, ab his damnata, ut hæretica, in libris Lutheri, quæ in Bernhardi, Augustiniq; libris, ut orthodoxa, immo & pia leguntur. admonui eos initio, ut ab huiusmodi clamoribus tẽperarent, sed scriptis potius, ac disputatiõibus rem agerent. Primũ non esse publice damnandũ, quod nõ esset lectũ, immo quod nõ expensum, nõ em̃ dicam nõ intellectũ. Deinde theologis indecorũ esse, quicq; per tumultũ agere, quorũ iudicium oportet esse grauissimũ. Postremo nõ facile debacchãdũ in eũ, cuius uita ꝓbaret ab om̃ibus. Denicq; fortassis nõ esse tutũ attingere talia, apud ꝓmiscuam multitudinẽ, in qua sunt multi q̃bus ualde displicet secretorũ peccatorum confessio. Hij si audiant esse theologos, qui negant oportere cõfiteri om̃ia crimina, facile arripient unde cõcipiant puersam opinionẽ. Cũ hoc idem uidetur cordatissimo cuiq;, quod mihi uidebat. Tũ ex hac amica admonitiõe concepũt suspitionẽ, libros Lutheri magna ex parte meos esse, & Louanij natos, cum in his nec apiculus ullus sit meus, aut me cõscio, aut uolente æditus, & tm̃ hac falsissima suspitiõe freti, citra ullam expostulationem excitarũt hic multas tragœdias, quibus adhuc in uita nihil uidi furiosius. Ad hæc cũ theologorũ sit ꝓpriũ docere, nunc uideo multos nihil aliud agere, nisi ut cogant aut perdant & extinguãt. Cũ Augustin⁹ nec aduersus Donatistas quidẽ, nõ hæreticos modo, uerumetiã sæuissimos latrones, ꝓbat eos qui cogant tm̃, nõ etiam doceãt. Sed homines quos maxime decebat mansuetudo, nihil aliud sitire uidẽtur, q̃ humanũ sanguinẽ, tm̃ in hoc inhiant ut capiãt, ut perdãt Luther⁹. Atqui hoc est carnificẽ agere, non theologũ. Si se magnos Theologos uolunt ostendere cõuertant ludæos, cõuertant ad Christũ a Christo alienos, emendẽt publicos Christianorũ mores, q̃bus nihil est corruptius, ne apud Turcas quidem. Quo pacto æquũ est, ut rapiãt ad pœnã, qui primũ ꝓposuit disputãda, de quibus in omnibus Theologorũ scholis semꝑ est disputatũ? Cur affligi debet, qui cupit doceri, qui se submittit iudicio Romanæ sedis, qui se cõmittit iudicio uniuersitatũ? Quod si se nõ credit manibus quorũdã, qui illũ mallent extinctũ, uirum probũ, mirũ uideri non debet. Spectandi in primis sunt huius mali fontes, Mũdus oneratus est cõstitutionibus humanis, oneratus est opiniõibus & dogmatibus scholasticis, oneratus est tyranníde Fratrũ Mendicãtiũ, qui cũ sint satellites sedis Romanæ, tm̃ eo potentiæ ac multitudinis euadunt, ut ipsi Romano Ponti. atq; ipsis adeo regibus sint formidabiles, his cũ pro ipsis facit Pontifex plus q̃ deus est. In his quę faciũt aduersus eorũ cõmodũ nõ plus ualet q̃ somnium. Nõ damno om̃es, sed plurimi sunt huius generis, qui ob quæstũ ac tyranníde data opera illaqueãt cõscientias hominũ. Iam cœperãt nihil prædicare nisi sua noua, & subinde impudentiora dogmata, de indulgẽtijs sic loquebant, ut nec idiotæ ferre possent. His & huiusmodi multis rebus paulatim euanescebat uigor euangelicæ doctrinæ, & futurũ erat, ut rebus semꝑ in deterius ꝓlabentibus, tãdẽ ꝓrsus extingueret illa scintilla Christianę pietatis, ut nõ redacendi poterat extincta charitas. Ad ceremonias plus q̃ iudaicas summa religionis uergebat. Hæc suspirãt ac deplorãt boni uiri, Hæc ipsi etiã Theologi nõ Monachi, & monachi quidã in priuatis colloquijs fatentur. Hæc opinor mouerunt animũ Lutheri, ut primũ auderet se quorũdã intolerabili impudentiæ opponere. Quid enim aliud suspicor de eo, qui nec honores ambit, nec pecuniã cupit? De articulis quos obijciũt Luthero, in p̃sentia nõ disputo, tm̃ de modo

Tyrannide mendicantiũ

Ceremoniæ.

Articuli Lutheri.

& occasione disputo. Ausus est Lutherus de indulgentijs dubitare, sed de quibus alij prius nimis impudenter asseuerauerãt. Ausus est moderatius loqui de potestate Romani Pontificis, sed de qua isti nimis immoderate prius scripserãt quorũ pcipue sunt tres Prędicatores, Aluarus, Syluester, & Cardinalis S. Sixti Ausus est Thomæ decreta cõtemnere, sed quæ Prędicatores pene pferũt euangelijs. Ausus est in materia cõfessiõis scrupulos aliqs discutere, sed in qua monachi sine fine illaqueãt hoĩm cõscientias. Ausus est ex parte negligere scholastica decreta, sed qbus ipsi nimiũ tribuũt, & in qbus nihilomin⁹ inter se dissentiunt. Postremo quæ subinde mutant, pro ueteribus rescissis inducentes noua. Discruciabat hoc pias mentes, cũ audirẽt in scholis fere nullũ sermonẽ de doctrina euangelica, sacros illos ab eccl'ia iam olim ꝓbatos autores, haberi ꝓ antiquatis, immo in sacris concionibus minimũ audire de Christo, De potestate Pontificis, de opinionib⁹ recentiũ fere oĩa. Totã orationẽ, iam palam quæstũ ambitionẽ, ac fucum præ se ferre. His imputandũ opinor, etiã si qua intẽperantius scripsit Lutherus. Quisquis fauet euangelicæ doctrinæ, is fauet Romano Põtifici, qui huius primus est præco, cũ cęteri episcopi sint eiusdẽ pcones oẽs. Episcopi Christi uices gerunt, sed inter hos pcellit Roman⁹ Pontifex. De eo sic sentiendũ est, ꝙ nulli rei magis faueat qꝫ gloriæ Christi, cuius se ministrũ gloriat. De hoc pessime merẽtur, qui ꝓ adulationẽ illi tribuunt, quod ne ipse agnoscit, nec expedit gregi christiano, & tñ qui mouent has tragœdias nõ faciunt studio Pontificis, sed huius ptãte ad suũ quæstũ, suãqꝫ tyrannidẽ abutuntur. Habemus (ut arbitror) Pontificẽ pium, sed in tantis rerũ fluctibus plurima sunt, qꝫ ille ignorat, quædã, etiã si uelit, nõ potest obtinere. Sed, ut ingt Maro, ferẽt equis auriga, nec audit currus habenas. Huius igit̃ pietatẽ adiuuat, qui exhortat̃ ad ea, qꝫ maxime Christo digna sunt. Obscurũ nõ est, esse qꝫ sanctitatem illius incitent aduersus Lutherũ, immo aduersus oẽs qui audẽt aduersus illorꝝ dogmata mutire, sed maximis pricipib⁹ magis spectãdũ, qd uelit ꝓpetua uolũtas Pontificis, qꝫ obsequiũ ĩprobitate extortũ. Iam quales sunt autores huius tumultus possem uerissime demõstrare, nisi metuerem, nedũ ueridicus esse ꝓgo, nidear maledicus. Multos noui familiariter, multi quales sint, æditis libris declararũt, nec in ullo speculo magis relucet imago mẽtis & uitæ, Atqꝫ utinã isti, qui sumũt sibi censoriã uirgulã, qua quos uelint eijciant de senatu christianorũ, penit⁹ imbibissent doctrinã & affectũ Christi. ea nõ cõtingit nisi animis ab omni cupiditatũ huius mundi sorde defecatis. An isti tales sint, id mox experiet̃, qui cũ illis agat de re, quæ ad quæstũ, aut gloriã, aut uindictam eorꝝ ptinet. Vtinã possem insinuare animo celsitudinis tuæ, quę sup his rebus & plpecta habeo & cõperta. Nam me decet meminisse modestiæ christianæ. Hæc eo liberius dico, quod modis omnibus sum a Reuchlini, Lutherięqꝫ causa alienissimus, nec em ipse uelim eiusmodi scribere, nec eam doctrinã mihi arrogo, ut ab alijs scripta uelim tueri, sed mihi nõ tẽpero, quũ illud mysteriũ aperiã, istos longe alio tendere, qꝫ ore præ se ferant. Iam pridẽ male habet eos, efflorescere bonas literas, efflorescere bonas linguas, reuiuiscere ueteres autores, quos ante hac exedebãt tineæ, puluere optas, mundũ ad fontes ipsos reuocari. Timẽt suis lacunis, nolunt uideri quicqꝫ nescire, metuũt ne quid eorũ maiestati decedat. hoc ulcus cũ diu presserint, nup tñ erupit dolore uincente dissimulationẽ antecqꝫ exirent libri Lutheri, iam magnis studijs hoc agebãt, maxie Prædicatores & Carmelitæ, quorum utinam plurimi nõ essent sceleratiores, qꝫ indocti. ubi libri Lutheri ꝓdijssent, uelut ansam nacti, cœperũt linguarũ, bonarꝝ literarum

Aluarus Syluester. Caietanus.

Rhomanus Pontifex.

Notabile.

Cõtra ingẽtores & theologistas.

Florẽt literæ

rum Capnionis, ac Lutheri, immo & meã causam eodẽ asce cõplecti, non solũ male inferentes, uerũ etiã male diuidentes. Primũ em̃ quid rei studijs cum fidei negocio? deinde qd mihi cũ causa Capnionis ac Lutheri? Sed hæc arte cõmiscuerũt, ut cõmuni ĩuidia degrauarẽt oẽs bonaꝝ literaꝝ cultores. Porro rẽ nõ syncero anĩo geri, uel ex hoc licet cõijcere, cũ ipsi fateant̃ nullũ esse, neq; ueterum, neq; recentiũ autorũ, in q̃ nõ reperiant̃ errores, etiã hæreticũ facturi, si qs ꝑtinaciter defendat. Cur cæteris omissis in unũ tm̃, aut alterũ inquirũt tã odiose? Non inficiant̃ in multis errasse Aluarũ, in multis Cardinalẽ sancti Sixti, in multis Syluestrũ Prieratẽ. de his nulla mentio, quia Prędicatores sunt, in unũ Capnionẽ clamat̃, qa linguas callet, In Lutherũ, quẽ isti putant nostris literis ꝑditum, cũ eas tenuiter attigerit. Multa scripsit Lutherus imprudẽter magis q̃ impie, quoꝝ hoc istos habet pessime, quod Thomæ nõ multũ tribuit, quod minuit quæstũ Veniarũ, ꝙ ordinibus Mendicãtiũ parũ tribuit, quod Scholasticis dogmatibus nõ tantundẽ defert, quãtũ Euangelijs, q̃d negligit humanas disputatorũ argutias. Hæ nimirũ sunt hæreses intollerabiles. Sed his dissimulatis prætexũt inuidiosa apud Pontificem, homĩes tm̃ ad nocendũ & concordes & callidi. Olim etiã reuerẽter audiebat̃ hæreticus, absoluebat̃ si satisfaciebat, sin cõuictus ꝑstitisset, extrema pœna erat, nõ admittebat̃ ad catholicã & ecclesiasticã comunionẽ. Nũc alia res est hæreseos crimen, & tñ ob quãlibet leuẽ causam hoc statim habẽt in ore, Hęresis est. Olim hęreticus habebat̃, qui dissentiebat ab euangelijs, ab articulis fidei, aut his q̃ cũ his parem obtinerẽt autoritatẽ Nunc si quis unq̃ dissentiat a Thoma, uocat̃ hæreticus, immo si qs a cõmentitia rõne, quã heri Sophista qspiã in scholis cõmentus est. Quicqd nõ placet, quicqd nõ intelligũt, hæresis est. Græce scire, hæresis est: expolite loqui, hæresis est. Fateor graue, crimẽ est uitiatæ fidei, sed nõ oportet qduis trahere in quęstionẽ fidei. Et qui tractãt fidei negociũ, debẽt ab om̃i specie ambitionis, q̃stus aut odij, uindictæq; ꝓcul abesse. At qd isti præ se ferant, qs est qui non uideat? quoꝝ cupiditati si semel licentiæ frena laxent̃, passim incipient sæuire in optimi cuiusq; caput. Postremo minitabunt̃ ipsis episcopis, atq; ipsi etiã Romano Pontifici, quod non recusabo q̃ minus falsum uideat̃, nisi iam a quibusdã fieri uidemus. Quid ausit ordo Prędicatorũ, ut ne quid aliud adferã, Hieronym⁹ Sananorola, & Bernẽse facinus admonere nos debet. nõ renouo ordinis infamiã sed admoneo q̃d sit cauendũ, si illis successerit, quicqd temere tentarint. Quicqd adhuc diximus, extra causam Lutheri est. De modo tm̃, ac periculo disputamus. Causam Capniõis Roman⁹ Põtifex ad se recepit, Lutheri negociũ delegatũ est academijs, q̃cqd hi ꝓnunciabũt, citra meũ ꝑiculũ fuerit. Ego semꝑ caui, ne qd scriberẽ obscœni, ne qd seditiosi, ne qd alienum a doctrina Christi, nec unq̃ sciens, uel magister erroris, uel autor tumultus fui. Oĩa passurus citi⁹ q̃ seditionẽ excitaturus. Hæc tñ certis de causis uolebã esse nota R. D. T. non ut illi consulã aut præeam, sed ut si conent̃ aduersarij bonaꝝ literarũ abuti prętextu dignitatis tuæ, certius possit hisce de rebus, quod optimũ sit statuere. quæ mea sentẽtia q̃ magis abstinebit ab hac causa, hoc rectius consulet suæ trãquillitati. Methodũ tuæ celsitudini dicatam recognoui, & auctario non mediocri locupletaui. R. D. T. incolumẽ, ac florentem in æternũ seruet Christus Opt. Max. Louanij Calendas Nouemb.

Hæreseos labes inuritur facile.

Prędicatores

Hæresis nostro æuo.

Capnion.

Erasmus Roterod. E. R. T. D. addictiss.

EORVM QVAE IN HISCE Lutherianis opibus continentur, INDEX.

ABnegatio suijpsius præcepta est, nõ ut inuocemus sanctos pro sanitate. 178
Absolutio erat olĩ post impletã pœnitẽtiã. 117
Absolutio fit nõ ꝓpter cõtritionẽ, sed ꝓpter uerbum Christi. 149
Absolui se credere, præcipuũ est. 150
Absoluit̃ qs, si nõ dubitet. 122
Absolutiõe delent̃ pœnæ canonicę. 23
Absolutionẽ p̃cedit pœna, nõ seqt̃. 24
Absolutionis forma habet, inquantũ claues se extendunt. 50
Absurda in Syluestro Prierate citra Euangeliũ, Paulũ, & ueteres Theologos. 90
Abba pater quare duplicet̃. 456
Abrahæ fides. 438
Abrahæ semen & filij qui sint. 438
Abrahæ filij, filij ꝓmissionis. 439
Abrahæ semen & hæredes uere sumus. 453
Acta Martini Lutherij. 264
Accipere & discere differũt. 404
Actus quicũq; humanus aut est bonꝰ aut malus. 517. &. 20
Adulatio ex Papa monstrũ facit. 130
Adulatio Syluestri mollissima, sed nocentissima. 130
Adulatio in aulis principũ. 243
Adulator nocentiss. pestis. ibidem
Adulatores omnes sumus. 243
Adulatores ꝑuertũt omnia. 61
Adulatorum uox de Papa pestilẽs. 65
Adultera in euangelio, & Maria Magdalena æque non satisfecerunt. 12
Adulteriũ grauius furto. 235
Adolescẽtes quõ ĩstituẽdi in lr̃is. 373
Adoptamur ꝑ fidem in filios dei. 456
De puero in Adulterio concepto stultissime consulunt Iuristæ. 226
Aduersarij Martini curarunt D. Cardinali causam cõmittere. 285
Aemulari apd' Pau. quõ accipi. 464
Aemulatio dei & hoĩm diuersa. 464
Agar ancilla quid significet. 469
Agere nostꝝ est pati deũ in nobis operantem. 458
Allegoria quid sit. 467
Allegoria huius parabolæ, Sil'e est regnũ cœlorũ fermento &c. 481
Allegoricis doctrĩs q sint ĩbuẽdi. 466
Allegoria decẽ plagaꝝ ægypti. 426
Amaritudo erga omnes humano studio deponi nõ potest. 260
Amoris præceptum a nobis deus exigit totaliter, quod tamẽ implere nõ possumus. 181
Ambro. ex Decretis citat Eccius. 348
Ambrosius sequit̃ fidẽ Ro. eccle. 348
Ambulare spiritu. 501. &. 502
Amor sui non præcipit̃, sed amor ꝓximi. 488
Amor sui nocentissimus. 506
Anna ꝓpter diuitias colitur. 170
S. Annæ legenda apocrypha. 170
Anniuersaria seruãtur, etiam si animæ euolant, quod est illusio, & techna sacerdotum. 86
Animã separandi ptãtẽ nemo hẽt. 257
Animã uacuã & esurientẽ offeras. 260
Animæ bona. 260
Animas liberare quando & quõ uult non est in potestate ecclesiæ. 113
Animæ iudicio dei subsunt, non ecclesiæ. 113
Animæ damnum ex infidẽtia in Christum. 116
Animæ in purgatorio non sunt certæ de sua salute. 34. 118.
Pro Animabus intercedendi potestas apud omnes. 122
Animæ non redimunt̃ auro. 122
Animæ in purgatorio perficiuntur in charitate. 123
Animam hominis esse immortalẽ decreuerunt Romæ. 326
Animabus in purgatorio augeri charitatem persuadetur. 31
Anathema quid sit. 401
Ancillæ filium esse quid sit. 473

Animas

Animas exutas nō teneri, declarāt legis uerba. 19
Animæ in purgatorio q̄d patiant. 26
Aīæ in igne patiunt, nō ab igne. ibidē
Animarū receptacula abdita sūt, & remota a nostra cognitione. 26
Animæ decedētes a uita sunt in tripli ci differentia. 30
Animabus in purgatorio ultra pœnæ ablationē est addenda perfectio nouitatis. 30
Animas nihil mereri, quibus rationibus friuole colligitur. 33
De animabus in purgatorio negociū absconditissimū est. 24
Animas euolare p̄pter indulgentias, non cōceditur. 50. 51
Aniæ possunt nolle redimi. 52
Antichristus in medio templi. 316
ἀντιστρέφω 308. & 322
Anathema quid sit. 401
Ancillæ filiū esse quid sit. 473
Apostoli in Petrū habuerūt autoritatem, nō ediuerso. 314
Apostoli nō exigerūt fidelitatis iuramentū a suis. 323
Apostoli intellexerūt uerba Christi, dicentis: Tu es Petrus. 327
Apli ambitione laborarūt. 332
Apli æquales in regimine. 344
Apostolicæ ecclesiæ principatus semper uiguit in Ro. eccl'ia. 348
Apls missus, & Silas dicit Silohe. 394
Apostolorū. iiij. genera. 396
Apl'us nomē humilitatis. 395
Apl'orꝫ officiū est æquale. 409
Apostolicū opus est, esse sollicitum de pauperibus. 417
Apostolus qui dei uerbū apportat nō hominum. 395
Apostoli nō fiunt ab hominibus, sed dei uocatione. 395
Appellatio Martini ad Papam melius informandum. 281
Arbitrij liberi facultas eneuat. 142
Arbitriū liberū p̄ gratiā restituit. 352
Arbitriū est ceu ciuitas deuastata. ibi.
Arbitriū est liberū, id est, uerti potest in libertatem. ibidem
Argumentum cornutum. 318
Arist. nōdū intelligūt Theolo. 73. 241
Aristoteles uerborū artifex, quare admissus ad theologiam. 73
Aristotelē loquit Syluester. 108
Aristotelis somnia. 4
Aristotelicentones. 8
Aristotelis studiū est stultiloquiū. 230
Aristoteles discēdus ut intelligat, nō ut defendatur. 241
Aristoteles nocet Christo. 242
Artes uariæ diuinandi. 164
Articulū fidei faciūt ptātē papæ. 317
Articuli ī Cōstā. cōcilio reprobati. 350
Articuli fidei probandi autoritate scripturæ, non ecclesiæ Ro. 71
Articuli hæretici Ioan. Eccij, & quorūdam fratrum. 356
Argumentat apl's ab impossibili. 425
Articuli Hus ueri sunt in concilio Cōstantien. damnati. 519
Articuli quos Louanien. damnauerūt ex libris Martini m'ti, Vide eos. 364
Articuli a Colonien. damnati. 366
Aristo. honestat Christi ignomīa. 371
Aristoteles male p̄ponit apl'is. 389
Aristoteli tribuit m'tū ī albo suo. 389
Asserere absurdū est, quod p̄ scripturā probari nō potest. 11
Astra nō immutant dæmones, sed animas, secundū astrologos. 163
Astris dominabit sapiens. 163
Astrologia uanissima illusio, q̄ se sciētiam frigide ostentat. 162
Astrologiā nō docuit Abrahā. 163
Astrologia prohibetur. 163
Attritio Scholasticorū. 116
Attritus nō potest fieri contritus uirtute clauium. 121
Attritio fictitia pœnitētia. 124. & 126
Attritio disponit ad contritionē error Thomæ. 146
Auaritia missas aureas inuenit, & abutitur oīibus in suum quæstū prætextu pietatis. 177
Auaritię sacerdotal' saccus ptusus. ibi.
Auaritia sacer. pietatē oppugnat. 177

Auaritia sub tribus præceptis continetur. 249
Auarus idolorũ seruus. 249
Auritiæ ministeriũ, tanto opere laborare pro uenijs 132
Auaritiã qui taxat, innocentiã pontifícis non mordet. 132
Auaritia ut tangatur non potest ferre Syluester. 133
Auara Rhoma. 133
Auaritia Romana habet omnia beneficia. 320
Auguría. 62
Augusti, male exponentes. 145
Aures pias dum timemus offendere, multas ueritates reijcimus. 173
Auriũ pietas ueritate offenditur. 264
Auditus fidei quid sit. 436
Auditu uerbi dei homo consequitur gratiam. 436
Autoritas ecclesiæ infallibilis. 537
Augusti. ista autoritas, Euangelio nõ crederem, nisi ecclesiæ crederem, expenditur. 538
Autoritatũ origo cõspicienda. 538
Auaritia taxatur. 509

Basilicæ nostræ utiliores nobis q̃ ecclesia S. Petri. 130
Basilica sancti Petri insatiabilis. 130. & 136
Baptisati nõ sunt sine peccato. 426
Barbari sapere ĩcipiunt de Latinis. 393
Beneficia dei, & nostra mala, scala sũt in deum. 194
Benefacere nobis inuicẽ melius q̃ indulgentias redimere. 121
Benefaciendũ uiuis tẽplis. 131
Beneficia oĩa in uoragine Romanæ auaritiæ. 320
Benedictio duplex, interior & exterior. 442
Beati in cœlo sunt iusti absq̃ admixtione mali. 528
Bellũm in Turcas. 11
Bella, p mouẽt Theologorũ glossę. 84
Boemi meliores nobis. 356
Bonauẽtura de ĩdulgẽtijs dubitat. 37
Bonauentura lapsus est. 71
Bona tẽporalia q̃ cõsilio det deus. 178
Bona sunt facienda. 180
Bona opera moraliter facta, mala sunt apud deum. 180
Bonus moraliter tantum, si uituperatẽ irascitur. 180
Boni nihil nouant. 240
Boni imprudentes prosunt. 147
Bonifacius martyr. 20
Bouinatores operũ & cõtritiõis. 60
Bonitas & benignitas differũt. 499
Bohemorum discidiũ ab ecclesia non potest excusari. 506
Bona omnia sunt dei. 507
Bulla quæ legit̃ in cœna domini Rhomæ. 83
Bullæ priuilegiorũ nõ emendæ, quia nocent ecclesiæ. 430. & 502

Canones pœnitẽtiales nõ aliter obligant, atq̃ alij de alijs operibus. 19
A Canonib⁹ liberi sũt ægroti, ergo mortui. ibidem
Canones non ligant animas, quemadmodũ nec leges ciuiles. 20
Canones in uita cessant. 20
Canones uiuentibus & beneualentibus imponendi tantũ. 20
Canones pro statu huius uitæ statuti sunt, & super terrã ligant. 22
Canonicæ pœnæ nõ sunt declaratorię pœnarũ a iustitia diuĩa requisitarũ. 23
Canones impeditis nõ sunt ĩpositi. 25
Canones infirmis nõ sũt ĩpositi. ibidẽ
Canonicæ pœnæ q̃b⁹ olim ĩpositę. 61
Canones onerosos pontifex deberet tollere. 83
Canones cum euangelio indifferẽter recipiendi. 312
Canonũ autores sunt scribæ. 314
Canones, p pontifice multi, ppter Cõstantinopolitanã ecclesiam. 314
Canon impudentissimus Nico. dis. 20 c. omnes. 315
Canones sub q̃bus põtificib⁹ nati. 325
Canones damnosi sunt ecclesiæ, & laquei

laquei animarum. 325
Ex Canonib⁹ turpissimæ nundinæ. 325
Canones nō sunt ꝓpter auaritiā institu/ti, sed seruiunt auaritiæ. 349
Canonizatio sanctorꝝ inutilis. 356
Capita nostra sunt loco gentiū nos op/pugnantiū. 331
Cardinalis ꝓ amicos a uero flectere Lu/therium nititur. 280
Cardinali cōmissa causa per aduersari/
Cardinalis noluit docere ubi (os. 285
errasset Martinus. 285
Cardinalis urget Martinū ad reuocatio
Caroloſtadij dogmata salua (nē. 176
manserunt ab Eccio. 293
Carnis mortificationē habet pœniten/tia euangelica. 7
Castitas immundis cogitationibus nō ꝓditur, quæ inuito obrepunt. 224
Castitas abscondita uera. 225
Ad castitatem media. 250
Castior tanto, quanto magis dolet se ca/stum non esse. 224
Cabala uera nominis dei. 423
Caro spiritus & anīa nō separantē. 492
Carnis facta & desyderia deberet morti ficari. 491
Carne consummari quid sit. 436
Carnalis iustitia. 437
Caro allegorice quid significet. 485
Carnis uitia duodecim. 495
Carnis malitia ꝓfundissima. 498
Caro cōcupiscit aduersus spiritū. 524
Cardinalis Dertuseñ, epla ad Loua. 363
Cardinalis dertuseñ. ꝓsonat⁹ uidetē. 368
Cardinalis Dertuseñ succurrit fidei la/boranti. 363
Casus reseruatio quo ad culpam res du
Casuum reseruatio de occul/ (bia. 386
tis censetur. 365
Ceremoniæ licitæ nō necessariæ. 394
Ceremonijs malū est fidere. 474
Ceremoniæ nō iustificant. 476
Cephe quid interpretatē. 421
Certus semp sis q̄ sis in te ꝑditus. 399
Certus sis quod in christi fide sis iustifi/candus. ibidem
Cephas, id est, Petrus aut soliditas. 320
Ceremonias deo q̄dā ante ponūt. 21
Charitas nō est qualitas latens, sed dul/cis motus. 497
Charitatis lex in omiū cordibus scripta
Charitas nō habet primū aut (est. 488
secundū gradum. 456
Charitas aplica ostenditē. 465. &. 504
Charitate cor occupante, cætera mēbra nō indigent ꝑceptis. 485
Charitas extinguitē multitudine huma/
Charitas raro populo (naꝝ legū. 486
a concionatoribus inculcatē. 487
Charitatē nobis īesse scire possū⁹. 487
Charitatis ꝓbatio crux. ibidem
Charitate absente oīa dona nocēt. 490
Christo indigni q̄ sctōs ꝓ tpalib⁹ inuo
Christus catalogū exponit (cant. 178
spiritualiter. 213
Christus Malcho dure respondit, ne se putet esse iustum. 245
Christi uerba sunt exhortatio. 308
Ex christo Mosen faciūt quidā. 263
Christi passionis memoria. 263
In christo seipsum homo deploret. 263
Christus flagellatus. 263
In christo deflēda miseria nostra. 264
Cr̄i merita nō cōmittunt hoībus. 267
Christ⁹ sit exēplar recte uiuēdi, deinde
Christus an sibi meruerit. (sancti. 146
incertum. 355
Christus oīa nobis meruit. 355
Christus Monarchiā re probauit. 331
Christus solā dilectionē exegit. 323
Christus magister spūs, nō literæ. 6
Chr̄i doctrina oīb⁹ debet cōuenire. 6
Christus restrinxit clauē ad terrā. 11
Christi imago depingēda populo. 53
Christo inuito q̄dā impetrāt ueniā. 57
Christi bonorū participatio ꝓ solam fi/dem datur. 58
Per Christum fiducia. 67
Christi meritū nō est thesaurus indulgē
Christū Theologi doceāt (tiarū. 71
purū, nō hominū somnia. 81
Christus non inuenit in terris suauiter
Christus optima in nobis (uiuētiū. 90
sine nobis operatur. 109
Christ⁹ cū Thoma uix intelligit. 110

Christian⁹

Christ⁹ legis ꝛpletor, nō legislator. 425
Christus Galatis ꝓscriptus. 434. & 435
Christ⁹ liberauit nos nō tm̄ a pc̄tis cere monialis legis, sed & moralis. 440.
Christ⁹ fact⁹ est pc̄tm̄ ꝓ nobis (& 427 & maledictio. 442
Christus influit suā iustitiā eccl̄iæ. 428
Christ⁹ mititas, tm̄ pharisæis irascit̄. 376
Christum induere quid sit. 451
Christus quare factus dicat̄ ex muliere & nō ex uirgine. 455
Christus portauit peccata nostra. 505
Christus similis fuit peccatorib⁹. ibidē
Christiani uita nō est status, sed transi/
Christianos gignere nō est (tus. 456
p̄dicatoris, sed gratiæ dei. 465
Christiani opa, sunt op̄a Christi. 477
Christiana uita quid sit. 491
Christian⁹ uerus ad oīa indifferēs. 414
Christianus oīs q̄tidie peccat. 521
Christian⁹ uerus sine literis participat omnibus bonis Christi & eccl̄iæ. 57
Christianorū fiducia. 58. & 173
Christiani nō debent effundere in ueni as ea, quibus ipsi egent. 64
Christiani semꝑ cupiūt ꝓficere. 108
Christiana doctrina. 177. & 204
Christianos seria decēt, nec iter amicos
Christiana libertas nō nult (nugę. 230
premi opinionibus Tho. Bona. 5
Charitas pfecta timoris expers. 26
Charitatis defectu laboratur in purga/ torio. 31
Charitas in pœna pficitur. 32
Charitas est uia dei. 33
Chalcedoneñ. synodus sanctissimi no/ men obtulit. 331
Christophori existimatio apud uulgū discutitur. 168
Christophorum milites colunt præci/ pue. 169
Chori saltantium. 233
Circumcisio est licita ei qui nō ponit sa lutem in ea. 477
Circūcisio post Christū est neutra. 478
Claues nō extēdunt̄ ad purgatoriū. 46
Claues quid sint. 303
Claues tibi dabo, ad omnes apostolos dictum est. 304
Claues traditæ sunt eccl̄iæ. 303
Claues unius hoīs non sunt, sed ꝓtinēt ad omnes ecclesias. 305
Claues ubi, si Papa moritur. 306
Cōfessiōi eccl̄iæ, nō ꝓticlaris hoīs dant̄
Tibi dabo claues, exponit̄ (claues. 306
ex cōsequentia textus. 306
De ecclesia locutus Christus, Tibi da/ bo claues. 307
Claues cōmittunt̄ ꝓpter fidem. 307
Claues præcedat dilectio. 308
Clauium reuerentia. 13
Clauium friuola distinctio. 18
Clauiū potestatē etiā in purgatoriū q̄si certi extendūt quidā. 59
Claues ad quietādā cōsciētiā utiles. 60
Claues nostræ dicuntur potius q̄ Pon tificis. 61
Clauiū potestas merito Christi donata est thesaurus eccl̄esiæ. 76
Clauiū potestati cedēdū humiliter. 81
Clemētina uerbis scripturæ abutitur, & torquet in alienū sensum. 266
Cogere ad ceremonias. 512
Columnā in eccl̄esia esse. 417
Cognoscere legē & cognoscere filium
Colonīē. damnāt dogmata (dei. 407
sine scripturę ꝓbatione. 367
Colo. uniuersitas iacturā facit alīs gym
Colo. & Loua. fidei articu (nasīs. 367
los condunt. 368
Colo. & Loua. parū credendū. ibidē
Colonieñ. & Louanīē. laicis iudicio mi nores. 369
Colo. & Loua. iniuriant̄ Leoni. X. 372
Colo. & Loua. dānatio ab oībus dam/ natur. 373
Colonieñ. & Louanieñ. gladiatores fu/ dei imbecilles. ibidem
Colonieñ. & Louanieñ. præsumūt quæ non ualent. ibidē
Colonieñ. & Louanieñ. iudices delecti ab Eccio. 374
Colonieñ. & Louañ. uera dānant. ibidē
Colonieñ. parua autoritas. 376
Commessatio unde. 496
Concilia reprobant̄. 391

Cõciliũ & Papam errare principes facto ostendunt. 392
Cõcilia damnauerũt contraria. 518
Conciliũ Constantien. duo contraria determinauit. ibidem
Conciliũ debet sua statuta ꝓbare. 519
Conãti deus ignoscit. 493
Cõdemnatio doctrinalis librorꝝ Martini per Louanien. & Colonien. 363
Condemnatores uerba Martini nulla mutent. ibidẽ
Concupiscentia ꝓhibita magis irritatur. 448
Cõcupiscentia carnis quid sit. 491
Concupiscentia crucifigenda. 431
Cõclusit deus oẽs sub pcto. 448
Cõferre accipiẽ in Paulo pro acgescere. 408
Cõfessionalia Ro. frustra emunt. 420
Cõfessionalia Rom. nocẽt eccliæ. 502
Confessio libere fiat. 376
Cõfessurus fidat in Christi ꝓmissione de uenia. 379
Confitenti fiducialiter ueniã Christus ꝓmisit, ꝓbatur. ibidem
Confessio, prius deo fiat ꝙ suo uicario. 380
Cõfessur⁹ serio meliora ꝓponat. ibid
Confessio deo fiat liberrime. ibidẽ
Confessionẽ omittere melius ꝙ ficte confiteri. ibidẽ
Cõfessio si sit de occultis cordis. 381
Cõfessio nõ sit nimis anxia. ibidem
Cõfessio eorũ quæ corde qs statuit cõtra dei præcepta. 382
Confidere in dei misericordiã assuescẽdum. 385
Contentiosi relinquendi 513
Cõtradicere nõ est detrahere. 374
Cõtinentia siue temperantia. 500
Copulata familiare studiũ Colon. 376
Copñstę illudũt christianis. 392
Corripiẽdi suauiter errãtes. 400. & 460
Conciliũ Pisanũ ꝓ reformatiõe ecclię laborauit. 41
Ad cõciliũ ptiet nou⁹ articul⁹ fidei. 49
Concilium ꝓ indulgentijs declarãdis necessarium. 50
Concilia sine autoritate Ro. Põtificis optima fuerunt. 50
Conciliũ generale exulat. 113
Cõciliũ errare põt, silr & Papa. 114
Conciliũ Cõstantien. citat Ecci⁹, tãq̃ ius diuinum. 295
Conciliũ Nicenũ & Africanũ. 295
Conciliorũ ueterũ autoritas. 297
Cõfessio clancularia nõ est de iure diuino. 351
De cõfessiõe euãgelica scribũt pres. 351
Confitendi nullus finis ex errore Sophistarum. 351
Confessiõe tollit fomes peccati. 210
Confessuri nõ onerent se & sacerdotẽ multis differentijs pctõrꝝ. 247
Confessio sit breuis. ibidem
Cõfitenda nõ est inclinatio corruptæ naturæ sacerdoti, sed deo 249
Confitenda manifeste mortalia, inuidia & odiũ ꝓximi maxime. 260
Confessurus quid discutere & cogitare debet. 147
Confessio impœnitẽtiæ si ficta nõ fuerit, prodest. 148
Cõfidẽdũ nõ est in cõfessionẽ. 149
Confitenda nõ sunt oĩa mortalia. 149
Confitentes scrupulose. 149
Confitens credat. 149
Confessionis sacramẽtalis originẽ trepidatio dedit meticulosorũ. 14
Confitendi modus, q nũc est in usu, laboriosus & inutilis. 44
Confessionalia. 56
Confitẽda nõ sunt uenialia 25
Confitẽda nõ sunt pcta nõ manifeste mortalia sacerdoti, sed deo. 147
Concionatores notantur. 43
Concionatores populũ seducũt. 53
Cõcionatores ueniarꝝ ad quæstũ, impone impone in ore habent. 54
Concionator peccata magnificare debet. 82
Cõciõatores ad ꝓfectionẽ erudiãt. 173
Cõcionatores sunt fabulosissimi. 242
Concionatores indulgentiarũ obscure loquuntur. 122
Cõcupiscẽtia immũditia dicit. 214

Concupiscētia suboriente homo time re debet. 223
Cōcupiscētia interna mortificāda. 234
Cōcupiscētia & fomes ꝓhibet. 246
Nō cōcupisces, oīb⁹ ꝓcepit de⁹, at nemo attingit, ut sic oīb⁹ ignoscat. 351
Cœlū habet securitatē. 29
Cōmissarij in ludibriū pontificis agūt, noua dogmata moliti. 293
Colloquiū incendit amorē. 232
Cōiugū excessus ex nimio amore. 227
Coniugatorū regulæ. 299
Cōio spūalis interna a solo deo est. 256
Cōio sctōrū ad symbolū adiectū. 304
Coitus simplex, eundē fouentes, mediantes, non resistentes. 222
Cordis benevolētia requirit erga ꝓximum. 213
Consilia sunt infra præcepta. 350
Consilia summe adimplens, nōdū adimplet præcepta. 350
Constantini donatio fictitia. 76
Constantiæ damnati articuli non oēs sunt hæretici. 296
Cōstantiensis concilij duces hæreticæ pravitatis inquisitores. 296
Cōscientia formidolosa ex defectu fi
Cōsuetudo fuisset Panormi (dei. 26
tano obijcienda. 325
Contritio ex amore procedat. 193
Cōtritionē aiūt ex cōfessiōe venire. 116
Contritio vilescit. 125
Contritis ꝓfecte nihil remittit. 136
Cōtritio qualis faciat hypocritam. 146
Contritio quæ fit amore iustitiæ, christianū decet. 146
Contritionis verę signum. 147
Contritionē perfectā nemo mortaliū habet. 23. & 147
Contritio ꝓ totam vitam durat. 148
Conterēdo nō reddimur quieti. 16
Contritus perfecte, a purgatorio absolutus est quo ad deum. 38
Cōtritio incipiēda ab amore dei. 43
Contritio non requirit ad deletionē pœnarum. 52
Contritio ad desperationē, fides ad remissionem facit. 60
Cōtritionis & operū bovinatores. 60
Cōtinēs eē nemo pōt sine gr̄a dei. 223
Credēs in christū iustus est in spe, non dum plene in re. 426
Credentes in christū habēt multū pctī sed nihil damnationis. ibidem
Credēs in christum fit unus cū eo. 433
Credendū plus uni privato fideli in casu cū toti concilio. 518
Credendo iusti efficimur. 397
Credēs christo, evacuat a seipso. 477
Creatura noua. 513
Crucifigenda est cōcupiscētia. 431
Crucifigit christus in Galatis. 435
Crucifigi debet caro. 501
Crucifixum mundo esse. 513
Crux christi damnat mūdana. 512
Crimina occulta nō pertinēt ad canones. 24
Crux illa aīarū, pœna purgatorij. 33
Crucem accipere. 33
Crux christi Christophorus est. 169
Crux Euangelica. 57
Crux pœnitentiæ. 295
Crucē christi cū reliquias sanctorū invisere præstat. 75
Crucis stultitiā odio habēt supbi. 78
Crux christi cum cruce indulgentiarū male comparat. 83
Crux pœnitentiæ usq; ad mortem durat. 9
Cryptæ S. Sebastiani & Laurentij in urbe. 113
In crystallo imagines nō omnib⁹, nec semper apparent. 167
Cultum varium permittit ecclesia & Christus. 168
Cultus sctōrū cōtra timorē dei. 169
Cultus immodicus vitio datur. 223
Currere & ambulare in scriptura proconversari. 479. & 412
Cyprianus errauit cū oīmibus Affricæ episcopis in gravi articulo. 518
Cyprianū deprauate citat Eccius. 344
Cyprianus ep̄os ordinauit. 344
Cyprianus docet crimina ab episcopo loci excutienda. 349
Cyprianus de electione. 329

Damnum omne ꝓhibet. 205
Damnati ultra desperationē blasphemant. 35
Damasc⁹ qd interꝑtet. 408
Decem plagarꝫ ægypti allegoria. 426
Decreta & statuta humana deplorāda. 430
Desperandū de se, & fidendū in Christum. 475
Deus capit ꝓ uero & falso deo. 457
Decretis & Euangelijs pugnantibus non possibile obedire. 334
Decreta, frigida. 303
Decreta contra Euangeliū. 307
Decreta sunt impijssima. 315
Decreta frigidissima adducunt dist. 19 c. ita dominus. 310
Decreta nō sunt articuli fidei. 311
Ex Decretis ꝯtorta expositio Euangelij. 314
Decreta toleranda. 314
Decretorū supbissima hæresis. 315
Decretū implicat. 319
Decretales summam autoritatem tribuunt decreto. 320
Decretales frigidissimæ, quæ maxime habent in usu, enumerant. 321
Decreta nata intra quadringentos annos. 325
Decreta nō habent germanū sensum scripturæ. 328
Decretū Romæ animā esse immortalem. 326
Dedicationes uisitantes, relicta ecclesia propria. 177
In Dedicationibus indulgētię, hoc est cædes & uulnera, abrogandæ. 177
Dæmones permittente deo nocere possunt. 165
Dæmoni cōtra nos mlta ꝑmittūt. 165
Dæmones fiūt incubi & succubi. 166
Dæmones arte cibos afferunt. 166
Dæmonū ministræ sunt illusiōes. 167
Denarius numerus. 247
Desyderium auxilij facit, quod animę se quasi certas de salute dicant. 35
Detractor ter homicida est. 214
Deuotioni suæ simplices non sunt relinquendi. 191
Deus falsum cultum in suam gloriam uertit. 163
Deum quidam non inuocant, sed sanctum Antonium. 168
Deus q̄ cōsilio det bona tpalia. 178
Deus præcepit ultra uires nostras, ut nobis misereat. 210
Deus cor requirit in præceptorū iustificatione. 234
Deo cōfitenda inclinatio corruptæ naturæ, nō sacerdoti. 249
A solo Deo remittit culpa. 116
Deus dat pœnitentiā. 142
Deus hoc nobis præstat, quod facere iussit. 143
Deus percutit hominē, id est, ad contritionē emollit. 14
Dei filiū esse est ualde occultū. 16
Deo plus parēdū, ꝙꝫ canonib⁹, qb⁹ sine periculo sæpe cōtrauenit. 21
Dei forum est alibi. 22
Deus ignoscit sine satisfactiōe. 18
De⁹ nō est usurari⁹ uel mercator. 23
Deus esset durus, si nō remitteret uehementer iusto tēporalē pœnā. 31
Dei bonitas. 31
Deus cito exaudit, tarde dat. 51
Deus iussit impossibile in ꝑceptis. 108
Diabolus etiā mēti illudit. 167
Dialectica Theologorū. 21
Dies Aegyptiaca. 162
Dignus nemo ex se. 262
Indignū te agnosce clemētia dei. 262
Dignitas & officiū nō distinguūt. 345
Dilectio cum odio sui in bono cōiungitur proprie. 112
Diligas ꝓximū sicut teipsum. 112
Dilectio præcedat claues. 308
Diligere pl⁹ ijs, nō est ꝑesse oīb⁹, nec pascere est oīa iura possidere. 309
Diluuiū īdulgētiarꝫ uastauit orbē. 76
Dispositio optia ī sui īdispositiōe. 260
Disputatio Eccij ad laudē mēorię. 293
Disputandū e libris. 293
Disputator fortis Eccius, nec uictus cedit. 293
Disputandi modus clamosi & audaculi

culi. 89
Disputatores stipendio conducti contra Martinum. 295
Disputādi facultatē habet doctor Theologiæ. 4
Disputatio Lipsica frigidissima prouenijs. 361
Disputant meras nugas de diuina maiestate. 4
Distinctiões Theologicæ notant. 34
Distinctionib⁹ dissipat scriptura. 123
Distinctiones distinctionibus nouis defendunt. 109
Dies oēs festi in noua lege. 459
Dies nullā conferūt iustitiā. 460
Dieꝝ obseruatio superstitiosa. 459
Dilectione lex implet. 485
Dilectio nobilissima uirtus. 486
Dilectionis obiectū nō diues aut formosus, sed proximus. ibidē
Dilectiōis p̄ceptū extinguitur, dū habet differentia p̄sonarꝝ. ibidē
Dilectionis ad amussim omnia dirigēda. 486
Diligit Chr̄s si syncere audiat. 479
Dilectio ꝓximi est expendēda secūdū priuatā suiꝑs⁹ dilectionē. 489
Dilectio in seipo est iniqua. ibidem
Dilectio quō cōplectat totā legē. 489
Diligere quid sit. 506
Disputaturus de sacris p̄mittat orationes. 371
Disputare nō est hæresis. 375
Diuina humano consilio stabilire est impium. 408
Diuisio apl'orꝝ qñ fuit facta. 410
Diuisio apl'orꝝ āno. 13. facta, ē fabl'a. 415
Dona dei nobis donata. 399
Doctrinę chr̄i quare multæ sint. 405
Docent ml'ta i ecclia sine ꝓbatiōe. 415
Doctorum gloriatio. 512
Doctores scholastici. 241
Doctores qdā falsa mircla p̄dicāt. 242
Doctores illuminati. 295
Docere nemo uult. 310
Docere ꝑ aliū nō est Christi. 310
Doctor Theologiæ facultatem habet disputandi. 4
Doctor pœnitentiæ Io. Bap. 13
Doctores somniant pœnam satisfacti/uam & uindicatiuam. 17
Doctores scholastici uarijs opiniōib⁹ diuexantur. 73
Doctrina Chr̄i oīb⁹ debet cōuenire. 6
Doctrina Christi est ius diuinū. 8
Doctrina impia indulgentiarū. 66
Doctrina pestilentissima mactant & ꝑdunt innocētes Chr̄i ouiculę. 66
Domini non sint tyranni. 204
Donatistę asserūt malū episcopū non esse episcopum. 307
Donatistę nullū ep̄atū relinquūt. 307
Dubia relinquēda sunt. 31
In dubijs periculosum est alterā partē asserere pertinaciter. 282

Ebrij. 250
Ebrietas pestis in multis regionibus. 496
Eccl'iæ miseria i tot legib⁹. 425
Eccl'iæ Romanæ miseriæ & aduersitates. 393
Ecclesiæ obest uerbum hominis. 395
Ecclesia duplex est. 397
Eccl'ia nō ædificat hūanis decretis. 396
Ecclesiam sine ruga Augu. differt post hanc uitam. 397
Eccl'ias appellat apl's errātes i fide. 398
Ecclesię mandatū quō ligat. 460
Ecclesia fœcundat gratia dei. 471
Ecclesiæ autoritas infallibilis. 537
Ecclesia quō ab Aug. accipiat. 538
Ecclesia quouscꝝ creuit. 509
Eccl'ia Ro. in lumbis Petri forsan. 314
Ecclesia Babylone confusior. 326
Eccl'iæ occasū nemo audet dolere. 326
Ecclesiarum ordo non ex apostolis sumendus. 334
Ecclesiæ caput in terris nullū est. 335
In Eccl'ia duo capita nō statuēda. 335
Eccl'ia Hierosolymitana prior est Romana. 314
Ecclesiarum omnium matrem dicere hyperbole 315
Ecclesia Ro. quicquid habet iure diuino, habet etiam quælibet alia. 318

Ecclesiæ

Ecclesiæ unitatem uocant fidē & obe/
dientiam Ro. sedis. 324
Ecclesiæ nunq̄ fuerūt omnes sub Ro.
Pontifice. 325
Ecclesijs cōsecratis cōcurs⁹ desinit, 176
Ecclesiæ reformatio in pueris incipi/
enda. 230
In Ecclesiæ fide accedas ad sacramen/
tum. 263
Ecclesię obedientia utilis. 263
Ecclesia non est sita sup̄ ptātē. 314
Ecclesia Ro. sic credit. 272
Ecclesia Ro. indoctissimi adulatoris
uoluntate sæpe regit. 272
Ecclesia audienda. 305
Ecclesiæ toti uidetur dictū, Quodcūq̄
ligaueris. 113
In Ecclesiæ ludibriū uergit ea docere,
quorū ratio reddi nō potest. 114
Ecclesia uirtualis & rep̄sentatiua. 114
Ecclesiæ ptās nō saluat, sed fides. 116
Ecclesia Ro. discipula fidei. 119
Eccl'ia uniuersalis errare nō pōt. 136
Eccl'ia S. catholica. 304
Ecclesiasticā dignitatē colit pure sim/
pliciterq̄ Martinus. 4
Ecclesiæ reconciliatus, non est recon/
ciliatus deo. 13
Ecclesiæ militantis merita Papa in po
testate habet, & non habet. 47
Ecclesia Rhomana nō semper fuit su/
per alias. 40
Eccl'iæ thesaurū applicare mortuis uir
tute clauiū uix est intelligibile. 48
Ecclesiæ suffragiū nō est sub iurisditio
ne Papæ. 51
Ecclesiæ thesaurus non est nisi meritū
Christi & sanctorum. 69
Eccius oblique in Lutheriū scripsit. 312
Eccius disputationē ꝓposuit postē̄
Lipsēses recusarūt se audituros. 289
Ecciana modestia sibi libere dissen/
tit. 297
Eccius triumphator. 289
Eccius audaculus literis sacris contra/
dicit. 289
Eccius pronus Martinum de hæresi
traducere. 141
Eccius nimiū naturæ tribūit, minimū
deo. 143
Eccius iudaizat, plus tribuens homi/
nibus, q̄ deo. 145
Eccij fastus ex indicibus autores ci/
tat. 346
Eccius ī elemētis & syllabis hęret. 347
Eccius hæresim in pulmōe habet. 145
Eccius Hieronymum citat, ubi contra
ipsum maxime facit. 347
Eccius inter apostolatum & regimen
distinguit. 347
Eccius puluerulentas scholas cōtem/
nens, ineptissime colligit. 347
Eccius lectorē subuertere studet. 347
Ecci⁹ Ambrosiū ex Decretis citat. 348
Eccius cupit discipulos in utraq̄ parte
contradictionis. 352
Eccius de libero arbitrio Lutherio nō
dissentit. 352
Eccius iuris doctor. 353
Chrysopassus Eccij. 363
Eccij disputatio cum Lutherio fuit p/
ditio temporis. 291
Eccius clamator non attigit sco/
pum. 291. & 353
Ecciana modestia. ibidē
Eccius contra conciliū Constantien.
aliqua concessit. 297
Eccius irritauit pactū initum. 297
Eccius metuit lucē, nescit sacra, habet
farraginē autoritatū, perperam indu
cit dicta patrum. 292
Eccij disputatio ad laudē mēorię. 293
Ecciana astutia. 293
Eccius deserit ordinem. 294
Eccij incōstantia & impudētia. 294
Eccius concedit non fidendum in in/
dulgentias. 89
Eccius nihil habet præter conciliū Cō
stantien. 356
In Eccij ostentationem ludunt Cano
nici indocti. 359
Eccio non desunt uerba. 359
Ecci⁹ mouet inuidiā Lutherianis. 359
Eccius irritabilis. 359
Eccij peregrinationes. 363
Eccius in Lutheriū cōgessit cōuitia, q̄

excusari non possunt. 360
Ecciani qui nõ, sunt indocti. 362
Ecci⁹ scripsit ad exasperãdos aĩos. 360
Eccij cõmentaria. 360
Eccius sua excudenda conditionibus obtrudit. 362
Eccius de contractu Augustano. 362
Eccius transgreditur pactum in literis ad principem. 298
Eccius mentitur. 298
Ecciani ingenij specimen. 298
Sub Eccio multa dogmata theologiæ scholasticæ conciderunt. 298
Eccio Lipsenses tulerũt suppetias cõtra Martinũ. 299
Ecciana autoritas. 336
Eccius Syluestrum stolidissimũ prope cõmendat. 336
Eccius uox est, p̃terea nihil. 336
Eccius cogit plurima, sed impertinentia. 337
Eccius prior pactũ Lipseñ. rupit. 337
Eccio gloria inuidiã inurit. 337
Eccianæ probationes ridiculæ pro primatu Ponti. 338
Eccij noua dialectica. 341
Eccius impugnat priuilegia Roma. Pontifi. 341
Eccius Vuicleff & Hus articulos confirmat eos impugnando. 342
Eccius delyrat. 343
Eccius ex ambulatione super mare primatum fingit. 343
Ecci⁹ deprauat uerba scripturæ, aut est Pighardista. 343
Eccius dicta patrũ deprauat. 345
Ecci⁹ Theologus sycophantizat. 346
Contra Eccium de industria ponitur propositio. xiij. 326
Editi libelli ab Eccio. 363
Edificari est incorporari Christo per fidem. 339
Edificare non est regere. 339
Eleemosyna, ieiunium, oratio, nõ sũt partes satisfactionis. 7
Eleemosyna. 7
Eleemosyna negari nõ potest sine peccato. 129
Elementa mundi quid apud Paulum significent. 454
Episcopi nõ excusant̃, ꝙ nõ abrogant dies q ebrietatibus feriant̃. 460
Episcopi iure diuino nõ sunt e Roma accipiendi. 540
Epistolæ apl'oꝝ sunt euãgelia. 405
Episcopi successores apostolorum, mirum quod solus Ro. Pont. successor Petri. 333
Episcoporum & sacerdotum negligẽtia. 277
Episcopus & p̃sbyter idem. 327
Episcopi & presbyteri domi sint æq̃les. 328
Episcopos cogi ad obediẽtiam unius tyranni. 329
Episcopus eligebat̃ a plebe. 329
Episcop⁹ uniuersalis, blasphemiæ nomen. 330
Episcopi extra ditionem Roma. sine pallio sunt. 333
Episcopi meliores sine laruis & pallijs. 333
Episcopi depositi ab alio q̃ꝫ a Roma. pontifice. ibidem
Episcopi ordinatio fiat a prouincialibus. 334
Epistola Lutherij ad cardinalem tit. sancti Sixti. 281
Equiuocationes fugiendæ. 34
Erasmus uictor inuidiæ. 393
Eripit nos Chtistus, cum anima crucifigitur mundo. 389
Error clauis non officit. 10
Errores nostros oportet nos carpere, alias deridiculo sumus ijs qui foris sunt. 84
Aetas recipiẽdoꝝ ad ordines. 386
Euangelium missæ priuatæ an satis sit audire. 192
Euangelia nõ docent̃ hac tempestate sed humana iura & philosophia. 301
Secundũ Euangeliũ uere uiuere. 205
Euangelij opera ab interiori dicuntur opera hominũ ab exteriori. 206
Euangelium non placet, alioqui omnia. 242

Euãgeliũ

Euangeliũ in missa legendũ. 263
Euangelio neglecto solæ indulgentię populo inculcanť. 51
Euangelica crux. 57
Euangeliũ omnibus agendis in ecclesia anteferať. 67
Euangeliũ exupat missam. 68
Euangeliũ est thesaurus ecclíæ. 77
Euangelium timorem, qui ex lege, fugat. 77
Euangeliũ nondũ audiuerũt, qui pœnas timent. 78
Euangelio quondam piscabantur uiros diuitiarum, iam uero diuitias uirorum. 79
Euangeliũ & culpæ remissio supra indulgentias prædicanda sunt. 80
Euangelium cum apparatu prædicandum. 83
Euangeliũ hodie subuertiť. 401
Euangeliũ & lex differũt. 404
Euangeliũ quid, & quod euãgelium Paulus prædicauit. 405
Euangelia Petri & Pauli idẽ. 416
Euangeliũ cõtemniť ab ijs, qui eius titulo uehunť. 417
Euãgelica fides & charitas subuertũť plerũq; ppť põtificia decreta. 420
Euangeliũ odor ungentorũ. 494
Euãgeliũ & iura humana nõ possunt simul stare. 498
Euangelio quare Aug. crediderit. 538
Ad Eucharistiam digne suscipiẽdam præparatio. 260
Eucharistia cõmunio dicíť 260
Ad Eucharistiam optima dispositio, sui indispositio. 260
Eucharistiã sumpturus habeat memoriam passionis Christi. 263
Eucharistiã sumpturus cõfidat de gratia consequenda. 270
Excõmunicatus est in casu absoluendus. 386
Excõmunicatio non excludit audire uerbum dei. 192
Excõmunicatio externam cõmunionem priuat. 256
Excõmunicatio non priuat aliquem bonis ecclesiæ. 256
Excõmunicatio adiuuat internam cõmunionem. 256
Excõmunicatio res mitis est, & nõ cõtemnenda. 257
Excõicatio nimiũ timeť. 258
Excõmunicatio ferenda pro crimine scandaloso. 258
Excõicatio iniusta meritũ nobile. 258
Propter Excõmunicationẽ nõ omittẽdum bonum opus. 258
Excõicanť mortui in terrorẽ. 21
Excõicatio timeri debet, nõ tñ scrupulũ in cõsciẽtia facere, & tanq; flagellũ ferẽda, nõ tñ approbãda. 82. & 79
Extrauagans, Vnigenitus, falsa continet. 268

FAcetiæ nõ uituperanť. 230
Facere quod in se est. 143
Facere opa legis & facere q̃ scripta sunt differũt. 440
Facere & perficere desyderia carnis differunt. 491
Fascinare quid sit. 434
Fermentũ nouum Christus est. 481
Fermentũ uetus & nouum. 480
Festa noua ueteribꝰ pponũť. 170. 175
Festi dies sanctorum ad quid instituti. 174. & 187
Festus dies quõ celebrandus. 175
Festus dies cuilibet cuiuis Christiano. 189
Festi celebratio nõ est in ocio & ornatu corporis. 189
Festis phonoranť uigiliæ. 189
Festo die laborãtes, qua necessitate excusentur. 190
Festi celebratio est in quinq; rebꝰ. 191
Fides particularis habenda. 271
Fides in absolutiõe necessaria. 271
Fides quid sit. 270
Fides in baptismo. 271
Fides de gratiæ præsentia, ministerio sacerdotis conferť. 16
Fide iustificamur. 17. & 261
Fidendum de gratia consequenda accessuro ad Eucharistiam. 270

Fides dignum facit. 270
Fiducia puritatis a pctō ꝓnicioſa. 261
Fides ſaluat, nō eccl'iæ ptās. 116
Fides nō uirt⁹ eccl'iam iuſtificat. 116
Fidē in Vtrū uertūt quidā. 118
Fides regula eſt eccleſiæ Ro. & omnium aliarum. 119
Fiducia noſtra in deū. 26
Fidē Petri totus orbis habet. 348
Fidem omnia comitantur. 318
Fides indeſinens non ſignificat poteſtatem regiminis. 341
Fiducia nulla ī ueniſs habenda. 66
Fiducia atq; ſecuritas per nullam rem præter Chriſtum. 67
Fidei articuli ꝓbādi autoritate ſcripturæ, non Romanæ eccleſiæ. 71
Fides clauiū inculcanda pp̄o. 72
Fiducia in deū facit ſecuritatē. 26
Fides nō ꝓficit in morte. 30
Fidei quæ ſunt, in his nihil temere habet ſtatuere Pontifex. 37
Fidei nouus articulus ad concilium pertinet. 49
Per fidem participatio bonorum Chriſti. 58
Fides ad iuſtificationē maxime neceſſaria. 59
Fides ad remiſſionē, cōtritio ad deſperationē facit. 60
Fides uerbi Chriſti iuſtificat. 60
Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum. 499. &. 534
Fides cor hominis purificat. 407
Fides docet ad gratiā dei cōfugere. ibi
Fides in nomine domini. 423
Fides expugnat pctm̄. 428
Fidei ſpūs inter opa diſcernit. 430
Fides iuſtū facit. 432. &. 457
Fides una erga deum, alia erga hominem. 499
Fides ſola iuſtificat, & bona opera facit. 436
Fides quō ex auditu ſit. ibidem
Fides ē benedictio & hæreditas Abrahæ. 451
Fides meretur ſpūſſctī dationē. 457
Fides plenitudo legum. 476
Fides ſine opibus mortua eſt, quomodo intelligendū. 534
Fides Petri cecidit, nō defecit. 539
Fides iuſtitia dei. 477
Fides uera & ficta. 478
Fides ſola nō ſufficit, ſed ſpiritū charitis impetrat. 496
Fide & fiducia in Chriſtum iuſtificamur. 449
Fiducia in deū, deo gratiſſima. 385
Fœnū in quo Chriſtus iacuit. 242
Fraternitates faciūt, ut nec fratres, nec ſorores retineamus. 175
Fraternitatū fundamentū. 47
De fratre credas optima. 323
Frater excuſandus eſt coram detractoribus. 245
Fridericus Saxoniæ dux. 4
Fridericum principē notare non ſunt ueriti. 4
Fructus ſpūs ſunt duodecim. 497
Fulmē latæ ſnīæ neſciuit Paul⁹. 463
Furor domini tyrānidem permittit in eccleſia. 391

GAlatia interp̄tat trāſlatio. 401
Galatæ quare Pauli epiſtolā receperint. 394
Gaudiū fructus ſpūs. 498
Gentes Abrahæ filij. 443
Germani ludibrio habent Italis. 392
Germani non obediunt concilio Laterano. 392
Germani per indulgentiarum oblationem expilantur. 537
Gerſon damnat indulgentias immodicas. 19
Gerſon mirū cur, nō inquiſitus eſt ab hæreticæ prauitatis inq̄ſitorib⁹. 19
Gerſonis tres ueritates. 60
Georgij principis falſum dictū. 298
Georgius dux cōmendat. 292
Geilerus Keyſerſperg. 266
Gladij duo falſo interp̄tant. 84
Gloria Eccio inuidiā inurit. 337
Gr̄a obtinet ex auditu uerbi dei. 436
Gratia donum ſignificat, non tantum fauorem dei. 438

Gratia dei & mũdi cõtrariant. 398
Gratia dei sola iustos facit. ibidẽ
Gratia signatur per fermentum euangelicum. 526
Gradus in peccato. 213
Gratia est adiumentũ legis adimplendæ. 211
Gratiam nullus accipiet, qui dubitat se accepturũ. 271
Gratia lege testificat, nõ cõfert. 145
Græci extra potestatẽ Pontificis semper fuerunt. 311
Gregorij epłæ in Regestis. 331
Gregorius recusat nomen uniuersitatis. 331
Gregorius ait Petro cõmissam plenitudinẽ potestatis, sed alias ferme cõtrarium habet. 350
Gregorius nonus Decretalium autor pestis fidei. 325
Gregorius in Registro. 330
Gula sub sexto præcepto. 249
Gula non semper peccatũ. 250

HAeretici q dei uerba suis sensibus aptant. 240
Hæreseos duplex genus. 124
Hęresis matæologorum quorundam. 135
Hæretici unitatem ecclesiæ scindentes 345
Hæretici articuli sublecti ex dictis Eccij Sophistæ. 356
Hæreticæ prauitatis inquisitores sunt eiusdem insitores. 8
Hæreticæ prauitatis inq̃sitores captiose super syllabis inquirũt. 42
Hæreticę prauitatis inq̃sitores impune hæresim seminant. 56
Hæretici cõburuntur, nõ extirpantur hæreses. 84
Hæreticus quis dicat. 496
Hæretic⁹ ꝓbat ex ꝑmo posterioꝛ. 375
Hæres paruulus nos sumus. 453
Hæredũ serui qui sunt. ibidem
Hierarchia. 509
Historia de duobus episcopis. 194
Hierony. æquat põtifices oẽs. 327
Hieronymo consentit Luth. 328
Hieronymi uerba nõ approbãt decreta, sed textus scripturæ. 328
Hierosolyma prima ecclesia. 334
Hõ seip̃m in Chr̃o deploret. 265
Hõ patit a deo, nõ agit bonũ. 212
Homo carnalis. 504
Hõ spũalis & hõ carnalis. 494
Hõ recipit differẽtiã iuxta affect⁹. ibi.
Hõ fit tot⁹ spũs uel tot⁹ caro. 492. 526
Hõ ꝓ singulis mẽbris regendis indiget multis præceptis. 485
Hoĩes oẽs sunt massa p̃ditiõis. 449
Hoĩes errare p̃nt, etiã papa. 392
Hoĩbus placẽtes & displicẽtes q̃. 403
Homicidij pœnitentia. 24
Honor parentũ spũalis obedientiã & ueneratiõnẽ includit. 195
Humanũ est p̃esse & nõ pascere. 309
Humana mutantur. 18
Humilitas ex quatuor rebus. 248
Humillimus est maximus. 332
Hulde regina noctu ambulãs. 164
Hus & Hiero. quõ uicti. 370
Humilit⁹ p̃fat Paul⁹ ad Galatas. 395
Hypocritã faciũt opa sine gratia. 400
Hypocrisis literalis. 263
Hypocritarũ est pœnitẽtia exterior. 6
Hyrene⁹ cõpescuit Victorẽ Papã. 333

IAcobus præponit Petro. 416
Idolo sacrificãt, pœnarũ timore redimẽtes indulgentias. 63
Idolatria duplex. 158
Ignem minant p̃lati eccl̃iæ, si ueritas ab eis quæratur. 517
Ignorantiæ scholastica inanis distinctio. 457
Ignorãtia inuincibilis nõ docẽda. 458
Illusio specie bona fit dupliciter. 167
Impietas est confidere incorporalibus rebus. 181
Impij opus deo non placet. 56
Imagines in crystallo nõ oĩbus nec semper apparent. 167
Imaginis filij dei oportet nos participes fieri. 74
Impropriistæ qui sint. 124

Incestus

Incestus inter cõsanguineos. 226
Incestuosi nõ ꝓhibendi a petendo uel reddendo debito cõiugali. 387
Indulta Romanæ curiæ nocent ecclesiæ. 502
Indulgentiarꝝ materiam in multis nõ diffinit Martinus. 375
Indulgentiæ a centenario cucurrerũt & extenduntꝫ in cœlũ & seculũ. 376
Indulgentiæ nihil sunt. 268
Indulgentiæ debent cõtemni. 279
Indulgentiarũ ceu ludas uendũt Christum. 279
De Indulgẽtijs incertæ opiniões. 282
Indulgẽtiarꝝ materia summatim. 282
Indulgentiæ res friuola, nec præceptæ nec consultæ. 283
Indulgẽtias redimere nõ bonũ. 283
Indulgentiæ res utiles. 20. & 289
Indulgentiæ plenariæ cõferuntꝫ a deo cuilibet uere pœnitenti. 114
Indulgẽtiarũ callide imponũt. 130
Indulgentiæ mutilatæ. 298
Indulgentijs accreuit autoritas silentio. 361
Indulgentiarꝝ effusor Sixtus. 19
Indulgentiæ qbus nõ ꝓsint. 24
Indulgentiæ tantũ utiles criminosis. 25
Indulgentias non curent agentes meliora. 25
Indulgentiarũ utilificationes studentes euitare Theologi. 37
Per indulgentias merita Christi donari, reuocat Lutherius. 279
Exactionũ ꝑ indul. nõ est finis. 131
Indulgẽtiæ si nihil sint, nullũ periculũ animarũ. 37
Indulgentiæ quid ualeant uetus quæstio. 37
Indulgentiarum ualor uarie a diuersis æstimatur. 37
Indulgentiæ nihil remittunt quo ad deum. 38
Indulgẽtiæ nõ sunt meritoriæ augmẽti gratiæ. 38
Indulgentiæ satisfactionẽ pœnitentialem eneruant. 38. & 73
Indulgentiarũ causa idonea, est charitas & misericordia in animas. 42
Indulgentiæ de iniunctis pœnitentijs sonant. 43
Indulgentiæ natæ ex canonibus. 44
Indulgẽtiarũ causa animas euolare nõ conceditur. 50
De Indulgentijs noua dicunt. 51
Indulgentiæ populo inculcantꝫ neglecto Euangelio. 51
Indulgentiæ quæ se fundant supꝫ certitudine cõtritionis, sunt dubiæ 52
Indulgentijs nitentes ponunt carnem brachium suum. 53
Indulgentiæ tollendæ, & si præceptæ essent, ꝓpter abusum. 54
Indulgentiæ Papæ non sunt gratia reconciliationis dei. 55
Indulgentiæ summa gratia, iudicio cuiusdam indulgentiarij. 55
Indulgẽtiarij libellus blasphemus, occasionẽ criminãdi dat hæreticis. 55
Indulgentiarij nummũ, non deum, pecunias, nõ aĩas quærũt. 56
Indulgentiariorũ & aplorũ diuersum studium. 57
Indulgentiarũ gratia peregrinantes nihil merentur. 62
Indulgentiariorũ impia doctrina. 65
Præter indulgentias est sanctorum cõmunio. 70
Indulgentiæ inanes magnificũ habẽt fundamentũ a sanctis. 74
Indulgentiarum diluuium uastauit orbem. 76
Indulgẽtijs homo nõ trahitꝫ ad deũ. 79
Indulgẽtiæ maxĩe q̃ ad quæstum. 79
Indulgentias ultra cõmissionem magnificiunt. 80
Indulgentiarũ sermones timẽdi. 84
Indulgentiarũ occasione in risum uenit sacerdotiũ. 85
Indulgẽtiæ uenales pecuniæ causa cõcedunntꝫ, & nõ ꝓpter pietatem. 86
Indulgẽtiæ ueteres suspenduntꝫ, quando nouæ aduenium, mirũ si nõ ꝓpter quæstum. 87
Indulgentijs ita diuexari merentꝫ peccata nostra. 88

Indulgentias nimium extollendo extinguunt. 88
Infirmitas carnis qd significet. 462
Intelligētia spūalis quę sit. 467
Infamiam irrogat secularibus, adhærētibus Martino, & priuat feudis sum. Pontifex. 278
Infernus habet desperationē. 29
Ingenium acutum ad decipiendos incautos. 57
Innocentes nō mouentur. 132
Inqsitores hæreticæ prauitatis. 215
Inquisitores hæreticę prauitatis, duces concilij Constantien. 296
Inquisitores hæreticæ prauitatis timere definiunt. 297
Inquisitorum tyrānis. 21
In inqsitorē Tetzel monachum. 45
Intellectus duplex, spiritualis & literalis, de hoc precepto, Nō occidas. 234
Interdicto subijcit principes, communitates, ciuitates, & omnia loca, ubi Martinus fuerit. 278
Inuidia sub quinto præcepto continetur. 250
Inuidia & odium proximi maxime cōfitēda est suscepturo eucharistiā. 260
Iohan. Reuchlin deprehendit uniuersitatū quarundam doctrinas indoctas. 368
Ira, lis, rixa, æmulatio differūt. 495
Ira dicitur malicia. 214
Ira uiri iūstitiam dei nō operat. 215
Iræ signa omittenda. 220. & 218
Iræ & rancoris signa deponere difficillimum est. 219
Iram ostendere quando liceat. 220
Ira cordis cauenda. 221
Irasci ne uelle quidē debemus. 208
Irascendū ꝓpter malū culpæ. 209
Irascens pro temporalibus nondū est in spiritu iustus 210
Irasci sine causa, adiectitia particula est. 210
Itali superstitiosissimi. 168
Itali nō curant de indulgentijs etiā gratis oblatis. 537
Iudicium uarium de Martino. 390
Iudicare neminem debemus. 508
Iurat apostolus Paulus. 411
Ius petendi debitū fatue interdicit. 387
Iustitia humana iniustitia esse conuincitur in dei iudicio. 528
Iustitiā ꝓpriam q̄rere, est Christum abnegare. 401
Iustitia hūana, & iustitia dei uera. 422
Iustitia Christi qua iustificamur, pulchre cōmendat. 423
Iustitia christiana & humana sunt diuersæ. 425
Iustitia moralis & iustitia christi. 432
Iustitia christi gl'ia christianorū. 433
Iustitia carnalis. 437
Iustitia legis expugnatur. 444
Iustitia gratis data, est non ex operib⁹ legis. 445
Iustitiæ nostræ immundæ. 523
Iusti sumus cum nos peccatores fatemur. 528
Iusti nō hoīes, sed dij appellant. 403
Iusti qui seipsos laudant, non indigent medico. 405
Iusti quō uere sunt cōmendandi. 426
Iusti in scriptura sine nomine sectę describuntur. 452
Iustus omnis in terra peccat. 523
Iustitiarij in carne uiuunt. 432
Iusticiarij existimant se operibus iustificari. 450
Iustificat homo dupliciter. 422
Iustificati, sunt peccatores & non peccatores. 427
Iustificari nemo potest legis operibus uel proprijs uiribus. 432
Iustificatio fit p fidem christi. 449
Iustificationē fieri per opera, impium est. 475
Iustificamur fide, non operibus. 533
Iudæorū sensus refutatur. 246
Iudæi culicem colant, & elephantem deglutiunt. 190
Iudæ pœnitētia. 7
Iudicium particulare in morte cuiusli/bet. 35
Iulius secundus bellator. 49
Iudicū seueritas rigida in furto. 236

Iudiciū temerariū ꝓhibuit. 261
Iudicium non est incerti. 118
Iudiciū diuinū & humanū differūt. 126
Iudicia sunt & in laicis. 135
Iurandum temere non est. 133
Iurare qñq; bonū & meritoriū. 183
Iuramētū malū ex cōsuetudine 184
Iuramentū falsum etiā hic punit. 184
Periurij grauitas late ostendit 184
Periuriū incurrit dupliciter. 185
Iurādū nō est uitādæ mortis causa. 185
Non iurandum omnino. 185
Iuramenti causæ licitæ. 185
Iuramentū iniuste exigit Pontifex ab episcopis 321
Iuramentū ecclesiæ Ro. ꝓstitū nihil ad nos pertinet. 321
Iuramentū fidelitatis exigit ꝓpter possessionē potestatis ex mala fide 322
De iuramento. 324
Iurare ꝓ temporarijs causis. 262
Iureconsulti calumniatores. 240
Iureconsulti redargui non possunt, ut ipsis uidetur. 240
Iureconsulti ad pacem deberēt laborare. 241
Iure cōtendere nō est Christiani. 241
Iureconsulti & notarij notant. ibidē
Iura uigilantibus subueniunt. 244
Iura contra p̄cepta Christi. 244
Iuris studiū periculosissimū. 244
Iuristæ de ptāte Pontificis. 303
Iure agere infirmis ꝓmittit, christianis prohibetur. 245
Ius interpretandi scripturā nō uidetur esse apud Ro. Ponti. 323
Iure humano papatus institutus. 333
Iure diuino Papa nō ē uicari⁹ chri. 338
Iure diuīo null⁹ casus est reseruat⁹. 348
Ius diuinū nemo debet recusare. 350
Ius diuinū est doctrina Christi. 8
Ius diuinū non relaxat papa. 10
Ius pontificiū est carnificina aiarū. 16
Iusti nō temere iudicāt ꝓximū. 288
Iustus omnis qui credit. 270
Iustitia remittit ad purgatoriū. 117
Iustitiam esurientes. 221
Iustitiæ nr̄æ sicut pann⁹ mestruatæ. 142

Lapsis condolendū ex charitate, nō recitāda uitia eorū. 227
Lares familiares, uulgo uichtelen. 64
Laurentius cōtra ignē inuocat. 169
Laurēti⁹ Valla theologorū nouus fomes. 369
Laurentij Vallæ laus. ibidē
Laicorū argumēta tyrannide nō rōne dissoluuntur. 87
Lædendi gradus exponunt. 208
Leo. X. Daniel in Babylone, cui sua innocētia uitæ ꝑiculū aliqñ fecit. 131
Leo. X. innocentiæ decus. 133
Leo. X. optim⁹ pōtifex cōmēdat. 41
Leoni. X. iniuriāt Colo. & Louañ. 372
Lex ceremonialis & moralis est literalis traditio. 407
Lex nō implet ꝑ opa, sed ꝑ fidē. 424
Lex spūs, & lex lr̄æ quid sit. 429
Lex suscitat odiū, fides dilectionē. ibi.
Lex lr̄æ, & lex spūs differūt sicut signū & signatum. 430. &. 470
Lex spūalis est, qa reqrit spm̄ fidei. ibi
Lex ministrat pctī cognitionē nō abolitionem. 431
Lex data est post. cccc. &. xxx. annos post exitum Abrahæ. 445
Lex posita ē, ut delictū abūdaret. 446
Lex ordinat ꝑ angelos, sed ī manu mediatoris qđ iustificare possit. 447
Lex nō est aduersus ꝓmissa dei, sed innititur promissis dei. 448
Lex recte cognoscit, si peccatū ꝑ eam agnoscitur. ibidem
Lex posita ē causa trāsgressiōis. ibidē
Lex docet nos de nobis ipsis desperare. 449
Lex quō augeat pctm̄, declarat ꝑ aptā similitudinem. ibidē
Lex est carcer. 450
Lex ob quid posita sit. ibidem
Lex ad Christū cogit. ibidem
Lex pedagogus noster. ibidem
Lex eos qui sub ea fuerūt minis coercuit a peccatis. 451
Lex ꝓdest, mō recte intelligat. 455
Lex fuit bona, & etiā iustitia eius. 523

Lex

Lex quibus, & q̄bus nō posita sit. 500
Lex impleri nequit sine Christo. 474
Lex facit seruos, fides liberos. 484
Lex nō pōt perfici citra gratiā. 477
Lex una charitatis est scripta in omniū cordibus. 488
Lex nō potest impleri naturalibus uiribus. 526
Lex impleť ex fide. 512
Legibus humanis quō seruiendū. 489
Leges humanæ deploranť. 411
Leges onerosę sūt abrogādę. 421. & 503
Legem firmari. 427
Legi uiuere & sub lege esse. 429
Legi mori quid sit. ibidem
Leges humanæ augent iram dei. 430
Leges humanæ sunt ferendæ, ut Turcarum tyrannis. 430
Leges humanæ cum fiducia rumpēdæ si obstent necessitati aut charitati. 431
Leges humanę nō ædificāt eccl'iam. 515
Legis intentio quæ sit. 442
Legis opera & iustitia legis pro eodē accipiunť. 445
Lege cognitio fit peccati, non eius impletio. 447
Legem peccatū augere quomodo intelligatur. 448
Lege fit nō tantū pcti augmentū, sed & cognitio peccati, & desperatio de seipso. 449
Leges ceremoniarȝ & traditionum humanarȝ nō pñt hoīem iustificare. 449
Leges pontificum factę sunt rhetia pecuniarum. 502
Legis iustitiæ nō fidendum, sed gratię dei. 450
Legis fructus. ibidem
Legi subesse quid sit. 455. & 493
Legi aliter subfuit Christus q̄ nos. 455
Legalia seruare nō est malū, sed eis seruire est malum. 459
Leprosi tantū ob testimoniū ostenderūt se sacerdoti, nō in satisfactionē. 12
Lex humana durat p̄ uitā tantū. 18
Legis conditio in mortuis cessat. 19
Legis pontificiæ uerba declarant anīas exutas non teneri. 19
Leges ciuiles non obligant animas, ita nec Canones. 20
Legislator necessitatē eximit. 21
Leges nō uexent mortuos. 24
Lex spiritualis est. 205
Lex est lux, qua uidetur humana miseria. 222
Lex dei cōmunis, secūdum q̄ dimittit peccatum. 127
Leges humanæ. 158
Leges pontificiæ ultima persecutio ecclesiæ sunt. 352
Legis translatio ut fiat, necesse est, trāslato sacerdotio, perperam usurpant Decretales. 353
Liberum arbitrium per gratiā restituitur. 352
Libidinans animus uulneratus est, & ridemus insani. 223
Libidinis fomenta. 250
Lingua gubernaculis conferť. 215
Lingua ignis est. 216
Lingua maximus hostis noster. 216
Linguā nullº domare potest. 217
Linguæ uitia uaria sunt. 239
Lipsienses quidā sycophantę. 292
Lipsienses tulerunt suppetias Eccio cōtra Martinum. 299
Litium & iurgiorum forensiū p̄missio apud Christianos. 127
Litium prorogatio. 245
Libertas euangelica. 414
Libertas iustitiæ & libertas pcti. 473
Libertas humana & Christiana pugnant. 474
Libertas nō est licentia peccandi. 484
Liberum arbitrium. 493
Liberum arbitriū nō est domin⁹ actuū suorum. 533
Litera & spiritus quid sint. 467
Longanimitas quid. 499
Loqui a seipso nō debet p̄dicator. 596
Louanien. antidotū adhibēt animabus fidelium contra doctrinam Lutheriį. 363
Louanien. & Colonien. cæteris magis temerariį. 370
Louanien. & Colo. calūnias discūt. 371

Louanien. & Colonien. monitionem Christianam omiserunt. 371
Locorũ obseruatio suspecta. 176
Logica garrulosissima. 216
Loquaces ꝑ ranas signant. 216
Lugentes hic, consolabunt. 224
Lusores sunt fures, non tamen tenent ad restitutionẽ. 238
Lutherius philosophiæ quæstu detrahit pagina 372
Lutherus philosophus & Scholasticus est. ibidẽ

MAgistratibus nõ obloquendum. 204
Magistri fieri nõ debetis. 215
Mgri nri prõpte rndẽt. 296
Magister suijpsi⁹ qsq; esse põt. 487
Mgri nri nõ utunt armatura dei. 370
Mgri nri oppssores ueritatis. ibidem
Magistri nri detrahũt philosophiæ. 372
Magna apud Romanos, minima penes Christum. 391
Malũ fidei duplex, contra fidem & contra mores. 401
Maledictio duplex, interior & exteri/
Maledictũ fuerunt Christ⁹ (or. 442
& sancti. 443
Maledicit Paul⁹ externũ opus. 483
Manasse regis oratio. 388
Mãdata dei implent ignoscẽte deo. 527
Mansuetudo. 499
Magdalena & adultera in euãgelio, nõ
Malcho dure rñ/ (æque satisfecerũt. 12
dit dñs, ne putet se esse iustũ. 245
Maleficia a uetulis q̃ iferant. 163
Maledicẽs hoiem, deũ maledicit. 217
Maledictio, detractio, susurratio. 218
Mansuetudo ꝑcipit i q̃nto ꝑcepto. 218
Mariæ uirgini si qs intulisset stuprũ, is ꝑ indulgẽtias recuperat gratiã. 82
Marit⁹ deformis amãd⁹ ꝓpter deũ. 201
Mariti erga uxores quõ se gerãt. 202
Maritus multa cõdonet, dissimulet, ut pacis ratio possit constare. 202
Martinus de irreuerẽtia in summũ Pontificem petit ueniam. 280
Martin⁹ añ citationẽ scꝑsit libellos. 278
Martini modestia. 4. & 248
Martinus incerta nõ astruit. 29
Martino Breue datum post citationẽ se decim diebus. 279
Martini epistola ad Cardinalem tit. S. Sixti. 280
Martinus obediens est. 278
Martinus præstitit ecclĩæ. 265
Martinus cõparuit apud inimicos, excipit a Cardinali honorifice. 265
Martin⁹ ꝓtestat. 52. & 68. 266. & 311
Martini scripta usq; hodie in domo Caiphæ. 265
Martinus in scriptis uult respõdere obiectionibus. 266
Martinus reuocare contra conscientiã non uult. 280
Martinus rationem petit, cupit ecclesiã sequi. 280
Martin⁹ exhortat, nõ definit. 267
Martinus a ueritate scripturæ nõ est dissessurus. 272
Martinus q̃re se põtifici submiserit. 273
Martinum incarcerandi mandatum habuit Cardinalis. 273
Contra Martinum existenti dat plenarias indulgẽtias. 278
Martinus censuras minus timet q̃ erro res. 281
Martinus sua reuocatione faceret nouũ articulum. 281
Martinus appellat ad Papam. 278
Martino tendunt insidiæ. 284
Martinus censuris terreri nõ põt. 132
Martinũ Lutheriũ casus in hanc disputationẽ induxit. 132
Martinus Luth. in quodã loco acerbe tractat Syluestrum. 133
Martinus in scriptis appellat uniuersitates, Basilien. Friburgẽ. Louaniẽ. 266
Martini magn⁹ & Christian⁹ anim⁹. 137
Martini aduersarij sacra, aut nõ legunt, aut nõ intelligũt. 140
Martinus dolet se in indulgẽtijs, primatu, & priuilegijs, hoc est nugamentis occupatum. 297
Martinus pactum seruat. 298
Mar. paradoxõ nllm audet ꝓpõere. 300

Martino

Martino uitiant uerba aduersarij, sicut Iudæi Christo. 336
Ex Martini auditoribus captarunt articulos. 336
Martinus probat legitima cõcilia. 337
Martinus magister honestatis. 360
Martini Luth. præceptoriũ. 361
Martinꝰ detexit ĩdulgẽtiarꝝ fraudes. 361
Martinus primus libere disputat de indulgentijs. 361
Cõtra Martinũ bene conantem insurgit Eccius. 361
Martinus nititur scripturis. 362
Martinũ euangelicæ ueritatis amicum imitant indocti Canonici. 362
Martini fundamenta pro indulgentijs intelligendis. 107
Martinus quid ex scholastica theologia didicerit. 525
Martinus hæreticus censet. 363
Martinus respõdet ad cõdemnationẽ uniuersitatũ Colon. & Louañ. 367
Martini christiana libertas. 374. &. 518
Martinus strenue cõtradicit Colon. & Louanien. 375
Martini uexatio indigna. 389
Martini uehemẽtia ueniã meret. 390
Martinus negocios⁹. 391
Martinꝰ eccl̃iam Romanã ꝓmouet. 393
Martinus pro ecclesia & ueritate mori paratus. ibidẽ
Martinus debitor uerbi. ibidem
Martinus cupit a q̃libet erudiri. ibidẽ
Martinus grassat in Romanã curiam non ex libidine. 503
Martinus conqueritur de iniurijs sibi illatis. 514
Martinꝰ excusat se, cur multis sese opponat. 517
Martinꝰ libere uult ueritatẽ dicere. 518
Maria Iacobi & Maria Cleophæ, una persona. 410
Mariæ uirginitas intacta ꝑmansit. 456
Martyres damnati, quia Rom. Pontificem nõ agnouerũt. 206
Matrimonij institutio. 154
Matrimonij uerba, & quõ auspicari debet, & quot eius bona. 154
Mediatores idonei, q̃bus etiam inuito Christo uenia impetrat, sũt lucra. 57
Memoria passiõis Christi habẽda Eucharistiam sumpturo. 263
Mendaciũ iocosum & officiosum non est mortale. 242
Mendaciũ est cõtra naturã hoĩs. 243
Mentiri cõuitiũ atrox. 243
Mercenarij mali. 204
Merita Christi nõ cõmittũt hoĩbꝰ. 267
Mediator dei & hoĩm Christus. 447
Mediator unius nõ est. ibidẽ
Merita ex spe ueniũt. 181
Merita Christi sunt spũs & uita. 536
Merita Christi nõ pñt per Papã uel ecclesiam dispensari. ibidẽ
Merita Christi cõferri pñt per Papam ministerialiter. ibidẽ
Merita chr̃i sũt thesaurꝰ gr̃ę uitalis. 269
Merita Christi ad fœdissimã seruitutẽ
Meritũ q̃ iuuaris (q̃stꝰ p̃texuit. 279
in purgatorio, an hic cõparet. 34
Meritorũ applicatio est ecclesiæ militãtis & triumphantis. 47
Merita ecclesiæ militantis Papa in potestate habet tripliciter. 47
Merita eccl̃iæ militantis nõ esse in manu Papæ, fortissime ꝓbat. 47
Meritũ Christi nõ est thesaurus indul/
Merita Christi si appli/ (gentiarũ. 71
caret ꝑ indulgẽtias, p̃staret omissis opib⁹ bonis cõquirere ĩdulgẽtias. 71
Merita Christi nõ cõsequimur ꝑ indul
Merita Christi recõcilia/ (gentias. 72
tionẽ comitant. 74
Meruit nobis oĩa Christus. 355
Meruerit an sibi Christꝰ, incertũ. 355
Merita inculcare pessima seductio. 355
Μετανοειτε, id est, resipiscite, ĩdicat affectum & uitæ mutationẽ. 6. &. 91
Missas aureas inuenit auaritia. 177
Missa audienda in die festo. 191
Miseria nr̃a deflenda in Christo. 264
Misericordia dei sct̃i q̃q; indigẽt. 70
Modestia Martini. 4. 36. 108
Modestia senilis in Syluestro. 134
Mœchia omnẽ affectum libidinosum includit. 221

Monachi & ſacerdotes ex falſo ſancto/ rum cultu ſaginant. 171
Monachi ſtationarij. 242
Monachus prædicator Martinum detu lit. 278
Monarchiæ pōtificiæ ꝓbationes. 301
Monarchiæ pontificis reſiſtentes pec/ cant. 302
Morbi cuiuſlibet remediū deus ꝑ quēli bet conferre poteſt. 173
Mortis uitandæ cauſa nō iurandū. 185
Morte aliquid boni acquirit. 123
Mortis tpe cōfide ī miſcdiam dei. 149
Morte uolūtaria ſoluunt pœnæ oēs. 20
Mors maxima pœna. 20
Mors magna ecſtaſis. 21
Morituro nihil imponendū. 22
Moriturus oīs abſoluendus. 23
Mortis articlo qlibet ſacerdos papa. 25
Mortis horror pœnarū maxima. 39
Mortē uoluntarie non ſuſcipiens, non euolat per indulgentias. 40
Mortis horror īpedit introitū regni. 40
Mortuos, latores Canonum, noluerūt obligare. 19
Mortuis & morituris non impoſiti Ca nones. 25
Mortuos eſſe extra ſtatū meriti, nō do/ cetur ſolidis ſcripturis. 32
Mortificationē carnis cur Paulus tan/ topere inculcet. 522
Morituris Chriſtus inculcādus. 475
Moſen Paulꝰ cū Chriſto cōparat. 425
Mulieres in catos nō uertunt. 165
Mulieres in ſpecie catorum uulneratæ ſunt aliquando. 166
Mulieres cibos, dęmōis arte afferūt. 166
Mulieres peregrinaturi debent querna cruce prius a uiro ſanctificari. 177
Mulieres ſe ornant aliquādo ex cōſen/ ſu uiri. 198
Mulierū præcepta uiuendi. 198
Mulieres rixoſæ agunt cōtra præceptū Pauli. 199
Mulieres uirum rixoſum lenitate uin/ cant. 199
Mulierū ornatus ſumptuoſus a uiro & magiſtratibus male ꝑmittit. 200
Mulieris ornatus uerecūdia pudica. 201
Muliebris naturæ pubes cœpit miracu/ la facere. 242
Mundus nihil aliud q̄ꝫ mutua rerum ra pina. 236
Mundus uitioſos affectus, non apoſto los ſignificat. 343
Myſticū ſæpe externa ſignificat. 205

NAtura æmulat gratiā. 487
Neutrales theologi ꝑ Paulū confutant. 432
Nomen dei, & nomen no/ ſtrum. 422
Nomine dei ſctō iuſtificat cor. 423
Nomen dei ſeruit multis ſuperſtitioni/ bus. 457
Negocium de animabus in purgatorio eſt abſconditiſſimū. 34
Nicenū cōciliū tribuit Papæ ſollicitu/ dinē Italicarū eccleſiarū. 334
Nobiles nūc iſigniores ſūt rapinis. 236
Nomē dei aſſumēdū tātū ī honorē. 182
Nō mœchaberis, præceptū eſt affirma/ (tiuum. 234
Nō occides, habet dupli/ cem intellectum. 234
Notarij notant & Iuriſtæ. 244
Notariorū uulgus ꝑ Eccio, patrū uero ꝑ Martino, & ferme cōcilia. 348
Noua uita quid ſit. 13
Nouꝰ articulꝰ fidei ad cōciliū ptinet. 44
Noua dicūt de indulgentijs. 23
Nundinatiōes ſacerdotiorū, ueterū ele/ ctione nō habuiſſent ꝓgreſſum. 330

OBediētiā ꝓſtitit eccl'ię Luthe/ (riꝰ. 265
Obediētia ſedis apo/ ſtol. plꝰ curat, q̄ꝫ Chri. 324
Oblationes uetere quales fu/ (erit. 302
Obligationē iuris diuini tol/ lere pōt hō fretꝰ autoritate diuīa. 363
Obſeruandū nō q̄ꝫ multa, ſed q̄ꝫ apte di
Occam olim reprobatus (cant. 337
nunc regnat. 369
Oculus in ſacris literis quid ſit. 434
Officiū uerbi nō debet eē ſine gra. 417
Ocioſus dignitatis primatꝰ ꝓbat. 342
Oculorum cuſtodia. 231

Oculorũ iactus, corruptiõis signũ. 231
Oculus insatiabilis est. 232
Occidentes in uerbo qui sint. 206
Occidere hominẽ propter furtum iniquum est. 235
Odium sui in hac uita. 6. & .112
Officialiũ potestas nobis prodest. 257
Onera Christianorꝝ ex Canonibꝰ. 19
Operum fiducia nocet. 16
Operum ꝓmutatio apud inferos nulla possibilis. 19
Operum bonorum triplex genus, quę largiendo fiunt. 62
Opus bonũ fieri põt sine tenijs, uenię autẽ nõ bonæ sine opibus. 63
Opera supererogatiõis sctõrꝝ nõ condonant̃ per indulgentias. 72
Operi bonitatem nõ dat propositum nostrum. 109
Opa seruilia sunt opera peccati. 186
Opa bona nos ꝓparant. 187
Opus non pensatur, sed animus facientis. 188
Opera bona non possunt sustinere iudicium. 83
Opa pharisaica facimus nos. 206
Opa bona quæ ꝓtinent ad satisfactionẽ, sunt ꝓferenda uenijs. 127
Opus per uenias fit deterius. 128
Opa bona ꝓ indulgẽtias remittũt̃. 128
Opa bona nõ sunt in nostra prãte. 143
Opa bona omittere q̃re liceat Thomistæ non quærunt. 129
Opa bona extra gratiã nihil sunt. 354
Opera bona sunt salubria, id est, necessaria. 354
Opes templorum pauperibus potius distribuendæ, & ex ipsis quicꝗ exigendum. 67
Opificia necessaria omnia excusant̃ a transgressione sabbati. 190
Opinionibus Thomæ, Bonauenturæ &c. nõ uult premi Christiana libertas. 5
Opiniones Theologorum nõ sunt fidei articuli. 37
Opiniones meræ nihil ligant. 38
Opinio non firmata scripturis negligenda. 69
Opinionibus tarijs scholastici doctores diuexantur. 74
Operum nulla differẽtia, sed affectuũ operantis. 387
Opera legis quomõ sint mortificata per Christum. 413
Opera legis sunt licita ex causa. 414
Opera legis nõ reprobant̃, sed fiducia eorum. 424
Opera legis differunt ab operibus gratiæ. ibidẽ
Operũ quatuor ordines. ibidẽ
Operibus legis nõ obtinetur cordis iustitia. 428
Opera legis nõ implent legem. 440
Opera legis coram homine iustificant sed non coram deo. 441
Opera legis quõ bene fiant. 475
Opus bonum quod ex puro corde ꝓcedit. 476
Opus quodcũqꝫ bonũ, partim est malum. 528
Opa fidei nõ faciũt fidẽ, sed ecõtra. 534
Oratio. 7
Oramus pro animabus, & q̃re. 36
Orationes fieri ꝓ se, optauit apꝰ. 36
Orare uoce tm̃ nõ est orare. 193
Oratio remediũ cõtra libidinẽ. 223
Oratio ad deum pro fide. 233
Oratio ꝓdest aĩabus in purgatorio. 118
Ordo petendorum. 174
Ordo sacerdotalis a Petro non est, sed forte ab eo cœpit. 313
Organa musica clero conferunt̃. 193
Oratio Martini pro ecclesia. 515
Orat omnis homo, dimitte nobis debita nostra. 522
Osculari manum, est sua opera laudare. 401

PAllium emendum. 319
Palliũ Romanũ emiscerat episcopatꝰ & sacerdotia germaniæ. 503
Papa non põt articulos fidei statuere, sed eos declarare. 536
Papa quõ & ꝓ quos debeat declarare.

articulos fidei. 536
Papa non potest, nec ecclesia, merita Chr̄i dispēsare aut applicare. ibidē
Papa ministerialiter potest cōferre merita Christi. ibidē
Papa supra deū ab aliqb⁹ ponit̄. 538
Papa nō pōt deponi a concilio si iure diuino est Papa. 519
Papam esse supra & infra conciliū statutum est. ibidē
Papa nō pōt tollere pœnas pœnitētię euangelicæ. 9
Papa nō relaxat ius diuinū. 11
Papæ & sacerdotis eadē potestas. 23
Papalis absolutio, de iniunctis pœnitentijs intelligitur. 23
Papa in potestate habet merita ecclesiæ militantis. 47
Papa ut papa audiendus est. 49
Papa nō uult comparari indulgentias operibus misericordiæ. 62
Papa multis monstris obsessus. 65
Papa soluit & dissoluit potestate, non merito Christi. 76
Papam tyrannū faciunt. 84
Papa subest melius sentienti. 332
Papa nō deberet oēs ep̄os ordīare, sed uicini ep̄i. 320
Papā dici uniuersalē charitatē uulnerat. 313
Papæ ptātē faciūt articulū fidei. 317
Papatus institut⁹ iure humano. 333
Papa non est imp̄ator, nec princeps sacerdotum. 312
Papa nō debet exigere iuramentū ꝓpt̄ ignorantiā conscientiarū. 323
Papatus posset tolli ab ecclesia. 328
Papa honoratior alijs fuit. 319
Papa in morte nō pōt pœnitētias reseruare. 117
Papæ incertū pœnæ infligendæ relinquitur. 117
Papa minister est ecclesiæ. 125
Papa p̄ter intercessionē nihil iuris habet in foro dei. 126
Papæ sup̄ioritas ex uoluntate dei arguitur. 301
Papa malus non Papa. 307
Papa indulgentias dat cuiuis aduersanti Martino. 278
Papa princeps excōicat, infames reddit, īterdicit, feudis priuat, Marti. adhęrentes. 278
Papa habet maiores gratias q̄ sint ueniæ. 135
Papa dum moritur, ubi tum claues? 198
Papa actu amet. 322
Parentū ueneratio unde nascat̄ in nobis. 195
Parentum honor literalis est ex timore. 196
Parentū in filios diligentia. 196
Parētes caueāt, ne nimia seueritate filios reddāt pusillanīes & timidos. 196
Parētes indulgētiores, filios p̄dūt. 198
Parisiēses articuli ī fabulā abierūt. 369
Pastoris negligentia magnā iacturam infert ouibus. 463
Pastores ec. de ptāte sua gloriant̄. 480
Passio Chr̄i ē sacramētū & exēplū. 431
Paternæ traditiōes quæ sint. 406
Pasce oues meas, generali sentētia oībus dictum est. 307
Pasce oues, terribile uerbum. 308
Pascere, id est, prædicare. 308
Pascēdi uerbū p̄tīet ad amātē p̄ se. 309
Pascendi officiū p̄ manus tradit̄, reseruato titulo. 310
Pasce, id est, permitte ut pascat alius, p̄peram exponit̄. 310
Pascere oues, significat Eccio, in ocio dominari. 343
Pascere quid sit. 343
Pauperes fideles intelligunt̄. 235
Paupertas in spū præcipit̄. 237
Pauperi negari eleemosyna sine peccato nō potest. 129
Paulus quā ecclesiā uastarit. 314
Paulus uult bonū & nō facit bonū. 524
Pauli doctrina minimi ducit̄. 391
Paulus minimus apl'oꝝ. 391
Pauli sanctissima superbia. 399
Pauli necessaria superbia. 409
Paulus nō a Petro instructus. ibidē
Paulus multis annis p̄dicauit añq̄ cōferret cum apostolis. 412
Paulus iurat. 411
Paulus Petrū corripuit uere. 420
Paulus Petro sup̄ior in correctiōe. 421
Pauli pia sollicitudo. 433

Paulus

Paulus aliorū peccata dolet & deplorat. 461
Pauli lenitas & sollicitudo. ibidem
Paulus fatet se peccatorē esse. 522
Paulus seruit legi peccati. 524
Pauperes ꝓpter exercēdā charitatem semper sunt nobiscū. 505
Pax fructus spūs, & est duplex. 498
Pax dei & pax hoīm pugnāt. 398
Peccat oīs christianus q̄tidie. 521
Peccata p̄cio maximo redempta. 399
Peccata reædificare, ædificare, destruere. 427
Pct̄m lege auget, p̄ christū finit. 446
Pct̄m est q̄cq̄d extra gratiā fit. 449
Pct̄m nō habere, aliud est, q̄ non peccare. 497
Pct̄m habēt hic omnes sancti. ibidē
Pct̄m fratris est extenuandū. 504
Pct̄m oē ex natura sua ē mortale. 527
Peccatū ueniale nō leue cēsendū. ibi.
Pct̄ores sunt omnes homines. 449
Peccatores sumus q̄ diu in carne uiuimus. 493
Peccatores non despiciendi. 505
Peccator quō fieri possit iustus. 423
Peculiū dei quō efficimur. 507
Peripatetica christianū magis impedit q̄ expediat. 389
Perfectus oīs in hac uita, p̄ficiēdus est adhuc. 377
Peregrinatiōes ad Romā uel Hierusalem frustra fiunt. 479
Persona quō a Paulo accipiat. 415
Persona a deo non respicit. 752
Personalia fidē ecclesiæ pene extinguunt. ibidem
Personas laruatas Paul⁹ despicit. 482
Persuasio pro fide. 480
Petrus reprehendit a Paulo. 419
Peccatū ē nō esse perfectū, sed nō oīmibus imputabitur. 210
Peccati fomes totus extinguēdus. 211
Pct̄a septē mortalia unde dicant, & q̄ nō necessario ad eū numerū coartantur. 247
Pct̄m oīe est cōtempt⁹ dei. 249
Peccatū maximū, nō credere. 261
Peccatorū examen. 262
Peccata remittunt, nō requisita satisfactione. 115
Peccatū quod ecclesia expiat. 140
Pct̄a nō manifeste mortalia sunt deo, non sacerdoti confitēda 149
Peccata sunt etiā bona opera. 149
Peccata multa remittit deus sine sacerdote. 352
Pct̄is publicis tātū offendit eccl'ia. 24
Peccati reliquiæ. 26
Peccatū sui natura ad desperationem urget. 59
Peccat grauiter subtrahens egeno, q̄d effundat pro uenijs. 64
Pct̄m est etiā in bono ope sct̄ōr. 70
Peccator pessime diligendo animam suam odit. 112
Pecora & fruges quidā signant, ut seruentur a lupis. 161
Pecuniarij reditus. 238
Pelagiani sunt qui dictamini rectæ rationis confidunt. 179
Pelagiani dicunt Christū, mortuū ꝓpter merita nostra. 179
Peregrinatiōis quatuor causæ. 61
Peregrinatiōes sūt p̄niciosissime. 176
Peregrinatiōes ad S. Iacobū sūt min⁹ utiles q̄ uera opera pietatis. 177
Peregrinātes ꝓpter indulgētias, nihil merentur. 62
Ad perfectionē enitendū. 155
Perseuerātia creaturæ impossibilis. 33
Persecutio ministrorū fori ecclesiastici unde sit. 257
Pœnā nemo oderit, sed peccatū. 208
Pœnæ nō auferunt p̄ indulgētias. 35
Pœna uolita nō infert dolorē. 119
Pœna purgatorij. 27. 36. 119
Pœnarū maxima horror mortis. 39
Pœnas purgatorij p̄ indulgentias relaxari, non est factū ecclesiæ. 121
Pœnas a deo impositas nemo, neq; p̄fectissimis auferri potest. 121
Pœnis nos deus in gr̄a p̄ficit. 40
Pœnas & satisfactiones melius est nō remitti. 127
Pœnas amare & quærere indulgētias

non sunt simul. 128
Ad pœnarum deletionem nō requiritᵉ contritio. 52
Pœnæ canonicæ quibus olim impositæ. 61
Pœnas timere populū, multum facit ad quæstum. 61
Pœnarum ecclesiasticarū inflictio melior est, ꝙ earum relaxatio. 70
Pœnas timentes nondum audiuerūt Euangelium. 76
Pœnarum genera, quas pati possunt fideles. 9
Pœnæ castigatoriæ ꝑ orationes ecclīę possunt tolli. 10
Pœna castigatoria non tollitur ꝑ Papam. 10
Pœna uoluntaria & Euangelica. 9
Pœnā canonicā tollūt indulgētiæ. 10
Pœna impiorū est timor. 28
Pœnas canonicas non omnes remittit Pontifex. 11
Pœna damnatorū maxima a facie domini oritur. 27
Pœnæ inferni uiuentibꝰ degustatæ. 28
Pœna timore augetur. 30
Pœna purgatorij crux est aniarꝝ. 33
Pœna a cōscientia maxime inferē. 36
Pœnam diminuit amor. 36
Pœnitentia est tota uita hominis. 6
Pœnitentia sacramentalis nō est crux Christi. 6
Pnīa coacta sæpe exaudit adeo. 157
Pœnitentiā agunt sine intermissione omnes qui sunt in gratia. 110
Pœnitentia a Theologis conficta est carnificina & hypocrisis. 110
Pœnitentia luget & gaudet. 110
Pnīa uera nō intercidit ꝑ somnū. 111
Pœnitentiæ sunt oīa opa iusti. 111
Pœnitētia summa est, cū odio uitiorū habere amorē uirtutū. 147
Pœnitentia uera. 147
Pœnitentia sacramētalis nō est instituta a Christo, sed a pontificibus. 7
Pnīa uirtutis distat a sacramētali. 7
Pœnitentia Euangelica habet carnis mortificationē. 7
Pœnitentia sacramentalis potest esse ficta. 7
Pœnitentiæ nomine potest etiā intelligi ludę pœnitētia. 8
Pnīæ crux usꝙ ad mortē durat. 9
Pnīæ doctor Ioannes Baptista. 13
Pœnitentiā satisfactiuā & uindicatiuā somniant doctores. 17
Pœnitentiā impositā omittens, nō tenetur alibi persoluere. 19
Pœnitentia homicidij. 24
Pœnitētes uere, ardenter pœnas effligitant. 61
Pœnitentiam habitualem ueteres nō posuerunt. 108
Pœnitentiā agite, non intelligitur de satisfactione, alioquī papa nō posset dispensare. 110
Pœnitentiam ueram agere est a uitijs abstinere. 109
Pœnitentiæ tres partes. 145
Petrā hāc nō dicit Romanā ecclīā. 315
Petrus nullū Aplōrꝝ ordinauit. 332
Petrus æqualis cæteris. 332
Petri priuilegium. 115
Petrus etiā petra dici potest, quia est membrum Christi. 346
Petro sanguis & caro non reuelauit, igitur non ut Petrus responsum accepit. 304
Petrus non super apostolos, quia nullum misit. 307
Petri soliditas potestas Rho. ecclesiæ nominatur. 263
Petrus reprehēditur post acceptas claues. 305
Petrus aplus circūcisionis. 308
Petrus ut apostolus, nō ut epus Rho. claues accepit. 306
Petrę soliditas nō est potestas. 310
Petrus nullius urbis eps. 306
Petrus nō est caput ecclīæ. 263
Petrus cœlestis imperij iura non tenet neꝙ terreni. 315
Petro ut pascat, Ioanni ut sit filius Mariæ, æqualiter dictum est. 335
Petro tradita omnia regna mundi, exponitur. 343

Petrus

Petr⁹ apostolatū suū nō reliquit. 346
Petrus ecclesiæ gessit personam, citante Eccio. 345
Petri successor Enodi⁹, nō Ignati⁹. 319
Petr⁹ prim⁹ ordine, nō potestate. 319
Petrus nusq̄ petra dicit. 339
Petrus pars ædificij ecclesiæ, non fundamentum. 339
Petri habere fidem & potestatem regiminis, non sunt idem. 341
Petro tribuunt quæ non quadrant in successores. 345
Petri fabrica ē ptextus impudētior. 86
Petrus honore orbi pficit. 346
Petro cōmittit officium fraternū, nec ulla potestas. 341
Petrus os apostolorū pro omnibus respondit. 303. & 342
Philipp⁹ Melanchton theologię scholasticæ eximie doctus, miraculū ingeniorum. 299
Philippus certi iudicij. 191
Philosophia Theologiæ pestis, pagina. 116
Philosophia nocet ecclesiæ. 372
Philosophiā q̄dā Christo pferūt. 375
Philosophia euangelica & aplica christiano conuenit. 389
Pici cōclusiones olim damnatæ, nunc admittunt. 369
Pighardi nos accusant idolatriæ. 178
Pijs nō deest ppetui luctus causa. 222
Pietas aurium. 264
Pietatis speciem immiscent, quo min⁹ eorū tyrannis intelligi queat. 55
Placere uel displicere alijs nō est in nobis. 404
Plenitudo tēporis quæ sit. 455
Pœnitētia oībus a Christo indicit. 522
Pontifices nihil statuere pñt contra libertatē charitatis. 420
Pontifices nostri dormiūt. 426
Pontificū nostri seculi, Fastus supat principes, p magna parte. 463
Populus, pcliuis in fiduciā operū. 534
Portare onus suū & iudiciū suū. 482
Potestati papę & priuilegijs Ro. eccle siæ reluctari unice odiosum. 391
Potestas papæ & doctorum sanctitas nunc sufficit ad docendū. 415
Poetarū studiosi meras nugas sectantur. 241
Pollutiōes nocturnæ nō sūt pctm. 227
Pontifex esse potest, qui non habet fidem. 301
Pontificię monarchiæ, pbatiōes. 301
Pontifex cōsensu fideliū summus. 302
Pontifices errant æque ac alij humana patiuntur. 311
Pontifex non est caput secundum cōcilium Africanum. 312
Pontifex non est episcopus uniuersalis dicendus. 313
Pontifices nolunt sua cum iudicio legi. 323
Pontificū rescripta sine autoritate lecta utiliora essent. 326
Pontifices non confirmant, sed fulminant & frangunt. 341
Pontificis uerba nuda in extra uagante, Vnigenitus. 212
Pontifex ut uox Petri audiendus est, pagina. 267
Pontifex Petri successor reprehēdi potest. 267
Pontifex non potest exigere nūmos ceu princeps mundi. 130
Pontifex non remittit omnes pœnas Canonicas. 11
Pōtificiæ ptātis defensores, ex quarto senteñ. se tuentur. 18
Pontifex nihil temere habet statuere in his quæ sunt fidei. 37
Pontificis potestati nō subesse purgatoriū probatur. 43
Pontifex non quærat pecunias, sed salutem animarū. 62
Pontifices Rho. notantur. 76
Pōtificis stilus sonat de iniunctis pœnitentijs. 37
Pontificis autoritati deferendum, quā libet grauia onera, uti solet, impo/ suerit. 79
Pontifex uidetur nescire extinctam fidem, alioqui daret tantū indulgentias pro ea redintegranda. 82

Pōtifex deberet tollere Canones one/rosos. 83
Populo crasso crasse dicendum. 132
Potestas nō uilipēdēda, etiā si turpissimi eam occupent. 258
Potestas papæ supra scripturā iudicio Caietani. 266
Potestas intercedendi pro animabus apud omnes. 122
Potestati resistētes, deo resistūt. 302
Potestatē papę faciūt articulū fidei. 317
Potestatē discretam ab alijs non habu/it Petrus. 319
Potestatis affectu q̄rūt primatū. 320
Potestatis paliritas a Petro īcepit. 344
Præcepta hoīm pñt infringi ex neces/sitate uel charitate. 420
Præcepta tot decalogi & euāgelij cur iubeamur implere. 427
Pręcepta sunt necessaria pctōrib⁹. 428
Prædicare non debet, nisi a deo mis/sus. 396
Præceptū primū qui impleant. 159
Præceptū unum affirmatiuū in decalogo. 182
Pręceptū maxīm ē, Nō cōcupisces. 188
Præceptū, ne occidas, nō possumus si/ne gratia implere. 207
Præcepit deus ultra uires nostras, ut nobis misereatur. 210
Præcepta sūt ī charitate ꝑficiēda. 211
Præcepta nulla negatiua. 212
Præcepta primæ tabulæ sunt de tribus uirtutibus theologicis. 212
Præcepta per charitatem optime per/noscūtur. 220
Præceptoꝝ oīm spūal' interp̄tatio. 237
Præcepta dei impossibilia homini, cū gratia facillima. 354
Præceptum affirmatiuū est, non facias furtum. 238
Pręcepta ī cōsilia mutāt theologi. 244
Præceptū nonū & decimū a nullo im/plent̄, q̄libet sancto. 246
Presbyter & ep̄s idem. 327
Presbyteris unus præpositus ꝓpter uitanda schismata. 327
Presbyteri & ep̄i domi sint æq̄les. 328
Principibus malis obsequēdū. 302
Prierij distinctio indocta. 392
Principes distinguere docent eccl'iam a curia. 392
Priuilegia nutriūt auaritiā Ro. 503
Prophetare uerū, sed nō uere. 521
Propositū uitæ melioris p̄cibus a deo impetrandum. 380
Propositū bonū fit dupliciter. 381
Propositū de omnibus uenialibus impossibile. 381
Proxīo seruire dēm⁹ tota uita nr̄a. 488
Probet seip̄m hō, quō inrelligit̄. 261
Probatio sui uera & solita. 262
Prop̄a tueri difficili⁹, q̄ aliēa carp̄e. 356
Protestatio Lutherij. 5. & 266
Proximo sua impartiri. 237
Puella loquacula. 233
Pubes muliebris naturę cœpit miracula facere. 242
Puritas intrantiū regnum cœlorū sit sine malo motu. 246
Purgatorij ptās quibus data. 41
Purgatoriū nō subesse potestati pontificis probatur. 43
Purgatoriū euacuet papa si in illud potestatem habet. 46
Purgatoriū cur papa nō euacuet. 85
Cōtra purgatoriū rōes q̄dā pugnāt. 33
In purgatorio q̄les dies & anni. 22
Purgatoriū asserit̄. 27
Purgatoriū patiuntur timore se cruci/antes. 29
Purgatoriū, nō punitoriū dicit̄. 31
Purgatorij pœna adimit̄ dū ab anīab⁹ (nō timet̄. 33
Pueros coquūt, ut pin/guiores fiant. 65
Pueris instilletur eruditio dñi, & cor/reptio. 197
Pueroꝝ educatio ē deo sacrificiū. 197
Pueros ad luxum quidā alunt. 198
De puero in adulterio cōcepto stultis/sime consulūt summistæ. 226
Pueri & puellæ ardent. 229
Puerorū ætas reuerenda. 230
Pueri īnocētes sūt uiua mōitoria. 147
Pueri nō sūt remedijs sup̄stitiosis cu/randi. 160

Pueros

Pueros bene instituere sũmũ est. 197

QVæstũ affert, quod populus timet pœnas. 61
Quæstũ faciunt max me indulgentiæ. 79
Quæstus facit, ut multæ ecclesiæ cõsecrentur. 176
Quæstores eleemosynaꝝ plꝰ ꝓponũt q̃ꝫ in literis habet̃ papalibus. 39
Quæstiones laicorum. 135
Quieti nõ reddimur cõterẽdo. 16
Quodcunq; solueris, aliter exponitur apud ueteres. 114

RAnarũ immissio loquaces significat. 216
Regnũ gratiæ & fidei habet Christum regem. 398
Regnũ gl'iæ habet regẽ deũ patrẽ. ibi.
Religiosi & clerici ꝓpter externũ cultum litigant. 414
Reprehensibilis fuit Petrus. 418
Resurrectio Christi crebro interserit̃ uerbis apostoli. 397
Resurget nemo, nisi per Christi resurrectionem. ibidem
Recõciliatus eccl'iæ an sit recõciliatus deo. 13
Redemptiões ueniarũ nõ sunt meritoriæ. 36
Redituũ emendorũ iustæ causæ. 238
Religio linguosi uana est. 215
Remissio culpæ nobis certa fit ꝑ iudicium sacerdotis. 15
Remissio sacerdotis ĩ uoto p̃cedat. 14
Remissio culpæ maxĩe curãda, q̃ a solo deo est. 16
Remissio ĩ uerbo Christi nitit̃, nõ in sacerdote. 17
Remissio culpæ non fit sine infusione gratiæ. 32
Remissiones quid ualeãt uetus quæstio. 37
Remissio plenaria de pœnis iniunctis intelligitur. 44
Remissio Papæ licet nõ necessaria, nõ tamen cõtemnenda. 59
Remissio pœnæ, sicut & culpæ incerta est. 72
Remissio culpæ & Euangelium supra indulgentias prædicanda. 81
Remissio peccatorũ ꝑ indulgentias fit iuxta diuisionem continui. 87
Remissionẽ culpę ꝑ claues ignorãt. 86
Renouatio mẽtis semꝑ curanda. 109
Reseruatio casuũ, & curia Ro. euertũt disciplinã Christianam. 349
Reseruatio in purgatoriũ. 21
Roma Babyloni comparat̃. 41
Romani notantur. 76
Romæ bulla legit̃ in cœna dñi. 83
Romanos mores an teneamur probare. ibidẽ
Romæ pessimi mores. 119
Ro. eccl'ia discipula fidei. 119
Roma deuoratrix totiꝰ pene mũdi. 136
Romanę eccl'ię dicit̃, Vade post me Satana. 305
Romanã eccl'iã dicere matrẽ oĩm eccl'iaꝝ, hyꝑbole est. 315
Romani scribæ ꝑ potẽtias tractãt scripturas. 315
Romana eccl'ia nõ est sola cõstituta a Christo. 316
Romæ decreuerũt animam homĩs immortalem esse. 326
Romana eccl'ia nõ cõstituit alias. 317
Rhomam matrem ecclesiarum sequit̃ Ambrosius. 318
Romana ecclesia quicquid habet iure diuino, habet etiã alia. 318
Romani quærũt amorẽ sui. 324
Romana ecclesia non est cardo ecclesiarum. 321
Roma nobis seruitutẽ imponit. 322
Roma depingitur, nihil audit, nisi laudes suas. 326
Ro. curia exosa omnibus. 326
Romani homicidę uerũ primatum super animã nolunt suscipere. 343
Rhomano pontifici & eius decretis dignus honor defertur. 391
Rhomana ecclesia uix discernitur ubi sit. 392
Rhomanæ curiæ & ecclesiæ differentia. ibidem
Rhomana curia qualis sit. 393
Rhomana eccl'ia qualis sit. ibidem
Rhomani perditissime grassant̃ in germanorum temporalia. 503

Sabbatum non uiolant opificia necessaria. 190
Sacerdotis occursus mali omi/nis creditur. 65
Sacerdotes conniuẽt falso sanctorum cultui ꝓpter quæstum. 171
Sacerdotes & monachi ex falso cultu sanctorũ saginant. 171
Sacerdotum tentationes. 224
Sacerdotes plurales tenent ad pœnitẽ tiam, nõ ad restitutionẽ. 238
Sacerdotes omnes quõdã epi. 540
Sacerdotalis ordo a Petro nõ est insti/tutus, sed forte ab eo cœpit. 313
Sacerdos summus in ueteri lege non est figura Papæ. 321
Sacerdos a populo eligat. 329
Sacerdos in articulo mortis æquatur Romano pontifici. 335
Sacerdos & si ignorat quãta sint pcta, nõ tñ impedit absolutionẽ. 23
Sacerdotis & Papæ eadẽ ptãs. 23
Sacerdotia in urbe nõ acquirunt ueri/tate. 131
Sacerdotiũ indulgentiarũ occasiõe in risum uenit. 85
Sacramẽta sunt efficacia gratiæ, si cre/dantur. 150
Sacramenta ad quid data. 60
Sacramẽta nouę legis dare iustificantẽ gratiã, est hæreticũ. 18
Sacrilegiũ mira atrocitate punit. 235
Saluantur pauci. 209
Sancti nõ sperarũt futurũ, ut essent in memoria hoĩm, nec uident orare ꝓ his rebus, q̃s in uita cõtẽpserũt. 170
Sanctos colentes ꝓpter tpalia, paulo meliores sunt illis qui ꝓ pecunia cũ diabolo pacisc unt. 167
Sanctorũ etiam inepti cultores exau/diuntur. 167
Sanctos facimus nobis seruos. 170
Sctõrꝫ cultus uerus & pius. 171
Sanctorũ superstitiosus cultus quibus argumentis fucatur. 171
Sãctis esse diuersa officia erga nos, im/probatur. 173
Sancto cuilibet ꝓ quis te cõmẽdes. 173
Scti colunt in deo, & deꝰ in scts. 173
Sanctorũ uirtus in laudem dei quomõ uertitur. 174
Sanctorꝫ festi dies q̃re instituti. 174
Sanctorꝫ ordinẽ in cœlis temere discu timus. 174
Sctõs nescíri, q̃ sic coli, melius esset. 174
Sancti tutelares opificibus, & nationi bus diuersis stulte affingunt. 175
Ad Sctõs discursus sũt ex diabolo. 176
Sanctos ꝓ temporalibus inuocantes, indigni sunt Christo. 178
Scti desperãt de meritis ꝓprijs. 246
Sancti ultra cõdignũ ꝓmiant. 60
Sancti nõ suis meritis, sed sola dei mise ricordia salui fiunt. 60
Sanctorũ uocabulo Syluester unum Thomam intelligit. 112
Sctõrꝫ canonizatio inutilis 356
Scti q̃q indigẽt misericordia dei. 70
Sctõrꝫ cõio est ꝓter indulgẽtias. 70
Sanctorꝫ merita nõ supfluũt. 70
Sanctorum passiones & martyria præ stant reliquijs. 75
Sancti nõ sunt nimis excusandi & esse rendi. 419
Sctõrꝫ meritis & ꝓcibꝰ iuuamur. 375
Sancti orant ꝓ peccatis suis. 528
Sancti in cœlo sũt iusti corã deo absq̃ admixtione mali. 528
Sapere, uerbũ frequẽs in no. testa. 481
Sapientes bifariam dicunt. 397
Sanitatẽ a deo petere inutile. 172
Satisfactiõis partes nõ sunt ieiunium oratio, eleemosyna. 7
Satisfactio optima ꝓ nouitatẽ uitæ. 12
Satisfactio nõ requirit. 12
Satisfactionẽ pœnitentialẽ indulgen tiæ eneruant. 39
Satisfactiunculas tẽporales remittunt indulgentiæ. 125
Satisfactio sine uenijs est eligẽda. 128
Scandalũ duplex, infirmorũ & firmo/rum. 501
Scholastícorꝫ loq̃ndi usꝰ ꝓnicios. 524
Scriptura attente legenda. 437
Scripturæ diuinæ solida petra expetẽ/da. 392

Scrupulus

Scrupulus conſcientiæ nõ ſemper impediat ab euchariſtia. 385
Scholaſticorũ ſectæ tres negatæ. 294
Scholaſticorum errores. 294
Scortatio fugienda & periculoſa propter conſuetudinẽ. 225
Scripturæ corruptores Theologi. 8
Scripturis non firmata opinio negligenda. 69
Scripturæ autoritate, non Ro. eccleſiæ ꝓbandi ſunt articuli fidei. 71
Præter ſcripturam omnia legẽda cum iudicio. 74
Scripturę repurgatores bñdicti ſunt. 81
Scriptura ſacra timore tractet. 240
Scriptura habet cæreũ naſum. 240
Scriptrra diſſipat diſtinctionibus. 123
Scripturas torquent propter temporalem poteſtatem Papæ. 320
Scripturam interpretandi ius, non eſt apud pontificem. 323
Scripturę unus eſt ſenſus ũni⁹ loci principalis. 338
Scriptura abuſi ſunt patres. 346
Scriptura abutuntur patres aliquando in laudem Petri. 353
Scripturæ ſanctæ credendum pluſq; cõcilij & Papæ. 353
Seculum hoc florentiſſimũ. 4
Sectarũ origo penes oꝑa diſcernit. 452
Seculũ quõ dicat bonũ uel malũ. 400
Senſus q̃tuor ſcripturę exponẽdę. 467
Seruus & ſeruitus quid. 457
Seruitus iuſtitiæ, & ſeruit⁹ pcti. 473
Seruire iuicẽ ꝑ charitatẽ debem⁹. 490
Seuerũ oportet eſſe erga delinquẽtes, ſed cum benignitate. 464
Senſus quinq;, inſtar quinq; nauiũ. 216
Senſus noſtri noxij ſunt. 232
Sententiarum chaos. 9
Sequendi, quí propriũ ſenſum ſcripturæ tradunt. 353
Seruus ſeruorum dei. 331
Serui inutiles ſumus. 69
Serui fraudulenti. 203
Seruorũ conſolatio, quia mercedem a domino accipient. 203
Seueritas iudicũ rigida in furto, in maioribus floceſſit. 236
Siloe interpretat miſſus. 394
Simulatiõe Petri gentiles ad iudaiſmũ cogebantur. 419
Sina Arabiæ mons. 468
Sine cauſa, male exponitur. 211
Sine uenijs opus purius, q̃ cũ uenijs. 63
Simplicitate fidei Germanorum abuſi Romani. 321
Simonia eſt cũ emunt uenias. 63
Simonenſes ſe eſſe & negociatores faterent quidã indulgentiarij. 66
Sixtus quartus de indulgẽtijs determinauit. 49
Soluere ꝑ uenias nõ dicit apertionem theſauri meritorũ Chriſti. 77
Soluere & ligare eiuſdem poteſtatis. 115
Sophiſtæ diſcerpunt autores. 347
Spes uitæ melioris a deo eſt. 124
Spiritus & caro pugnant. 493
Spiritus, caro & anĩa nõ ſeparant. 492
Spiritu uiuere & ambulare. 501. &. 502
Spiritus ſanctus patrocinatur nobis coram deo. 504
Spiridonis notabile factum. 420
Spiritus ſanitas. 26
Spiritus imꝑfecta ſanitas eſt timor. 30
Spurciloqui peccant. 227
Spurcarum fabularũ narratores. 228
Stella nulla ꝑtendit peccatorẽ. 164
Stilus pontificis ſonat de iniunctis pœnitentijs. 37
Stigmatum nomine quid Paulus ſignificet. 514
Stigmata Moyſi, pontificum & cæſarum. ibidem
Suadere quomodo accipiatur ab apoſtolo. 402
Summ⁹ põtifex ẽ Roman⁹ põtifex. 392
Supſtitio oĩm fallaciſſima. 394
Suffragiũ cupiũt animæ, ne deficiãt. 36
Suffragiũ ꝑprie exponit. 42
Suffragiũ applicat ad purgatoriũ. 45
Suffragium animabus duplici uia impenditur. 47
Suffragium eccleſiæ non eſt ſub iuriſdictione Papæ. 51
Suffragij modus nõ explicatus. 282

Supbiæ

Supbiæ remediū efficaciſſimū. 181
Supbe alter alterū nō doceat. 215
Superbia eſt, non ſcelus intemeranti/ bus ſcripturam. 240
Supbia eſt cōtra primū p̄ceptū. 248
Supbire uanā gloriā includit. 248
Supbia q̄tuor rebus cōſtat. 248
Supbiā docet Syluester cū Scholaſticis
Sup̄ terrā, nō ſub ter/ (Theologis. 112
ra da t poteſtatē Petro. 113
Supſtitiōes in gladio, in telis &c. 159
Supſtitioſa q̄dā i partu mlierꝫ fiūt. 159
Supſtitioſum genus mulieres. 165
Supſtitioſa fiunt in hoc noīe Tetragrā
Supſtitioſis remedijs in/ (maton. 182
fantēs nō ſunt curandi. 160
Supſtitio eorū, qui pecora & fruges ſi/ gnant, ut ſeruent a lupis. 161
Syluester Prieras uituperat bona opa, Lutherius laudat. 129
Syluestrinum forum. 135
Syueſtri ſolutio oī glacie frigidior. 135
Syluester iugulatur. 135
Syluestro ignoſcendū, qui præter ſacra mentalē pœnitētiā nullā ponit. 111
Syluester cōcedit q̄d pri⁹ negauit. 128
Syluester ſanctoꝝ uocabulo unū Tho mam intelligit, per figuram. 112
Syluester eccl̄iarꝫ fabricator. 113
Syluester adulat̄ pontifici. pagina 114
Syluester impius adulator. 115
Syluester nihil p̄ter Thomā allegat. 119
Syluestri temeritas redarguit̄. 119
Syluestri in deū immodeſtiā taxat. 119
Syluestri argumētū, Si gr̄a auget̄ i pur gatorio, p̄ſtat anīas diu ibi eſſe. 120
Syluester conatus eſt Lutheriū pontifi ci reddere infenſum. 124
Syluestrū totū negat Martinus. 126
Syluester graphicus adulator, pagi. 135
Syluester Ariſtotelem loquitur, non Chriſtum. 108
Syluestri inſcitiā mirat̄ Martinus. 109
Syluester cōmētarijs thomę imerſ⁹. 109
Syluester diſtinguendo ſe inuoluit. 110
Syluestri cōmentarij. 89
Syluester adiut⁹ ab ali q̄ ſcribit 89
Syluestri mirum acumen, uerba Chri/ ſti torquentis. 90
Syluester ſupponit, q̄ nō ſunt. 91
Syluester adulator. 94
Syluester uoluptatē corp̄is, nō pœnā, amorē, nō odiū ſui aſſerit. 91
Syluester nō agnoſcit ſeipſum. 92
Syluester temere definit ſine ſcriptu/
Syluester putat hæreſim, oppo (ra. 93
ſitū Thomæ dicere. 94
Syluester hæreſim putat, Romanenſiū facta improbare. 94
Synodus Chalcidonenſis ſanctiſſimi nomen obtulit. 331

TActus mirifice inflāmat. 233
Tauleri cōmendatio. 28
Templa nimiū ornant̄. 204
Tēplis uiuis diſtribuēdū. 67
Tēporalia bona q̄ cōſilio det deus. 178
Tentatio Galatarum. 462
Teſtamentū ex q̄tuor cōſtat. 444
Teſtamentū dei quō fiat irritū. 445
Teſtamenti noīe ſub indicat̄ de⁹ mori
Teſtamētū a pacto (turus. 446
differt. ibidem
Theologię p̄feſſores, & quales eſſe de beant, & quales ſint. 364
Theologi qui falſa docent, peccāt con tra octauū præceptū. 239
Theologi in proprie loqui putāt ſibi li
Theologorū impia temeri/ (cere. 134
tas, q̄ purā & ſimplicē Chriſti philo/ ſophiā, Ariſtotelicis nugis īficiūt. 111
Theologia ſcholaſtica tyrannidem fo/
Theologiæ peſtis philoſo (uet. 116
phia, pagina 116
Theologorū iudicio incerti ſumus de conſecutiōe ueniarū. 121
Theologi diuinant. 122
Theologi ſcholaſtici illudūt pp̄lm. 124
Theologi ſūt corruptores ſcripturæ. 8
Theologorū dialectica. 21
Theologorꝫ diſtinctiōes notant̄. 34
Theologorum opiniones non ſunt ar ticuli fidei. 37
Theologorū error. 73
Theologi nōdū itelligūt Ariſtotelē. 73
Theolog⁹ crucis a ſcolaſtico differt. 75

Theologi

Theologi scholastici ueritatē dānāt. 80
Theologorꝝ glossæ bella ꝓmouēt. 84
Theologos hortat̄, purū Christū doce/ant, nō hominū somnia. 81
Theologicum initium & fraternale in Syluestro. 89
Theologus scriptura loquat̄. 107
Theologiæ scholasticæ dogmata tan/tū ualent ad pugnas uerborū. 109
Thesaurus eccl̄iæ est euangeliū. 77
Thesauri ueritas occultatur apud popu lum. 269
Thesaurus eccl̄iæ improprie sunt meri/ta Christi & sanctorū. 268. 69. 73
Thomas sanctus sępe arguit̄ erroris. 73
Thomas nudis uerbis, sine scriptura lo quitur. 107
Thomas simplicia distinguit. 105
Thomas unus sanctorum uocabulo in telligitur. 112
Thomæ opiniones ꝓ articulis fidei ob trudunt. 115
Thomistæ nō cōueniunt. 117. &. 128
Thomistica consuetudo, dubia affirma re. 118
Thomistæ hæreticū uocant nō sentien tem cum Thoma. 118
Thomistarum error. 142
Thomistæ docent populū in ꝓprias iu stitias confidere. 122
Thomastri. 126
Thomistica Theologia. 111
Thomas Caietanꝰ uult fidē nō esse ne/cessariā accessuro ad Eucharistiā. 265
Thomæ Caiet. Card. tit. sancti Sixti re/sponsio. 264
Tho. Ca. noluit audire scripturas. 272
Tho. Caiet. glossas ex suo capite com/mentatur. 272
Tho. Caiet. habet facultatē temerariā interpretandi. 272
Tho. Caiet. Martinū incarcerādi man/datum habuit. 273
Timor filialis pure nō est hic. 119
Timor pars desperationis. 120
Timor seruilis in nobis semp̄. 294
Timore se cruciantes patiuntur purga/torium. 29
Timor est imp̄fecta sanitas spūs. 30
Timere aliq̄d p̄ter deū, est pctm̄. 32
Tollēdæ sunt mlt̄æ leges ab eccl̄ia. 421
Turrim euangelicā q̄ ædificēt. 433
Tu te crede ꝓ q̄ sit Christus mori com/pulsus. 399
Trahit deus, ducit & agit. 494
Trinitatē uniꝰ dei innuit Paulus. 456
Tributū solutū a Christo & Petro, nō probat primatū. 342
Tribulationis tempore optime fit emē datio uitæ. 172
Turcam quisq; in sinu suo palpat. 183
Turcæ domestici primū eijciendi. 11
Tyrannis inquisitorū. 21
Tyrannidē obtegūt specie pietatis. 55
Tyrannis officialium. 257
Tyrannis episcopos cogit ad obediētiā unius. 329
Tyrannidis suspitio, si de potestate pō/tificis nō sinitur disputare. 301

VAna gloria. 508
Veniæ ꝓ uiuis prīcipaliter in stitutæ. 122
Veniæ sunt piæ fraudes. 122
Veniæ p̄mittunt̄, nō īprobant̄. 128
Veniæ sunt licentiæ & remissiōes mul/torum meritorum. 129
Veniæ olim nullæ. 129
Venias aiunt occasionalr̄ ꝓdesse. 131
Venias oīno sublatas esse ꝓdesset. 130
Veniarꝝ p̄cones obscure loquunt̄. 39
Veniæ uilescunt necessario. 40
Veniarum præcones imponendū sem/per clamant. 54
Veniæ sunt p̄missæ, nō p̄ceptæ. 64
Veniæ si emunt̄, simonia est. 63
Veniæ ex deo nō sunt, q̄a aduersus ue/ritatem crucis. 65
Veniæ quibus utiles. 131. &. 66
Venialia nō confitenda. 25
Veniarū præcones. 29
Veniales lr̄æ tollūt dei timorē. 67
Veniæ nō sunt gratiæ dei. 82
Verbū dei cogit̄ cedere indulgētijs. 132
Verbum dei ante omnia prædicandum non ueniæ. 67

Verba

Verba Petro dicta nemini aptant, nisi qui sit similis Petro. 342
Verba nuda non debent uideri oracula. 18
Verecūdia pudica, mulieb. ornat⁹. 309
Veritatē docere, est eccl'iā turbare. 264
Veritate offendit auriū pietas. 264
Veritas thesauri occultatur apud populum. 269
Veritas urit. 176. & 123
Veritas se tuetur. 128
Veritas semp temeraria. 296
Veritas Canonicos indoctos Lutherio conciliauit. 360
Verbū dei sanat, uerbū hominis peius habere facit. 395
Verbū hoīs qd faciat audiēti. ibidē
Verba Christi gratiosa. 405
Verbū dei sine periculo mortis nō pōt recte tractari. 504
Verbū dei prædicantibus tpalia debēt ministrari. 508
Verbi dei tractator multorum inuidiæ obnoxius. 510
Veritas libere cōfitenda, etiā si sit cōtra Papam, aut conciliū. 518
Veritas euangelij. 415
Veritas tractat nō sine sanguine. 393
Verę ꝓpositiōes dānant a Coloñ. 374
Verbi dei tractatio in ecclesia maximū opus. 509
Veneficia hodie crescunt. 495
Veniam ꝓmisit deus ad gloriam gratię suæ. 379
Vestium cultus nouus & peregrin⁹ arguitur. 233
Viator secundū quid & simpliciter, noue dictum. 120
Visu uincuntur fortes. 231
Virga diuinatoria. 164
Virginitas incōparabile decus. 226
Vitæ emendatio fit optime tempore tribulationis. 172
Vita passiua Christiano potior ꝙ̄ actiua. 172
Virtutes morales, & scientiæ speculatiuæ sunt peccata. 179
Virtutes adsunt, dū nō putant. 224
Vicia quæ crucifigenda. 502
Videri quō ab aplō accipiat. 417
Virtus quid sit. 527
Virtus moralis sine fide uelamē est nequitiæ. 399
Viuere in carne & ambulare secundū carnem. 432
Viuit homo iustus apud deum ex fide, apud hoīes uero ex lege. 441
Vita Christiani nō est ipsius, sed Christi. 465
Vita Christiana quid sit. 491
Viuere debemus, non nobis, sed fratribus. 502
Vnitatē eccl'iæ scindētes hæretici. 345
Vnitatem tuetur Cyprianus, non potestatem pontificis. 347
Vnitas quō a Petro orta. 347
Volūtatis bonæ hoīes qui dicant. 400
Votorū tractatū mundus non cupit audire. 386
Vouendi ꝓnitas dehortanda. 386
Votis sunt præponenda opera mandatorum dei. ibidē
Votū baptismi omniū sacratissimū & magnū. ibidē
Vota in baptismo uix uel nunq̄ implere sufficimus. ibidem
Vota facta hoīb⁹ quō interp̄tanda. ibi.
Vota deo facta indispensabilia & diuini iuris. 387
Votum castitatis ante pubertatē non ligat. ibidē
Votorum cōmutatio in alia opera non probatur. 387
Volūtas coram deo ꝓpendit. 235
Volūtas dei in oībus cōsyderāda. 128
Vomitus ebrijs prodest. 250
Votorum ad sanctos ī meli⁹ cōmutatio bona. 62
Votū sufficit, si deest sacerdos. 25
Vsurarius est fur publicus & sanguisuga populi. 236
Vxor timeat uirum. 203
Vxores monent indulgentiarij, ut corrodant ꝓ indulgentijs. 130
Zelus quid sit. 464

FINIS.

ADAM PETRI CAN
DIDO LECTORI S.

POST uniuersi operis laborem exanclatum finemq; feliciter impositum, admonuit nos eximius Theologus Egranus. R. P. dominum Martinum secundo ædidisse Resolutionē suam de potestate Papæ, & cum locupletatione nō spernenda. Nacti itaq; exemplaris opportunitatem, diligenter adiecta annotauimus, & in hunc locum, ne quippiam desyderare cogaris ex hactenus æditis, appendicem nō obmisimus. Tu candide lector, sedulitatis nostræ fidem agnoscas, & boni consulas. Vale.

Facie. 305. Ante locum ubi habetur. Quin uide quoddā mirabile. In secūda æditiōe Martinus addidit pauculū, quod subscribit.

Perspicuum est itaq; claues esse ecclesiæ datas, nec est, quod huic loco possit opponi, quando dicit, Dic ecclesiæ, Si ecclesiam non audierit. Non dicit, Dic Petro, si Petrum non audierit &c.

Item. 309. facie, Versu. 35. Vbi legis, Sicut Petro iam in apostolatum uocato, hæc dicunt, Adiecit in secūda æditione.

Et hoc est, quod istos adulatores, uerborum Christi oscitantes & stertentes lectores ab intellectu sano propellit, quod nō discernūt uerbum officij & potestatis. Vocatio Petri fecit eum primū, & qualem ipsi uolunt statuere, Sed impositio officij per uerbum pasce, nullum ei gradum maiorem contulit, nec cōferre potuit, nisi dicant Petrum super seipsum etiam eleuatum per uerbū pasce. Sequitur. Dicis autem.

Facie. 325. prolixam Martinus additionem fecit editione secunda, Post uersum. 10. ubi habetur. At ista decretalis meram superbiam & præfractam fiduciam spirat. Sequitur,

ADIICIAMVS & alterā decretalē, quo firmius ꝓbemus, non esse solis Pōtificibus Rho. ius interꝑtandi sacras literas, nec oportere captiuos esse Christianos in eorū uerba, sed cū libero iudicio omnia eorum legenda.

De maioritate & obedientia Cap. solitæ. ubi, cū Imperator Cōstantinopolitanus obiecisset Rho. Pōtifici uerbū Petri, Subditi estote omni humanæ creaturæ &c. quo uoluit patriarcham Cōstantinop. sibi inferiorē facere. Respondet Innocentius tertius, siue quisquis fuerit, familiaris eius scriba, prorsus ignarus sacrarum literarum, dicens,

Verū, si personā loquētis, & eorū ad quos loquebat, ac uim locutionis attendisses diligētius, talem scribētis nō expressisses intellectū.

Vide quæso pastorē hūc ouiū Christi, qui interꝑtaturus uerbū dei, parat ꝑ

d sonarum

sonarũ differẽtias afferre, cũ uerbũ dei nihil æque impugnet, atq; respectũ ꝑsonarũ. Nõ est em̃ acceptio ꝑsonarũ apud deũ, sed quicqd præcipit, om̃ibus præcipit, magnis & paruis. Sed age, uideamus q̃ꝫ loquentis personam hic nouus aduehat scripturæ interpres.

Scribebat eĩ apl's subditis suis, & eos ad meritũ hũilitatis ꝓuocabat.

Sic habes loquẽtis ꝑsonã, & eorũ ad quos scripsit, id est, maioris & minoris. Deinde uim locutionis, quæ est, prouocatio ad meritum humilitatis. hæc ille.

Principio, quid noui quæso hæc affert interp̃tatio? Quis unq̃ꝫ p̃cipit alijs, aut docet alios, q̃ꝫ subditos suos? Quid ergo necessaria est distinctio ꝑsonarꝝ, ad intelligẽdũ hũc solũ locũ Petri, præ cæteris eiusdẽ, & oĩm doctorũ scp̃turis? An in cæteris, subditi docẽt maiores, discipuli magistrũ, gentes Apostolũ?

VERVM, sic oportet loqui ne taceãt, q uel pessimã causam tuent̃, uel ignari sunt literarũ sacrarũ, fallit autẽ hũc locutorẽ, quod uerba Petri, interim arbitrat̃ esse iuris sui humani, in qbus aliqñ maiores statuunt pro inferiorũ salute, q̃ ipsos nõ tangũt. Atq; hoc nimirũ est, q̃d ex diuino p̃cepto Petri, nobis consiliũ facit dicẽs, eũ ꝓuocasse subditos ad humilitatẽ, uidelicet nõ p̃cepisse, nec cõsuluisse, sed tanq̃ꝫ ad humilitatis supererogatũ (ut uocant) meritũ ꝓuocasse. Hãc scilicet uim in locutiõe dei, inueniũt Pastores ouiũ: cũ Petrus p̃cipiat, p̃ceptũ diuinũ & necessariũ, addẽs, Sic est uoluntas dei.

Sensus Innocentij.

SEQVAMVR tñ sensum eius, qui est, hac locutionis ui distinctis ꝑsonis nõ Petrũ, nõ successores eius, nõ rectores in eccl'ia, sed subditos tantũ ꝓuocari ad subiectionẽ. Videamus quid sequatur.

PRIMO, Petrus & Põtifices sunt exempti a p̃cepto dei, nõ decet eos obedire deo, sed solos subditos. & cũ ius seu uerbũ diuinũ oĩbus p̃figat̃, magnis & paruis, nullũq; sinat exceptũ: Notari⁹ tñ Papę, potestatẽ habet excipere quos uolet. Ita uides, ꝑ decretales extingui euãgeliũ: ꝑ uerbũ hoĩs, tolli uerbũ dei. & hoc monstrũ adoramus christiani in eccl'ia Christi, ꝓ uerbo dei.

Pro uerbo dei uritur, & uehementer urget.

QVIS, q̃so (nõ uratur?

QVIS autẽ ita insaniret alius, ut Petrum hanc subiectionẽ subditis imposuisse sua autoritate crederet, q̃ se ipse ab eodẽ p̃cepto eximeret? Hoc si fecit, aliud docuit uerbo, & aliud mõstrauit exẽplo: hoc est, destruxit q̃ docuit. An oportet, subditos Petri & successores, esse subiectos Cæsari: ipsos uero cõtrario exẽplo idẽ eisdẽ dissuadere? An nõ Petrus fuit subditus potestatibus sicut docuit? Nõ fuit Christus sub Cæsare? Nõne oẽs apl'i & sancti? An Rho. Põtifici nõ licet ꝓuocari ad meritũ humilitatis? Huic soli licet erigi peccatũ suꝑbiæ? Itaq; aliud iam Põtifices sunt, q̃ꝫ christiani: quoniã lex christianorũ eos nõ ligat. alio eunt ipsi, alio eorũ subditi, alio pastores, alio oues; alio duces, alio greges: noua certe rõne, ducendi, pascẽdi, regendi. Nõ iam dicant, uenite, sed ite: nõ p̃cedãt, sed tantũmodo, dimittãt populũ in mandatis dei.

An aliud sũt Põtifices q̃ꝫ Christiani? acerba concessio.

QVOD si in hoc loco ista sapiẽtia ualet, ualebit & in om̃i alio p̃cepto Petri ubi docet fidẽ Christi, euacuabit̃q; uniuersa autoritas Petri: quia ubiq; dicet̃, hoc subditis p̃cepisse, nõ sibi, nec successoribus. quãdoqdẽ nõ nisi subditis loqui potuit. Dicam⁹ ergo & hic, si loquẽtis ꝑsonã attendisses, & eorꝝ ad q̃s loquit̃, nõ ita exposuisses intellectũ eius, qa loquit̃ subditis suis, & eos ad meritũ fidei, spei, & charitatis ꝓuocat: seip̃m & nos exemptos uoluit. Et recte. sic em̃ hodie attendũt diligẽtissime Rhomani loquẽtis sui Petri ꝑsonam, ut eis licere nihil eorũ seruare, quæ ille locutus est, intelligant: ne Christo quidẽ credere, & christianos esse ac uiuere: ut reiecto uerbo christiano Petri, digni fiant hac decretali christiani. qualis lex, talis & populus.

Expende Romaneñ. morem.

Qualis lex, talis popul⁹.

Vbi

VBI ergo manebit, quod in omnibus quę docentur in sacris literis, oportet primos esse pontifices, & lucem mundi, ut uideantur eorum opera ab homini bus? Quid? si subditi dicant, aliud nec facere, nec debere possumus, q̄ a pasto ribus nostris fieri uidemus? ubi tunc manebit uerbum Petri? ubi tunc eorum persona, ad quos loquitur? Quando subditi maiorem causam habent illud re/ iiciendi, eo ipso, quo uident, ipsum nō modo nō seruari, sed etiam reiici ab iis, quorum exemplo uiuere debēt. Vix me contineo, ne decretalem hanc impiis/ simam & peruersissimam dicam blasphemiam.

Sed iam cognita & persona loquentis & audientis, & ui locutionis, prose/ quamur, quomodo hæc exequatur.

Nam si per hoc, quod dixit, subditi estote, sacerdotibus uoluit iu/ gum subiectionis imponere: & eis prælationis autoritatem aufferre, quibus eos subiectos esse monebat. Sequeret̄ ex hoc etiam, quod ser uus quilibet in sacerdotes imperium accepisset, cum dicatur omni hu/ manæ creaturæ.

Quam amarum uerbum, subditi estote, unde & repetit q̄ potest odiosius appellans iugum subiectionis, contra autoritatē prælationis, & serui imperiū uelut querulans. Deinde, monebat (inquit) exhorrens præcepti uocabulum aliud nihil spirans, q̄ ne cogatur subesse ulli hominū: sed ut liceat omnibus præesse, aut saltem, ut consilium ex præcepto faciat. Amarū uer/ bum, subditi estote, sed tñ apostolicum

QVALE autem est incōueniens, esse sacerdotem subiectum seruo? Nōne Christus in medio omniū uenit ministrare, & formā serui accepit? An hæc pro uocatio ad meritū humilitatis nō nisi ad subditos Christi pertinet. cuius Rho. Pontifices nolunt esse subditi? Christus iussit nouissimo loco sedere. Et Pe/ trus omnes iubet insinuare humilitatem. Et Paulus, Superiores inuicem arbi trantes, & honore præuenientes. Verum, hæc subditis suis dixerūt personæ lo/ quentium, & alia secutæ sunt. Quanto q̄sq; est maior, tā/ to se submis/ siorem debet gerere, ma/ giscp subditis inseruire, exē plo Christi.

Quanquā de hac subiectione, Petrus hoc loco nō loquatur, quæ mutua hu militate spiritus in christianis regnat: sed de ea, qua subiiciebant̄ pphanis ma/ gistratibus, præsidibus, iudicibus, quos potestas Rhomani imperij ordinaue/ rat. Hanc enim cōstitutionē uocat Petrus creturā humanam, quod per homi/ nes creentur ij magistratus. At hic decretalista, nec uocabula scripturæ intelli/ git, & audet eam interpretari. Esse autem creaturam humanam (id quod dixi) potuisset intelligere (si tam sensum Petri, q̄ suam ambitionem quæsiuisset) ex mox sequentibus, ubi Petrus distribuens per singula, quæ in collectione dixe rat, seipsum exponit, omni inquā creaturæ, siue regi, siue ducibus, q.d. Ideo di/ xi omni creaturę & omnibus hominum ordinationibus subiici, ne qui uestrū se aduersus minores præsides eleuent, quasi tantummodo regi obtemperaturi sed etiam missis ab eo, date, facite, seruate, quæ danda, facienda, seruanda sunt. Quomodo Rho. xiij. Cui honorem, honorem: cui timorem, timorem: cui tri/ butum, tributum. Nō ergo de creatura dei loquitur, quā Innocētius in suis opi nionibus cogitat: Sed de creatura humana, ut uerba expresse sonāt: qualis nō est seruus, quē timet imperiū accipere super sacerdotes. licet, iuxta euangeliū, cuius seruo nos oporteat submitti. quin totum hoc uerborū cahos Innocentij, & nihil facit ad rem, & insciti æ suæ duntaxat testimonia sunt.

SEQVITVR.

Quod autem sequitur, siue regi tanquã præcellenti, Nõ negamus, quin præcellat Imperator in temporalibus, illos duntaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia.

Hic si quæras, qua autoritate uerbũ Petri sic coartet: & quod oĩbus dictũ ẽst, ad aliquos dũtaxat deprauator aptet: respondebit aliud nihil, q̃ sic uolum⁹ nostro uerbo credi fas est: etiã plus, q̃ expresso textui uerborũ dei.

PRIMVM, hic scriba laborat, ubi nõ urgetur, & fugit nemine persequente, scilicet mala fide, & cõscientia uexatus. Petrus dicit, regi subdi debere tanq̃ præcellenti, id est, qui sit primarius & plusq̃ duces ab eo missi. Ad decretalista, uocabulo præcellenti, male tactus, timens ne p̃cellentiã sonet Imperatoris super Pontifices, anxie occurrit: & de præcellentia regis & Pontificis, longe extra sententiã Petri disputat: nõ aduertens uerbũ Petri, qui non modo regi præcellenti, sed etiã ducibus ab eo missis, obtemperare præcipit, immo omni creaturæ humanæ: de quibus nihil est solicitus decretalista: quia uerbum præcellentiæ in ducibus, & creatura humana non sonuit terribiliter in auribus eius. Breuiter, ne dictionem unam quidem in Petri hac autoritate intelligit is, quisquis est, scriptorculus Rhomanus, & cõtendit tamẽ oĩes oues Christi docere.

SED SEQVAMVR EIVS FVMVM:

Impator in tpalib⁹ oĩb⁹ etiã sacris p̃cellit, idq̃ iure diuino.

Dico, Imperator in tẽporalibus omnibus præcellit, etiã sacris, idq̃ iure diuino, ut hæc Petri uerba cogũt: tñ q̃a in arbitrio eius est, & sunt creaturæ hũanæ põt hãc p̃cellentiã ipse sponte, uel retinere, uel dimittere, & in utroq̃ habet ius diuinũ. Sic a Cõstantini tẽpore, nõ autoritate Pontificũ, sed impatorũ, creaturis humanis, data est libertas, p̃sonis & rebus ecclesiasticorũ. nec põt ad hoc ullus respõdere aliud quod ualeat. Vnde si Impator uel duces rursum hæc reuocent, quæ sua autoritate donarũt, nõ põt eis resisti sine peccato & impietate.

QVARE, nihil hic facit deprauator: dũtaxat eos impatori subijciẽs, qui tẽporalia ab eo suscipiũt, aperte & temere uerbũ Petri discerpens. A quo, rogo, habet ipse temporalia? A diabolo, uel rapina? Et ubi est, quod supra dixit, p̃sonam loquẽtis, attendendã quod Petrus hæc scripserit suis subditis? Qui sunt Petri subditi? An soli laici? Cur ergo oĩes oues Christi sibi cõmissas in Petro iactat? Ergo omnes oues Christi, id est, omnes subditi Papæ, siue laici, siue clerici: ac p̃ hoc, & ipse dux ac pastor, & arietes gregis, subditi sũt Impatori & ducibus. Sic eĩ ipsius met decretalistæ huius uerba sibi collata cogunt. Aut ergo nõ nisi clerici sunt oues Christi Petro cõmissi, aut clerici, aut subditi sũt Impatori simul cũ laicis, q̃a oẽs Petro subditi, subdunt̃ a Petro Impatori & ducib⁹.

Oẽs siue laici siue clerici, subditi sunt Impatori & ducibus.

Sed Pontifex in spiritualibus antecellit, quæ tanto sunt digniora, quanto anima præstat corpori.

Et cur hic nõ additur, dũtaxat illos, qui spiritualia ab eo suscipiunt? Nempe quod in temporalibus excellere uult, ne Impatori ulla parte cogat̃ subdi, quẽ Petrus in totum subdit Imperatori: Ita cogit̃ sacrum & tremendũ uerbum dei postremo loco sedere, & nostris affectibus cedere. Sed dicito.

An Petrus

AN PETRVS ignorabat, spiritualia præcellere temporalibus? Cur ergo seipsum & omnes subiicit temporalibus administrationibus? Verũ, illud longe suauius. Subditi Petri & Papæ sunt spirituales, ideo nõ subditi imperatori. ex quo sequitur, quod laici, quia spirituales nõ sunt, nec subditi Petri, non sint oues Christi: quia has omnes Petro subiecit. Cum autẽ Petrus, hoc autore decretalista, suis subditis hæc scripserit, sequens erit, solos clericos debere, & nullos laicos, subesse imperatori, aut, quod maxime horrẽt, nõ omnes oues Christi per mũdum, sub Petro sunt: aut omnes subditos esse oportet æqualiter spirituales, si omnes oues & subditi sunt Petro, ac per hoc distinctio ista temporalium & spiritualiũ, prorsus corruit. Quid aliud mereat, qui sacras literas, humanis traditionibus tractare & contaminare audet, & ut in hæc monstra confusionis & cõtradictiõis ruat? Non ergo alij sunt subditi Papæ & Imperatoris, nisi quantũ donauit Imperatoris constitutio & creatura: hoc uerbo Petri & iure diuino omnes subijcimur gladio & potestati mundanę: sicut & Rho. xiij. & Tit. iij. scribitur. Omnis (inquit) anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non sine causa gladium portat, ministra dei est, tibi in bonũ. Credo, qui omis anima dixit, nec animã Pontificis, nec suam ipsius exceperit. Sed perpendamus singula, ut uideamus, scripturæ sacræ interp̃tationẽ Rhomanã hodiernã.

Præmiũtor quentis scripturã ꝓ suo affectu.

Si spiritualia temporalibus præcellunt, quanto anima corpori, ideoq; spiritualia nõ licet subdiri temporalibus. omnis autẽ homo habet animã, id est spirituale, ergo nullus homo alteri subdat, nec oues Christi Petro, cũ Petrus sit homo sicut & illi.

Paulus dicit, omnis anima subdita sit, quæ utiq; spiritualis est. An Christus erat spiritualis, quãdo cum Petro soluit Cæsari didrachmũ. An Pontifices excepit, quando dixit, date quæ Cæsaris sunt, Cęsari? At hoc syllogismo cõcludemus, quod magis spirituale fuerit, præcellat minus spirituale.

Tum uirgo sancta ancilla dominabit impio Pontifici, & pannosus mendicus Imperatori: obsecro, quæ tandem hinc ludibria sequentur. Hoc sane uerum, in uerbo & sacramento tradendo (hæc enim sunt spiritualia) Pontifices sunt super omnes. Verum, in temporalibus rebus, officijs, tributo, censu, uectigali, & omibus oneribus temporalis reipublicæ, prorsus Pontifices & clerici sunt magistratibus subiecti iure diuino, nec exempti, nisi beneficio huius humanæ creaturæ.

In tpalibus pont. sũt magistratibus subiecti.

Quod si dixerit, Spiritualia nõ intelligo p̃sonas ipsas: nam uolumus omnes oues Christi, nobis esse subiectas & spirituales, sed res ipsas spirituales: ut per temporalia, res temporales. Respondeo, tuo laqueo te capio. Si Imperatori tribuis temporaliũ omnium potestatẽ, cur ergo tua temporalia subtrahis, & non uis subdita? Et quod maius est & inæstimabile monstrum, cur in imperia, regna, dominia, tenes, aufers, confers, transfers? Cur his te misces? Est hoc Imperatori temporali permittere, & tibi spiritualia seruare?

Quid hic dicent omnes decretalistæ, nisi quod tam ex uerbis & operibus suis cognoscũtur, ceu ex foliis & fructibus, se nescire, quid sit, uel temporale, uel spirituale: immo amisso spiritualibus, solum temporalia amare, ut præcellentiam, opulentiam, uoluptatẽ. Si enim Imperator excellit in temporalibus, nõ debet ea spũalis Põtifex usurpare, sed subdita illi relinquere, tributũ de eis pendere Impatori & ducibus, ac rei publicæ tp̃ali p̃ illa, seruire ꝗties fuerit req̃siti.

Decretalistæ nesciũt quid tpale uel spirituale.

Licet non simpliciter dictum fuerit, subditi estote, sed additum fuit

propter deum.

Quid hoc? an iterum consilium fiet ex præcepto? an nõ simpliciter persona loquentis attendenda est? an non simpliciter subditos suos Petrus prouocauit ad humilitatẽ? Non simpliciter Imperator præcellit in temporalibus? O miserum & anxium effugium, immo deploranda inscitia, quæ nondum, quid propter deum uelit, accipit. Petri sensus planus est, ut statim se ipse exponit. Quia (inquit) sic est uoluntas dei. ideo scilicet propter deum subdi debere, non quia illi mereantur magistratus, sed quia deus ita uoluit.

O miseram euasionem.

At decretator forte conat hoc uerbo, nõ necessariã esse subiectionẽ eiusmodi docere, quasi Petrus indebitos obsecrarit, meriti uidelicet hũilitatis causa.

VE TIBI, qui uerbum dei saluberrimum tam audacter corrumpis miserrime decretator.

Nec pure sit scriptum, Regi præcellenti, sed interpositum fuit (forsan uon sine causa) tanquam.

Tot mendaciũ eget fucis, ut uerum saltem uideatur. cꝫ misere torquitur hic fugax autor, ut dei præceptũ illudat. Si hoc Tanc̃ꝫ, minuit uerit atem, uel regis, uel præcepti, cur superius non similiter dixit, Subditi estote tanc̃ꝫ omni humanæ creaturæ? Cur præcipit subdi sine tanc̃ꝫ? Cur nõ dixit, Estote tanc̃ꝫ subditi, simulantes subiectionem, sicut ille simulat regem, tanc̃ꝫ sit rex? Insulsior est ista glossa, cꝫ ut mereatur confutari. Petrus uult hoc tanquã, rationalem esse coniunctionem; ostendens, quare subdendum; quia (inquit) præcellit, & quia duces missi sunt ab eo: Hoc est, ipsa præcellentia & potestas, quia deo uolente geritur, est causa, quare ꝓpter deum subdi ei debeatis.

Tanquã

Quod autem sequitur, Ad uindictam malorum, laudem uero bonorum, intelligendum non est, quod Rex uel Imperator, super bonos & malos acceperit gladij potestatem, sed in eos solũmodo, qui utentes gladio, eius sunt iurisditioni commissi.

O necessarium Rhomanæ curiæ, & cleri licentiæ impunitissime glossam. Hic sane opus erat oculos intendere, hic ulcus tangebatur, sed frustra. Iterum, hic cum suo duntaxat prodit, uerbum dei generale torquens in partem populi Christi. Quare & nos eadem absurda pro uerbo dei, contra uanitatem hãc reducamus. Et quæramus, an omnes oues Christi sint Petro subditæ: & an ad suos subditos hæc scripserit: & an alij sint subditi Petri & regis. Hæc enim tria necesse est confiteatur uera, ut ex prædictis patet. Quare, si suos subditos hæc scripserit, & hi alij sunt a subditis Imperatoris, gladij potestas, uerbo Petri, solum super clericos, in uindictam malorum, & laudem bonorꝫ ualebit: eruntcꝫ exempti omnes & soli laici. Cur ergo contraria uidemus fieri, adeo, ut clericos tradant seculari foro, non nisi exutos clericatu? Sin omnes sunt subditi Petro, & ad oms hęc scripsit, qui sunt oues Christi: ergo uel clerici gladio exempti, non sunt oues Christi: uel hæc deprauatio & distinctio uerborꝫ Petri, prorsus impia & ueritati aduersa est.

Impia est distinctio.

Denicꝫ, hæc glossa id præstabit, ut iam nulla sit potestas gladij, quandoquidem pontifici totum urbem subijciunt, subiecti uero ei, non sunt sub Imperatoris

Glossa in potestatẽ gladij ficta.

toris iurisditiõe. Nisi noua & humanitas institutа iurisditio, clericus solos exímat, ac laicos illic relinquat. Sed hoc nõ est uerbum Petri exponere, qui oẽs gladio subjícit, qui sibi subiecti sunt. Ita pugnant leges hominũ, cum lege dei. Quare nullus elt exemptus a potestate gladij, siue laicus, siue clerus: nisi quantũm ipsa potestas gladij donauit ac permisit, sicut olim hęretici tempore Augustini puniebantur potestate gladij, & etiam nunc per ignem. Quod nullo modo liceret fieri, si ecclesiastica iurisditio, esset iuris diuini: ea scilicet, qua exempti sunt clerici a gladij potestate. Et sicut hodie habet clericalis status, melius esset, sublatis exemptionibus, rursum gladio subjici, iuxta pręceptum Petri & Pauli, omnes cleros, ut punirentur. tunc ecclesia melius haberet, timore gladij peccatis coercitis. nunc autem suis legibus impune aluntur in oñe malũ.

Melius esset, clerũ timore gladij a peccandi libidie coerceri, q̃ impunitate tam tam feneſtrã negtię apire

Potest autem potestas gladij clero, gratuito concedere suum rigorem. Verũ si id nollet facere, non posset cogi, nec ullis pontificum decretis impediri. Nõ enim habent potestatem gladij coercendi, quem deus dedit solus. Nec uerum est, quod in manu Papæ sit iubere gladium eximi, uel condi: libera est potestas gladij a deo collata. sicut & supra dixit, quod in temporalibus eam habeat Imperator. ubi in omnibus dicere debuit, adeo non potuit omnino negare, gladium non esse in sua manu.

Potuisses autem prærogatiuam sacerdotij ex eo potius intelligere quod dictum est, nõ a quolibet, sed a deo: non regi, sed sacerdoti: non de regia stirpe, sed de sacerdotali prosapia descendẽti: de sacerdotibus uidelicet, qui erant in Anatot, Ecce constitui te super gentes & regna, ut euellas & dissipes, ædifices & plantes.

Quid hoc? an non est a deo dictum, quod Petrus & Paulus dixerũt, subditi estote. Non est sacerdotibus dictum, non est omnibus dictum, quando Paulus dicit, omnis anima?

Quid? si Impator dicat: Ego duos apl̃os primos, p me habeo, q̃bus plus credendũ est, quã Hieremiæ: eo quod illi, ueritatẽ reuelatã noui testamenti: iste more ꝓphetico occultatã locut⁹ est: ideo nihil ꝓbat cõtra me. Quid hic dicet? Sed adde, si hæc, uera sunt, Ergo Hieremias est sũmus Põtifex: quãdoq̃dẽ, hũc eius titulũ soli Romani Põtifices arrogãt, q̃d cõstituti sunt sup̃ gẽtes & regna

Igit̃ de ꝓpheta & opere ꝓphetæ, locutus est deus: nihil de p̃cellentia sacerdotali. Non est alia præcellentia in ecclesia, q̃ uerbi ministeriũ: quod bene saluum manet, si sacerdotes in omnibus temporalibus subiecti sint potestati gladij, sicut fuit in Christo & apostolis, & primoribus Episcopis.

In eccl̃ia p̃cellentia est uerbi ministeriũ

Deniq̃, cur nõ euellit, dissipat, ædificat, plantat, si hoc ad se pertinere putat? Nõ sunt dignitatis & p̃cellentiæ, sed laboris & officij uerba, quæ hic ponunt̃. Et ubi fuit summus sacerdos in lege, si Hieremias hoc uerbo sacerdos constituitur super gentes & regna, super quæ ille non erat constitutus. Vbi est & illud quoq̃, quod Pontificẽ in spiritualibus duntaxat præcellere dixit, partitus cum Cæsare imperiũ, si sup̃ gentes & regna cõstitutus est, ad hunc sensum?

Præterea nosse debueras, quod fecit deus duo luminaria magna in firmamẽto cœli. luminare maius, ut præesset diei, luminare minus,

ut præesset nocti, utrunq; magnum, sed alterum maius.

Ad firmamentum igitur cœli, id est, uniuersalis ecclesiæ, fecit deus duo luminaria magna, id est, instituit duas dignitates, quæ sunt pontificalis autoritas, & regalis potestas. Sed illa quæ præest diebus, id est spiritualibus, maior est: Quæ uero carnalibus, minor. Et quãta est inter solem & lunam, tanta inter põtifices & reges differẽtia cognoscit.

A quo cognoscitur a glosa hoc textu dignissima, quæ dicit, Papam quadragesies septies esse maiorem Rege, adeo certi sibi sunt, de mensura utriusq; magnitudinis, & solis & Pontificis, nisi quod hic magna quæstio oritur, quomodo in ueteri lege, Reges erant super Pontifices, nisi tunc non fuisse ecclesiam, id est, firmamentũ cœli, credendum sit, quando una ecclesia dei est, ab origine mundi ad finem usq;. Sed esto, ecclesiam christianam intelligat.

In uete. lege reges erãt supra pontifi.

Quid dicet? quis certiores nos faciet, sol nouum an ueterem sacerdotẽ significet? Siquidem allegoria dubia est, & nihil probat. Immo qua ratiõe compescitur Imperator, si suam potestatem dicat intelligi per solem maius lumen, ut cui subiecta per Petri uerbũ sit omnis anima, quantumlibet spiritualis?

QVID? quod hac ratione sequitur, Iulium, Augustũ, & alios gentiles imperatores fuisse in ecclesia, quia fuerunt minus lumen ecclesiæ, a deo factum. Et quod festiuius est, Iulius & Augustus erant minus lumen, anteq; fieret firmamentũ, id est, ecclesia, immo anteq; Christus nasceretur, caput & autor huius firmamenti, sed & uniuersalis ecclesia diu fuit sine isto maiori luminari, & etiamnum est in Græcia & India.

Festiua elusio.

Illi forte adhuc in tenebris sunt, licet in firmamento cœli sint.

DOLENDVM sane, istis ludicris & nugis, & uerba dei in res (ut putant) tam serias stabilendas deformare, facessant laruæ, figura nihil probat.

Deinde, allegoria horum uerborum est hæc, SOL, est Christus, LVNA, ecclesia, COELI, apostoli, STELLAE, sancti. Potestas Imperatoris nihil pertinet ad ecclesiam, nõ magis, q̃ quæcunq; mundi.

Nobis autem commissæ sunt Christi, in b. Petro dicente domino, pasce oues meas, non distinguẽs inter has oues & alias, ut alienum a suo ouili demonstraret, qui Petrum & successores ipsius, magistros non recognosceret & pastores.

Hoc sane necessariũ erat addere, quo ambitio aperte ostenderetur. Quis autem hãc glossam accipiet? quo neruo firmabitur? quãdo dicis: non distinguẽs inter has & alias. Cuius oues Paulus pascebat, & alij apostoli? suas. Cur non potius dicendum, quod nõ distinxerit inter Petrum & alios pastores, cum impossibile fuerit, ab uno Petro pasci omnes. Sin per alium potest pascere, quid refert & oues posse per aliũ audire? ubi tunc erunt, tam pastor, q̃ oues? Siccine uerbum dei licet ludere? Cur autem qui hoc uerbũ pasce, ad se solos pertinere putant, nõ eunt in Turcas? immo cur non in Boemos saltem? Verũ, quid hoc laboro? Cur nõ pauit hic Paschalis hunc decretalistam & suam curiam, ut uerba Christi recte intelligeret, pro animæ cibo, & nõ tam misere contaminaret? An in Turchia & Boemia nõ sunt animæ pascẽdæ? An solũ pastas sibi credit cõmissas

Si p aliũ licet pascere, qd uetat & ouef per alium audire.

commissas? Cur ergo Petrus non contentus pastis a Christo ouibus, ipse per totum mundum, pascendas ac docēdas quæsiuit? Cur inquā pascere sibi usurpant, & tamen non faciunt? nisi quod cupiunt nos scire, quid intelligant per uerbum pascere, quoties illi ad se oues pertinere iactant, scilicet dominari, in otio tondere oues, meraq; tyrannide in ecclesia prævalere. Error itaq; est, alienum esse ab ouili Christi, qui Petrum & successores ipsius non recognoscit pastores & Magistros.

PRIMVM quod ipsi, nec pascunt, nec regunt, Alioquin, iam omnes christiani essent alieni a Christo, quod nullus eorū uideat, etiam si q̄ maxime uelit, pastores & magistros Rho. Pontifices. uident autem eos, & recognoscunt dominantes & pompantes: & tamen hac recognitiōe, non magis sunt de ouili Christi, sed pene ejiciuntur per uim: tam efficacia sunt eorum scandala.

DEINDE, quia satis est, PAVLVM, immo quemuis sacerdotem recognoscere pastorem & magistrū, ubi ubi fuerit. Hic enim pascit & regit: illi uero, pastas solum tondent & mactant.

Satis est quē cūq; sacerdotē, siue Petrū siue Paulū recognoscere pastorē, q potius pascat q̄ tondeat & macket.

Sed satis hæc, ne uidear studio reprehēdendi hæc moliri. cū aliud non quæram, q̄ ut illis os obstruam, qui nobis scripturarum intellectum liberrimum a Christo datum, captiuare audent in sensum & uerbum hominū pontificum: uolentes de uerbis dei iudicare secundum uerbum hominū: cum cōtra, uerba hominum iudicanda sint secundū uerbum dei, quod iudicat omnia.

Sequitur. Ad tertium, ad rationes. Vbi illud primum tractandum &c.

Tandem circa finem facie, 335. Vbi uersu. 19. habetur Quo quid uanius dici potest, In secūda adiecit.

Decimaseptima. Si Papa esset iure diuino super omnes fideles ecclesiæ, nullus posset eum absoluere, nec confitentē audire: quia quicquid iuris diuini est, immutabile est. Nec ulla ratione potest se alteri submittere, & potestatem sup se pati, sine iuris diuini iniuria. Nō em̄ pōt inferior fieri ullo pacto, nisi hominum arbitrio. Ius diuinū stat fixum in eo quod est. Sequit̄. In fine dico.

Sed nec Proœmialē Epistolam, quā præmisit secundę æditioni, quod notabilis sit, & in rem suam & tuam obmittere potuimus, quin subiecimus in hunc modum.

Martinus.

MARTINVS LVTHERIVS PIO LECTORI SALVTEM IN CHRISTO.

SVPER propositionibus tredecim resolutiones meas, nuper tumultuario negotio ædidi, ut ferebat, & temporis, & occupationum mearum ratio. ita enim cogor pene imparatus, pessimo nomini, quod mihi a multis intentatur, occurrere. Quas cū uideam maiore studio peti q̄ sperabam, uisum est, eas sub incudem reuocatas augere, uel emendare saltem, si qua digniore facie in publicum uenire possint. In qua re, optime lector, te primum oro, ne stili mei uarietatem mireris. Sum plane aliquando sordidior, penituscp̄ mei dissimilis, quod de industria facio, quod mihi non sit spes nominis & memoriæ diuturnæ, nec tale quippiam unquam quæsiui. Sed sicut ui in publicum tractus sum, ita cogito semper, q̄ possim, citius redire in meum angulum, saluo Christiano meo nomine. Habere enim puto Theatrum meū suam horam. Post me alius sequetur, si dominus uolet: ego tempori meo satisfecerim. Videor & multis paulo durior in aduersarios, & uelut modestiæ theologicæ oblitus. Hic si qua & alia uitia mea inueniantur, non magnopere deprecor culpā: quod hoc me alia causa facere nō sum mihi conscius, q̄ nimio publici tædio & odio, in quod me mergūt illi, plurimum mihi pretiosissimi temporis suffurantes. Deinde, quod tam p̄fractos & obstinatos oblatratores patior, ut e quauis syllaba, mihi ignominiam, sibi uictoriam nominis Christiani, insidiosissime & pertinacissime quærant: ut malo nodo, malus mihi cuneus necessarius uideatur. quanquā uideor mihi, stomacho me multam semper fecisse uim, ne facerem quæ possem. Et nescio, si molliter simul & utiliter tangi queant, qui inueteratissima iam diu cōsuetudine opprobrādi hæretici nominis, ita in iudicandis aliorum scriptis obstupuerunt, & ad audiendam ueritatē obduruerunt, suisq̄ opinionibus obsurduerunt: ut uix caduceo diuino quopiam excitari posse uideātur. Vt id taceam, q̄ intolerabile sit, leuiter arguere eos, qui e templo dei speluncam latronum fecerunt: & e scriptura dei, negotium hominum: abominationē eā e loco sancto, & CHRISTVS flagellis pepulit. & PAVLVS dure increpandos censuit hos uaniloquos. Nā id coguntur, uelint, nolint, confiteri, sacras literas passim in uniuersalib⁹ studijs fuisse neglectas penitus, quā tumuis sese iactent scripturas intelligere religiosius, humano aliorum sensu, q̄ illarum proprio. Ego mihi nolo hāc cantari cantilenā, nec saltitabo ad eam. uolo, non iudice humano dici scripturam, sed scriptura iudice, omnium hominum scripta, dicta, facta intelligere. Postremo omnium criminū nomina, modeste & patienter tulisse, laus esto. At spolium nominis Christiani, rapinam gloriæ dei, abnegationem Christi (quod moliuntur, qui hæreticum tam facile q̄ temere pronunciant) agnouisse, ac non potius usq̄ ad sanguinem omnibus uiribus reclamasse, anathema sit. Proinde qui me patientem desyderāt, primū alio q̄ hæretico, perfido, & apostatico nomine criminentur: aut, quod debent, talem me esse prius conuincant. Neq̄ enim mihi retaliasse uideor quenquam talium criminatorū, etiam si sexcentis nominibus malis eos onerassem. Hæresis

resis enim similia sibi monstra nō habet, cum sit peccatum in spiritum sanctū: Quanquā intutus omniū sanctorū exemplā, & impotentem illorum animū, qui tam celebre hoc crimen faciunt: pene mihi persuadeo, non minus ferendū esse hæretici, cuiusq; uitij opprobrium. Quādo & Christum habere dæmonium Iudæi insaniebant, obsequium deo se præstare arbitrati. Verum, utut sit nullius persona unquā mihi erit odiosa, qui sperem omnes nos tandem pacatos in regno Christi uicturos inæternum. Causam uero scripturæ sanctæ, si concitati ore zelo egero, uenia mihi spero iustam non negari. quod non possit esse par ullius læsio seu iniuria, cū iniuria diuinæ scripturæ collata. Hic enim uita nostra læditur æterna: illic putridum nomen corruptibilis hominis. Dominus autem ipse Iesus regat & seruet nos omnes, custodiatq; corda, & intelligentias nostras,

Amen. Vale optime lector.

REVERENDO ET VE

RE PATRI SVO IOANNI STVPITIO S. T. professori, Augustinianæ familiæ Vicario, F. Martinus Luther discipulus, Salutem, & seipsum.

MEmini Reuerende Pater, inter iucundissimas & salutares fabulas tuas, quibus me solet dominus Iesus mirifice consolari, incidisse aliquando mentionem huius nominis, pœnitentia: ubi miserti cõsci entiarum multarum, carnificumq; illorũ, qui præceptis infinitis, eisdemq; importabilibus modum docẽt, ut uocant, confitendi: te uelut e cœlo sonantem excepimus, quod pœnitentia uera non est, nisi quæ ab amore iustitiæ & dei incipit: & hoc esse potius principium pœnitẽtiæ, quod illis finis & cõsummatio censetur. Hæsit hoc uerbum tuum in me, sicut sagitta potentis acuta: cœpiq; deinceps cum scripturis, pœnitentiã docentibus, conferre. Et ecce iucundissimum ludum uerba undiq; mihi colludebant, planeq; huic sententiæ arridebãt & assultabant: ita, ut cũ prius non fuerit ferme in scriptura tota amarius mihi uerbum, quam pœnitentia, licet sedulo etiam coram deo simularem, & fictum coactũq; amorem exprimere conarer, nunc nihil dulcius aut gratius mihi sonet, quam pœnitentia. Ita enim dulcescũt præcepta dei, quando nõ in libris tantum, sed in uulneribus dulcissimi Saluatoris legenda intelligimus. Post hæc accessit, quod studio & gratia eruditissimorum uirorum, qui nobis Græca & Hebræa officiosissime tradunt, didici, idem uerbum græce Metanœa dici, a meta & noein, id est, a post & mentẽ: ut sit pœnitentia seu metanœa, resipiscentia, & post acceptum damnũ & cognitum errorem intelligentia sui mali, quod sine mutatione affectus & amoris fieri est impossibile: quæ omnia Paulinæ Theologiæ ita respondent apte, ut nihil ferme aptius Paulũ illustrare possit, meo saltem iudicio. Deniq; profeci & uidi, Metanœan non modo a post & mentem, sed a trans & mẽtem posse deduci (sit sane uiolentum) ut Metanœa transmutationem mentis & affectus significet, quod non modo affectus mutationem, sed & modum mutandi, id est, gratiam dei uidebatur spirare. Nam transitus ille mentis, id est, ueriissima pœnitentia, celeberrimus est in sacris literis: ũt quem phase illud uetustũ olim significauit, Christus exhibuit: & longe ante Abraham quoq; figurauit, quando trãsitor, id est, Ebræus uocari cœpit, traiectus scilicet in Mesopotamiam, ut Burgen. docte docet. Huic & titulus ille psalmus

Carnifices cõscientiarũ.

Ineptus cõfitendi modus.

Pœnitentia uera ab amore iustitiæ incipit.

μετάνοια, resipiscẽtia.

μετανοεῖν, resipiscere.

A conci

concinit,ubi Idithun,id est,transiliens cantator inducitur. His in-
Opibus pœnitentiæ nimiũ tribuit hærens,ausus sum putare,eos falsos esse,qui operibus pœnitentiæ tã
tũ tribuerũt,ut pœnitentiæ uix reliquũ nobis fecerint,præter frigidas
quasdã satisfactiones,& laboriosissimã cõfessionẽ:latino scilicet uoca
Latina uox erroris causa. bulo abducti,qđ pœnitentiã agere,actionẽ magis sonet,quã mutatio
nẽ affectus:& Græco illi Metanoin,nullo modo satisfacit. Hæc mea
cũ sic ferueret meditatio,ecce subito cœperũt circũ nos strepere, imo
clangere noua indulgentiarũ classica,& remissionũ buccinæ: quibus
tm̃ non ad strenuũ belli studiũ animaremur. Breuiter, neglecta ueræ
Satisfactio uilissima ps pœnitẽtiæ. pœnitentiæ doctrina,adeo magnificare p̃sumpserũt,non pœnitentiã,
non saltẽ uilissimã eius partẽ,quæ satisfactio dicitur,sed eiusdẽ uilissi-
mæ partis remissionẽ,ut nunquã sit ita magnificari audita. Deniq; im
pia & falsa,& hæretica docebãt,tãta autoritate,temeritate uolui dice
re,ut qui uel cõtra mutiret,statim hæreticus,igni deuotus eẽt,& æter
næ maledictiõis reus. Ego ho⁹ furori occurrere nõ potẽs,statuimode
ste eis dissentire,& in dubiũ uocare eorũ dogmata,fretus oĩm docto-
Satisfacere, melius q̃ satisfactionẽ remittere. rũ,totiusq; ecclesiæ sentẽtia:qđ etiã satisfacere melius sit,quã satisfacti
onẽ remitti,id est,indulgẽtias redimere:nec est ullus qui aliter unquã
docuit. Itaq; disputaui,id est,summa,media,infima,oĩa in malũ capi-
tis mei irritaui,quantũ p̃ hos,pecuniarũ,heus animarũ dicendũ fuit,
zelatores fieri,ac p̃fici põt. Sic em̃ suauissimi hoiẽs,crassissima astutia
instructi,cũ negare nõ possint ea,q̃ dixi,fingunt summi Pontificis po
testatẽ lædi meis disputationibus. Hæc est causa R. P. qđ ego nũc infe
liciter in publicũ prodeo:qui semp̃ anguli amator fui, & ipse eligens
spectare pulcherrimũ nostro seculo ingenio⁹ ludũ,magis quã specta
Prouerbiũ. ri & rideri. Sed,ut uideo,oportet & Corchorũ inter olera uideri, & ni
grũ statui inter alba,decoris scilicet & Veneris gratia. Rogo itaq;,has
meas ineptias suscipias,& q̃ fieri põt industria,ad optimũ Pontificem
Leonẽ decimũ transmittas:ut sint ibi mihi aduersus studia malignã-
tiũ,uice alicuius paracleti:nõ qđ te mihi cõiungi periculo uelim, meo
solius periculo hæc egisse uolo. Christus uiderit,sua ne sint an mea q̃
dixi:sine cuius nutu,nec summi Pont. sermo est in lingua eius,nec cor
regis in manu sua. Hũc em̃ expecto iudicẽ e Romana sede,pnũciantẽ.
Cæterũ,minacibus illis meis amicis nihil habeo qđ respondeã,nisi il
lud Reuchlianũ:Qui paup̃ est,nihil timet,nihil põt p̃dere. Res nec ha
beo,nec cupio. Famã & honorẽ,si habui,assidue nũc p̃dit qui perdit.
Vnũ supest imbecille,& assiduis fatigatũ incõmodis corpusculũ: qđ
si qua ui uel dolo abstulerint,ĩ obsequiũ dei,forte una uel duab⁹ uitæ
Christianus Martini animus. horis me pauperiorẽ faciẽt. Sufficit mihi dulcis redẽptor & p̃pitiator
dñs meus Iesus Christus:cui cantabo,quã diu fuero:si qs aũt noluerit

cantare

cantare mecum, quid ad me? ululet, si libet, uel secum. Ipse dominus Iesus seruet te in æternum mi pater suauissime. Vuittenbergæ, die sanctæ Trinitatis. Anno M. D. XVIII.

BEATISSIMO PATRI

LEONI X. PONT. MAX. F. MARTINVS LVtherivs AVGVSTINIANVS AETERNAM SALVTEM.

AVDITVM AVDIVI de me pessimum, Beatissime Pater, quo intelligo, quosdã amicos feciſſe nomen meum grauissime coram te & tuis fœtere: ut qui autoritatẽ & potestatem clauiũ & summi Pontificis minuere molitus sim: inde hæreticus, apostata, pfidus, & sexcentis nominibus, imo ignominiis accusor. Horrent aures, & stupent oculi. Sed unicũ stat fiduciæ præsidiũ, innocens & qui eta conscientia, nec noua audio. Talibus enim insignibus & in nostra regione me ornauerunt homines isti honestissimi, & ueraces, id est, pessime sibi conscii: qui sua portẽta mihi conantur imponere, & mea ignominia suas ignominias glorificare. Sed rem ipsam beatiss. Pater digneris audire ex me infante & inculto. Cœpit apud nos diebus proximis prædicari Iubileus ille indulgentiarũ Apostolicarũ: profecitq; adeo, ut præcones illius, sub tui nominis terrore, omnia sibi licere putantes, impiissima hæreticaq; palam auderẽt docere, in grauissimum scãdalũ & ludibriũ Ecclesiasticæ potestatis, ac si Decretales de abusionibus quæstorũ nihil ad eos pertinerent. Nec contenti, quod liberrimis uerbis hæc sua uenena diffunderẽt: insuper libellos ediderunt, & in uulgũ sparserunt. In quibus, ut taceã insatiabilẽ & inauditã auaritiam, quã singuli pene apices olent crassissime, eadẽ illa impia & hæretica statuerunt: & ita statuerunt, ut Confessores iuramento adigerent, quo hæc ipsa fidelissime instantissimeq; populo inculcarent. Vera dico, nec est quo se abscondant a calore hoc. Extant libelli, nec possunt negare. Agebantur tum illa prospere, & exugebãtur populi falsis spebus: & ut Propheta ait, Carnẽ desuper ossibus eorũ tollebant. Ipsi uero pinguissime & suauissime interim pascebantur. Vnũ erat, quo scandala sedabant, scilicet terror nominis tui, ignis cõminatio, & hæretici

Conscientiã bonã & quiẽtã habet Lutherius.

Insatiabilis auaritia idulgentiariorũ.

nominis opprobrium. Hæc enim incredibile est quã propensi sint intentare: quandoq; etiam si in meris opiniosisq; nugis suis contradictionem senserint, si tamen hoc est scandala sedare, ac non potius mera tyrannide schismata & seditiones tãdem suscitare. Verum nihilominus crebrescebant fabulæ per tabernas de auaritia sacerdotum, detractiones q; clauium, Summiq; Pontificis, ut testis est uox totius huius terræ. Ego sane, ut fateor, pro Zelo Christi, sicuti mihi uidebar: aut si ita placet, p iuueníli calore urebar: nec tamẽ meũ esse uidebã, in iis quicq; statuere, aut facere: pinde monui priuatim aliquot magnates ecclesia rum. Hic ab aliis acceptabar, aliis ridiculũ, aliis aliud uidebar: præua lebat enim nominis tui terror, & censurarũ intentatio. Tandẽ cũ nihil possem aliud, uisum est saltem leniuscule illis reluctari, id est, eorũ dogmata in dubium & disputationẽ uocare. Itaq; schedulam disputatoriam ædidi, inuitans tantũ doctiores, siqui uellent mecũ disceptare, sicut manifestũ esse, etiam aduersariis oportet, ex præfatione eiusdẽ disceptationis. Ecce, hoc est incendiũ, quo totum mundũ queruntur conflagrare, forte, quod indignantur me unum, autoritate tua apostolica magistrum Theologiæ, ius habere in publica schola disputandi pro more omnium uniuersitatũ, & totius ecclesiæ, nõ modo de indulgentiis, uerumetiã de potestate, remissione, indulgentiis diuinis, incomparabiliter maioribus rebus. Nec tamen multũ moueor, quod hanc mihi facultatẽ inuideant, a tuæ B. potestate concessam, qui eis fauere cogor inuitus multo maiora: scilicet, quod Aristotelis somnia in medias res Theologiæ miscẽt: atq; de diuina maiestate, meras nugas disputant, contra & citra facultatem eis datam. Porro, quod nam fatum urgeat, has solas meas disputatiões præ cæteris, nõ solũ meis, sed omniũ magistrorum, ut in omnem terram pene exierint, mihi ipsi miraculũ est. Apud nostros, & propter nostros tantum sunt æditæ, & sic æditæ, ut mihi incredibile sit, eas ab omnibus intelligi: disputatiões cm̃ sunt, non doctrinæ, non dogmata, obscurius, pro more, & enigmaticõs positæ. Alioqui, si præuidere potuissem, certe id pro mea parte curassem, ut essent intellectu faciliores. Nunc quid faciam? Reuocare nõ possum & miram mihi inuidiam ex ea inuulgatione uideo cõfiari, inuitus uenio in publicum, periculosissimumq; ac uarium hominum iudicium, præsertim ego indoctus, stupidus ingenio, uacuus eruditione, deinde nostro florentissimo seculo, quod pro sua in literis, & ingeniis felicitate, etiam Ciceronẽ cogere possit ad angulum, lucis & publici alioqui non ignauum sectatorem: Sed cogit necessitas, me anserem strepere inter olores Itaq; quo & ipsos aduersarios mitigem, & desyderia multorum expleam, emitto ecce meas nugas, declaratorias mearum disputa

Monuit primates ecclesiasticos.

Disputãdi facultatem habet doctor sacre theologie.

Arist. somia.

Disputãt meras nugas de diuina maiestate.

Nota Martini modestiã.

Seculum hoc florentissimũ.

tionum,

tionum: emitto autẽ, quo tutior sim, sub tui nominis præsidio, & tuæ protectionis umbra, Beatissime pater: in quibus intelligẽt omnes, qui uolent, quam pure simpliciterq; ecclesiasticã potestatẽ & reuerẽtiam clauium quæsierim & coluerim, simulq; quã inique & falsc me tot nominibus aduersarii fœdauerint. Si enim talis essem, qualem illi me uideri cupiunt, ac nõ potius omnia disputandi facultate, recte a me tractata fuissent, non potuisset fieri, ut illustrissimus Princeps Fridericus Saxoniæ dux, elector Imperii &c. hanc pestem in sua permitteret uniuersitate: cũ sit catholicæ & apostolicæ ueritatis unus facile amantissimus: nec tolerabilis fuissem uiris nostri studii acerrimis & studiosissimis. Verum, actum ago, quando illi suauissimi homines nõ uerentur mecum & principem & uniuersitatẽ pari ignominia cõficere palam. Quare beatissime pater, prostratũ me pedibus tuæ B. offero, cũ omnibus quæ sum & habeo. Viuifica, occide, uoca, reuoca, approba, reproba, ut placuerit: uocem tuã, uocem Christi in te præsidentis & loquẽtis agnoscam. Si mortem merui, mori non recusabo: Domini enim est terra & plenitudo eius: qui est benedictus in secula, Amen: qui & te seruet in æternum, amen. ANNO M. D. XVIII.

Ecclesiasticã dignitatẽ cõlit pure simpliciterq;.

Fridericus Saxo. dux.

Fridericum principẽ notare nõ sunt ueriti.

PROTESTATIO R. P. MARTINI LVTHER AVGVSTINIANI VVITTENBERGENSIS.

Quia hæc est Theologica disputatio, q̃ pacatiores facit animos, nudo disputationis textu forte offensos, repetã hic denuo, ptestationẽ i scholis fieri solitã.

Primum protestor, me prorsus nihil dicere aut tenere uelle, nisi quod in & ex sacris literis primo, deinde ecclesiasticis patribus, ab ecclesia Rhomana receptis hucusq; seruatis, & ex Canonibus, ac decretalibus pontificijs habetur, & haberi potest. Quod si quid ex ijs probari uel improbari non potest, id gratia disputationis duntaxat, pro iudicio rationis, & experiẽtia tenebo: semper tamen in ijs saluo iudicio omnium superiorum meorum.

Protestatio theologica.

Vnum illud addo, & mihi uendico iure Christianæ libertatis, quod opiniones B. Thomæ, Bona, aut aliorum scholasticorum, uel canonistarum, nudas, sine textu & probatione positas, uolo pro meo arbitrio refutare uel acceptare, secundũ consiliũ Pauli: Omnia probate, quod bonũ est tenete. Etsi scio quorundam Thomistaꝝ sententiam, uolentium B. Thomã ab ecclesia approbatũ in omnibus. Constat satis, quantũ B. Thomæ ualeat autoritas. Hac mea protestatione credo satis manifestũ fieri, quod errare quidẽ potero: sed hæreticus non ero, quantũlibet fremant & tabescant, ij qui aliter sentiũt uel cupiunt.

Christiana libertas opinionibus Thomæ Bonauẽturæ &c. non uult premi.

RESOLVTIONES DISPVTATIONVM DE VIRTVTE INDVLGENTIARVM Reuerendi patris, ac sacræ theologiæ doct. Martini Lutherij Augustiniani Vuittenbergensis, ad Leonē X. Pont. omnibus modis summum.

CONCLVSIO PRIMA.

Pœnitentia ē tota uita hominis.

DOminus & magister noster Iesus Christus, dicendo, Pœnitentiam agite &c. omnem uitam fidelium pœnitentiam esse uoluit.

Hanc assero, & nihil dubito.

μετανοεῖτε. i. resipiscite, indicat affectuum & uitæ mutationē.

Probo tamen eā, uel rudis ingenij causa. primo, ex ipso uerbo græco Metanoite, id est, pœnitentiā agite: quod rigidissime trāsferri potest, transmentamini, id est, mentem & sensum alium induite, resipiscite, transitum mētis & phase spiritus facite, ut scilicet nūc cœlestia sapiatis, qui hucusq; terrena sapuistis: quod Apostolus Rhoma. xiij. dicit. Renouamini nouitate mētis uestræ. Qua resipiscentia fit, ut redeat præuaricator ad cor, odiatq; suum peccatum. Certū est autem, quod ista resipiscentia, seu odium sui, tota uita fieri debeat, iuxta illud: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eā. Et iterum: Qui nō accipit crucem suam, & sequitur me, nō est me dignus. Et ibidem: Non ueni pacem mittere, sed gladium. Matth. v. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et Paulus Rho. vj. & viij. alijsq; multis locis, iubet mortificare carnem & membra, quæ sunt super terram. Et Gal. v. docet carnē crucifigere cum cōcupiscentijs eius. Et. ij. Cor. vj. dicit. Exhibeamus nosmetipsos in multa patientia, in ieiunijs multis &c. Hæc sic late profero, tanquam cum eis agam, qui nostra ignorant.

Odiū sui in hac uita.

Christus magister spiritꝰ non literę.

Ideo secūdo probo & ratione eandem. Quia Christus magister spiritus est, non literæ: & uerba eius sunt uita & spiritus: ideo necesse est, ut eā doceat pœnitentiam, quæ in spiritu & ueritate agitur: Non autem eam, quam foris agere possunt superbissimi hypocritæ, in ieiunijs suis facies exterminantes, in angulis orantes, & cum tubis eleemosynam faciētes. Eam inquam, doceat Christus oportet, quæ in omni uitæ genere agi potest: quam rex in purpura, sacerdos in munditia, principes in dignitate non minus possunt agere, q̄ monachus aut mendicus in suis ritibus & paupertate: sicut egerunt Daniel & socij sui in media Babylone. Omnibus enim hominibus, id est, omnium conditioni debet conuenire doctrina Christi.

Pnīa exterior pōt eē hypocritarum.

Doctrina Christi omnibus debet cōuenire.

Tertio, per totam uitam oramus & orandum est: Dimitte nobis debita nostra: ergo tota uita pœnitētiam agimus, & displicemus nobis. Nisi quis sit ita stultus, ut ficte putet orandum sibi pro remittendis debitis: uera enim sunt, & non contemnenda debita, pro quibus orare iubemur, etiā si sint uenialia, non tamen nisi eis remissis, saluari possumus.

Conclusio

CONCLVSIO II.

Quod uerbum de ſacramentali pœnitentia (confeſſionis & ſatisfactionis, quæ ſacerdotum miniſterio celebratur) non poteſt intelligi.

Hanc etiam aſſero & probo.

Primo, quia pœnitentia ſacramentalis eſt temporalis, nec poteſt omni momento agi: alioquin aſſidue cum ſacerdote loquendum eſſet, nec aliud quicquam agendum, niſi peccata confitenda, atq; ſatisfactionem impoſitam exequendam. Ideo non poteſt eſſe crux illa, quã Chriſtus præcipit tollere: nec eſt mortificatio paſſionum carnis. Pnïa ſacramẽtalis nõ ẽ crux Chriſti.

Secundo, ſacramentalis eſt externa tantum, & prærequirit internã, ſine qua nihil ualet. Sed hæc interna eſt, & ſine ſacramentali eſſe poteſt.

Tertio, Sacramentalis poteſt eſſe ficta, hæc non niſi uera & ſyncera eſſe poteſt. Quod ſi ſyncera non fuerit, hypocritarũ eſt, non ea quã Chriſtus docet. Põteſt eſſe ficta.

Quarto, de ſacramentali pœnitentia nullum habetur præceptum Chriſti: Sed eſt per Pontifices & eccleſiam ſtatuta (ſaltem quo ad tertiam ſui partem, ſcilicet ſatisfactionem) ideo & mutabilis arbitrio eccleſiæ. Sed pœnitentia euãgelica eſt lex diuina, nulla hora mutabilis: cum ipſa ſit iuge illud ſacrificium, quod uocatur cor contritũ & humiliatũ. Nõ eſt a chriſto, ſed a pontificibus inſtituta.

Quinto, huc pertinet, quod uno cõſenſu doctores ſcholaſtici diſcernũt pœnitentiã uirtutis a pœnitentia ſacramẽtali, ponentes pœnitentiã uirtutem uelut materiã ſeu ſubiectũ pœnitentiæ ſacramenti. Pœnitentia uirtutis.

CONCLVSIO III.

Non tamen ſolã intendit interiorem, immo interior nulla eſt, niſi foris operetur uarias carnis mortificationes.

Et hanc aſſero & probo.

Primo, Rhoma. xij. præcipit Apoſtolus, Corpora noſtra offerre hoſtiam uiuentem, ſanctam, deo placentẽ. Atq; id quomodo fiat, ſecutus clare & late exponit, dum docet humiliter ſapere, inuicem ſeruire, diligere, orationi inſtare, patientiam habere &c. Quomodo &. ij. Corinth. vj. ait. Exhibeamus noſmet ipſos in multa patientia, in ieiunijs, & uigilijs &c. Sed & Chriſtus Matth. v. & vj. docet recte ieiunare, orare, eleemoſynas dare. Item alibi. Quod ſupereſt, date eleemoſynã, & ecce omnia munda uobis. Carnis mortificatio pp̃ pœnitentiã euãgelicam.

Vnde ſequitur, quod illæ tres partes ſatisfactionis, ieiuniũ, oratio, eleemoſyna non pertinent ad ſacramentalem pœnitentiam, quo ad ſubſtantiam factorum: quia ſunt de præcepto Chriſti: ſed pertinent ad eam, quo ad certum modum & tempus, ſecũdum quod eccleſia ordinauerit: uidelicet quãdiu ſit orandum, ieiunandum, dandum. Item quantum & quid orandum, quantũ & quid non comedendum, quantum & quid dandum. Verum ut ſunt de euangelica pœnitentia, Ieiunium habet in ſe omnes caſtigationes carnis, ſine delectu ciborum, aut differentia ueſtium: Oratio uero omne ſtudium animi meditando, legendo, audiendo, orando: Eleemoſyna uero, omne obſequium erga proxi Ieiuniũ, orõ, eleemo. ſunt de præcepto Chriſti, non partes ſatisfactionis. Ieiunium. Oratio. Eleemoſyna

ga proximum: ut ita per ieiunium sibi seruiat, per orationē deo, & per eleemo synam proximo. Per primum uincat concupiscentiam carnis, & uiuat sobrie & caste: Per secundum, superbiam uitæ, & uiuat pie: Per tertiū, concupiscentiam oculorum, & uiuat iuste in hoc seculo. Quare omnes mortificationes, quas homo cōpunctus sibi infert, sunt de pœnitentia interiore, tanq; fructus eius, siue sint uigiliæ, labores, inopiæ, studia, orationes, fuga sexus ac delitiarū inquantū promouent spiritum.

Opa bona.

Secundo ipsemet egit dominus, & omnes sancti eius cum eo. Sic denicq; præcepit: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera. Nā sine dubio opera bona foris sunt fructus pœnitentiæ & spiritus. Cum spiritus nō faciat nisi uocem turturis, id est, gemitū cordis, radicem operū bonorū.

Cōclusiones aduersarii stolidæ.

Aduersus has tres meas conclusiones, quidam indignatus, & sub pelle leonis incedens, posuit, deblaterans errorem esse, si quis uerbum illud Pœnitentia negauerit, etiam de sacramento pœnitentiæ intelligi. Primum, nō est propositum meum singulas eius positiones cōfutare: quæ sunt adeo insulsæ & indocte compositæ, ut mihi impossibile sit creditu, eas fuisse intellectas, tam ab eo, cuius titulo uulgantur, q̄ ab eo, qui eas conflauit: quod & cuicq; mediocriter ingenioso, & in scripturis erudito facile patet: tamen ut & eis ipsis suā insciam ostendam (si capaces esse poterunt) hanc primam dijudicabo. Admitto sub nomine pœnitentia posse intelligi etiam ludæ pœnitētiam, etiam dei pœnitentiam, etiam pictam, & (ut Logici solent) materialiter & secundo intentionaliter sumptam pœnitentiam, ideo & sacramentum (id est, satisfactionem).

Theologi corruptores scripturæ.

Vel potius Aristotelicē tonas, immo nugas, stultas & impias

At quis negat hucusq; Theologis quibusdam non paucis licuisse, totam ferme scripturam corrumpere audacibus suis distinctionibus & amphibologijs nuper confictis: adeo ut pro Paulo & Christo Paulocentonas & Christocentonas legamus? Ego de germana & propria uerbi locutus sum significatione, quam Christus in eo uerbo uoluit, aut saltem quam Ioannes Baptista uoluit: qui non habuit autoritatem instituendi sacramenti, & tamen uenit prædicans baptismum pœnitentiæ, dicens: Pœnitentiam agite. Quod uerbū Christus repetijt: ac sic non de sacramento locutus satis credo intelligitur. Tamen esto illorum somniū uerū, Videamus quid sequatur.

Doctrina Christi est ius diuinum.

Christus sine dubio legislator diuinus est, & doctrina eius ius diuinum: id est, quod nulla potestas mutare aut dispensare potest. At si pœnitentia in eo loco a Christo docta, significat pœnitentiam sacramentalem (id est, satisfactionem) & hanc potest Papa mutare: & de facto mutat pro arbitrio suo: ergo uel Papa habet in arbitrio ius diuinum, uel est in deum suum impijssimus aduersarius, irritum faciens mandatum dei. Quod si hoc audēt asserere ij, qui ad laudem dei, & defensionem catholicæ fidei, & sanctæ sedis apostolicæ honorem, & pro ueritate reuelanda, & erroribus supprimendis gloriantur sese disputare: denicq; si sic honorant ecclesiam, tuenturq; fidem, qui terrifico & immaniniter (pene dixissem, inaniter) iactato titulo, HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITORES uolunt uideri: quid quæso relictum est, uel insanissimis hæreticis, quo & ipsi Papam & sedem apostolicam blasphement & criminentur? Hos ego non inquisitores, sed insitores hæreticæ prauitatis, libera uoce pronunciarē. Tales & tā prudenter positæ sunt fere oēs cōclusiōes, quas amplissima illa & innocētissima papyrus passim circūfert, subiecta uanitati nō uolens. Quas si oēs uellē confutare, grandi uolumine opus foret, & totū pene chaos quarti Sententiarū euoluendū cū suis scribētibus. Sed tu lector esto liber

Hęreticę prauitatis inquisitores sunt insitores hæreticæ prauitatis.

esto liber & candidus, quo possis ex hac una discere omnes.

CONCLVSIO IIII.

Manet itaq; pœna, donec manet odium sui, id est, pœnitentia uera intus, scilicet usq; ad introitum regni cœlorum.

Et hanc assero & ostendo.

Primo. Certa sequela tanquam corollarium sequitur ex dictis. Quia si omnis uita est pœnitentia & crux Christi, non solũ in uoluntarijs afflictionibus, sed etiam in tentationibus diaboli, mundi & carnis, quin etiam in persecutionibus & passionibus: ut ex prædictis, ex scriptura tota, ex ipsiusmet sanctisanctorum, & omniũ martyrum exemplis patet: certum est quod Crux illa usque ad mortẽ, & sic ad introitum regni durat. Crux pœnitẽtiæ usq; ad mortẽ durat

Secundo, illud patet etiam in alijs sanctis. Sanctus Augu. Psal. vij. pœnitentiales sibi fecit scribi, & eos cum lachrymis orabat & meditabatur, dicens, Etiam si episcopus quicunq; iuste uixerit, non debere tamen sine pœnitentia de hoc mũdo eum discedere. Ita & beatus Bern. agonizans, clamauit. Perdite uixi: quia tempus perdidi: Nihil habeo, nisi quod scio, quia cor contritũ & humiliatum deus non despicies.

Tertio ratione. Tam diu crux illa pœnitentiæ debet durare, donec secundũ Apostolum destruatur corpus peccati, & pereat uetustas primi Adæ cum sua imagine, & perficiatur nouus Adam ad imaginem dei: sed peccatũ manet usq; ad mortẽ, licet quotidie minuatur per renouationẽ mentis de die in diem.

Quarto, saltem pœna mortis manet in omnibus: timor etiam mortis, certe pœna omnium pœnarum, & ipsa grauior morte, in plurimis: ut taceã de timore iudicij & inferni, de tremore conscientiæ &c.

CONCLVSIO V.

Papa non uult, nec potest remittere ullas pœnas, præter eas, quas uel suo, uel Canonum arbitrio imposuit.

Hãc disputo, & doceri humiliter peto, ut & in præfatiõe rogaui: ita adhuc rogo, manum porrigat qui potest, & mea motiua attendat. Primo colligamus genera pœnarum, quas fideles possunt pati. Genera pœnarũ, quas fideles pati possunt.

Prima est æterna, gehenna damnatorum: de qua nihil ad propositũ. Certũ est eñ, quod hæc nec in summi, nec infimi Pontificis potestate est, ut omnes in tota ecclesia tenent: quã solus deus per remissionẽ remittit. Æterna.

Secunda est purgatorij, de qua infra uidebimus in sua conclusione, interim accipimus non esse eã in potestate Pontificis, aut ullius hominis. Purgatorij.

Tertia, Ipsa uoluntaria & euangelica, de qua supra dictum est, quod eã operetur pœnitentia spiritualis, secundum illud. j. Corinth. xj. Si nosipsos iudicaremus, non utique iudicaremur a domino. Hæc est crux illa & mortificatio passionum, ut supra conclu. iij. Cum autem hæc sit præcepta a Christo, & de essentia pœnitentiæ spiritualis, ac omnino de necessitate salutis, nullo modo est in potestate ullius sacerdotis, neque ut augeat, neque ut minuat. Nõ eñ ex arbitrio pendet hominis, sed ex gratia & spiritu, immo hæc pœna minus est in potestate Papæ, q̃ oẽs aliæ pœnæ, cuiuscunq; nominis sunt. Voluntaria & euãgelica.

Siquidẽ

Siquidem æternam, purgatoriam, afflictiuam, saltem oratione potest tollere apud deum: sicut potest gratiam iustificantem impetrare peccatori. Hanc autem non potest tollere, nec oratione quidē. Quin potius eam debet impe/trare peccatori & imponere, id est imposità nūciare, nō minus q̄ gratiā impe/trat: alioquin euacuaret crucē Christi, & reliquias Cananæorū copularet filijs & filiabus suis, & hostes dei (id est, peccata) nō occideret ad internitionem. Ni si uideret aliquos nimio feruore plus sese affligere, q̄ expediret eorū saluti & aliorum necessitati. Tunc non solum remittere, sed prohibere debet, sicut sanctus Paulus Timotheo dicit. Noli adhuc aquā bibere &c.

Papa nō pōt tollere pœnas pœnitentiæ euangelicæ.

Quarta est castigatoria & flagellatio dei, de qua psal. lxxxix. Si autem peccauerint filij eius, & legem meam non custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus hominū peccata eorum. Hanc pœnam extra manum esse Pontificum quis dubitat? Quandoquidem sese innocentibus eā dicit imponere Hiere. xlix. Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? Nō eris innocēs, sed bibēs bibes. Et eiusdem. xxv. Ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere: & uos quasi innocentes eritis? non eritis innocentes. Inde b. Petrus. j. Pe. iiij. Nunc tempus inchoandi iudiciū a domo dei: quod si primum a nobis, quis finis eorū, qui non credunt euangelio? Apo. iij. Ego quos amo, castigo. Et Heb. xij. Flagellat autem omnē filium, quē recipit. Quod si summus Pontifex hanc remittere uellet, aut peccator remitti crederet, certe futurum est, ut adulterini & spurij fierent: ut Heb. xij. Si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non filij estis. Hanc ēm Ioannes Baptista, & sanctissimi pertulerunt.

Pœna castigatoria non tollitur p Papam.

Admitterem tamen per orationes ecclesiæ posse tales aliquas pro infirmis tolli, scilicet morbos, ægritudines, pestes, febres. sicut B. Iacob⁹ docuit presbyteros ecclesiæ induci & ungi infirmum, ut dominus eum alleuiet infirmū propter orationem fidei. Et quid moror? quasi ulli Christiano dubiū sit, flagella dei non potestate clauium, sed lachrymis & oratiōe tantūmodo posse tolli & magis per impositionem aliarum pœnarum, q̄ per remissionem. Sicut Niniuitæ per pœnitentias suas humiliter sese affligentes, meruerunt auertere flagellum subuersionis eis intentatum. Alioquī si sacerdos ecclesiæ, siue summus, siue infimus, potest hanc pœnam potestate clauium soluere, pellat ergo pestes, bella, seditiones, terremotus, incendia, cædes, latrocinia: itē Turcas & Tartaros, aliosq; infideles: quos esse flagella & uirgā dei, nemo nisi parū Christianus ignorat. Dicit enim Esa. x. Væ Assur uirga furoris mei & baculus ipse est. In manu eius indignatio mea. Licet plurimi nunc, & ijdem magni in ecclesia, nihil aliud somnient, q̄ bella aduersus Turcam, scilicet non contra iniquitates, sed contra uirgam iniquitatis bellaturi, deoq; repugnaturi: qui per eā uirgam sese uisitare dicit iniquitates nostras, eo quod nos nō uisitamus eas.

Pœnæ castigatoriæ per orōnes ecclesiæ pūt tolli.

Bene subinfert.

Bellū in Turcas.

Eijciam⁹ primum turcas domesticos, hoc est uitia nostra.

Quinta est Canonica pœna, scilicet ab ecclesia constituta. Hanc esse plenario iure in manu summi Pontificis, non est dubium, sic tamen ut subsit (ut aiunt) iusta causa remissionis earum, & clauis non erret. Verū ego (mea temeritate) illam iustam causam non ita rigide acciperem, ut multi solent. Sufficere enim uidetur pia uoluntas Pontificis, atq; hæc satis iusta sit causa. nec uideo quomodo in hac remissione error clauis contingat: aut si contingit, quid noceat, cū nihilominus salua sit anima, etiam si pœnæ eiusmodi per errorem non remitterentur.

Pœnā canonicā tollūt indulgentiæ.

Error clauis non officit.

Illud ma

Illud magis aduertendum, quod summus Pontifex in remissione plenaria nec omnes canonicas pœnas remittit: quod patet, quia non remittit ingressionem seu intrusionem quorundam in monasterium, quæ tamen pœna non incelebris est in Canonibus: sed nec ciuiles, seu potius criminales pœnas a iure ciuili inflictas: licet id legati faciant alicubi, ubi personaliter sunt præsentes.

Pœnas canon oēs remittit pon.

Videtur ergo solum eas remittere, quæ de ieiunijs, orationibus, eleemosynis, alijsq; laboribus & disciplinis impositæ sunt, aliæ ad septennium, aliæ minus, aliæ plus. Et in ista pœna comprehendo etiam, quam arbitrio suo imponit sacerdos ecclesiæ. Nunc itaq; uide, & doce me, qui potes. Quatuor priores non potest remittere, quam aliam remittit nisi canonicam & arbitrariam.

Ius diuinū non relaxat papa.

Iterū hic Leonte illa mihi oggannit, remitti quæ a iustitia diuina exigitur, uel in purgatorio est luenda. Cui & ego respondeo, Impijssimum esse sentire, quod Papa habeat potestatem mutandi ius diuinum, & id relaxare, quod iustitia diuina inflixit. Non enim dicit: Quodcūq; ego ligauero, tu solues: sed quod tu solues, solutum erit. Non autē omnia ligata solues, sed a te ligata duntaxat, non a me ligata. Illi uero sic intelligunt: Quodcunq; solueris siue in cœlo siue in terra, solutum erit; cum Christus in terra addiderit, dedita opera, restringens clauem ad terram, futurum sciēs, quod perforaturi alioquin essent omnes cœlos.

Christus restrinxit clauē ad terrā.

Sexta est, Quam uolo fingere, donec aliter erudiar, quam illi dicunt secundum iustitiam diuinam requiri, ut satisfiat iustitiæ diuinæ, Hæc autem si est alia a tertia & quinta (sicut oportet, si debet sexta esse) non potest uel imaginari, nisi quod ubi tertia & quinta non essent satis, tūc ipsa imponeretur, scilicet plus orationis, ieiunij, eleemosynæ. Ac sic solo intētionis gradu distaret a quinta uel tertia. Non enim potest intelligi pœna ciuilis, quia hanc (ut dixi) non remittit: alioquin literæ indulgentiarū tollerent omnia patibula & carnificinas per ecclesiam. Sed nec potest intelligi pœna canonica per iudicium contentiosi fori de facto imposita, quia non remittit excōmunicationes, interdicta, aut ullas censuras ecclesiasticas inflictas, ut patet satis ad experientiam, restat ergo quam modo fingere me dixi.

Satisfactoria iustitiæ diuinæ. Et hæc ē a recētioribus recepta.

Sed quod illa nulla sit, ita mihijpsi persuadeo.

Primo, quod nulla autoritate scripturæ, doctorum, Canonum, ratione probabili potest doceri, talem esse aliquam pœnam, & uehemēter absurdum est in ecclesia aliquid docere, cuius nec in scriptura, nec doctoribus, neq; canonibus, neq; saltem rationibus potest causa dari.

Asserere absurdū ē, qđ p scripturā nō pot pbari.

Secundo, quod si etiam esset talis pœna aliqua, non tamen ad remissionem Papæ pertineret: cum sit uoluntaria & ultra Canones imposita, immo nō imposita, sed sponte suscepta: quia est alia ab ijs quæ imponuntur, ut supra dictū in pœna quinta.

Quod si diceres: Quomodo tunc satisfieret iustitiæ diuinæ, si quo modo canonicæ, uel sacerdotales non essent satis? Respondeo: abunde satis fit per tertiam & quartam, secundum mensuram quam nouit deus. Neque enim legitur uspiam deus aliquam requisiuisse, nisi tertiam aliquando & quartam, ut in Dauid & filijs Israel in libro Iudicum & Regum. Sed fere semper contentus est corde contrito & pœna tertij generis.

Adultera in euāg. & M. Magda. q̄ nō satisfecerunt.

Et hinc ego miror quorundā negligentiā, qui ut satisfactionē astruant, dicūt, Christum absoluisse adulteram illam in euāgelio sine satisfactione, Mariam uero Magdalenam non sine satisfactione. Et ideo in Maria, non in adultera imitan

imitandum esse dominū, ut sine satisfactione nulli remittatur peccatum. Nā nec leprosos mundauit, nisi impositō, ut satisfacerent legi, & ostenderēt se sacerdoti. Hæc ergo est illa pœna, quam iustitia diuina requirit ultra iam dictas? Sed respondeo. Ista adultera (meo iudicio) plus pœnarum tulit q̄ Maria Magdalena, & magis satisfecit. Nempe iam mortem patiebatur, non aliud uidens, nisi durissimum iudicium, ideo mire cruciabatur, & dolebat longe plus q̄ Maria, cui iudiciū mortis non imminebat. Ideo de quarta specie & tertia fuit eius pœna, quia flagellū mortis tulit in corde contrito. Maria uero Magdalena in tertia specie pœnas luebat. neq̄ potest doceri, aliam fuisse eius pœnam, ut patet. De leprosis uero dico, quod non ad satisfactionē ostendere se iussi sunt, sed ad testimoniū. Non enim erat lepra peccatū, sed significabat peccatum. Ostensio autem peccati non est satisfactio, sed iudicium quærit sacerdotis, ut hæc nota sunt satis.

M. Magda.

Leprosi tantum ob testimoniū ostēderunt se sacerdoti, nō in satisfactione.

Secundo probo conclusionem sic. Illæ duæ potestates, ligandi & soluendi, sunt æquales & super eandē materiā. Sed summus Pontifex nullam habet ligare & imponere pœnam præter canonicam seu quintā, ergo nec ullā soluere & tollere. Aut dicendum, duas illas potestates esse inæqualis latitudinis. Quod si hoc dicitur, nemo tenetur credere, quia nullis scripturis, canonibusq̄ probatur, cum sit clarus textus: Vbi Christus ligare super terrā, & soluere super terrā dedit, æqualiter utranq̄ mensurando & extendendo.

Potestas ligandi & soluendi est æqualis.

Tertio extra de pœ. & re. lib. v. c. Quod autē, expresse dicit, remissiones eis non ualere, quæ non fuerint ab eorū iudice factæ: cum nullus ligari aut solui possit a non suo iudice. Sed certū est, quod homo non est sub iurisditione Papæ in. j. ij. iij. iiij. v j. pœnis, sed tantūmodo in quinta, ut clare patet, & magis infra patebit. Coroll. sequitur.

Satisfactio optima per nouitate uitæ.

Quod satisfactio sacramentalis non dicitur, quia pro culpa satisfacit simpliciter (quia pro culpa satisfacit tertia & quarta pœna) sed quia pro culpa secundum statuta ecclesiæ satisfacit. Maxime enim deo satisfit per nouā uitā &c.

Satisfactio non requiritur.

SED PER SCRIPTVRAS quoq̄ probandum est, non requiri aliquā satisfactionem pro peccatis. Hic adest Ioannes Baptista, qui in hoc missus secundum propositum atq̄ decretū dei, ut pœnitentiam prædicaret: qui & dixit Pœnitentiam agite. Et iterū: Agite itaq̄ dignos fructus pœnitentiæ. quæ uerba ipse exposuit, cum interrogantibus turbis quid facerent, respondit: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui escas habet, similiter faciat. Nōne uides, quod pro pœnitentia non nisi obseruantiam præceptorum dei imposuit, atq̄ ideo pœnitentiam non nisi conuersionem & mutationem nouæ uitæ intelligi uoluit? Sed clarius. Ecce uenerunt publicani, & dixerunt: Magister quid faciemus? At ille dixit: Nihil amplius, q̄ quod constitutum est uobis, faciatis. Nūquid hic dixit, oportet uos satisfacere pro præteritis peccatis? Item militibus dixit. Nihil amplius, q̄ quod constitutum est uobis, faciatis. Nunquid hic dixit, oportet uos satisfacere pro præteritis peccatis? Item militibus dixit. Neminem concutiatis, nemini calumniam faciatis, & cōtenti estote stipendijs uestris. Nunquid hic aliud quam præcepta dei communia imposuit?

Io. Bap. doctor pniæ.

Quod si hic pœnitentiæ doctor, a deo in hoc ipsum institutus, nō docuit nos satisfactionem, nimirum fefellit nos, nec satis docuit pœnitentiæ officium.

Secundus Ezechiel. xviij. Si conuersus fuerit impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet, & non morietur. ecce nil nisi iudicium & iustitiam imponit; quæ tota uita facienda sunt, iuxta illud: Beati qui faciunt

iudici

iudicium & iustitiam in omni tempore. Etiam hic ergo nos fefellit?

Tertius Micheas. vj. Indicabo tibi o homo quid sit bonũ, & quid dominus requirat a te: utiq; facere iudiciũ, & diligere misericordiam, & ambulare solicitum cum deo tuo. Vides quid requirat ab homine deus pro satisfactione. denique præmittens irridet eos, qui per opera satisfacere uolũt, dicens: Quid dignũ offeram domino? Nunquid ei offeram holocaustomata, & uitulos anniculos? Nunquid placari potest in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum? Nunquid dabo primogenitum meũ pro scelere meo, fructum uentris mei pro peccato animæ meæ? q.d. nõ: quia deus pro peccato nulla talia requirit, sed iudiciũ & misericordiã & timorem, ut dictũ est, id est, nouam uitam. Noua uita quid sit.

CONCLVSIO VI.

Papa non potest remittere ullam culpam, nisi declarando & approbando remissam a deo, aut certe remittendo casus reseruatos sibi, quibus contemptis, culpa prorsus remaneret.

Prima pars est tam manifesta, ut etiam confessi sint quidam esse impropriã orationem, quando Papa dat remissionem culpæ: Alij uero se nõ intelligere: Omnes enim confitentur a solo deo remitti culpam, secundum illud Esa. xlij Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorũ non recordabor. Et Ioan. ij. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Et Psal. cxxix. Si iniquitates obseruaueris domine, domine qs sustinebit? Quia apud te propitiatio est. Et infra: Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Et Psal. l. Cor mundum crea in me deus &c. Multa alia in scrip. Et B. Aug. cõtra Donatistas tam frequentibus operibus nihil aliud agit, q; quod a solo deo remittuntur peccata. Pctã remittũ tur a solo deo.

Secunda pars similiter satis patet: Quia qui contẽneret casus reseruatos, certe nõ remitteretur ei ulla culpa. Qui uos spernit, inquit, me spernit. immo nullus uenit remissa culpa a deo, nisi simul secũ portet reuerentiã clauium. Reuerentia clauium.

Hanc conclusionem, quia omnes ueram concedunt, nõ est necesse, ut mea assertione firmetur. Hic tamen signabo, quæ me mouent, & iterum cõfitebor ignorantiam meam, si quis dignetur me erudire, & hanc rẽ planius elucidare.

Primo circa primam partem, uidetur esse ista oratio uel sententia impropria & euangelico textui incongrua, quando dicitur summũ Pont. soluere (id est declarare solutam) culpam, seu approbare. Textus enim non dicit: Quodcunq; ego soluero in cœlis, tu solues super terram: sed contra: Quodcũq; tu solueris super terram, ego soluam, seu solutũ erit in cœlis: ubi magis intelligitur deus approbare solutionem sacerdotis, q; contra.

Secundo circa secundam partem, Certum est, quod quos casus soluit Papa eosdem soluit & deus: nec potest quis deo reconciliari, nisi reconcilietur prius ecclesiæ, saltem uoto. Nec offensa dei tollitur, manente offensa ecclesiæ. Sed quæritur, Vtrũ reconciliatus ecclesiæ, mox sit etiam recõciliatus deo? Textus certe habet, quod omnia soluta in ecclesia, sint & in cœlo soluta. Sed nõ uidetur hinc sequi, quod ideo omnia sint simpliciter soluta in cœlo, sed ea dũtaxat, quæcunq; in ecclesia sunt soluta. Nec sunt parui ponderis hæ duæ quæstiones meo iudicio: de quibus forte in cõclusione sequenti meũ iudiciũ latius aperiã. Quædam dubia.

CONCLVSIO VII.

Nulli prorsus remittit deus culpã, quin simul cum subiiciat, in omnibus humiliatum sacerdoti suo uicario.

Hanc assero, nec eget disputatione aut probatione tanto omnium consensu approbata. Sed in eius intelligentia adhuc laboro. Et ut meũ sensum stultus primo dicam, quia ista cum sua præcedente conclusione id asserunt. Quod deus non remittat culpam, nisi sit prior remissio sacerdotis (saltem in uoto) sicut clare textus sonat: Quodcunq; ligaueris &c. Et illud Matth. v. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuũ. Et illud: Reddite cæsari, quæ sunt cæsaris, & quæ dei deo. Et oratio dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. In quibus omnibus omnino prior remissio in terra significatur, cui ea quæ est in cœlis. Merito quæritur, quomodo ante gratiam infusam (id est, ante remissionem dei) hæc fieri possint Cum sine gratia dei primo remittẽte culpam, nec uotum remissionis quærendæ habere possit homo. Hic ita dico & sapio. Quando deus incipit hominẽ iustificare, prius eum damnat: & quem uult ædificare, destruit. Quem uult sanare, percutit: quẽ uiuificare, occidit. Sicuti. j. Reg. ij. & Deutero. xxxij. dicit: Ego occidam & uiuificabo &c. Hoc autem facit, quando hominem conterit, & in sui suorumq; peccatorum cognitionem humiliat, ac tremefacit: ut dicat miser peccator: Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum: Nõ est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Sic enim montes fluũt a facie domini. Sic mittit sagittas suas, & conturbat eos ab increpatione tua domine, & ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Sic conuertuntur peccatores in infernum, & implentur facies eorum ignominia. Quam conturbationem & quassationem sæpius expertus Dauid, multis eam in diuersis psalmis confitetur gemitibus. In ista autem conturbatione incipit salus. Quia initiũ sapientiæ timor domini. Hic dominus (ut ait Naum. j.) Mundans neminem facit innocentem, & in tempestate & turbine uiæ eius, & nebulæ puluis pedum eius, hic allucent fulgura eius, uidet & mouetur terra, hic sagittæ eius transeunt & infigũtur, & uox tonitrui eius uoluitur, id est, rotatur: uident aquæ, & timent. Hic denicq; operatur opus alienum deus, ut operetur opus suum: hæc est uera contritio cordis, & humiliatio spiritus gratissimum deo sacrificium. Hic est mactata uictima in membra conscissa, & pelle detracta in holocaustum incensa. Et hic infunditur (ut uocant) gratia, sicut ait Esa. xlj. Persequetur eos, transibit in pace. Et. lxv. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilem tremẽtem sermones meos? Et Ezechias Esa. xxxviij. Domine si sic uiuitur, & talibus uita spiritus mei, corripies me, & uiuificabis me. Verum tunc adeo ignorat homo sui iustificationem, ut sese proximum putet damnationi. Nec infusionem gratiæ, sed effusionem iræ dei super se, hanc putet esse. Beatus tamen, si suffert hanc tentationem: quoniam cum se consumptum putauerit, orietur sicut lucifer. Stante autem hac misera suæ conscientiæ confusione, non habet pacem nec; consolationem, nisi ad potestatem ecclesiæ confugiat, suisq; peccatis & miseriis per confessionem detectis, postulet solatium & remedium: nec; enim suo consilio uel auxilio sese poterit pacare, immo absorberetur tandem tristitia in desperationem. Hic sacerdos talem uidens humilitatem & compunctionem, de fiducia potestatis sibi ad faciendam misericordiam traditę, plenissime præsumat

Sacerdotis remissio in uoto præcedat.

Deus percutit hoiem. i. ad cõtritionẽ emollit.

Peccator cõpungitur.

Tristatur.

Confessionis sacramẽtalis originẽ trepidatio dedit meticulosos.

præsumat, & soluat, solutumq; pronunciet, ac sic pacem ei conscientiæ donet.

Absoluẽdus uero omni studio caueat, ne dubitet, sibi remissa esse apud deũ peccata sua, sitq; quietus in corde. Nã & si præ suæ conscientiæ confusione sit incertus (sicut regulariter oportet fieri, si compunctio uera est) tamen stare tenetur alterius iudicio, non propter ipsum prælatum, aut potestatem eius ullo modo, sed propter uerbũ Christi, qui mentiri non potest, dicendo: Quodcũq; solueris super terram. Fides enim huius uerbi, faciet pacem conscientiæ, dum iuxta illud sacerdos soluerit. Qui uero pacẽ alia uia quærit, utputa experientia intus, hic certe deum uidetur tentare, & pacem in re, non in fide uelle habere. Tantum enim habebis pacis, quantũ credideris uerbo promittentis: quodcunq; solueris &c. Pax enim nostra Christus est, sed in fide. Quod si quis huic uerbo non credit, etiam si plus milies absoluat̃ a Papa ipso, & toti mundo confiteatur, nunquam erit quietus. Absoluitur, modo nõ dubitet.

Hæc igitur est illa dulcissima potestas, de qua summas gratias ex imo cordis agere debemus deo, qui talem dedit potestatem hominibus, quæ est unica cõsolatio peccatorum & infelicium conscientiarum: si modo Christum uera promisisse credant. Ex istis nunc patet quod supra quærebatur, scilicet quod licet remissio culpæ fiat per infusionem gratiæ ante remissionem sacerdotis: Talis tamen est infusio gratiæ, & ita sub forma iræ abscondita (siquidem uestigia eius non cognoscuntur: psal. lxxvi. Et semita in pedibus eius nõ apparet: Esa. xli.) ut homo incertior sit de gratia cum fuerit ipsa præsens, q̃ cum est absens: ideo ordine generali nõ est nobis certa remissio culpæ, nisi per iudicium sacerdotis: nec per ipsum quidem, nisi credas Christo promittenti: Quodcunq; solueris &c. Donec autem nobis incerta est, nec remissio quidem est, dum nondum nobis remissio est, immo periret homo peius nisi fieret certa, quia nõ crederet sibi remissionem factam. Sic Christus de Maria Mag. ad Simonem leprosum dixit, Remittuntur ei peccata: quo utiq; significauit gratiam ei iam infusam, sed hanc infusionem ipsa non cognouit: nondum erat pax ossibus suis a facie peccatorum suorum, donec ad eam cõuersus diceret: remittuntur tibi peccata tua. Fides tua te saluam fecit (scilicet qua credidit remittenti.) Ideo sequitur, uade in pace. Et adulteræ illi iam remissa erant peccata, anteq; Christus se erigeret. At non illa hoc cognouit, cum tot starent circum eam accusatores, donec audiret uocem sponsi, dicens: Nemo te condemnauit mulier? nec ego te cõdemnabo. Et Dauid certe cum peccasset, & a propheta Natan fuisset reprehensus ex mandato dei, mortuus fuisset subito, quando operante in eo gratia iustificationis exclamauit, peccaui (hæc est enim uox iustorum seipsos primo accusantium) nisi statim uelut absoluens Natan dixisset: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris. Quare enim addidit, non morieris, nisi quia uidebat eum terrore peccati sui conquassari & deficere? Ezechias quoq;, audito quod morere, fuisset mortuus, nisi rursus ab Esaia cõsolationem accepisset, & signum intrãdi templum: cui credens, simul & pacem, peccatorũq; remissionem obtinuit, sicut ait: Proiecisti post tergũ tuum omnia peccata mea. Et omnino in uet. test. quomodo fiducia eorum de misericordia dei, ac remissione peccatorum potuisset cõsistere, nisi deus nũc apparitionibus, nũc inspirationibus nunc oblationum incensionibus, nunc nebulæ ostensionibus, & alijs signis, ostendisset sese gratum habere, quicquid operent̃? quod nunc uult fieri uerbo & iudicio sacerdotum. Remissio per iudicium sacerdotis.

Igitur remissio dei, gratiam operatur, sed remissio sacerdotis pacem, quæ & ipsa est Remissio sacerdotis pacẽ operatur.

ipsa est gratia & donum dei, quia fides remissionis & gratiæ præsentis. Et hanc meo sensu dicerem esse eam, quã nostri doctores dicunt, per sacramẽta ecclesiæ efficaciter conferri. Non autem ipsam primam iustificantem, quã ante sacramẽtum oportet adesse in adultis. Sed ut Rho. j. dicitur. Fides in fidem, oportet eũ accedẽtẽ credere. At baptizatũ oportet etiã credere se recte credidisse & accessisse, aut pacẽ nunc̃ habebit, quæ non nisi ex fide habetur. Non ergo prius soluit Petrus c̃ Christus, sed declarat & ostendit solutionem. Cui qui crediderit cũ fiducia, uere obtinuit pacem & remissionem apud deum (id est, certus sit se esse absolutum) non rei, sed fidei certitudine, propter infallibilẽ misericorditer promittentis sermonem: Quodcunc̃ solueris super &c. Sic Rhoma. v. Iustificati gratis per gratiã ipsius: pacẽ habemus ad deũ per fidẽ, non utiquæ per rem &c.

Remissio culpæ maxime curanda quæ a solo deo est

Quæ si recte & uere sapio. Non falsum neque improprium (ut illi uolunt) dicere, quod Papa remittat culpam, immo remissio culpæ est incomparabiliter melior c̃ remissio quarumcunc̃ pœnarum. Licet hanc ita solam prædicent, ut remissionem culpæ fecerint nullam esse in ecclesia, cum contra potius sit. Vbi enim homo per remissionem culpæ (quã sibijpsi dare nequit, cũ nemo sibijpsi credere debeat, nisi qui malit ex una turbatione duas facere) per fidem absolutionis acceptam pacatus fuerit, omnis pœna ei nulla pœna est. Conscientiæ eñ confusio facit molestã pœnã. Iucunditas uero cõscientiæ optabilẽ facit pœnã.

Quieti non reddimur cõterendo.

Et hanc intelligentiam in populo, de potestate clauium uidemus abundare qui simplici fide quærunt & accipiunt absolutionem. Doctiores uero quidam suis nituntur sese contritionibus & operibus atc̃ cõfessionibus facere quietos & nihil aliud agũt, c̃ quod de inquietudine in inquietudinem eunt, quia in se & sua cõfidunt: cum si sentirent conscientiæ malum, deberent Christo credere dicenti: Quodcunc̃ solueris &c. Ad hoc autem cõscientiæ malum, Theologi recentiores nimis feliciter cooperãtur, dum sacramentũ pœnitentiæ sic tractãt & docent, ut populus discat per suas contritiones & satisfactiones confidere se peccata sua posse delere. Quæ uanissima præsumptio nihil aliud potest efficere c̃ ut cum hæmorrhoissa euangelica, ac consumpta in medicos tota substantia, peius & peius habeant. Fides primo in Christum, gratuitum remissionis largitorem docenda erat, & desperatio propriæ contritionis & satisfactionis persuadenda: ut sic fiducia & gaudio cordis de misericordia Christi firmati, tãdem hilariter odirent peccatum, & contererentur, & satisfacerent.

Operũ fiducia nocet.

Ius põtificiũ carnificina ẽ conscientiarũ

Nec iuristæ eiusdem carnificinæ segnes sunt autores, qui dum nimio studio extollunt potestatem Papæ, plus fecerunt æstimari & mirari potestatem Papæ c̃ uerbum Christi honorari fide: cum docendi sint homines, ut non in potestatem Papæ, sed in uerbum Christi Papæ promittentis confidere discant, si modo uelint esse pacati in cõscientijs suis. Non enim quia Papa dat aliquid habes sed si credideris te accipere, habes: tantum habes quantum credis, propter promissionem Christi.

Monachi uilificant potestatẽ clauiũ.

Nisi autem potestas clauium sic ualeret ad pacem cordis & remissionem culpæ, tum uere (ut aiunt quidam) uilificarentur indulgentiæ. Quid enim magni confertur, si remissio pœnarum confertur, cum Christianorum sit, etiam mortem contemnere?

It ẽ cur dixit Christus, Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis, nisi quod nõ sunt remissa ulli, nisi remittẽte sacerdote, credat sibi remitti? Ideo in uerbo, Quorũ remiseritis peccata, conferẽ potestas: sed in uerbo, remittunt eis, prouocatur peccator ad fidem remissionis: Sicut & in uerbo, Quodcũc̃ solueris, potestas datur: In

datur: In uerbo, soluta erunt, fides nostra excitatur. poterat enim dicere: Quorũ remiseritis pœnas uel uindictas, si uoluisset id intelligere. Sed sciuit quod cõscientia iam iustificata per gratiam, sua trepiditate euomeret gratiam, nisi succurreretur ei per fidem de gratiæ præsentia ministerio sacerdotis, immo peccatum maneret, nisi remissum crederet. Nõ enim sufficit remissio peccati & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissum. Et hoc est testimoniũ, quod reddit spiritus dei spiritui nostro, quod sumus filij dei: quia esse filium dei, est tam absconditum (cum appareat sibi esse hostis dei) ut nisi credatur ita esse, nõ possit esse. Sic enim mirificat dominus sanctos suos, quod nemo sustineret manũ iustificantis & medentis, nisi credat eũ iustificare & mederi. Sicut medicus corporis incidens infirmum, non creditur id studio medendi facere ab infirmo, nisi boni amici persuadeant ei.

Fides de gratiæ præsentia ministerio sacerdotis confertur

Esse filiũ dei ualde occultũ est.

Siue ergo sacerdos sit causa sine qua non, siue alia, remissionis peccatorũ, nõ curo, dum uerum esse aliquo modo constet sacerdotẽ remittere peccata & culpam. Sicut amicis infirmi uere imputatur sanitas, dum sua suadela effecerunt, ut crederet infirmus cædenti medico.

Nec hic oportet cogitare, quid si sacerdos erraret? quia non in sacerdote, sed in uerbo Christi nititur remissio illa: ideo siue sacerdos id faciat lucri uel honoris causa, tu modo optes remissionem sine fictione, & credas promittenti Christo, immo etiam si ex leuitate absolueret, adhuc obtineres pacem ex fide tua, sicut baptismum seu eucharistiã dat, siue ille lucrum quærat, siue leuis ac ludens sit, tua fides plenum accipit: tanta res est uerbũ Christi, & fides eius. Nam legimus inter gesta martyrum quendã mimum, ioco immo illudendo baptismum baptizari uoluisse, & inter baptizandum conuersum, uere baptizatũ a suis collusoribus gentilibus, & statim martyrio ab eisdem coronatum. Item S. Athanasius puer pueros baptizauit, quos Episcopus Alexãdriæ postea baptizatos iudicauit, ut in Eccle. histo. Et B. Cypria. pacem a quodam episcopo Therapio datã præpropere, reprehendit quidem, sed ratam esse uoluit. Igitur fide iustificamur, fide & pacificamnr, nõ operibus, neq; pœnitentijs, aut cõfessionibus.

Remissio in uerbo Christi nititur, nõ in sacerdote.

Fides ĩ Christum.

Fide iustificamur.

Circa hanc sextam & septimam conclusionem, Leonte illa nostra cum gloria triumphat, immo de me cantat encomiũ ante uictoriã. Et ex sentina illa opinionum, aliam distinguit pœnam satisfactiuam, & uindicatiuam, aliã medicatiuã & curatiuam, quasi necesse sit, hæc uel somniantibus credere: quamq; coram populo hanc distinctionem prudentissime cælant, ne uilescant indulgentiæ, uel potius lucra, si populus intelligeret tã modicas & steriles uindicatiuas (id est, confictas) remitti pœnas. Deinde ut notum faceret omnibus, sese nescire, quid sit uel uetus uel nouum sacerdotium, introducit aliam uerborũ caliginem, & distinctionem clauium, alias autoritatis, alias excellentiæ, alias ministeriales. Adeo nihil nouerunt etiam Magistri Nostri eximij hæreticæ prauitatis inquisitores, & catholicæ fidei defensores, nisi quod ex laciniosis & prerancidis quæstionibus quarti sententiarum suxerunt, uolentes forte, quod quicquid Christus soluerit clauibus excellentiæ in cœlo (nam in terra non soluit ipse) solutũ erit in super cœlo apud deum. Rursum ut deus sit pontifex, aliꝰ fingendus est deus superior, apud quem sit solutum, quicquid ipse soluerit clauibus autoritatis in super cœlo. Sed facessant nugæ, unas nouimus claues, tantum in terra traditas. Iam quod inferunt: Ergo errat, qui dicit sacerdotẽ nouæ legis tantum approbando & declarando soluere, hoc enim Iudaici erat sacerdotij. O acumen ingenij, & pondus ingens eruditionis, dignissimi plane uiri,

Pnĩam satisfactiuã et uindicatiuã somniant doctores.

Clauiũ friuola distinctio.

Põtificiæ potestatis defẽsores ex. iiij. sen. se tuẽtur.

Sacerdotiũ uetus a nouo differt.

qui inquirant hæreticos, & defendant catholicã fidẽ, sed aduersus lapides & li/gna. Quanto rectius Apostolus Paulus sacerdotiũ uetus asserit cõstitisse in iu/dicãdis leprosis, in iustificationibus & mundicijs carnis, in cibo & potu, & ue stitu, & festis diebus &c. Quibus ut figura significatę sunt iustificationes in spi ritu, & mũdiciæ cordis, quas ministerio noui sacerdotij operat in ecclesia Chri stus. Quanꝯ igitur sextã conclusionẽ ipse non posui ex animo, ut dixi ibidẽ, sed quia alij sic sentiunt, tamen quia nec ipsi aduersarij cum omnibus suis magi stris, usqꝫ hodie possunt ostendere quomodo sacerdos remittit culpas, nisi hæ/reticam illã, sed usitatã sententiã proferãt, qua dicit sacramenta nouæ legis iusti ficantẽ gratiam dare illis, qui non ponunt obicẽ: cũ sit impossibile sacramentũ conferri salubriter, nisi iam credentibus, & iustis & dignis. Oportet em̃ accedẽ tẽ credere, deinde nõ sacramentũ, sed fides sacramenti iustificat. Ideo quicquid blaterẽt opiniosi sophistæ, uerosimilius est, quod sacerdos nouæ legis declarat dũtaxat, & approbat solutionẽ dei (id est ostendit) & hac ostensione & iudicio suo quietat conscientiã peccatoris, qui eius iudicio tenetur credere, & pacẽ ha/bere: Quomodo uetus sacerdos quietabat eos, quos corpore uel ueste mũdos iudicabat, cũ tamen ipse nullũ posset mũdare, nec seipsum. Quod em̃ ille in cor poribus, hoc iste in conscientijs operatur. Et sic respondet spiritus literæ, & ue/ritas figuræ. Et expecto hos catholicæ fidei defensores, quomodo sine prauita/te hæretica aliter possint exponere clauium uirtutem.

Nouũ sacer/dotium.

Aduersarij.

Sacramẽta nouæ legis dare iustificãtẽ gra tiam, est hæ/reticum.

Sacerdos nouę legis de/clarat tãtum solutionẽ dei

CONCLVSIO VIII.

Canones pœnitentiales solum uiuentibus sunt impositi, nihilqꝫ mo rituris secundum eosdem debet imponi.

Hanc disputo, & si multi sunt, qui mi/rentur eam esse dubiam.

Primo probatur per illud Rho. vij. Lex dominat in homine, quanto tempo/re uiuit &c. Quod cũ Apostolus de lege diuina interpretet, multo magis uerũ est de lege humana: unde ibidẽ dicit. Cũ mortuus fuerit uir eius, soluta est mu/lier a lege uiri. Multo magis ipse mortuus est solutus a lege uxoris uiuẽtis. Ar/guit enim a minori Apostolus: si uiuus soluit per mortẽ alterius, multo magis ipse mortuus, per quem soluitur uiuus.

Lex humana durat per ui/tam tantum.

Secundo, leges canonicæ sunt alligatæ circũstantijs tẽporis, loci, personarũ, sicut omnes aliæ leges positiuæ, di. xxix. (ut omnibus notum est) de solo enim uerbo Christi dictum est. In ęternum domine permanet uerbũ tuũ, in seculũ se culi ueritas tua. Et iustitia eius manet in seculũ seculi. Verbũ aũt & iustitia ho/minũ, manet ad tempus duntaxat: quare illis mutatis cessant & leges. Nisi di/cendum est, quod uastata ciuitate, adhuc ipse locus desertus, teneat ad omnia, quæ prius faciebat ciuitas, quod est absurdum.

Humana mu tantur.

Tertio, si ius cogit, etiam cũ uiuentibus dispensare, & legẽ mutare, quando le gis conditio cessat, uel in peius uergit, cum (ut Leo Papa dicit) non debeat con tra charitatem militare, quod pro charitate statutum est: ita certe ꝺ cõtra unita tẽ, pacẽ &c. cœperit militare: quãtomagis morituris leges sunt tollendæ, cũ nõ solũ cesset ibi cõditio legũ, sed ipse quoꝫ, cui & cuiꝰ cõditionibꝰ positæ fuerũt.

Legis condi/tio in mortu/is cessat.

Quarto ex ipis uerbis legis, in quibus exprimunt clare dies, & anni, ieiuniũ uigiliæ, labores, peregrinationes &c. quæ manifestũ est esse huiꝰ uitæ, & p mor tẽ cessare, ubi homo longe in aliam uitã migrat, ubi nec ieiunat, nec plorat, nec comedit, neq

Verba legis pontificiæ de clarant animas nõ teneri ex/istas.

comedit, nec dormit, ut qui non habet corpus. Inde Ioannes Gerson damnare audet indulgentias, titulo multorū milliū annorū donatas, ut mihi miraculū sit, quid nā acciderit hęreticę prauitatis inquisitoribus, ut hunc uel mortuū nō cō busserint, qui contra morē omniū stationū urbis, tum maxime cōtra usum effusoris illius indulgentiarū Sixti quarti, tanta fiducia pronunciat, ut etiā moneat prælatos officia sua in ijs corrigendis atq; prouidendis, fatuas & superstitiosas appellās titulationes talium indulgentiarum &c.

Gerson damnat indulgentias immodicas.

Sixtus quartus effusor indulgentiarū.

Quinto, respiciendo ad intentionē latoris canonū, quos certū est, ne cogitasse quidē, ut eiusmodi canones imponerent morituris. Finge ēm nos interrogare Pōtificē tales ferētem, quos intelligis o pater in lege tua, uiuos an mortuos? Quid respondebit nisi, imo uiuos, quid enim cum mortuis agere possum, qui egressi sunt forum meum?

Mortuos, latores Canonū noluerunt obligare.

Sexto crudelissime faceret sacerdos Christi, si nō relaxaret fratri, sicut sibi uel let fieri: & non est causa quare non debeat, cum sit in eius potestate.

Septimo, si canones pœnitentiales manent mortuis, eadem ratione & ceteri omnes. Celebrent ergo, agant festa, & ieiunia, & uigilias, dicant horas canonicas, non comedāt oua, lac, carnes, certis diebus, sed tantū oleū, pisces, fructꝰ, legumina, induant uestes pullas, uel candidas pro differentia dierū, & alia onera grauissima, quibus nūc premitur misera illa, olim liberrima ecclesia Christi. Nec ēm ulla est ratio, quare aliqui cessent canones propter tempus, & nō omnes. Quod si cessant illa, quæ tamē sunt bona & meritoria ad uitam, cur nō magis afflictiua illa & sterilia, atq; impeditiua? An hic etiā permutationē nobis fingimꝰ, ut sicut alias pœnas ꝓ illis ꝓportionatas patiunt, ita & alia opa illis ꝓportionata ibidē faciūt, ut nihilominus dicēdi sint, legere horas canonicas?

Canones pœnitētiales nō aīr obligant atq; alij de alijs opibus. Onera Christianorum ex Canonibus.

Permutatio operū apud inferos nulla possibilis.

Octauo. De facto infirmis corpore, & si non sunt morituri, tolluntur Canones tam pœnitentiales, q̄ morales. Sacerdos ēm infirmus nō tenetur orare, celebrare, deinde alij quoq;, nec ieiunare, nec uigilare, nec a carnibus, ouis, lacte abstinere. Suntq; omnia nō modo libera, imo ꝓhibita, quę prius erāt sanis præcepta. Alioquin cū eos iam manus domini tangat, diceretur eis. Quare me persequimini sicut deus, & carnibus meis (id est, infirmitatibus) saturamini? Arguo itaq;. Canones sunt impositi nō infirmis, sed sanis & ualentibus, ergo multo minus mortuis, sed uiuētibus. Aut si morituri & mortui non sunt liberi, cur infirmi etiam non eisdem premuntur & uexantur? denicq; recepta sanitate nō tenentur repetere omissa in infirmitate, quomodo ergo credentur post mortem repetendi, aut soluendi Canones? Sed hic dicunt quidam: Quid si quis sanus impositas pœnitentias omiserit, & postea moriturus confiteatur? uidetur quod tales omnino necesse sit in purgatorio soluere, etiam si aliæ nō imponendæ sint, aut non imponantur. Respondeo, quod nequaq; : quia per talem omissionem nihil est factum aliud, q̄ quod contra præceptum ecclesiæ peccatū est, de quo dolendum est, non denuo repetēdum est ac implendum pro præterito, sed pro futuro tantum. Sufficit diei malicia sua, crastinus solicitus erit sibi. Quod si præcepti transgressio ullius esset repetenda, ut nulla maneret, maxime id in dei præceptis fieri deberet. Sed est impossibile, ut adulterium non sit factū amissæ castitatis.

Aegroti liberi sunt a Canonibus, ergo mortui.

Pnīam impositam omittens, nō tenetur alibi persoluere.

Nono. Quicūq; maiorē pœnam subit q̄ sibi imposita est, huic merito & naturali iure remittuntur minores: sed moriturus subit ultimam, summam, & maximam pœnarum, scilicet mortis. Quare præsente morte, omnis alia debet tolli, cum uix ullus sufficiat huic soli pœne. Et iterum finge, coram legis

Morte uoluntaria soluuntur pœnę oēs. Mors maxīa pœna.

latore moriturum sese ad mortẽ offerentem, an nõ ille suas statim retractabit.

Decimo. Illustres quidam in ecclesia doctores dicũt, quod Christianus quilibet sit ditissimus, quia per mortem uoluntariã potest oĩa soluere, & statim euolare: cũ nihil sit maius uolũtaria morte ꝓpter deum suscepta: ergo frustra Canones illic reseruantur. Huius sententiæ sunt Vuilhel. Parh. Gerson: & sequitur eos non irrationabilis multitudo.

Vndecimo. Si mors satis pœnarũ nõ est, nisi mortuꝰ & Canones ferat, ergo canonũ pœna maior erit mortis pœna, quippe quæ ultra mortẽ durat, & fiet iniuria morti Christianorum, de qua dictum est: Pretiosa in cõspectu domini mors sanctorum eius.

Duodecimo. Finge peccatorẽ rapi, & in ipsa cõfessione Christi statim subire martyriũ, anteq̃ canonibꝰ satisfecit (ut de sancto Bonifacio martyre legit̃) Hunc ergo remorabitur purgatoriũ, ne sit cũ Christo? Et fiet ut oretur ꝓ martyre in ecclesia? At omnis uoluntarie moriens (de hoc enim loquimur, id est, de Christiano) etiam pro uoluntate dei moritur.

Bonifacius martyr.

Tertiodecimo. Cur non ciuiles quoq̃ leges post mortẽ manent soluendæ, cum & ipsæ ligent coram deo & in cœlis, non sua uirtute, sed Christi, & Apostolorum Petri & Pauli, qui tradunt ex animo, & propter conscientiam illis subiici oportere, quia sic est uoluntas dei?

Ciuiles leges nõ obligant aĩas, ita nec Canones.

Quartodecimo. Canones cessant, quãdo laicus pœnitẽs mutat statũ, scilicet in sacerdotiũ, aut sacerdos in episcopatũ, aut in monachatũ. Et hæc cessatio fit in hac uita, & nõ cessat in mutatione mortis? Quid absurdius?

In uita cessãt Canones.

Quintodecimo Quod talis sententia de Canonibus post mortẽ soluendis, prorsus nullã habet autoritatẽ scripturæ, canonũ, aut rationis ꝓbabilis, sed uidet̃ sola inertia & negligẽtia sacerdotũ ĩtroducta, sicut & mlta alia supstitiosa.

Negligentia sacerdotum multa onera inuexit.

Decimosexto. Ad hoc habemus exempla patrum antiquorũ, & certe unus Cyprianus uel rigidissimus ecclesiasticarũ censurarũ & disciplinarũ obseruator, is tamẽ Epist. xvij. lib. iij. præcipit pacẽ dandã ijs, qui periculo mortis sunt obnoxij, ut ad dominũ cum pace ueniant, facta cõfessione sua uel presbytero uel diacono, ut ibidẽ dicit. At datio pacis illa nihil est, q̃ id quod nũc remissio plenaria uocatur, ut patet intuenti.

Dare pacem est remitti plenarie.

Concludamus ergo, quod Canones nõ nisi uiuentibus, nec ijs nisi sanis & ualentibꝰ imponẽdi sunt, immo nõ nisi pigris, & qui sponte sua melius agere nolunt. Hæc certe nõ tam late produxissem, si nõ scirem quosdã nimis tenaciter asserere contrariũ, quod tamẽ nulla uia probare possunt. Nam si cũ ingeniosis & eruditis uellem agere, melius tacerem q̃ loquerer.

Canones uiuentibus, & bene ualentibus tantũ imponendi.

At hic dicat aliquis. Sic dicere est nimis uilificare indulgentias, si solum Canonicæ pœnæ, nec omnes tamẽ, nec nisi huius uitæ remittuntur. Respondeo. Præstat uiles fieri indulgẽtias, q̃ crucem Christi euacuari: & melius est uiles habere indulgentias, q̃ aliquid in ecclesia docere, quod fictionis possit argui in ecclesiæ confusionẽ. Ego sane libera fronte confiteor atq̃ protestor, me nõ magnopere curare indulgẽtias, quo ad remissionẽ pœnarum (in qua illi sola gloriantur) sed maxime ueneror, amplector, gratulor in eis, quo ad remissionem culpæ, secundum sensum meũ supra positũ, quã illi nullã esse putant.

Indulgẽtias uiles haberi nihil periculi est.

Huic octauæ obijcitur pugio unus plumbeus, quod uidelicet in iuribus inuenitur etiã mortuos excõmunicari, ut præ cæteris testat̃. c. A nobis. extra de sentẽ. ex. Quã timebam ne etiam inueniri dicerent pœnas sensibiles, & satisfactiones infligi mortuis. At bene est, quod tantum excommunicari dixerũt

Excõicantur mortui.

Decimo

mortuos, ita & absolui mortuos, nemo est, qui negat. Sed quid ista absolutio ad remissionē pœnarum? Heccine est illa subtilissima dialectica, sine qua docent non fieri Theologum? forte in quinta figura tenet consequētia: Aliquis absoluitur ab excommunicatione, ergo remittuntur ei pœnæ satisfactoriæ? ut quid ergo passim indulgentias profundūt, si absolutus a peccato, mox etiam remissionem habet pœnarum? Si autem absolutis adhuc remanet satisfactio, quomodo ergo absolutio mortuis prodest, aut tollit pœnā? Igitur futilis est iste syllogismus, quod sicut excōmunicatio sese extendit ad mortuos, ita & remissio pœnarū: Immo, ut ipsimet Iuristæ dicunt, Excōmunicatio mortui mortuo nihil infert, sicut absolutio nihil confert: sed omnia hæc nobis fiunt in terrorem: nisi quod non pro tali publice oratur. Non plus igitur ille patitur a tali excōmunicatione, cū pateretur domus uel uestis si excommunicaretur: sic rursus nihil plus iuuatur absolutione. Sed quiescam deinceps confutare cōtradictiones istas garrulas, cum nihil in se cōtineant cū opiniones scholasticas, nec in scripturis, nec ecclesiasticis patribus, nec Canonibus fundatas. Semper eā petit principium, aut si hoc nō facit, more iratarum muliercularum saltē blaterat hæc uerba, Errat, furit, insanit, Error, errare. In his enim uerbis summam sapientiæ & scientiæ suæ constitutam uult uideri.

Dialectica theologo.

Excōicantur mortui in terrorem.

Tyrannis inquisitorū.

CONCLVSIO IX.

Inde bene nobis facit spiritus sanctus in Papa, excipiēdo in suis decretis semper articulum mortis & necessitatis.

Ista conclusio magis est probatio præcedentis. Certum est enim, quod si articulos necessitatis temporalis summus Pontifex uult exceptos, multo magis necessitatem æternam, ad quā homo per mortem uadit, cū infirmus aut impeditus legitime, solum temporali impotentia teneatur. Quin etiam si quā summus Pontifex non excipit necessitatē, tamen excepta non minus intelligitur, cum necessitas non habeat legem. At mors necessitas necessitatum, & impedimentum impedimentorū omniū ultimum & maximum est.

Necessitatē eximit legislator.

CONCLVSIO X.

Indocte & male faciunt sacerdotes ij, qui morituris pœnitentias canonicas in purgatorium reseruant.

Reseruatio purgatorij.

Et hæc quoq; corollarium manifestū est conclusionis. viij. Et certe sunt nō nulli, qui mirentur, si hæc fiant a sacerdotibus. At utiq; fiunt. Cum uero id sit plus obedientiam Canonum cū obedientiam uocantis dei ponderare, & uilipendora Canonū opera præferre pretio pretiosissimæ mortis Christianorū: nescio si illi rectæ fidei regulam teneant, qui tali imbuti sunt opinione.

Secundo. Id notum est, & insignibus autoribus celebre in ecclesia, si quē deus hominem in mediis ipsis operibus obedientiæ ecclesiasticæ ad ecstasim raperet, uel singularem illuminationem, tenetur homo tum opus intermittere, & obedientiam ecclesiæ relinquere, & deo obsequi magis cū hominibus. Immo dicunt in ipsis horis canonicis attentionem uerborū debere omitti, contra præceptū ecclesiæ, si qua arriserit cœlestis illustratio & affectio. Si ergo in ijs uocationi

Deo plus parendū cū canonibus, quibus sine periculo sæpe cōtrauenitur.

uocationibus feriantur leges ecclesiæ, quomodo non feriantur in uocatiõe & ecstasi tam magna, scilicet mortis? Nisi forte stultorum sequi oportet multitudinem: qui in operibus suis ceremonialibus ita hærent, ut manifestam obedientiam dei & hominum propter illa sæpius postponant, & recte sibi fecisse uideantur, si illa tantum, cætera uero nunq̃ fecerint.

Ceremonias deo quidam anteponunt.

Tertio. Esset sane ecclesia tum satis impia in deum, si scilicet eum in suo foro retineret inferiori, quem deus iam ad suum tribunal supremum uocat. Aut quando patitur summus Pontifex reum teneri lege, iuribusq̃ fori inferioris episcopi aut prælati, postq̃ uocatus est suo foro sisti? an ipse id a suis inferioribus requirit, quod ipse homo suo deo superiori non permittit? Claudit ergo manum dei homo, & homo nõ potest claudere homini? Absit. At certe si morituro imponit Canones, clarum est, quod eum secundum suum forum iudicat & punit. Hæc sunt itaq; ferme uiginti rationes, quæ me mouerũt (ut spero) non temere dubitare de materia illa canonicarum pœnarum, cum in cõtrariam partem nulla sit autoritas, nec Canon, nec ratio, nec uniuersalis usus ecclesiæ, sed abusus quorundã tantummodo.

Forũ dei est alibi.

CONCLVSIO XI.

Zizania illa de mutanda pœna Canonica in pœnam purgatorii, uidentur certe, dormientibus episcopis, seminata.

Hic rogo, nullus existimet me calumniam R. Episcopis struere, quod dixerim eos dormiuisse. Euangelij, non mea sunt uerba, nisi quod ibi non ponitur nomen episcoporum, sed hominum. Certum est tamẽ, quod per homines intelligit maiores & rectores ecclesiæ: nisi per tropologiam uniuscuiusq; spiritũ & mentem super corpus suum acceperis. Igitur Pontifices ecclesiæ ista quidẽ non docẽt, qua (ut dixi) nullus Canon, nullum statutum ex illis habemus, unde id possit doceri. Frustra itaq; laborant quidã Canonistæ, dum nituntur ostẽdere, quales sint illi anni, dies, quadragenæ in purgatorio, cum uere nulli sint aut saltẽ esse nõ probetur. Sed error inde uenit, quod nõ aduertunt Canones esse in tempore huius uitæ statutos, & super terram ligantes: sicut qui mutat municipium, & iura quoq; municipalia simul. Quod si quid debet, prius cogitur satisfacere q̃ mutare. Igitur morituris prorsus nihil est imponendum, neq; remittendi sunt ad purgatorium cum residuo pœnitentiæ (ut Gerson in aliquo loco asserit) sed magis (ut idem melius alibi sapit) ad mortem cõstanter & uolenter pro uoluntate dei suscipiendam.

Dies & anni quales sint i purgatorio.

Canones ꝓ statu huiꝰ uitæ statuti sũt & sup terrã ligant.

Hic uidendum cõmentum illud & futile cauillum, quo uelut puellulos terrere laruis cupiunt, dicentes: quia sacerdos ignorat mensuram contritionis absoluendi, ideoq; forte non imponit tantã satisfactionẽ, quantã iustitia diuina requirit: quare necesse est & huic uel proprio ope, uel indulgẽtijs satisfieri.

Ignorare sacerdotẽ quãta sint pẽtã, non impedit absolutionẽ.

Primum uide, ut nuda sua uerba pro oraculis sonent, sine ulla probatione, cum tamen propheta dicat: Nõ faciet deus uerbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Nec est credibile, cum deus noster sit, qui docet nos utilia, sicut per prophetam loquitur, non etiã hanc sue iustitiæ exactionem alicubi reuelarit.

Nuda uerba oracula uideri nõ debent.

Deinde nescio an sic dicentes, deum uelint usurarium aut mercatorem facere, ut qui non remittat gratis, nisi ei uelut precium reddatur satisfactio.

Ignoscit sine satisfactione deus.

An forte

An forte uolunt, ut cum iustitia dei tractemus de nostris peccatis, coram qua nullus iustificatur homo?

Tertio, Si id ita est, cur ergo Papa plenarie absoluit, cum æque ignoret mẽsuram contritionis, nec ipse potest supplere contritionis imperfectionem? perfectus autem eius absolutione non eget. Nec habet alterius generis potestatẽ q̃ alius sacerdos: sed alterius quantitatis, quia ipse omniũ peccata, alĳ aliqua remittunt: & quantam satisfactionem illi in aliquibus, tantã ipse in omnibus potest remittere, nec amplius. Alioquin monstrum esset ecclesia ex diuersi generis potestate constituta.

Quarto, Et ecclesia primitiua ignorabat contritionis mensuram & pondus spirituum, nihilo tamẽ minus remittebat plenarie peccata post peractam pœnitentiam, quam satis fuisse non potuit scire, iuxta horũ sententiam.

Quinto, Iterum somnium procedit ex eo, quod remissionem peccatorũ nõ super fidem & uerbũ miserentis Christi, sed super opus currentis hominis ædificant: quia satisfactionem plenariam dari non posse fingunt, nisi perfecte cõtritis, quorum nullus est in hac uita. Et tamen concedunt eam dari a Papa, etiam imperfecte contritis.

Sexto, Si iustitia dei aliquid requirit, iam extra manum est ecclesiæ, quæ nihil habet mutare, quod deus uult, aut imponit. Stat enim firma sententia: Cõsilium meum stabit, & uoluntas mea fiet.

Eadem ratione & illud confutatur, quod alĳ dicunt, pœnas canonicas esse declaratorias pœnarum a iustitia diuina requisitarum. Primum illud nõ probatur, ergo eadem facilitate contemnitur. Si declarat, ergo impossibile est, ut relaxet ecclesia easdem: quia non imposuit, sed impositas a deo declarat. Aut dicere cogentur, quod uerbũ Christi sic sit ordinandũ: Quodcũq̃ ego ligauero, tu solues.

Canõice pœnæ nõ sũt declaratoriæ pœnarũ a iustitia diuina requisitarum

CONCLVSIO XII.

Olim pœnæ Canonicæ non post, sed ante absolutionem imponebantur, tanquam tentamenta ueræ contritionis.

Iterum probat octauam hæc duodecima, quia Canonicæ pœnæ adeo sunt temporales, ut finem sui habeant ipsam absolutionem. Cum autẽ nullus moriturus non debeat absolui (cæteris paribus) patet, quod non imponendæ, sed etiam impositæ & imponendæ, sunt potius relaxandæ. Quod si mos ille prius ecclesiæ hucusq̃ fuisset seruatus, nõ fuisset error iste natus. Nunc uero cũ absolutio præcedat pœnas, factum est, ut in absolutionis iniuriam, non absolutum remittant in mortem, & rem monstro faciant simillimam, dũ absoluendo nõ absoluunt, & absolutũ eadẽ uoce ligant.

Absolutione delentur pœnæ canonicæ

Primo probatur concl. ex ipso usu solennis pœnitentiæ, in Canonibus descriptæ, cuius uel exemplum uel reliquum uestigium adhuc agitur in homicidĳ pœnitentia. Cur enim hic uiuentem absoluunt a pœna, & non remittunt eũ ad alias in uita agendas, qui tã rigidi sunt in morituros?

Secundo, Sic beatus Hieronymus scribit Fabiolam suam absolutam. Sic B. Ambrosius suũ Theodosium absoluit. Deniq̃ apud nullum frequẽtius id legitur, q̃ apud gloriosum matyrem Cyprianum lib. iĳ. epistolarum suarũ. Itẽ in Ecclesiastica & tripertita historia. Item apud Dionysium in Ecclesiastica Hierarchia status pœnitentium & energumenorum describitur. In ĳs omnibus

Absolutionẽ p̃cedit pœna non sequitur

omnibus uidemus, non fuisse receptos tunc ad gratiam & absolutionem pec/catores, nisi peracta pœnitentia.

Tertio, Necꝙ Christus absoluit Mariam Magdalenam, & adulterã, nisi post lachrymas, unctionem, & uehementissimam & humillimã afflictionem.

Quarto, Sic legimus Geñ. xliij. Ioseph fratres suos multis afflixisse tẽtationibus, ut exploraret, an uere essent erga se & Beniamin affecti, quo cognito re/uelauit se eis, & in gratiam recepit.

CONCLVSIO XIII

Morituri per mortem omnia soluũt, & legibus Canonum mortui iam sunt, habentes iure earum relaxationem.

Leges nõ uexẽt mortuos

Hæc concludit prædicta, & satis patet. Esset enim hæc res mira satis, si moriturus soluitur ab omnibus operibus, rebus, legibus, hominibus, insuper ab ipsis legibus dei, scilicet ubi præcipitur eleemosyna, oratio, ieiunium, crux, labor, & quicquid per corpus geri potest, denicꝙ ab ipsis sanctæ dilectionis (quæ nunc̃ꝙ excidit sola) operibus erga proximum, & solæ rerũ sint Canones, a quibus non possit solui. Tum Christianus miserabilior erit cunctis gentibus, puta, quem etiam mortuum uexent leges uiuorum: cum ip̃e potius talis sit, ut etiam inter mortuos esse debeat liber per Christum, in quo uiuit.

Indulgentiæ quibus non prosint.

Colligamus nunc tandem Epilogum, ut uideamus quibus remittũtur pœnæ per indulgentias. Sextuplex hominum genus mihi uidetur exceptum, quod non egeat indulgentijs. Primo mortui seu morituri. Secundo infirmi Tertio legitime impediti. Quarto qui non cõmiserunt crimina. Quinto qui crimina, sed non publica cõmiserunt. Sexto qui meliora operantur. Ostendemus hæc, & faciemus saltem uerisimilia. Primũ, quod forte maxime mo/uet, scilicet quod publicis criminibus solũ necessariæ sunt indulgẽtiæ, ut sunt adulteria, homicidia, usuræ, fornicationes, ebrietates, rebelliones &c. Tales enim si fuerint occulti, ad Canones non uidẽtur pertinere. Primo, quod Canones statuunt publicas pœnitẽtias, nec habet ecclesia iudicare foris de occultis. Secundo, quod peccatum occultum, sicut non debet publice puniri, ita nec eget publice remitti: sed indulgentiæ sunt remissiones publicæ, & in facie ecclesiæ fiunt, ut patet: immo sunt nonnulli, qui non nihil distare putant inter indulgentias publicis bullis concessas, & priuatim in foro conscientiæ dona/tas. Tertio, Occultis peccatis non est offensa ecclesia, sed solũmodo publicis ideo nõ tenent ad pœnitẽtiã publicã, ut resarciãt scandala, & rursum ædificẽt quod destruxerũt. Quarto, Et nũc iuriscõsulti nõ damnãt publice crimino/sos, nisi fuerint iure notorij: tolerantes facto notorios: quorum sententiam certe non reprobo, necꝙ erronea mihi uidetur, cum nulli liceat alterum iudicare, damnare, despicere quantumlibet peccatorem, nisi potestatem habuerit iudicandi super eum, ne dicatur ei: Tu quis es, qui iudicas alienum seruũ? Negligentia tamen charitatis reprehendenda est, tum prælatorum, tum subditorum quod notorios facto sinant libere agere, nec curant, ut fiant notorij iure, secundum illud præceptum Christi, dic ecclesiæ, si ecclesiã nõ audierit &c.

Publicis peccatis tm̃ offẽdit ecclesia.

Notorij facto.

Notorij iure.

Criminosis tm̃ utiles indulgentiæ.

Secundo, Credo omnibus patere, quod solũ pro criminibus imponantur pœnæ Canonicæ: ergo indulgentiæ (si sunt remissiones Canonum) non nisi criminosis sunt utiles. Ideo qui cõmuni uita agunt, quæ sine peccatis ueniali/bus non

bus non agitur, non habent opus uenijs: Maxime cum nec debeat instituí pœna uenialibus, immo nec confiteri teneantur, multo minus uenias redimere opus habẽt: Alioquin esset necesse pœnas Canonicas ab omnibus omni tempore ferri, cum nemo (ut dixi) sine uenialibus uiuat. Atq; amplius loquar, nec pro omni peccato mortali sunt ueniæ redimendæ: quod sic oſtẽdo. Nemo certus est se nõ semper peccare mortaliter, propter occultissimũ superbiæ uitium. Si ergo super omni mortali starent Canonicæ pœnæ, non esset tota uita fideliũ ultra crucem euangelicam, nisi etiam canonicarũ pœnarum carnificina. Quare & semper redimendæ essent indulgentiæ, atq; nihil aliud agendum. Quod si hoc absurdum est, patet, indulgentias non esse nisi super peccatis a Canonibus punitis: peccata autem a Canonibus puniri nulla possunt, nisi certa & publica crimina: Aut si multum urgear, saltem que sibi certa sunt esse crimina, ut dixi de adulterio, furto, homicidio, &c. id est, manifesta opera foris. Quare cõsensus cuiuscunq; mortalis nõ pertinet ad Canonicas pœnas, uel imponẽdas uel remittendas, ut nec uerbum oris, nisi sit occasio operis futuri, ut etiam ex uerbis Canonum patet.

Tertio. Nec sic sunt criminibus impositi Canones, quin cessent, si quis melius quid operetur: ut si intret monasteriũ, aut se deputet seruitio pauperum & hospitalis, aut pro Christo patiatur, aut pro uoluntate dei moriatur, aut simile uel maius quippiã his fecerit. In ijs claret, quod Canonicæ pœnæ cessant, nec indulgentiæ eius aliquid prosunt. Vnde solum inertibus, frigide pœnitẽtibus delicatis scilicet peccatoribus sunt impositæ: ideo & solũmodo duris & impatientibus indulgentiæ propríe concedi uidentur. Meliora agẽtes nihil curent indulgentias.

Quarto. Impeditis iustissima causa, ut pœnas ferre nõ possint, non est dubium, nõ impositas intelligi: ut si quis captiuus esset Turcis & infidelibus, si seruus alicuius domini, cui tenetur obedire sub præcepto euangelij, aut etiam debitum reddere, seruire uxori & liberis, opere manuum, & uictu quærẽdo: illis enim impeditus, non tenetur ea dimittere, immo tenetur ea facere & Canones omittere, & deo obedire: quare nec remissiões illorum habet necessarias, quorum non fuit capax impositionis.

Quinto. Infirmis nihil imponunt Canones: sanus ergo quæritur, & qui nõ sit de numero illorũ, qui dicũt: Manus domini tetigit me. His em̃ non impositio pœnarũ, sed uisitatio & cõsolatio debetur, secundũ illud Christi: Infirmus fui, & non uisitastis me. Alioquin dicetur pontificibus. Quoniã quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorum addiderunt. Et illud Iob. Quare me p̃sequimini sicut deus: ergo nec ijs sunt necessariæ ueniæ.

Sexto. Tandem mortuis & morituris, de quibus dictum est. Vides ergo, q̃ multi sint Christiani, quibus ueniæ nõ sunt necessariæ, nec utiles. Sed ad conclusionem tandem reuertor: ut hanc materiam aliquando finiam, & propríe eos fodiam gladio: Constat apud omnes in ecclesia, quod in agone & articulo mortis quilibet sacerdos, Papa est: ergo om̃ia remittit morituro: quod si deest sacerdos, certe uotum sufficit, quare absolutus est ab omnibus, quibus a Papa potest absolui: ergo indulgentiæ defunctis nihil conferri uidentur prorsus, cũ quicquid solui potest, solutum sit in morte. Ex quo simul patet, quod graduũ & legum differẽtia solũ super uiuentes & sanos intelligitur. Igitur ueniæ sunt utiles manifeste criminosis uiuẽtibus, sanis, ac ualidis, non impeditis, & melius agere non uolentibus. Hic si erro, reuocet me qui potest & scierit. Si autẽ quæras, a quibus ergo pœnis redimuntur animæ, uel quas patiuntur in purga

In articulo mortis quilibet sacerdos est papa. Votũ sufficit si absit sacerdos.

torio, si canonicæ nihil respondẽs patiunt? Dico: Si id ego scirem, quid disputarem & quærerem? Ego nõ sum tam expertus & sciens, quid deus faciat cum animabus separatis, ut illi copiosissimi animarũ redemptores, qui omnia adeo secure pronunciant, ac si fuerit impossibile eos esse homines. Accedit ad difficultatem, quod sunt doctores qui putent animas nihil ab igne, sed in igne tantummodo pati, ut sit ignis non tortor, sed carcer animarum. Iccirco & hic ingredior multo maxime dubiam & disputabilem materiam, & quid super ijs rebus perceperim profero.

Aiæ in igne patiũtur, nõ ab igne.

CONCLVSIO XIIII.

Imperfecta sanitas seu charitas morituri, necessario secum fert magnum timorem, tantoq; maiorem, quanto minor fuerit ipsa.

Charitas perfecta timoris expers.

Patet per illud. j. Ioan. iiij. Timor nõ est in charitate: perfecta charitas foras mittit timorem: quia timor pœnam habet. igitur si perfecta charitas foras mittit timorem, necessariũ est, ut imperfecta timorem non mittat foras. Ac per hoc timor sit cũ charitate imperfecta: sed ubi est illa perfecta charitas? & (ut digrediar paululum) quis est sine timore mortis, iudicij, inferni? nam in homine quantumcunq; sancto reliquiæ sunt uetustatis & peccati, & non possunt filij Israel in hoc tempore Iebusæum, Cananæum, & reliquas gentes penitus delere, manet uestigium prioris Adæ. Hæc autem uetustas est error, concupiscentia, ira, timor, spes, desperatio, mala conscientia, horror mortis, &c. Hæc enim sunt ueteris & carnalis hominis, minuuntur autẽ in nouo homine, sed nõ extinguuntur, donec & ipse extinguatur per mortem, sicut ait Apostolus. licet is qui foris est noster homo corrumpat̃, ille qui intus est renouatur de die in diem. Igitur ista mala reliquiarũ uetustatis, per indulgentias nõ tolluntur, nec per cœptam cõtritionem, sed incipiunt tolli, ac proficiẽdo magis ac magis tolluntur. Hæc est sanitas spiritus, nihil aliud q̃ fides seu charitas in Christo.

Reliquiæ peccati.

Sanitas spũs

Isto sic posito, patet cõclusio satis, quia si quispiam fuerit præoccupatus morte, priusq; sit perfectæ charitatis, quę timorem pellat, necessario cum timore & horrore moritur, donec perficiatur charitas, & foras mittat timorẽ illum. Hic autem timor est ipsa cõscientia mala & trepida, propter defectum fidei. Nulla est enim formidolosa cõscientia, nisi quæ fide uel uacua uel imperfecta est. Sic enim & Apostolus ait: Sanguinem Christi liberare conscientias nostras ab operibus mortuis. Et iterum Heb. x. Aspersi corda a conscientia mala in plenitudine fidei. Breuiter si possum probare, quod causa horroris & timoris sit diffidentia: rursum, causa securitatis sit fides, credo simul probatum esse, quod moriens in fide imperfecta, necessario timet & horret: sed diffidẽtiam esse causam terroris, desperationis, damnationis, in euangelio sæpius legitur. Primum, quando Petrus dominũ a se iussit exire, quia homo peccator ego sum, inquit. Secundo quando cœpit mergi propter modicam suam fidem. Tertio, quãdo discipuli præturbatione uoluerũt clamare, ubi Christum super mare ambulantẽ, phantasma putabant. Quarto, quando turbati existimabãt se spiritum uidere, cum intraret ad eos ianuis clausis. In his omnibus ostenditur diffidentiã esse causam timoris & horroris. Venit ergo omnis turbatio ex diffidentia, omnis securitas ex fiducia in deum, Fiducia autem ex charitate, quia necesse est, ut is tibi placeat, in quem confidas.

Conscientia formidolosa ex defectu fidei.

Fiducia in deum facit securitatem.

Conclusio

CONCLVSIO XV.

Hic timor & horror satis est, se solo facere (ut alia taceam) pœnam purgatorii, cum sit proximus desperationis horrori.

Nihil de igne & loco purgatorij loquor, non quod ea negem, sed quod alia est illa disputatio, nec a me nũc instituta: deinde quod nesciã ubi sit locus purgatorij, licet B. Thomas illum sub terra esse putet. Ego uero interim cũ B. Augusti. remaneo, scilicet quod receptacula animarũ abdita sunt, & remota a nostra cognitione. Quæ ideo dico, ne Pighardus hæreticus in me sibi uideat̃ obtinuisse, purgatorium non esse, quia locum eius ignotum esse confiteor. Aut ideo Rhomanam ecclesiam errare, quia opinionem beati Thomæ non explodit. Mihi certissimum est, purgatoriũ esse, nec multum me mouet quid blatterent hæretici, quando iam mille & plus centum anni sunt, quod beatus Aug. in suarum cõfessio. lib. ix. pro matre & patre suo orat, & orandum petit. Et eadem sancta mater eius moriẽs (ut ibi scribit) memoriam sui optauerit ad altare domini, sed & a B. Ambrosio id factum narrat. Quod si etiam tempore Apostolorum nõ fuisset purgatorium (ut superbit fastidiosus Pighardus) nunquid ideo credendum est hæretico, uix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot seculorum falsam fuisse contendendũ? maxime cum ipse nihil aliud faciat, q̃ quod dicit, non credo: & sic probauit omnia sua, & improbauit omnia nostra, quasi nõ & lignum & lapis non credant. Sed hæc suo operi & tempori.

Aniarũ receptacula abdita sunt & remota a nostra cognitõe

Purgatoriũ asseritur.

Pighardũ inuehit negãtẽ purgatoriũ.

Igitur concessum est, horrorem esse in animabus: Nunc probo eum esse pœnam purgatorij uel maximam.

Primo, omnes concedũt easdem esse pœnas purgatorij & inferni, nisi quod differũt æternitate. At scriptura describit pœnas inferni esse, turbationem, pauorem, horrorem, fugam, ut Psal. j. Non sic impij, nõ sic, sed tanq̃ puluis quẽ proijcit uentus. Sed & in Iob & Esaia, & multis alijs locis impij comparantur stipulæ & pulueri, turbine raptis atq; dispersis: in quo nimirum significat fugam horribilem damnatorum. Item psal. ij. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Et Esa. xxviij. Qui confidit in illum, nõ confundetur, id est, non festinabit, nõ pauebit, neq; fugiet confusus & horrens, utiq; uolens, quod non confidentes confundentur & pauebunt. Prouerbiorum. j. Qui me audierit absq; terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. Et Psal. iij. Ab auditione mala nõ timebit. His enim & alijs locis scripturæ, terror, horror, pauor, timor, tremor, exprimitur pœna impiorum quando piorum contraria asserit. deniq; & B. Iacob dicit, quod dæmones credunt & contremiscunt. Et Deut. xxxij. clare pronunciat pœnam impij esse pauorem, dicẽs: Dabit tibi dominus deus cor pauidum &c. Nam si pauor ille nõ esset, nec mors, nec infernus, nec ulla pœna esset molesta. Sicut ait in Canticis Fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: quod satis ostensum est in martyribus, adeo, ut de impijs dicat spiritus, Psal. xiij. Illic trepidauerunt timore ubi non fuit timor: & Prouer. xxviij. Fugit impius nemine persequente Iustus autem quasi leo confidens, absq; terrore erit. Alioquin, cur unus timet mortem & dolet, alius uero contemnit, nisi quia intus iustitiæ fiducia destitutus timet, ubi timere non debet?

Eadẽ pœnæ iferni & purgatorij.

Pœna impiorũ est timor.

Secundo. ij. Tessa. j. Qui non credunt euangelio, dabunt pœnas in interitu æternas, a facie domimi, & a gloria uirtutis eius: quia scilicet solo uultu uirtu-

tis suæ torquet eos, & cruciat deus, cum sit eis insustentabilis: ideo fugient & non effugient, sed deprehendentur inter angustias. Sic illud Sap. Cito apparebit uobis horrende. Et Psal. xx. Pones eos, ut clibanum ignis in tempore uultus tui. Alioquin unde illa uox? Mõtes cadite super nos, & colles operite nos. Et illud Esa. ij. Ingredere petram, & abscondere in fossa humo, a facie uoris domini, & gloria maiestatis eius. Et illud Iob. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec transeat furor tuus? Patet itaq; quod a facie domini oritur eorum maxima pœna, dum confunduntur a fœdissima sua immundicia ad tantam puritatem comparata.

Inquietudo i purgatorio

Tertio. Et ecclesia in persona animarum psallit & gemit, Psal. vj. Cõturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est ualde. Et Psal. cxiij. Circundederũt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerũt me. Vnde & usitatissima oratio est, ut eis requiem optemus, utiq; intelligentes, quod sunt inquietæ. At pœnæ nõ faciũt inquietudinẽ, ut patet in martyribus & cõstantibus uiris, sed horror & fuga pœnarum, quæ oritur ex infirmitate fiduciæ in deum. Sicut credit unusquisq;, sic fit ei, & tales sunt ei pœnæ & omnia, qualis fuerit & ipse: inde non conturbat iustũ quicquid acciderit ei (ait Sap.) Rursum impios terret (Leui. xvj.) sonitus folij uolantis. Et Esa. lvij. Impij quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest, & redundant fluctus eius incõculcationẽ & luctum. Non est pax impijs, dicit dominus deus.

Pœnæ inferni iustis gustatæ.

Quarto, Viuentes aliqui eas pœnas gustauerũt, scilicet inferni, ergo multo magis mortuis credendum est eas inferri in purgatorio. Nam Dauid expertus dicit: Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Et alibi: Repleta est malis anima mea, & uita mea inferno appropinqua uit. Et rursum: Dissipata sunt nostra secus infernũ. Et assimilatus sum descendentibus in lacum. Et iterum: Quam multas ostendisti mihi tribulatiões magnas & malas, & de abyssis terræ iterũ reduxisti me. Ezechias uero dicit. Ego dixi, in dimidio dierum meorũ, uadam ad portas inferi. Et infra: Sicut leo cõtriuit oĩa ossa mea, quod certe nõ nisi intolerabili factũ horrore potest intelligi.

Io. Taulerus Cõmẽdatio sermonũ Io. Tauleri.

Quinto, & multi sunt, qui usq; hodie has pœnas gustant, nam & IOAN. TAVLERVS in suis Teutonicis Ser. quid aliud docet, & earum pœnarũ passiones, quarum & exempla nonnulla adducit? atq; hũc doctorem scio quidem ignotum esse scholis Theologorũ, ideoq; forte contemptibilem. Sed ego plus in eo (licet totus Germanorum uernacula sit conscriptus) reperi theologiæ solidæ & syncerę, & in uniuersis omnium uniuersitatum scholasticis doctoribus repertum est, aut reperiri possit in suis sententijs.

Timore se cruciãtes patiuntur purgatorium.

Sed & ego noui hominem, qui has pœnas sæpius passum sese asseruit, breuissimo quidem temporis interuallo, sed tantas, ac tam infernales, quãtas nec lingua dicere, nec calamus scribere, nec inexptus credere potest, ita ut si ꝑficerent, aut ad mediã horã durarẽt, immo ad horæ decimã partẽ, funditus periret, & ossa oĩa in cinerẽ redigerent. Hic deꝰ apparet horribiliter iratus, & cũ eo pariter uniuersa creatura. Tum nulla fuga, nulla consolatio, nec intus, nec foris, sed omniũ accusatio. Tũc plorat hũc uersum: Proiectus sum a facie oculorũ tuorũ, nec saltẽ audet dicere: Dñe ne ĩ furore tuo arguas me. In hoc momẽto (mirabile dictu) nõ potest aĩa credere sese posse unq; redimi, nisi ꝺd sentit nondũ cõpletam pœnã. Est tamẽ æterna, neq; potest eam temporalẽ existimare, solũ relinquitur nudum desyderium auxilij, & horrendus gemitus, sed nescit unde petat auxilium. Hic est anima expansa cum Christo, ut dinumerentur omnia

ossa

ossa eius. Nec est ullus angulus in ea, non repletus amaritudine amarissima, horrore, pauore, tristitia, sed ijs omnibus non nisi æternis. Et ut dem simile ut cunq; , si sphæra transeat super lineam rectam, quilibet punctus lineę tactus tam fert sphæram, non tamen comprehendit totam sphæram: ita anima in suo puncto, dum tangitur a transeunte inundatiõe æterna, nihil sentit & bibit, nisi æternã pœnam, sed non manet, iterum enim transit. Igitur si uiuentibus contingit illa inferorũ pœna, id est, intolerabilis ille pauor, & inconsolabilis, multomagis animarum in purgatorio uidetur talis esse pœna, sed continua. Et hic est ignis ille internus multo atrocior, q; externus. Quod si quis ista non credit, non cõtendimus, sed id tantum efficimus, quod illi ueniarum præcones, multa dicunt, quæ uel ignorant uel dubitant, nimis audacter. Magis enim credendum est expertis in his, q; illis inexpertis. Simile. Veniarum præcones.

Sexto, ad id facit autoritas ecclesiæ, quæ canit: Libera eos de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus. Item a porta inferi. Quibus uerbis certe uidetur significari, esse animas uelut iam in porta, & introitu damnatiõis, & initio inferni, quod dixi prope desperationẽ esse, nec uana esse uerba ecclesiæ credo.

CONCLVSIO XVI.

Videntur infernus, purgatorium, cœlum differre, sicut desperatio, prope desperatio, securitas differunt.

Si quis duas præcedentes cõclusiones ueras putauerit, hanc quoq; facile admittit, immo cum in cœlo credamus regnare pacem, gaudium, & securitatem in luce dei: in inferno uero contra, seruire desperationem, dolorem, & horribilem fugam in tenebris exterioribus. Cœlũ habet securitatem.

Purgatorium uero sit medium inter utrunq; , sic tamẽ ut propius sit inferno q; cœlo (quia non habent gaudium & pacem, immo nihil de cœlo participãt, cum ponatur esse eadem pœna cum inferno, sola durationè differente) satis patet, quod & in ipso sit desperatio, fuga, horror, & dolor. Sed addidi prope desperationem dicens, quia tandem cessat illa desperatio. Alioquin reuera, dum est in illo anima non sentit nisi desperationem, non quod desperet, sed quod in tanta est perturbatione, & confusione pauoris, ut non sentiat sese sperare. Solus spiritus adiuuat ibi q; maxime infirmitatem eorum in gemitibus inenarrabilibus pro eis interpellans. Sic enim fit & tentatis in hac uita, ut nesciant an sperent uel desperẽt, immo sibi desperare uidentur, solo superstite gemitu pro auxilio. Ex quo signo non ipsi, sed alij intelligunt eos adhuc sperare. Sed omitto uerbosius de ea re loqui, quæ est abstrusissima, ne & mihi obijciãt ueniales quæstores, quod sine probatione loquar, quanq; non ut illi, assero, quæ ignoro, sed disputo & quæro, & eorum præsumptam certitudinem, dubiam, immo nullam esse contendo. Purgatoriũ timorem. Infernus desperationem. Incerta non astruit.

CONCLVSIO XVII.

Necessarium uidetur animabus in purgatorio, sicut minui horrorem, ita & augeri charitatem.

Et hæc nititur præcedentibus tribus conclusionibus. Sed tamẽ declaremus

Aiæ deceden tes e uita, ſũt in triplici dif ferentia.

eam, & ponamus (ſicut cœpimus) animarum decedentium tria genera. Pri
I mum, earum quæ ſunt fide omnino uacuæ (id eſt, damnatæ) has neceſſe eſt in
morte excipi ſummo horrore & deſperatiõe, iuxta illud: Virum iniuſtum ma
la capient in interitu. Et iterum: Mors peccatorum peſſima: ſcilicet, quia nõ ha
II bent fiduciam in deo, ideo comprehendit eos ira. Secundum, earũ quæ ſunt
fide omnino plenæ atq; perfectæ (id eſt, beatæ) hos neceſſe eſt in morte excipi
ſumma ſecuritate & lætitia, iuxta illud: Iuſtus cum ceciderit, non collidetur,
dominus enim ſupponit manum ſuam. Et iterum: Pretioſa in conſpectu do
mini mors ſanctorum eius. Et iterum: Iuſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in
refrigerio erit. Et cauſa utriuſq; eſt, quia iniuſtus inuenit quod timuit, timuit
autem ſemper mortem & pœnam. Iuſtus autem ſatur huius uitæ, maxime cu
piuit diſſolui, ideo deſyderium eius tributum eſt ei. Ille non dimidiauit dies ſu
os, iſte ultra perfectum prolõgauit incolatum ſuum: ideo quod ille horret, iſte
quærit, diuerſiſſimo ſtudio affecti, quod illi ſummus horror eſt, huic eſt ſum
III mum lucrum & gaudium. Tertium, earum quæ ſunt fide imperfectæ, & hæ
uarie differentes inter plenam & nullam fidem. Credo autem non negari ab

Aiabus i pur gatorio, ul tra pœnæ ab lationem, eſt addenda per fectio noui tatis.

ullo, quaſdam animas imperfectæ fidei diſcedere, ſed tamen infra id ſuadebi
mus latius. Igitur cum imperfectio fidei ſit nihil aliud, niſi imperfecta noui
tas uitæ in ſpiritu, & adhuc reliquum de uetuſtate carnis & Adæ (ſi enim eſſet
perfecta, non timeret pœnam, nec inuite moreretur, aut cum affectu terreno
huius uitæ migraret) clarum uidetur, animabus neceſſarium eſſe, non ſolum
tollere pœnas, ſed etiam addere perfectionem nouitatis, & tollere reſiduũ ue
tuſtatis (id eſt, amorem uitæ & timorem mortis atq; iudicij) Nam quantum
cunq; tolleretur pœna, (ſi eſſet poſſibile) non per hanc ablationem eſſet ſana,
ſicut nec in iſta uita per ablationẽ pœnarũ ſolam aliquis melior fit, ſed per ad
ditionem gratiæ, & remotionem peccati, quare & illis primo peccatum aufe
rendum eſt (id eſt imperfectio fidei, ſpei, charitatis.)

Secundo. Nulla pœna uincitur fuga aut timore. Verum eſt enim prouerbi
um: Qui timet infernum, deſcẽdet in eum: immo qui timet pruinam, cadet ſu

Pœna timo re augetur.

per eum nix: Iob. vj. id eſt, plus cadet ſuper eum q̃ timuit. Omnis pœna timo
re ſui augetur & roboratur, ſicut amore minuitur & infirmatur. Vincitur au
tem pœna amore & amplexu ſui: deinde nulla pœna eſt moleſta, dum fuerit
uicta: ideo amanti pœnas & mortem non ſunt moleſtæ, ſed dulces, quia per a

Imperfecta ſanitas ſpũs eſt timor.

morem & ſpiritum uictæ. Sunt autem moleſtæ timenti, quia per timorem &
literam ei dominantur. Si ergo purgatorium affligit animas, & moleſtus eſt
eis pauor, euidens eſt, eis deeſſe amorem & ſpiritum libertatis, & adeſſe literã
ac timorem: atq; hunc defectum amoris, uoco imperfectam ſanitatem ſpiritus
cum autem ſine perfecta ſanitate nullus cœlum intrabit, tandem concludo, ne
ceſſarium illis eſſe augeri charitatem & ſanitatem, ſicut minui horrorem. Si
quis iſta negauerit, neq; crediderit, contenderitq; animas eſſe ibi perfectas in
uita ſpiritus, ſolumq; debita præterita pœnarum luere. Reſpondeo primum
probent & ipſi ſuam ſententiam, quam & ego nego, & certus ſum, quod uel

Fides nõ per ficitur i mor te.

nullis uel infirmioribus rationibus ſua probabunt. Secundo age: Quæro an
negent triplex illud ſupra poſitum animarum genus decedentium, ſi admit
tunt tertium quoq; genus. Reſpondeant ad prædicta, quomodo auferatur pu
ſillanimitas ſpiritus, & timor, quando perfectus homo, ſicut pater eius deus,
nihil timet, omnia poteſt, omnia ſuffert, in omnibus gaudet ac delectatur.

Si non admittunt, ſed in morte perfici fidem arbitrantur, ac ſic ſolummodo

pœnæ

pœnæ soluendę restent, & hoc totum sit purgatorium, ratio scilicet debitarum pœnarum. Tum præter id quod iam fortissimum & insolubile produxi argumentum, uidelicet, quod nulla scriptura, nulla ratione suam sententiam possint probare, tamen adhuc uia suasoria procedam. Sic enim & illi opinatores & postillatores faciunt.

Primo. Ad quid deus uult puniri perfectos in spiritu? ad satisfactionē? Contra. Super omnem satisfactionem est charitatis satisfactio: nec enim deus ipse etiam per pœnas quicq̄ aliud requirit, q̄ ut perficiatur charitas. Charitas ēm (nisi Apostolus mentitur) operit multitudinem peccatorum. At illos iam esse perfectæ charitatis positum fuit. Animabus in purgatorio augeri charitatem, persuadetur.

Secundo. Deo maxime satis fit per uoluntatem, ubi non inuenit facultatem ut cum B. Augu. sentit tota ecclesia. At illi si sunt perfectæ charitatis, talem habent uoluntatem necessario, & tamen facultatē non habēt defectu uitæ, quare necessario sola uoluntate abunde satisfaciunt.

Tertio. Perfecti tales omnia reddunt deo, quæcunq̄ debent: quia nihil amplius debent, q̄ ut se totos ipsos cum intima uoluntate offerant. deus enim ab homine nihil requirit amplius, q̄ ipsum totum, sicut dicitur: Præbe fili cor tuum mihi: immo per pœnas cogit hominem ad id, ut se totum offerat: quomodo ergo eo facto pœnæ manent? ad quid cogunt?

Quarto. Finge animam in morte perfectæ fidei & charitatis, quæ adhuc forte debeat. vij. dies ieiunare, aut aliam Canonicam pœnam implere. Hic ergo deus tam crudelis est, ut animam, quæ summa charitate ad eum sitit, eumq̄ iuper omnia uehementissime diligit, quæ proximo suo omnia plenissime ignouit, & sibi omnia ignosci uehementissime cupiuit, cui propter hæc etiam debita fuit apud deum & homines ignoscentia (talis est enim anima, quæ sana charitate moritur) hic inquam deus non remittit septem illos dies, propter summā in eum & proximum charitatem & humilitatem, quæ sunt summæ omnium eleemosynarum: qui tamē in euangelio dicit, omnia remitti, & munda esse ijs qui dant, non de corde, sed de ijs quæ superfluūt, eleemosynas: & seruo solum roganti & nihil facienti, nisi promittenti, omne debitum dimisit, etiam promissione data libera. Nec saltem intuetur deus in hac re, quod tam facilis est uiuentibus, sineq̄ mortis periculo talia concedit: morituris uero & summo iam periculo pressis, tam difficilis est ad remittēdum tam parua, tam magnæ charitati? quis credet? aut quibus id uijs suadebunt? aut ergo desinant sua tam confidenter prædicare, aut melius roborent, & ista dissoluant. Nos interim sentiemus, animas in purgatorio non propter solam pœnam, immo propter defectum charitatis laborare in pœna, quia hic noluerunt laborare ad perfectionem, aut si perfectæ sunt, omnibus pœnis amore triumphatis, liberas esse. Nec enim sic de dei bonitate sapio, quod intuitu perfectæ & æternæ charitatis non remittat quibusdam pœnam temporis breuissimi, qui propter modicam charitatem, omnibus passim remittit æternam, & qui sæpius in uita ignouit omnes pœnas pro uno opere inceptæ charitatis, non remittat unq̄ in morte aliquas pœnas, pro omni opere consummatæ charitatis. Verumtamen hæc sunt disputata, quia mirabilis est deus in sanctis suis: melius faceremus, si tam dubia relinqueremus, & in populum alia certiora doceremus: potens est deus cum illis, nec secundum hanc, nec secundum illam sententiam agere: non enim nostro, sed suo iam iudicio subiecti, quia potest & ibi punire gratis, ut ostendat gloriā

Deus esset durus si non remitteret uehementer iusto temporalem pœnam.

Charitatis defectu laboratur in purgatorio.

Dei bonitas.

gratiæ suæ, sicut fecit in Iob & Pau. Tamen ultimo &

Quinto suadeo conclusionem. Si purgatorium tantummodo est pœnarum officina, cur non potius uocatur punitorium, potius q̄ purgatorium? Ratio enim & uis uocabuli, purgationem aliquam importat, quæ intelligi non potest, nisi uetustatis & peccati relicti, quo sunt immundi, qui terrenorum affectu fidei puritatē impedierunt. Quod si noua (ut sunt ad distinctiōes prompti) usi æquiuocatione, dixerint esse purgationem hic idem quod solutionem ut tum purgatæ dicantur, cum pœnæ fuerint solutæ. Respondeo, hoc eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Quod si & ipsi contempserint, uim uocabuli ad purgationem uitiorum extendi, esto sane, non contendo, id tamen effectum est, utrunq̄ esse dubium: ideo præpostere alterum illorum tanta certitudine in populos dispersum, maxime cum nec ratio nominis illorum sententiæ conueniat.

Purgatoriū, non punitorium dicitur.

Sexto. Et ad hoc ualet illud Gregorij distinct. xxv. c. qualis. ubi non pœnas tantummodo, sed culpas remitti dicit in futuro, scilicet ueniales, ut ibidem exempla ponit. At remissio culpæ non fit sine gratiæ infusione, & horror mortis est sanctis peccatum ueniale, sed non paruum.

Remissio culpæ nō fit sine gratiæ infusione.

CONCLVSIO XVIII.

Nec probatū uidetur ullis aut rationibus aut scripturis, quod sunt extra statum meriti seu augendæ charitatis.

Hoc enim robustissimum est meum aduersus oppositam opinionem argumentum, quod uidelicet sine autoritate docetur. Nostra autem certe uel ea nititur autoritate, quod sine addita gratia nullus timor pellitur, quem sola perfecta charitas foras mittit. Hæc autem conclusio præuenit argu. eorum, qui dicerent contra me, sunt extra statum meriti, quare tres præcedentes conclusiones falsæ. Ego autem ut opinando & disputando, nihil asserendo, sicut cœpi, prosequar, dico: Si purgatorium solum est soluēdarum pœnarum officina, & animæ in illo sunt suo affectu (ut ego sentio) immūdæ, nec ab eo uitio purgantur, fieret purgatorium idem quod infernus, quia infernus est, ubi pœna est cum culpa manente. At in animabus purgatorij est culpa, scilicet timor pœnarum, & defectus amoris, cum iustus secundum Esa. viij. nihil debeat timere, nisi solum deum: ergo peccant sine intermissione, q̄ diu horrent pœnas & quærunt requiem. Quod probo, quia quærunt quæ sua sunt, plusq̄ uoluntatem dei, quod est contra charitatem. Quod si amant deum, amant amore concupiscentiæ (id est uitioso) cum etiam in suis pœnis debeant diligere deum, & glorificare ac fortiter sustinere. Atq̄ ut inter tot disputationum spineta etiā asseram aliquid, Ego libere confiteor me credere, nullā animam redimi de pœnis purgatorij propter suum timorem, donec posito timore, incipiat amare uoluntatē dei in tali pœna, & plus dei uoluntatem amet, q̄ pœnam timeat, immo solam dei uoluntatē diligat, pœnam uero uilipendat, aut in uolūtate dei etiam amet. Quia oportet ut iustitiam diligat anteqū saluetur. At iustitia est deus, qui hanc pœnam operatur: deinde illud Christi: Qui non accipit (id est, uolens & amās portat) crucē suā, & sequit me, nō est me dignus. at crux animæ est illa pœna. Quæ cū ita sint, & uerissima credo, dicat qui potest, quomodo iste amor pœnarum

Timere aliquid p̄ter deum est pctm.

Purgatorij pœna adimitur, dū ab aīabus nō timetur.

Accipere crucem.

tum cum timore mutari potest, sine noua gratia infusa. Ego fateor me nescire nisi dixeris, quod purgatorium non habeat terrorem pœnarum, ac per hoc nec similem inferno contra prædicta, atq; tunc frustra oramus pro eis, quas audimus, uolentes & amantes esse pœnarum suarum sine timore.

Secundo probo, quod augeatur eis charitas. Apostolus dicit: Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: hoc autem bonum non potest intelligi nisi augmentum iam possessi boni: ergo & purgatorium auget bonum dilectionis dei, immo maxime omnium auget, dum sicut infernꝰ dura est æmulatio, & in tãtis malis etiã diligit, sicut fornax aurũ ꝓbatũ facit, ita pœna dilectionẽ.

Tertio. Virtus in infirmitate perficitur, omis enim pœna, si præsens est, charitas est salutaris & proficua: nõ enim permittit pretiosissima charitas atq; fœcundissima aliquid secum sterile. At in purgatorio est maxima infirmitas, ergo maxime perficit charitatem. Charitas in pœna ꝓficit.

Quarto. Impossibile est esse statum in uia: uia autem dei est charitas ad deum tendens: ergo necesse est animas uel procedere uel retrocedere a charitate dei, cum nondum sint in termino & uisione, ut patet. Via dei charitas est.

Quinto. Impossibile est ulla perseuerantia creaturæ, nisi assidue accipiat magis ac magis: inde enim dicunt acuti quidam, quod conseruatio rei sit eius continuata creatio. Sed creare est semper nouum facere, ut etiam patet in riuulis, radijs, calore, frigore, maxime dum sunt extra suum principium. Quare & spirituali calori, id est, amori dei in animabus opus est continuata cõseruatio (donec absorbeantur in suum principium diuinum) ac per hoc & augmentum, etiam si uerum esset quod essent perfectæ, licet extra deum esse, nec peruenisse & esse perfectum, sint contraria.

Sed uidere dignum est, quibus nam causis mouentur, ut animabus statum meriti negent, aut negandum probent.

Primum illud uulgatissimum B. August. Hic omne meritum comparatur, post mortem nullum: ergo inquiunt, purgatorium non est merẽdi locus. Respondeo. B. August. & quicunq; patres similia dixerunt, ex autoritate & usu scripturæ loquuntur, quæ multo fortius in hanc sententiam loquitur: ut est illud Gal. vj. Operemur bonum, dum tempus habemus. Et Christus Ioan. ix. Venit nox, quando nemo poterit operari. Et Apocal. Opera enim illorum sequuntur illos. Et illa manifestissima Hebrę. viij. Statutum est omnibus hominibus semel mori, post hoc iudicium, deinde finis. Gal. vj. Quæcũq; enim homo seminauerit, hæc & metet. Item oportet nos omes manifestari ad tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; prout gessit in corpore, siue bonum siue malum: & multæ aliæ, quæ omnino sonant, ac si post mortem omnino sit iudicium recipiendi, sicut gestum est, id est meritum hic, secundum illud Eccle. Li/ gnum ubicunq; ceciderit, ibi erit. Sed hæc omnia æque contra totum purgatorium pugnãt, quia non ponunt statum medium inter mortuos damnatos & beatos. Si ergo illis nõ obstantibus, purgatorium defenditur uere, etiam id defendi potest, quod augeatur illis gratia, non obstante illo quod dicitur: Hic omne meritum comparari, quia loquitur non de purgatorio: sicut & illæ autoritates nihil de purgatorio, sed de cœlo uel inferno loquuntur: utrinq; ergo intermittit purgatoriũ. Quare illa uerba Aug. ad purgatoriũ nõ sunt tendenda. Omne meritũ hic, nõ illic, id est, nõ ĩ cœlo aut inferno. Denicq; secũdũ B. Aug. etiã hic meritũ illud cõparat, q̃ dignꝰ sit homo in purgatorio suffragio iuuari. Alioquin in cœlo uel inferno nullũ habet meritũ, q̃ mereat ibi iuuari, sed tũc quidem

Animas nihil mereri his rõnibus colligitur, sed friuolis.

Autoritates ꝓ purgatorio adductæ, ꝓprie de inferno & cœlo loquuntur

quidem ad purgatoriū respexit, hic autem nequaq̄. Si autem quispiam contentiosior uoluerit asserere, autoritates iam adductas, nihilo aduersus purgatorium pugnare, quod saluari possunt per duplex iudicium, seu duplicem retributionem post mortem: Temporalem scilicet, quæ est purgatorij: Aeternam quæ est inferni: & sic alius metit purgatorium, alius infernum. Item alium sequuntur opera sua ad purgatorium, alium ad infernum. Hic Respōdeo. Sic dicendo potius destruuntur illæ autoritates, q̄ saluentur cum purgatorio, per tam uiolentam & arbitrariam æquiuocationē, cum altera pars æquiuocatiōis nunq̄ possit probari. Et meo iudicio, non esse licitum credo, longeq̄ pessimū usum, quibusdam hucusq̄ fuisse seruatum, scilicet scripturæ sanctę simplicem sensum, in æquiuocum & dubium diuidere. Rectius enim dicitur, hanc autoritatem de hac re non loqui, q̄ dum de utraq̄ re intelligere conamur, de nulla certam relinquamus. Pallium enim breue est (ait Esaias) utrunq̄ operire non potest. Et ut uulgo dicitur: Non est altare alterius nuditate ornandum. Igitur dicendum est, quod homo illic metit, quod hic seminauit, intelligatur de præsenti & futura uita. Messis enim sine nostra torsione & æquiuocatiōe arbitrij nostri, relinquenda est in ea significatione, qua utitur scriptura, scilicet futuri & uniuersalis iudicij. Atq̄ ita illæ autoritates nihil pugnant aduersus purgatorium: non per æquiuocationis cauillum, sed per ablationis sensum. Eodem modo & illud: Hic omne meritum, illic nullum. Alioquin quantus fuerat sudor ingenio meo, si & ego meritum æquiuocarem duplex, scilicet post mortē non esse meritum huius temporis, sed bene meritum illius status, & Augustinum loqui de primo, sed nolui.

Distinctiōes theologicæ notantur.

Quid autem dicent ad illud Eccles. Lignum ubicūq̄ ceciderit, siue ad Aquilonem siue ad Austrum, ibi erit? Siquidem per casum intelligūt mortem. Si ergo per Aquilonem infernum, per Austrum cœlum, quo cadent qui intrāt purgatorium? ad Austrum dicent, sed æquiuoce, sed quid dicēt? ibi erit? ibi manebit? ergo nunq̄ exibunt purgatorium? An hic quoq̄ æquiuocatur mansio, scilicet temporalis & æterna? Claret itaq̄, quod hæc autoritas recte facit contra purgatorium: quinetiam per æquiuocationem sui facit ex purgatorio infernum. Non potest itaq̄ solui, nisi dicatur (sicut dixi) nihil eam de purgatorio loqui, non plus q̄ illam: Liber generationis Iesu Christi.

Aequiuocationes fugiēdæ sunt.

CONCLVSIO XIX.

Nec hoc probatum esse uidetur, quod sint de sua beatitudine certę & securæ, saltem omnes, licet nos certissimi simus.

Nos enim, quia credimus nullam in purgatorium uenire, nisi sit de numero saluandorum, certi sumus de beatitudine illarum, sicut certi sumus de electorum salute. Quanq̄ nō nimis impugno, si quis asserat eas esse certas: ego nō omnes dico esse certas. Sed quia totum negocium de animabus in purgatorio absconditissimū est, ideo suadendo magis q̄ demonstrādo declaro cōclusionē

Negociū de aiabus i purgatorio absconditissimum est.

Primo ex supradictis: Si pœna purgatorij est pauor ille & horror dānatiōis & inferni, pauor autem omnis facit animū perturbatū, incertū, inopem cōsilij & auxilij, & tanto magis, quāto fuerit uehementior & inopinatior. Animarū autē est omniū uehemētissimus & inopinatissimus, ut supra dictū est. Et Christus: Tāq̄ laqueus supuenit dies illa. Et Apostol⁹: Dies dñi sicut fur in nocte

ita ueniet

ita ueniet. Quare ualde probabile est, eas præ cõfusione nescire, quo statu sint an dãnatæ uel saluatæ, immo sibi uidentur iam ire in damnationẽ, & descendere in lacũ, omninoq; iam esse in portis inferi, sicut Ezechias dicit. Sed &. j. Regum. ij. Dominus deducit ad inferos & reducit. Igitur nihil aliud sentiunt, q̃ incipere suam damnationẽ, nisi quod sentiunt, nondum clausam post se portam inferi, necdum etiam dimittunt uotum & desyderium auxilij, licet nusq̃ apparẽtis: sic enim loquuntur, qui id experti sunt. Accipiamus simile. Si quis ad iudicium mortis inopinatus ueniat, puta incidens in latrones, qui dum intentant illi omni ex parte mortem, etiam si statuerint eum terrere, non occidere: hic ipsi certi sunt eum uicturũ: ipse uero nihil nisi præsentissimã mortem uidet, atq; eo ipso iam moritur: solum id sibi reliquum est, quod nõdum sit mortuus, possitq; redimi a morte, sed nescit unde: uidet enim illos posse, sed nolle: igitur fere nihil differt a mortuo. Ita uidet̃ in pauore æternæ mortis fieri, quod non aliud q̃ æternam sibi sentiunt imminere omni ex parte. Sic canit ecclesia pro eis: A porta inferi erue animas eorum: Et libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus &c. Solum id reliquũ scientiæ habent, quod deus possit eos redimere, sed nolle illis uidetur. Damnati uero statim huic malo addũt blasphemiam, illi uero solam querelam & gemitum inenarrabilem, sustẽtati a spiritu. Hic enim fertur spiritus super aquas, ubi sunt tenebræ super faciem abyssi Sed de hoc supra latius.

Aĩę in purgatorio incertissimę sunt, & dubitãt de salute sua.

Simile.

Damnati ultra desperationẽ, blasphemant.

Secundo. Multa leguntur exempla, in quibus habetur nonnullas animas hanc sui status incertitudinem confessas fuisse. Apparuerunt enim tanq̃ euntes uocati ad iudicium, ut de S. Vincentio &c. Rursum leguntur multa, in quibus certitudinem suam sunt confessæ. Ad quæ dico. Primo me dixisse non omnes esse certas. Secundo, forte melius secundum prædicta, eas nõ fuisse certas, sed præ nimio auxilij desyderio, tanq̃ certæ essent, uelocius iuuari postulasse, ita ut potius opinentur, & timidæ præsumant sese certas, q̃ sciant: sicut & in euangelio de dæmonibus dicitur, quod sciebãt ipsum esse Christum, id est, uehementer opinabantur, ut ait glossa. Ita enim fit naturaliter in omni angustia & pauore, ut uehementer opinemur nos esse adhuc reparabiles, cũ tamen magis sit ibi cupido reparationis, q̃ spes aut scientia: sicut in dæmonibus plus fuit cupido sciendi, q̃ scientia. Scientia enim salutis non pauet, neq; trepidat, sed confidit, omniaq; fortissime tolerat.

Desyderium auxilij facit quod se quasi certas dicãt de salute.

Hic dicitur: Quid ergo de iudicio particulari, quod in morte cuiuslibet hominis fama est agi, & Inno. testatur? uidetur enim per ipsum certus fieri homo de suo statu. Respondeo, quod non sequitur eum certum fieri, etiam si sit particulare iudiciũ. Potest fieri, ut homo mortuus iudicetur, immo accusetur, sed tamẽ sententia differatur, nec ei reueletur. Interim autẽ accusante conscientia, urgentibus dæmonibus, & minante ira dei nihil aliud faciat misera anima, q̃ ut tremat a sententia, omni momento cum horrore expectata, sicut de corporali morte facit & minatur Deut. xxviij. Dabit tibi dominus cor pauidum, & pendebit uita tua ante te: mane dices, quis det mihi uespere? & uespere dices, quis det mihi mane? Ita & ibi mors æterna simili pauore feriat, & horribili horrore cruciet animã: nec ista sentẽtia multũ absona est ueritati, quãdoquidẽ & Matth. v. Dominus distinguit inter reum iudicij, & reum consilij, & reum gehennæ, id est, inter accusatũ & conuictũ & damnatũ. Sed & insignes quidam autores scientia plus q̃ fama, audent dicere, quasdam animas pro suæ tepiditate uitæ, per mortem rapi, & a deo sic proijci, ut usq; in finem mũdi nesciãt, an sint damna

Iudiciũ ꝑticulare in morte cuiuslibet.

Anię quædã usq; in finem mundi de salute dubitãt.

sint damnatæ uel saluandæ. Et si recipitur historia illa de monacho morituro, & propter peccatum fornicationis, uelut damnato, iam blasphemante, deinde ad sanitatem reuerso: satis patet, quod iudicium & accusatio inferni potest animam affligere, & tamē nondum esse diffinitam sententiam latam. Ad idem, id quod in homilia recitat quadam B. Greg. de iuuene, quem in morte draco absorbere uolebat.

Hæc itaq; de tota materia pœnarū purgatorij uerisimiliter pono, motus primum ex natura horroris & pauoris. Deinde, quod scriptura hanc pœnam tribuit damnatis. Tandem, quod omnis ecclesia dicit, easdem esse pœnas inferni & purgatorij: & ita credo hanc nostram sententiā in scripturis satis fundatam.

Pœna a conscientia maxie infertur.

Buccinatores uero indulgentiarum uidentur pœnas animarum ita imaginari quasi ab extra inferantur, sintq; penitus externæ, non autem ab intra in conscientia nascantur, quasi deus solum ab eis auferat pœnas, cum sit cōtrarium uerius, quod animas potius a pœnis auferat, sicut scriptum est. Diuertit ab oneribus dorsum eius. Non ait: Diuertit onera a dorso eius. Et iterum: Si transibis per ignem, flamma non nocebit te. Quomodo nō nocebit? nisi quia dat fiduciam cordi, ut ignem non timeat: non autem ut ignis non sit, cum transeundum

Pœnā diminuit amor.

ei per illum sit. Quare diuersio dorsi ab oneribus non fit, nisi sanando animæ timorem & confortando eam, sicut & supra dictum est, quod nulla pœna uincitur timore sui, sed amore & contemptu. At timorem non auferunt indulgentiæ, immo inferunt quantum in eis est, dum uelut odibilem rem, pœnas relaxandas suadent. Deus autem proposuit habere filios impauidos, securos, generosos, æternaliter & perfecte, qui prorsus nihil timeant, sed per gratiæ suæ fiduciam omnia triumphent atq; cōtemnant, pœnasq; & mortes pro ludibrio habeant: cæteros ignauos odit, qui omnium timore confunduntur, etiam a sonitu folij uolantis.

Iterum obijcitur.

Oramus pro animabus, & quare.

Si uolenter pœnas ferunt animæ, cur pro eis oramus? Respondeo. Nisi eas uolenter ferrent, certe damnatæ essent: sed nunquid nō ideo optare debent orationes, quādo & Apostolus optauit pro se orationes fieri, ut liberaretur ab infidelibus, & sibi ostium uerbi aperiretur, qui tamen omni fiducia plenus, mortem contemnere se gloriabatur? Etiam si animæ non optarent oratiōes, tamē nostrorū est, earum labori condolere & succurrere oratione, sicut quibuslibet alijs, quantumlibet fortiter patientibus. Deinde, cum animæ non adeo doleāt

Suffragiū cupiunt aīæ ne deficiant.

pœna præsenti, & horrore instantis sibi & intentatæ perditionis, non est mirū si cupiant suffragium, ut perseuerent & nō deficiant in fiducia, cum sint incertæ (ut dixi) de statu suo: nec tam timeant pœnas inferni, & odium dei, quod est in inferno: sicut dicitur: Non est in morte qui memor sit tui, in inferno quis cōfitebitur tibi? Et sic patet, quod non timore pœnæ patiuntur, sed amore iustitiæ, ut supra. Timent enim magis, ne non laudent & ament deum (quod fieret in inferno) & ne patiantur. Et hoc eorum sanctissimū, sed anxiosissimū desyderium, merito iuuat omnis ecclesia, quantum potest: Maxime, quando & deus uult illas per ecclesiam iuuari. Et hic tandem sit aliquādo finis tam obscuræ & dubiæ disputationis, de animarum pœnis. Quibus qui potest meliora proferre, nō inuidebo. Modo id faciat, melioribus scripturæ autoritatibus nixus, nō fumosis hominum opinionibus obnubilatus.

CONCLVSIO XX.

Igitur

Igitur Papa per remissionẽ plenariã omniũ pœnarum, nõ simpliciter omniũ intelligit, sed a seipso tantũmodo positarum. Remissio oĩum pœnarũ .s.a se iflicta rum.

Hanc disputo, nondum pertinaciter assero.

Rationes meæ sunt.

Prima, Ex dictis concl. v. quod solum Canonica pœna r emittitur per potestatem clauium, ideo hæc conclusio corollarium est illius: & illa negata, negatur & ista.

Secunda, ex ipso stilo Pontificis, quo dicit: De iniunctis pœnitentijs miseri corditer relaxamus. ergo non iniunctas a se uel a canonibus, non relaxat. Ne cp hic curandum puto arbitrarium cõmentum quorundã, qui dicunt: Quãdo Pontifex non addit hanc clausulam, de iniunctis pœnitentijs, tum intelligi omnium simpliciter remissionem pœnarum. Dicerem ego: Etsi nõ additur, tamen subintelligitur addi tanquã necessaria, & de essentia stili clausula, aut illi probent aliquo textu, quod dicunt. Stilus põtificis sonat de iniunctis pœnitentijs.

Tertia, ad solitum uenio argumentum, sed omnium fortissimum, & requiro, quibus nã autoribus probent, etiam alias pœnas per claues tolli, cp canonicas? Et exhibent mihi Antoniũ, Petrũ de Palude, Ang. de Anco. Capreolum. Deinde & Angelus Summista suũ Franciscũ Maronis inducit, redemptiones ueniarum eouscp uehentem, ut meritorias eas pronũciare sit ausus, si Christo placet. Quasi uero illi homines tales sint ac tãti, uc quicquid senserint, statim necesse sit inter articulos fidei numerare. Verũ illi magis sunt reprehendendi, qui ad ignominiam nostrã & iniuriã illorũ, allegant pro assertis, quæ illi pro pio suo studio fuerunt opinati, prorsus nihil aduertentes illud Apostoli fidele monitoriũ: Omnia probate, quod bonum est tenete: longe stultiores Pythagoricis, quippe cum ij ea tantum assererent, quæ Pythagoras dixisset: isti uero etiã ea, quæ illi dubitauerunt. Sed ad originem & fontẽ ueniamus riuulorũ istorum, id est, B. Thomã & Bonauenturã. Ex his enim illi partim acceperũt, partim de suo addiderũt. Hi itacp & sancti, & graues plane autoritate uiri. Verũ cũ & ipsi magis opinentur cp asserant, denicp S. Bona. confiteatur esse rẽ dubiosissimam, omninocp incertam: nonne clarum est, ex ipsis etiam nihil posse astrui? Tu uide, si ullum textum aut scripturam adducant? Nec mirum, quod ipsi nihil asserant. Cum enim hæc res sit fidei quidam articulus, si fuerit determinatus: adeo non pertinet ad doctores diffinire, quod etiam ad solũ concilij uniuersalis iudiciũ sit suspendendus: nec summus Pontifex quid temere in ijs habeat statuere quæ sunt fidei, nisi soli præcones ueniarum. Illis omnia quæ libuit licent: unicam tamen habent omnes rationẽ suæ sententiæ, quam & Panor. li. v. de pœ. & re. c. Quod autem affert. uidelicet hanc: Si indulgentiæ solũ canonicas pœnas dicuntur remittere, hoc est, indulgẽtias nimis uilificare. Itacp ne uiles sint indulgentiæ, magis placuit fingere, quod nesciunt, cum nullũ sit periculum animarũ, si indulgentiæ etiam nihil essent, nedum uiles: Miserrimũ uero sit, animabus figmenta & illusiones prædicare, etiam si indulgẽtiæ utilissimæ essent. Adeo non habetur ratio salutis animarũ, sed tantũmodo, ne non optima uideamur docuisse, plus laboramus pro gloria nostri uerbi, & si non necessarij, cp pro fide simplicis, & nobis commissi populi, sola necessaria. Sed antecp ad beatũ Thomã & Bonauẽ. respondeã, dignũ uidetur recitare opiniones de indulgentijs, ne ego primus aut solus eas in dubiũ uocasse uidear. Redẽptiões ueniarũ non sũt meritoriæ

Theologorũ opiniões nõ sunt fidei articuli.

Bonauẽtura de indulgentijs dubitat.

Gloſſa super c. Quod autẽ, li. v. de pœni. & re. assumens declarationem su-

Indulgẽtiarũ uilificatiões studet eui tare Theo.

Remissiones quid ualeant uetus est quæstio.

per efficacia & uirtute indulgentiarum, sic incipit: Quid ualeant tales remissiones, uetus quærela, & adhuc satis dubia.

Alij dicunt, quod prosunt quo ad deum, sed non quo ad ecclesiam. Quoniã si quis sine mortali decedat, nondum peracta pœnitentia, minus sentiat pœnas purgatorij, iuxta modum remissionis sibi factæ. Ecclesia tamen uiuenti nõ propter hoc relaxat satisfactionem. Hęc opinio damnatur a Panor. ibidem, & placet eius damnatio.

Valor indulgentiarũ uarie a diuersis æstimatur.

Alij dicunt, quod prosunt quo ad pœnitentiã hic iniunctã ex superabundanti, & ad cautelam, id est, tantum eas pœnas, quas nõ secundum modum, sed in cautelam superabundantius, cũ peccatum merebatur, imposuit. Et hæc plus damnanda cũ prior.

Alij, quod prosunt quo ad deum & ecclesiam, sed remittens onerat se ad satisfactionem pro illo, & hæc est absurda.

Alij, quod prosunt ad remissionem pœnitentiæ negligẽter omissæ. Hanc Panor. damnans dicit, quod ista remunerat negligentiam. Sed meo iudicio, hæc non omnino est falsa, quia uere remittuntur pœnæ quæcunq; , etiam negligenter omissæ, dummodo displiceat negligentia, immo remittuntur etiam non negligenter omissæ, atq; adhuc perficiendæ,

Alij, quod ualeant ad relaxationem iniunctæ pœnitentiæ, dummodo sacerdos qui iniunxit pœnitentiam, permittat, ut possit cõmutare pœnitentiam cũ remissionibus. Et hæc est proba sententia & uera in re, nisi quod restringit potestatem conferentis indulgentias. Verum est enim, quod iniunctas pœnitẽtias relaxant, sed non requiritur consensus eius qui iniunxit.

Remittũt nihil quo ad deum.

Sexta, quã ultra istas quinq; in glossa prędicta positas Panor. adducit, quod prosunt, prout sonant uerba, & quo ad deũ, & quo ad pœnitentiam hic iniunctam, & hanc dicit teneri a Goff. Host. Io. And. Et hanc ego quoq; teneo, ut facet & sonat in uerbis. Sed non sequor intelligentiam omniũ. Maxime propter istud uerbum, quo ad deum, per quod si intelligunt etiam pœnas a deo impositas remitti, siue hic, siue in purgatorio, ultra pœnitentias ab ecclesia uel canonibus iniunctas, non credo uerum, nisi sub tali moderatione, quia pœnæ purgatorij remittuntur sine potestate clauium, per solã cõtritionem. Ideo si quis perfecte fuerit cõtritus, credo quod sit quo ad deum a purgatorio absolutus. Quo ad pœnas aũt huius temporis dico, quod id nullam habet autoritatem, ut supra satis dictum est Con. v. Non est enim nominabilis illa pœna, quæ quo ad deũ remitti credatur. Ideo ego dicerem, quod illud, quo ad deũ, debet intelligi non de pœnis a deo impositis, sed de eisdem ab ecclesia iniũctis, ut sit sensus. Remissio illa iniunctarum pœnitentiarum ab ecclesia, tenet tam apud deum, cũ apud ecclesiam. Eo quod deus approbet hãc ecclesiæ suæ remissionem, secundum illud. Quodcunq; solueris super terram, solutum erit & in cœlis. Nõ ait: Quodcunq; solueris super terram, aliud erit solutum in cœlis: sed id idem quod tu solues, & ego solutum habebo. Quia per hoc deus uult homines subijci sacerdoti quod non fieret, nisi deum approbare facta sacerdotis sciremus.

Indulgentiæ non sunt meritoriæ augmẽti gratiæ.

Vides ergo omnia adhuc in opinionibus hærere. Porro id quod Angelus ex suo Francisco Maronis adducit, quod indulgentiæ etiam ualeant ad augmentum gratiæ & gloriæ, nõ aduertit, quod indulgẽtiæ nõ sunt opera bona, sed remissiones bonorum operum, propter aliud minus opus. Et si enim opus bonũ propter quod dantur indulgentiæ, sit meritorium, non tamen ideo indulgẽtiæ sunt meritoriæ, cum opus seorsum factũ nõ minus esset meritoriũ, & forte magis. Indul

gis. Indulgentiæ uero seorsum sumptæ, potius sunt demeritoriæ, quia remissiones bonorum operũ. Igitur cũ in omni materia dubitata licitũ sit unicuiq; disputare, & opponere: & ego quoq; dico, me a B. Thoma & Bona. in hac parte dissentire, donec melius probent sua, atque dissoluẽt nostra. Ego enim præter opiniones nihil uideo quæ probent, nec saltem unũ canonẽ, cum tot scripturas ego superius conclu. v. produxerim pro mea parte. Et nunc ne sine canonibus etiam loquar, ecce

Opiniones meræ nihil iuuant.

Quarta ratio. cap. Cum ex eo. li. v. de pœ. & re. dicit, per indulgentias satisfactio pœnitentialis eneruatur. Hoc uerbũ licet ex dolore potius, q̃ ex gratia dicat Papa, tamen canonistę sicut sonat, intelligunt. Ergo si satisfactio eneruatur pœnitentialis, patet, quod non nisi pœna canonica remittitur. Cum satisfactio pœnitentialis sit nihil aliud, nisi tertia illa pars pœnitentiæ ecclesiasticæ, & sacramentalis. Nam de satisfactione euangelica nihil ad ecclesiam, ut supra.

Indulgentiæ satisfactionẽ pœnitentialẽ eneruant.

Quod si quis mihi obstet, Papam non negare, etiam alias pœnas eneruari. Sed affirmat duntaxat, nec excluſiue loquitur per. c. Cũ ex eo. ut supra, ubi dicit, quod quæstores eleemosynarum, præter id quod in literis eorum cõtinetur, nihil permittantur proponere populo. Sed nihil continetur in ullis literis apostolicis, præter remissiones satisfactionis sacramentalis, sicut ipsemet dicit Papa. Satisfactio pœnitẽtialis eneruatur per indulgẽtias indiscretas & superfluas immo hoc uerbo adhuc rigidius Papa indulgẽtias restringit. Quia si superfluæ indulgentiæ solum eneruant satisfactionem sacramentalẽ, ergo modestæ & legitimæ, nec ipsam satisfactionẽ pœnitentialem eneruãt, multo minus cæteras ullas pœnas. Sec hæc sunt non mei fori aut professionis, uiderint Canonistæ.

Quæstores eleemosynarũ plus ꝓponunt q̃ in literis habetur papalibus.

CONCLVSIO XXI.

Errant itaq; indulgẽtiarum commissarij. ij, qui dicunt per Papæ indulgentias hominem ab omni pœna solui, & saluari.

Hanc omnino assero & probo.

Quia saltẽ relinquit pœna tertia, id est, euãgelica, imo & quinta, puta mors & ægritudo, & in multis illa oim maxima pœnarũ, scilicet horror mortis, tremor cõscientiæ, infirmitas fidei, pusillanimitas spiritus: quas pœnas si cõparas ad remissas ꝑ indulgẽtias, sicut si rẽ cũ umbra compares erit cõparatio. Sed neq; mẽs Papæ est, ut tã friuole & impune fabulẽtur, ut patet ex capi. Cũ ex eo.

Pœnæ nõ auferuntur per indulgentias

Quod si dixerint, nec nos dicimus has pœnas tolli per indulgẽtias. Respondeo. Cur ergo populum non instruis de cognitione pœnarũ, quas remittis. Sed omnino omnes remitti clamas, quascunq; pro peccatis suis luere deberet, corã deo & ecclesia? Quomodo populus per seipsum intelliget, quod tam obscure & large loqueris?

Veniarũ prę/cones obscure loquuntur

CONCLVSIO XXII.

Quin nullam remittit animabus in purgatorio, quam in hac uita debuissent soluere secundum Canones.

Hanc nõ latius assero q̃ octauam, ex qua fluit ceu corollarium, quod Canones pœnitentiales non transeant in aliam uitam Quia omnis pœna temporalis

mutatur in pœnã mortis, immo propter mortis pœnam tollitur, & tollẽda est,
Ro. eccl'a nõ semper fuit super alias. immo finge (ut latius suadeamus) Romanam ecclesiam esse, qualis erat etiam adhuc tempore B. Gregorij, quando non erat super alias ecclesias, saltem Græ/cíæ: Clarũ esset, quod Canonicæ pœnæ non obligabant Græcos, sicut nec nũc obligant, si qui sunt Christiani nõ subiecti Papæ, ut in Turcia, Tartaria, Liuonia. Illis ergo nulla istarum indulgentiarum est necessaria, sed tantum in orbe Rhomanæ ecclesiæ constitutis. Si ergo istos uiuos non obligant, multo minus mortuos, quia sub nulla ecclesia sunt.

CONCLVSIO XXIII.

Si remissio ulla omnium omnino pœnarum potest alicui dari, certum est eam non nisi perfectissimis, id est, paucissimis dari.

Hanc de pœnis omnium generũ intelligo, & sic assero. Nam quod remissio pœnitentialis satisfactionis possit unicuicꝫ dari, non est dubium, ut satis est dictum. Immo hanc conclusionẽ corrigo & dico. Quod prorsus nullis, siue perfectissimis siue imperfectis, potest dari omnium pœnarum remissio, quod probo. Nam licet perfectissimis deus non inferat flagella, seu. iiij. genus pœnarum
Pœnis nos deus in gratia perficit. saltẽ omnibus & semper, tamen tertia manet, scilicet euãgelica, immo & quarta, puta mors, & quæ mortis & ad mortem sunt pœnæ. Licet enim posset deus omnes perficere in gratia, forte sine pœnis, nõ tamẽ statuit id facere, sed ad imaginẽ filij sui (id est crucem) omnes conformare. Et quid opus est multis? Quãtumcunꝫ magnifice extollatur pœnarum remissio, quid quæso efficitur apud eum, qui mortẽ & timorem mortis atꝫ iudicij ante oculos habet? Huic si omnis alia remissio prædicetur, & hæc non remitti conceditur, nescio si consolationis aliquid reportet. Igitur horrorem mortis & inferni attende, & remissiones pœnarum, uelis nolis nihil curabis, ac sic non nostro studio, sed rei necessitate
Veniæ uilescunt necessario. utilificabuntur indulgentiæ, quæ timorem mortis non tollunt.

CONCLVSIO XXIIII.

Falli ob id necesse est maiorem partem populi, per indifferentẽ illã & magnificam pœnæ solutæ promissionem.

Mortem uoluntarie non suscipiẽs, p in dulgẽtias nõ euolat. Et hãc assero, & scio ita contingere. Nam ego ipse audiui multos non secus intellexisse, ꝫ quod sine omni pœna euolarent per indulgentias. Nec mirum, quando illi sic scribunt, legunt, clamant, quod si quis uenias cõsecutus, ante recidiuam moreretur, statim euolaret. Hæc omnia ita loquuntur, quasi non sint peccata, nisi actualia, ac si fomes relictus nulla sit immundicia, nullum impedimẽtum, nullum medium, quod moretur ingressum regni. Cum nisi ipse sanetur, impossibile sit intrare cœlum, etiam si nullũ assit actuale. Nihil enim inquinatum intrabit. Quo circa horror ipse mortis, cum sit uitium fomitis & peccatũ etiam se solo impedit introitum regni. Quia qui non uoluntarie moritur, non obedit uocanti deo, nisi inuitus. Et tantum ibi non facit uoluntatem dei, quantum inuitus moritur. Tantum autem peccat, quantum non obedit uoluntati dei. Ideo rarissimus est, qui post omnes uenias, non etiam in morte peccet, nisi ij, qui cupiunt dissolui, & uocant mortem. Igitur ut non omnino cũ eis discordem, dico

dem, dico, quod siquis sit perfecte contritus (id est odiens se, uitamq; suam, & summe diligens mortem) statim euolabit, remissis sibi pœnis, sed quotus sit hic, tu uideris.

CONCLVSIO XXV.

Qualem potestatem habet Papa in purgatorium generaliter, talem habet quilibet Episcopus & Curatus in sua dioecesi & parochia specialiter.

Purgatorij potestas quibus data.

Hæc est illa blasphemia, quæ me mille mortibus dignum fecit, iudicio scilicet quæstorum, ne dicam quæstuariorum. Verum anteq; ego hanc cõclusionẽ ostẽdam, paululum præfabor de proposito meo. Primũ, dico iterum hic me disputare, non quo ad sententiam, quam intendo istis uerbis (hanc enim constanter assero, quia eam tenet uniuersa ecclesia) sed quo ad uerba.

Scripturis nõ probatũ, non est asserendũ

Deinde aduersarios meos etiam rogo, ut ferant dolorem meum, quo crucior dũ audio ea prædicari in ecclesia Christi, quæ nunq; scripta & statuta sunt, quãdo sanctis olim patribus legimus uisum esse periculosissimũ, aliquid ultra præscriptum cœleste doceri, ut inquit Hilarius, & sanctus Spiridon Cypri episcopus, huius disciplinæ tam rigidus obseruator fuit, ut interrumperet sermonem eius, qui tãtum Græci uocabuli æquiuocatione usus, Tolle cubile tuum & uade, dixerat, pro Tolle grabatum seu lectum tuum & uade, reprehendens eum in re, quæ sensum nihil mutarat. Atq; huius doloris mei ueniam puto mihi iustissime ab illis deberi, quando nos ferre cogimur, nunq; rogati aut moniti, eorũ præsumptiones, quibus delectantur ea prædicare, in quibus nos cruciamur audiendo.

Non hæc dico aut ago, quod tam impudenter arrogans sim, ut me inter doctos ecclesiæ sancte numerandum putem, multo minus inter eos, quorum hæc sit statuere aut destituere: Atque utinam nouissimũ merear ecclesiæ membrũ fieri aliquando. Sed id potius ago, cum sint in ecclesia & doctissimi pariter & sanctissimi uiri, ea tamen est nostri seculi infelicitas, ut etiam tanti non possint ecclesiæ succurrere. Quid em̃ potuerit hodie, doctrina & pius zelus, satis probauit infelix euentus eorũ doctissimorum & sanctissimorum uirorum, qui sub Iulio secundo studuerunt reformare ecclesiam, instituto ad hanc necessitatem concilio. Sunt & alij passim quos noui, optimi & eruditi Pontifices, sed exemplum paucorum imponit silentium plurimis. Est enim tempus pessimum (ut ait Amos propheta) ideo prudens in illo tempore tacebit. Denicq; est nobis hodie Pontifex optimus Leo Decimus, cuius integritas & eruditio delitiæ sunt omnibus bonis auribus. Sed quid ille suauissimus homo potest unus, in tanta rerũ confusione, dignus profecto qui melioribus tẽporibus põtificaretur, aut meliora tempora essent sui pontificat⁹. Nostro seculo digni sumus pontificari non nisi Iulios secundos, Alexandros sextos, aut si quos alios atroces Mezentios uel finxerũt Poetæ. Nam bonos ridet hodie etiã Rhoma ipsa, immo Rhoma omnium maxime, in qua enim orbis Christiani parte liberius ludũt, etiam in summos põtifices, q; in uera illa Babylone Rhomae? Sed sat ista. Cũ itaq; præter innumeros priuatos, etiam in sedib⁹ suis habeat ecclesia doctissimos, si prudens uoluissem existimari illorũ exemplo, & ipse tacerẽ. Sed præstat uel a stultis, a pueris, ab ebrijs ueritatẽ dici, q; omnino taceri, ut fiducia doctiorũ & sapiẽtiũ animosior fiat, ubi audiũt nos rude uulgus tandẽ pro rei nimia indignitate

Cõcilũ Pisanũ, in quo p̃sedit Card. s. crucis, pro reformatiõe ecclesiæ laborauit.

Rhoma Babyloni comparatur.

 clamare,

clamare, sicut ait Christus. Si hi tacuerint, lapides clamabunt.

Ista itaq; præfatus, ad conclusionem uenio, & primo de ea secundum senten/tiam, deinde secundũ uerba seu sententiã aliorũ. Igitur in hac cõclusione nihil loquor de potestate iurisdictionis, quã infra sequente mox conclusione nego, & supra. xxij. & . viij. idem negaui. Hanc em̃ potestatem illi ex ijs uerbis cœperunt, de qua dico sicut dixi. Statuat ecclesia alteram partem eius quæstionis, & sequar libentissime. Cessent interim temerarij suorũ somniorũ assertores. Ego dubito & disputo, an habeant potestatem iurisdictionis in purgatoriũ. Et quã/tum hucusq; lego & uideo, teneo negatiuam, parat⁹ tenere affirmatiuã, postq̃ ecclesię sic placuerit. Interim hic loquor de potestate uiriũ, non iurium, de potestate operandi, nõ imperandi: ut sit sensus: Papa nullam quidem habet potestatem in purgatorium, sicut nec ullus alius Pontifex. Si aũt habet aliquam, talẽ certe habet, qualis sit & inferioribus ꝑticipata. Hæc autem est, qua Papa & quilibet Christianus potest suffragari, orare, ieiunare, &c. pro animabus defunctis Papa generaliter, episcopus particulariter, Christianus indiuidualiter. Patet itaq; conclusio uerissima. Sicut enim Papa una cũ tota ecclesia suffragatur animabus (quale fit in die omnium aninarum) Ita quilibet episcopus cũ sua diocesi id facere potest (sicut fit in diebus, quos uocant cõmunes) & Curatus in sua parochia (sicut fit in exequijs & anniuersarijs) Et quilibet Christianus in sua deuotione. Aut ergo nega suffragium esse intercessionem, aut concede quemlibet prelatum cum suis subiectis posse suffragari animabus. Hęc igitur puto nõ esse tã dubia, q̃ sunt audaces illi sermões de iurisdictiõe ecclesiæ in purgatoriũ.

Purgatoriũ subesse iurisdictioni pontificis non cõstat.

Suffragium proprie exponitur.

CONCLVSIO XXVI.

Optime facit Papa, quod non potestate clauis (quã nullam habet) sed per modum suffragij dat animabus remissionem.

Non credo necessariũ, iterũ protestari quid disputem, aut quid asseram. Sed cũ nostro seculo sint tã zelosi Hæreticæ Prauitatis Inquisitores, ut Christianissime catholicos, ui conẽtur ad hęresim adigere, opportunũ fuerit super singulis syllabis protestari. Nam quid aliud fecerint Ioan. Picus Mirandulanus, Laurentius Valla, Petrus Rauennas, Ioannes Vesalia, & nouissime diebus istis Ioannes Reuchlin, atq; Iacobus Stapulensis, ut inuiti cogerentur, & bene sentiẽdo, male sentire, non facile uiderim, nisi quod omiserint forte protestationẽ super singulis (ut dixi) syllabis, tanta est hodie in ecclesia puerorum & effœminatorum tyrannis. Itaq; protestor denuo, duo in ista conclusione me facturũ. Primum, de potestate clauium in purgarorium disputare, & negatiuam probare, donec alius affirmatiuam melius probet. Secundo de modo illo suffragij inquirere.

Hæreticę prauitatis inquisitores captiose super syllabis inquirunt.

Primum probo sic.

Primo, per illam uulgatam Hostiẽsis rationẽ, uidelicet: Si claues sese ad purgatorium extenderent, possent euacuare purgatorium: Atq; crudelis esset Papa quod non euacuat purgatorium.

Purgatoriũ non subesse ꝑtãti Pontifis rõnibus probatur.

Hanc soluunt sic, Papa potest, sed non debet euacuare, nisi subsit iusta causa & rationabilis, ne aduersus iusticiam diuinam temere agat. Hanc frigidam & oscitantem solutionem uix puto proferrent, nisi uel non aduerterent quid loquantur, uel inter uitulos marinos profundissime stertẽtes, se loqui arbitrarentur. Ita

tur. Ita fit, ut ex uno absurdo dato, plura sequantur. Et ut ille ait, Septem mẽdacijs eget unum mendacium, ut uerum uideatur.

Igitur argumentum uix potuit robustius firmari, q̃ tali solutiõe. Quærimus enim, quod tandem nomen erit huius causæ rationabilis? Constat autẽ, quod uel pro bello contra infideles, uel pro structura sacra, aut cõmuni, alia, ue necessitate huius uitæ, indulgentiæ donantur. Sed nulla illarum tanta est, quin incõparabiliter maior sit charitas, iustior & rationabilior. Si itaq; iustitia diuina nõ offenditur, si propter corpora fideliũ, & res eorum tuendas, aut propter inanimatas fabricas, aut usum huius corruptibilis uitæ breuissimum, remittũtur tot quot uoluerit (etiam si omnes in eo numero comprehendis, ut sic etiam euacuetur purgatorium) quanto magis non offenditur, si pro sancta charitate redimantur omnes? Nisi forte iustitia diuina tam est iniqua, aut forte melãcholica, ut plus faueat charitati in corpora & pecunias uiuentium, q̃ in animas tã egenas exhibitæ. Maxime cum tanta res sit succurrere animabus, ut fideles debeãt malle seruire Turcis, & corporaliter occidi, q̃ animas non redimi. Si ergo propter, id quod minus est, infinitas, & forte per hoc ipsum omnes redimet, cur nõ & propter id, quod maximum est (id est) charitatem? Hic tamen ego illis angustia clausis cõsilium dederim, ut dicant causam rationabilem nullam esse posse ut sic secure elabantur huic obiectioni. Et ita si Papa possit quo ad se, nõ tamẽ potest quo ad causam, quæ non esse potest.

Indulgẽtiarũ causa idonea est, charitas & misericordia in aias.

Secundo, ipse stilus Papæ idem probat, in quo dicitur, de iniunctis pœnitentijs. Manifestum est autem quod tantum donat, quãtum sonat, & eo modo donat, quo sonat, ut enim episcopus .xl. Card. c. dies de iniunctis pœnitentijs, ita Papa prorsus omnes plenarie dies de eisdẽ iniunctis relaxat, sed purgatorij pœnas nulla clauis iniunxit. Hic uero bellus quidã somniator sic fabulatur. Quãdo Papa dicit, damus indulgentias omnium peccatorũ de pœnitẽtia iniuncta, intelligitur de pœna imposita per sacerdotem. Quando autem dicit, damus indulgentias omnium peccatorũ, de quibus contriti & confessi fuerint, tunc non remittuntur oblita uel ignorata. Quando uero dicit, damus remissionem omnium peccatorũ, tunc euolaret, si moreretur. Et sic in manu Papæ est, quos uolet saluare. O furor. Vide pronunciatorem hunc q̃ secure asserit, ac si oraculum ædaret. Cui si dicerem, obsecro te, unde probabo hæc, si fuero iussus rationẽ reddere huius fidei? fortasse noua alia finget mendacia, quibus illa priora statuat magna maioribus. Infelices Christiani, qui coguntur omnia audire, quæcunq; tandem nugari libuit ineptissimis hominibus. Ac si nõ haberemus ipsam scripturam, quam præcipiente Christo, populum doceremus, & tritici mensuram, non lapparũ & tribulorum cados illis tribueremus. Inter cætera portenta, quæ hic suauissimꝰ autor fingit, id quoq; nobis audet persuadere, quod in manu Papæ sit remittere uel non remittere ignorata uel oblita, quasi non sciat uniuersa ecclesia, quod post omnẽ solutionem Papæ, cunctis fidelibus restet dicere: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine. Et quod etiam bona opera nostra, cum Iob uereri oporteat, ne inueniantur apud deum horrenda peccata. At clauis ecclesiæ, bona opera, si sint mala corã deo nec ne, nescit, nec iudicat, multo minus remittit. Secũdo procedit eius somnium ex laboriosa illa & inutili arte confitẽdi, immo desperandi & perdendi animas, qua hucusq; docti sumus arenã numerare, id est singula peccata discutere, colligere, atq; ponderare, ad faciendam contritionem. Quod cum fecerimus, fit ut refricemus uel concupiscentias uel odia, præteritorum memoria: & dum conterimur

Indulgẽtiæ de iniunctis pœnitentijs sonant.

Indulgẽtiarũ ualor apud recentiores.

Conciõnatores notantur.

Cõfitẽdi modus qui nunc est in usu, laboriosus & inutilis est.

de præteritis, noue peccemus. Aut certe si fiat optima contritio, sit tantummodo uiolenta, tristis, merecp factitia, de metu pœnarū simulata duntaxat. Sic eñ docemur peccata conteri, id est, ad impossibile, uel ad peius conari.

Contritio incipienda ab amore dei.

Cum uera contritio sit incipienda a benignitate & beneficijs dei, præsertim a uulneribus Christi, ut homo ad sui ingratitudinem prima ueniat ex intuitu diuinæ bonitatis, & ex illa in odium sui, ac amorem benignitatis dei. Tum fluēt lachrymæ, & odiet seipsum ex corde, citra tamen desperationē. Tum odiet peccatum, non propter pœnam, sed propter intuitum bonitatis dei, qua inspecta conseruatur, ne desperet, & sese ardentissime odiat, etiam cum gaudio. Sic dum fuerit unius peccati uera cōtritio, omnium simul erit. Sic Rho. ij. Ignoras quod benignitas dei te ad pœnitentiam adducit? O cp multi id ignorāt sancte Paule etiam aliorū magistri. Sic in Numeris legimus, filios Israel non fuisse a serpentibus suis ignitis liberatos per intuitum & horrorem eorum, sed potius auerso intuitu ab eis, & ad serpentem æneum (id est Christum) conuerso. Item & ab Aegyptijs uisis territi sunt, sed dato eis dorso, mare transeuntes saluati sunt. Ita sunt peccata nostra in uulnerato Christo, magis cp in nostra conscientia tractāda. Illic enim mortua sunt, hic uiuunt. Alioquin si illorum carnificina seruāda est, fieret, ut si quis subito ad mortem raperetur, non possit saluari, quia non habet tempus colligendi peccata. Sed habent quod hic dicant.

Papalis absolutio de iniunctis pœnitentijs intelligitur.

Quare ad commentum illius Cōmentatoris dici potest. In omni remissione summi Pont. præsertim illa publica & corā ecclesia (ut fit in uenijs) debet subintelligi ista clausula, de iniūctis pœnitentijs, siue sint peccata oblita siue ignorata. Hæc enim ad fōrum ecclesiæ non pertinent.

Indulgentiæ natæ ex canonibus.

Ortū est autem istud pelagus sermonum (ut mihi uidetur) ex quadā incuria inspiciendi originis indulgentiarum. Nam tunc temporis quando uigebāt Canones pœnitentiales, magnum erat relaxare, iiij. dies, post hoc cœperunt centū dari, deinde mille dies, tandē multa milia dierū, & anni, & annorū centenaria. & millenaria. Sic enim paulatim ꝓcessit maior, ac maior largitas ueniarū. Post hæc cœpit septima pars omniū peccatorū remitti, deinda tertia pars, nouissime dimidia pars, ac sic peruentum est ad plenariam remissionem omnium peccatorum, ut satis potest uideri adhuc instatiōibus urbis Rhomæ. Quod si in primis

Plenaria remissio de pœnis iniunctis intelligitur.

gradibus intelligitur pœnitentia iniuncta, certe & in plenaria remissione intelligenda est.

Tertio, iterum stilus Papæ dicentis, per modū suffragij. Oportet enim diuersum esse modū suffragij a modo potestatis. Quod si ipsi Papæ (sicut debemus) plus credemus cp illis & nobisipsis, patet nullam potestatem, sed suffragiū uale re in purgatorium. Tutius est mihi cū Papa sentire, cp cum illis. Papa non arrogat sibi potestatem, sed suffragium sibi uendicat. Et satis miror, qua fiducia illi contra expressam prohibitionem. c. Cum ex eo. plus audiant prædicare, cp in literis Papæ continetur, cum suffragij modus ibi solum contineatur. Quod si sic intelligunt. Non habet potestatem quidem iurisdictionis in purgatorium, sed tamen habet potestatem clauiū applicandi suffragia in illud. Hic dico & ego quod hoc nemo negat, potestas applicandi siue suffragia, siue satisfactiones, si-

Suffragiū applicatur ad purgatoriū.

ue laudes dei, prorsus est in manu summi Pont. Verum an illa potestas sic sit solius Papæ, ut non etiam aliorum Pontificū sit, ut conclusione precedenti dictū est, uel quid, ego nondum intellīgo in isto modo applicationis, in secunda parte huius conclusionis dicam. Interim hanc primam prosequamur.

Quarto, & omniū fortissime, Christus nō ambiguis, sed claris, apertis, rotundis uerbis

lis uerbis dicit: Quodcunq; ligaueris super terram, ligatum erit & in cœlis. Et quodcunq; solueris super terram, solutum erit & in cœlis. Non frustra adiecit super terram. Alioquin nisi restringere uoluisset potestatem clauium, satis fuerat dixisse: Quodcunq; solueris, solutum erit. Aut ergo Christus ut nugator superfluit uerbis, aut potestas clauium solummodo est super terram. Sed hic o bone deus, cq; prompta est quorundam superstitio, qui sine scitu & sine uoluntate Papæ uolunt in his uerbis potestatem ei dare, ubi ipse suffragium sibi usurpat duntaxat. Et cum sentirent hæc uerba Christi sibi fortiter resistere, & errorẽ cõfutare, non id egerunt, ut erroris patrocinium desererẽt, & uerbis Christi incorruptis sensum suum accõmodarent. Sed e cõtra, uerba eius sensui suo corrupto accommodant & torquent, dicentes illud, Super terram, potest dupliciter construi. Vno modo, ut ad soluentem: Alio modo, ut ad soluendum pertineat. Et primo modo esse Christum intelligendum, scilicet: Quodcũcq; Petrus, dũ fuerit super terram, soluerit, solutum erit & in cœlis. Volentes forte, quod & si diabolum solueret (modo ipse soluens super terram sit) solutus erit in cœlo. Nam qui dicit: Quodcunq;, & nihil addit quo restringat, omnia certe solubilia esse ostendit. Nescio quibus uerbis hanc rudem & insulsam superstitionem, immo temeritatem insecter. Hieronymiano stomacho & eloquio dignus hic erat autor, ut sanctorum uerborum Christi tam audax uiolentia & corruptio uindicaretur. Et ut omittam grãmaticam, quæ uel sola potuit eos docere, non posse hunc eorum sensum istis uerbis stare, sed magis nouas dialecticas, cq; ueram sequuntur grammaticam.

Super terram

Videntur isti eouscq; sapuisse, quasi Christus timuerit, ne quãdo talis Petrus uel Papa foret, qui & mortuus uellet ligare & soluere, & ideo necessariũ ei fuerit tam insignẽ mortuorum Pontificum ambitionem & tyrannidẽ præuenire ac prohibere, ne ligent aut soluant, nisi dum fuerint in uita & super terrã. Et forte (ut tã dignos scripturæ interpretes digne laudemus) nec sine causa sic timuit Christus, ne uidelicet aliquando contingeret, ut mortuus Pontifex aliquid ligaret, & suus successor uiuus idem solueret: Tum fieret magnus error in cœlo & Christus anxius ignoraret cuius illorum approbaret officium, ut qui temere permisisset utriscq; idem officiũ, nec addiderit super terrã, ut mortuus cõpesceretur. Si enim ita non sapiunt, quid æstuant? quid laborant ostendere, quod super terram, ad soluentem pertinet? Ecce o uere aureum opusculum aurei doctoris, & aureis literis dignissimum, & ne nihil nõ sit aureum, aureis discipulis tradendum, illis uidelicet, de quibus dicitur: Simulachra gentium aurũ & argentũ, oculos habentia & non uidentia &c. Recta uia isti incedunt contra Christum. Christus enim ideo addidit, super terram, ne Pontifex, qui non potest nisi super terram esse, præsumat id ligare aut soluere, quod non sit super terram, uelut data opera nostri temporis adulatores fœdissimos præueniens & prohibens, qui inuito & recusanti Pontifici, regnum tradere incipiunt inferorum. Hos S. Hieronymus pro suo feruore dixisset theologos, id est, deum loquentes, eum autem puta, qui apud Vergilium magnum uatibus inspirat furorem. Sed tamen agamus contra eos. Primo, Si per hanc intelligentiã claues soluunt mortuos, ergo & ligant, quia utrinq; additur, super terrã, dicens: Quodcunq; ligaueris super terram. Ergo & hic oportet eadem industria & acumine nobis distingui, super terram, dupliciter cõstrui. Vno modo, ut ad ligantem: Alio modo, ad ligandum pertineat, ut sic concludant nobis, Pontificem posse ligare sub terra in purgatorio, modo id curemus (opere uidelicet me

In inquisitorẽ Tetzel monachum.

dicorum

dicorũ)ut id uiuus faciat,& dum fuerit ſuper terram. Nam mortuus nõ poſſet ligare. Quod ſi iſta prima pars uerborum Chriſti,non recipit hanc torturam & uiolentam eluſionem,ut ipſimet quamtumlibet ſint ſine iudicio,aſſerunt:qua fronte audebunt alteri parti eam uim facere, cum ſit ſimili ſchemate per omnia compoſita?niſi forte illis,more ſuo,omnia licuerit,uniuocare & equiuocare & amphibologiſare & paralogiſare, ſicut libuerit & ubi libuerit. Dicunt ergo, quod ſuper terram in prima parte pertinet ad ligandũ, ſed in ſecunda parte pertinet ad ſoluentem:quandoquidem & maiora mõſtra in ſacras etiam literas inuexerunt,pro ſua laudabili cõſuetudine. Quare cum omnes negent, Claues poſſe ligare,in purgatorio,neceſſe eſt negare,quod poſſint ſoluere,cũ ſint illæ duæ poteſtates æquales,& æqualiter a Chriſto eccleſiæ ſuæ datæ. In hac ſententia ſunt quidam non peſſimi luriſtæ,an ſaniores cæteris,uiderint illi.

Claues nõ extẽduntur ad purgatoriũ.

Secundo. Ex ipſa antitheſi iſta ſententia etiam confutatur. Quia ſicut in cœlis,utiq; ad ſoluendum in cœlis reſpicit:ita ſuper terram,ad ſoluendã ſuper terram,reſpiciat,oportet. Et rurſus. In cœlis ad ligatum,quare & ſuper terrã,ad ligatũ referri debet. Vnde Chriſtus uelut de induſtria,nõ dixit. Ego ſoluã in cœlis,ſed ſolutũ erit in cœlis,ut ſi quis primo uerbo,ſcilicet: Quodcunq; ſolueris ſuper terram,falſę intelligẽtiæ calumniam quæreret,in ſequente retunderetur, nec permitteretur ad ſoluendum aptare:quia ſolutũ in cœlis, cogit certe intelligi,ſolutum in terra,non ſoluentem. Et ligatum in cœlis,cogit intelligi,non ligantem,ſed ligatum in terra,aut ſaltem utrumq;.

Tertio,ſi clauis tenditur in purgatorium,quid fruſtra laborant? Cur nõ tollunt uerbum ſuffragij? cur non perſuadent Pontifici, ut dicat per modum poteſtatis,& autoritate potius,q; ſuffragio ſoluere & ligare? Quippe,Quodcunq; ſoluerit(tantum caueat ne ſit mortuus)ſolutum erit. Quid nos obtundit uocabulo ſuffragij, quod nemo intelligit poteſtatem, ſed omnes interceſſionem?

Purgatoriũ euacuet papa ſi in illud poteſtatẽ habet.

Quin amplius faciamus,& rogemus Papã, ut purgatoriũ omnino tollat de rerum natura. Si enim claues eccleſię,etiam quo ad ſoluendum duntaxat,illuc ſeſe extendunt,erit in manu eius totum purgatoriũ. Quod probo ſic. Det omnibus in illo exiſtentibus remiſſionem plenariam:Secundo, omnibus moritturis Chriſtianis eandem ſimiliter det remiſſionem. Tunc certum erit, ut nullus in eo maneat,nullus in ipſum ueniat,omnes autem euolent,& ceſſet purgatorium. Debet autem id facere,& ſubeſt iuſtiſſima cauſa,ſcilicet charitas,que per omnia,ſuper omnia,in omnibus quærenda. Nec timendũ eſt, quod iuſtitia diuina offendatur a charitate,ad quam potius ipſa nos urget. Quod cum factum fuerit,deponamus totum officium defunctorum,ſatis hodie moleſtum, & neglectum tamen,mutemuſq; id in officia feſtiua.

Quarto & ultimo. Si purgatorij pœna eſt caſtigatoria & afflictiua, ut ſupra v. Concluſione,tunc certum,eſt eam non poſſe ſolui poteſtate clauium. At nõ eſſe aliam,ſatis puto ex ſufficienti diuiſiõe patere. Patet itaq; prima pars huius Conclu. ac per hoc tota ſatis probabiliter firmata, quod ſuffragium,non iuriſdictio intret purgatorium.

Suffragij modus quis ſit.

Secundum,ſcilicet modus ille ſuffragij,& ſi non fuit a me propoſitum,ut inquireretur, nec requiritur ad poſitiones meas, ſcire quis aut qualis ſit, tamen uolens exponam me in eo, quod iuſte poteram omittere, ne uidear angulum quærere, ſalua ſemper mea proteſtatione,quod non meum, ſed Pontificis, immo Eccleſiaſtici forte Concilij ſit ſtatuere, quis ſit ille modus. Meum eſt inquirere & diſputare, ac rationibus adductis, quid intelligam, aut non/

dum intel

dum intelligam indicare. Ergo duplici uia impenditur suffragium animabus.

Primo, re ipsa & officio præsente, sicuti fit, cum sacerdos cum populo orat, ieiunat, sacrificat, aliaq; facit nominata opera, pro nominatis animabꝰ. De quo suffragio nullum dubium est, quin uehementer prosit, & redimat animas, secũdum quod deo uisum fuerit, & illæ meruerint secundum B. Aug. De isto superius dixi cõclu. præcedenti, quod talem potestatem habet episcopus specialiter qualem Papa generaliter, scilicet non iurisdictionis, sed suffragij faciẽdi in purgatorium. De isto modo hic non quæritur, ut notum est.

Secundo, impenditur sine officio uel opere, sed mera iurisdictione per literas uel uoces pronunciata. Et id quoq; ex duobus thesauris. Primus est triumphantis ecclesiæ, qui est meritum Christi & sanctorum eius, superabundantiꝰ q̃ debuerant merentiũ. Et hunc esse relictum in ecclesia, ut hic remuneretur & compensetur, dicunt illi. Alter est militantis ecclesiæ, ut sunt merita, bona opera uiuentiũ Christianoꝝ, quæ habeat summus Pontifex in manu sua, applicare ea, uel pro satisfactione pœnitentiũ, uel suffragio defunctorũ, uel pro laude & gloria dei. Sic enim & ego aliquãdo & docui & scripsi, Papam tripliciter habere militantis ecclesiæ merita in potestate. Primo, ut ea offerat deo pro satisfactione aliorum. Secundo, pro suffragio animabus. Tertio in laudem dei. Et hanc facultatem spiritualem, si uera est, in suis diocesibus habere episcopos, simiter credo. Aut si erro, reuocet me qui potest. Alioquin quomodo stabunt sine errore fraternitates illæ, in quibus sibi communicant sua studia & opera, tã maiores q̃ minores plati: ltẽ monasteria & ordines, & hospitalia & parochiæ. Id enim non potest uerum intelligi, nisi quod tali modo unius opus pro altero satisfacit, suffragatur, & glorificat deum.

Applicatio meritorum ecclesiæ militantis & triumphantis.

Militantis ecclesiæ merita Papa in potestate habet.

Fraternitatum fundamentum.

Dico itaque.

Quanq̃ ego prorsus non intelligo, quomodo sint ista merita militãtis ecclesiæ in manu Papæ, tamen interim sic pie credam, donec suus Gordus hunc nodum dissoluat. Causa autem quare non intelligam, est hæc.

Militantis ecclesiæ merita nõ esse in manu ponti. sic uidetur probari.

Prima, Si pro uiuentibus uiuentium offert opera, iam non uideo, quomodo sit remissio gratuita, & non potius uera & iusta satisfactio & persolutio usq; ad nouissimum quadrantem. Licet enim ille non operetur cui fit remissio, alij tamen operant & satisfaciunt. Tunc enim id fiet, quod omnes cõstanter negant scilicet quod concedens oneret se ad satisfactionem: uere enim Papa tunc non remitteret, sed satisfaceret, scilicet per sibi subiectos.

Secũda, quod sic claues ecclesiæ nihil prorsus facerẽt, nisi quod iam de facto fit in ecclesia, etiam sine clauibus. Nam ex lege charitatis quilibet pro quolibet tenetur orare. Et Apostolus ait: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Tertia, quod nomen indulgentiæ huic sententiæ repugnat, quia debet illud indulgere, id est, remittere, ut non faciat quod debet, non autem imponere alteri, uel impositum dicere, ut indulgentia prorsus extinguat debitum, non autẽ per aliũ soluat. Quare uidetur potius, sine isto thesauro nuda sufficere potestas clauiũ ad indulgentias, maxime cum remittatur tantummodo canonica, non autem euangelica satisfactio. Aut iterum hic dicendum erit, ut supra de remissione culpę dictum est, quod sic etiam remittat per hunc thesaurum pœnas id est, declaret id fieri, quod etiam sine eo fit, scilicet, ecclesiam pro eo satisfacere cui remittitur. Quomodo B. Augu. dicit, Neminem suscitari, nisi quẽ suscitat unitas ecclesiæ: ut in uidua figuratum dicit. Sed adhuc durat ratio prima & secunda,

cunda, quod sit tũc potius satisfactio ℭ remissio, siue declaret, siue concedatur.

Quarta, Thesaurus ille ecclesiæ militantis magis operatur gratiam spiritus, ℭ remissionem pœnarum, & uidetur satis utiliter tractari, si pro pœnarũ remissione applicetur, cum remissio pœnarum sit utilissimum donum in ecclesia, etiã impijs donabile, & sola clauis potestate, ut uidetur.

Dico secundo.

Thesaurũ ecclesiæ applicari mortuis uirtute clauium uix est intelligibile.

Non intelligo, quomodo aut quid fiat, quãdo Papa eundem thesaurum applicat pro suffragio defunctorum.

Causa est hæc.

Prima, Quia iterum non plus uidetur facere, ℭ quod de facto fit. Nam uniuersa ecclesia de facto orat & suffragatur pro defunctis, nisi iterum hic putetur id facere declaratiue. Nec uideo quid illud obstet quod dicit de missa, quæ plus prodest si per sacerdotem uni applicetur, ℭ si sine applicatiõe pro omnibus celebretur. Fateor id uerum a me credi. Sed Papa ut summus & generalis omniũ sacerdos, certe non potest nisi generaliter applicare, immo debet id facere, etiã sine literis ueniarum.

Secũda. Cum per indulgentias non remittantur nisi pœnæ Canonicæ, prorsus non possum intelligere, quid animabus remittatur, cum Canones eas non ligent. Denique in morte sunt ab illis absolutæ, cum omnis sacerdos sit Papa in hora mortis. Item quod nulla anima patitur in purgatorio pro criminib⁹ & mortalibus peccatis, sed tantum pro uenialibus, ut dist. xxv. Qualis. Canones aũt uenialibus, immo mortalibus occultis non sunt impositi, sed tãtum crimi-nibus cognitis, ut supra dictum est. Dicat ergo qui potest, Quomodo indulgentiæ suffragantur illis, id est, remissiones Canonum, nisi non tantum indulgentias largiatur, immo illis uelut in superabundantem cautelã datis (uel ut solent etiam mortui absolui in facie ecclesiæ) simul inuoluat ultra indulgentias, applicationem meritorum ecclesiæ. Et tunc certe indulgentiæ non fiunt suffragium, sed cum suffragio tanℭ altero dono dantur animabus, id est, declarantur dari, uel applicantur.

Dico tertio.

De thesauro meritorum Christi & sanctorum ad remissionem pœnarum applicato, dicam infra in sua Cõclu. lvij. Vides ergo ℭ sint omnia obscurissima & dubiosissima, ideo periculosissima doceri. Id unum dico & uideo, quod Papa (in Cle. de pœ. & re. c. Abusionibus.) damnare uidetur hanc sententiam, de redimendis animabus per indulgentias, dum dicit, Animas de purgatorio, ut asserunt, mẽdaciter extrahũt. Vbi glossa super uerbo, mendaciter, quia inquit, sunt iudicio dei reseruatæ. Et allegat ad hoc dist. xxv. c. Qualis. Et certe mihi uidetur recte sentire. Nam si per suffragium redimantur, nõ utiq; sequitur eas statim euolare: non est idem suffragari & redimere seu liberare. Itaq; ego hucusq; sapio, quod uideo indulgentias & suffragium meritorum ecclesiæ esse duas res diuersissimas, alteram sine altera, & cum altera dari potẽtem. Indulgentijs sufficit sola potestas clauiũ, sine addito illo thesauro, qui tamen potest addi, uel solus dari. Solus datus facit participem bonorum, ut supra satis est dictum. Hæc si essent certa & uera, sequeretur quod indulgentiæ, inquantum tales prorsus nihil prodessent animabus, nisi quod coram ecclesia absoluerentur (id est denũciaretur eas esse absolutas) Aut si prodessent, non id fieret uirtute ipsarum, sed alia adiuncta illis donatione, scilicet meritorum ecclesiæ. Quæ donatio iterum distinguenda est a generali applicatiõe, qua ecclesia de facto per illa suffragat

Purgatorio nõ extrahuntur aiæ secundũ Canones

animabus,

animabus, sine Papæ applicatiõe, & uidendũ quid ipsa ualeat. Sed etiã alijs relinquẽdus est inquirẽdi labor, quibus est nondũ fessum studiũ in tãtis dubijs.

Nunc objicitur.

Primo, Celebre habetur, quod quidam magister Parrhisijs tenuit in disputatione sua, summũ Ponti. habere potestatẽ in purgatoriũ, & Põtifex eo cognito & mortuo, dedit eam assertam remissionẽ, uelut cõmendans.

Respondeo.

Me nihil mouet, quid placeat uel displiceat summo Pontifici, Homo est, sicut & cæteri, multi fuerunt summi Pontifices, quibus nõ solum errores & uitia, sed etiam portenta placuerũt. Ego audio Papam ut Papam, id est, ut in Canonibus loquitur, & secundum Canones loquitur, aut cũ Concilio determinat, non autem quando secundum suum caput loquitur: ne forte cogar cum quibusdam, male Christum cognoscentibus, dicere, quod Iulij secundi horrendæ cædes in Christianum populum, fuerint quædam beneficia pij pastoris in oues Christi collata.

Papa ut Papa audiẽdus est.

Iulius. ij. bellator.

Secundo, B. Bona. lib. iiij. dist. xx. dicit: Non esse resistendum importune, si quis, asseruerit Papam habere potestatem in purgatorium. Respondeo primũ Autoritas S. Bona. in re hac non sufficit. Secundo, quãdo Papa id asseruerit non erit resistendum. Tertio, Bona. recte dicit, quia addit, seipsum exponẽs, dummodo id constet per autoritatem manifestam, aut dictamen rationabile. Sed illa nondum constat manifesta autoritas.

Hic uero objicitur.

Primo, Sixtus. iiij. determinasse dicitur, quod per suffragium ille modus nihil minuit plenitudinem indulgentiarum.

Sixtus. iiij. de idulgẽtijs

Respondeo.

Primum: Si quis pertinax esse uellet, diceret: Proba quod dicis optime pater: Maxime cum solius Papæ non sit nouos fidei statuere articulos, sed secundum statutos iudicare & descindere quæstiones fidei. Hic autem erit articulus nouus, ideo ad uniuersale concilium pertinebit eius determinatio, multomagis ꝯ Conceptio B. uirginis. Præsertim cum hic nullum, illic multum & magnum sit animarum periculum. Alioquin, cum Papa sit unus homo, qui errare potest in fide & moribus, periculo assidue laboraret totius ecclesiæ fides, si quicquid sibi uisum fuerit, necesse sit uerum credi.

Articul⁹ nouus fidei ad concilíũ pertinet.

Secundo, etiam si Papa cum magna parte ecclesiæ, sic uel sic sentiret, nec etiã erraret, adhuc non est peccatũ aut hæresis, contrariũ sentire, præsertim in re nõ necessaria ad salutem, donec fuerit per concilium uniuersale alterum reprobatum, alterum approbatũ. Quod, ne multis agam, illo unico probatur, quod ecclesia Rhomana etiam cum Cõcilio uniuersali Basilieñ. ac tota ferme ecclesia sentit B. uirginẽ sine peccato conceptam. Et tamẽ, quia altera pars non est reprobata, non sunt hæretici qui contrarium sapiunt.

Tertio: Ego dico mihi nondum uisam illam Sixti determinationẽ. Sed hæc mihi uisa est, quod indulgẽtiæ dantur defunctis per modum suffragij. Ex qua nondũ sequit, quod ideo animæ euolent, quibus ille modus datur.

Quarto, Non possum esse alieni uerbi, multominus summi Pontificis interpres: Quare donec seipsum interpretetur, interim opinemur, honoris gratia, defendendo dictum tale incognitũ. Dupliciter potest id ipsum intelligi. Primo. Modus suffragij nõ minuit plenitudinẽ indulgẽtiæ, id est, licet indulgentiæ dentur ibi, non per modũ indulgentiæ, sed per modum suffragij, tamen tali

Euolare aĩas propter idulgẽtias, nõ cõceditur.

ſuffragio & interceſſione nihilominus ſit, ut euolẽt omnino, quibus fuerit impenſus. Ac ſic non ſoluendo, ſed intercedendo euolant. Hanc nõ teneo, ſed illi ita putant dictum.

Secundo, Modus ſuffragij non mi. ple. indulg. id eſt, applicatio indulgentiarum per modum ſuffragij, permittit eas eſſe quod ſunt, ſcilicet indulgẽtias plenas, nec tollit id quod natura ſua ſunt: Solum, quod nõ agunt ut indulgentiæ ſed ut ſuffragiũ. Et hanc admitto, & addo: Quod ſi non minuit aliquid, multo magis nihil auget indulgẽtias illa applicatio ſuffragatoria. Ex ijs ſequitur, q̃d non euolent animæ per illum modum. Et id ſonant etiam uerba: Quia non dicit, Modus ille ſuffragij plene redimit animas: Sed non minuit plenitudinẽ indulgentiæ, ſcilicet quod indulgentiæ licet plenæ, tamen tantũ faciunt, quantũ facere poteſt ſuffragiũ, nec amplius. Iterum obijcitur.

Abſolutiõis forma habet inquantũ claues ſe extendunt.

Forma abſolutionis Apoſtolicæ dicit: Remittendo tibi pœnas purgatorij, inquantũ claues ſanctæ matris eccleſiæ ſe extendũt. Et hanc formã ſeruant pœnitentiarij Papæ, etiam in urbe.

Reſpondeo.

Primo, Iſta ſunt extra propoſitum, quia eſt forma abſoluẽdi uiuorum & morientiũ, non autẽ forma applicandi indulgentias iam defunctis.

Secundo, Tamẽ quærendæ ueritatis cauſa dico, quod cum ſint dubia, & obſcure poſita iſta uerba, non poteſt errari in fide, ſi quis contra ſenſerit, q̃ putantur intelligẽda. Cur enim trepidat illa forma? cur uelut dubitans dicit: Inquãtum claues ſeſe extendunt? Suſpecta eſt mihi iſta tremula cauda. Non teneor firmiter credere, quod ipſe non audet conſtanter pronunciare. Cur hic ſolum & nuſq̃ alibi adiungit, inquantum claues ſe extendũt? An nondum uidemus q̃ uigil ſit Chriſtus in Eccleſia ſua, ut etiam errare uolentes, non permittat errare? Si tamen noſipſos, neglecto eius monitorio, nõ præcipitarem⁹ in errorẽ.

Tertio dico ſicut prius, Etiam ſi Papa cum ſuis pœnitentiarijs hic non erraret, non ideo ſunt hæretici, qui negent eius ſenſum, aut non credant, donec fuerit Concilij uniuerſalis iudicio alterutra partiũ definita uel reprobata. Sic eñ licet etiam indulgentijs ornarint feſtum Conceptionis, tanq̃ rem certam fidei non tamẽ damnant, aut ligant eos, qui ſolutionẽ talium indulgentiarum non quærunt. Ita quantumcũq; donetur indulgentiarũ, formam illam non eſt neceſſe credere eſſe ueram, donec ſtatuat eccleſia. Et iterũ uides, quanta ſit neceſſitas legitimi & uniuerſalis Concilij. Sed timeo, noſtrum ſeculum nõ ſit dignũ donari nobis tale, ſed potius ut opationib⁹ erroris illudamur, ſicut meruimus.

Cõcilium p indulgentijs declarandis neceſſarium.

CONCLVSIO XXVII.

Hominem prædicant, qui ſtatim, ut iactus nummus in ciſtam tinnierit, euolare dicunt animam.

Aias nõ euolare certo per indulgẽtias, latius pbat.

Hominẽ prædicant, id eſt, uanitatem & mendacia, ſecundum illud: Omnis homo mendax. Et iterum: Vanitas, omnis homo uiuens. Atq; iſta poſitio ſecundum meam ſententiam, non eget probatione. Probatur tamẽ per ſequentem Cõclu. Quia arbitrio dei, & merito animæ ualet ſuffragium eccleſiæ. Ideo etiam ſi illorum eſſet uera ſententia, quod per modum ſuffragij proſunt, non ſequitur quod ſtatim euolent.

Primo, non ſuffragium, ſed exaudítio ſuffragij, eiuſq; ſuſceptio liberat: Cũ non

non orante ecclesia, sed operante deo liberentur.

Secūdo, Natura deus sic agit, ut cito exaudiat, tardet autem dare, ut patet in omnium sanctorum orationibus & doctrinis, ut probet perseuerantiam. Ideo longe distant suffragiū, exauditio, executioq; eiusdem. Cito deus exaudit, tarde dat.

Tertio, Quod hocipsum noue dicitur, sine autoritate ulla, contra prohibitionem Canonis, ne quid ultra cq in literis continetur, dicatur. Non ergo dei & ecclesiæ, id est, uera: sed sua propria, id est, mendacia loquuntur. Noua dicūt de idulgētijs

Quarto, Non differūt ille qui loquitur falsum scienter, & ille qui asserit certum, quod nescit esse certum. Sic enim & uerum loquens aliquando mentitur Sed illa iam dicta sciunt sibi esse incerta, & tamen certa affirmant, tanq; euangelia: nulla enim autoritate uel ratione possunt ea certa esse probare.

Quinto, Tunc suffragium illud esset melius alieno officio & per accidens, cq suo proprio, quia non tantum prodest operario, quantum alteri pro quo fit, immo hoc est Peripateticum, ideo transeo: Maxime cum illi ausint concedere, quod non prosint operario, sed animæ &c. Possem & ego istas fabulas ridendas agitare & illudere, sicut ipsi per eas illudunt ueritatem: Sed desisto, ne magis dogma cq problema ponere uidear.

CONCLVSIO XXVIII.

Certum est, nummo in cistam tinniente, quæstum & auaritiam augeri posse, suffragium autem ecclesiæ est in arbitrio solius dei.

Mirum est, quod non tanto studio atq; boatu etiam euangeliū Christi prædicatur saluberrimum. Quæres suspectum facit negociū, quod plus quæstum cq pietatem æstimare uidentur, nisi forte iustissime excusentur, per hoc quod euangelium Christi ignorant. Igitur, cum indulgētiæ sint nullius pietatis, nec meriti, nec præcepti, sed licentiæ tantummodo quædam, licet opus per quod redimuntur, sit pium, uidetur omnino quæstus augeri per eas, magis cq pietas dum tam effuse & solæ tractantur, euangelio uilius uix recitato. Euāgelio neglecto, solæ indulgentiæ populo inculcantur.

Probo primo, Quia suffragium ecclesiæ non est iurisdictio Papæ, nec in manu eius, quo ad acceptionem dei, sed tantummodo quo ad oblationem, etiam si stet eorum sententia de animarum redemptione per illud. Suffragiū ecclesiæ nō est sub iurisdictione Papæ.

Secundo, Falsa esset B. Augustini uulgata sententia, quod suffragia tantum ijs prosunt, qui ea sibi prodesse meruerunt, quia potestate Papæ, non autē merito animæ prodessent, cuicunq; prodessent.

Tertio, Cōtra naturam & uim uocabuli est, ut sit in potestate Papæ, per suffragium redimere. Nam quantumcūq; opus sit excellens, si ipsum uertitur in suffragium, non ut opus, sed ut suffragium operatur. Exauditio suffragij potius redimit. Aut ergo alijs nominibus de re ipsa loquuntur, & tunc peius fallūt. Aut si proprio uocabulo de re sua loquuntur, tum non stat sententia eorum, repugnante uocabulo suffragij, significationi & intellectui potestatis.

Quarto, Tūc prorsus nulla esset differentia inter suffragium & potestatem, nisi uoce tantum, re ipsa erunt idem, quia idem efficiunt sine alio requisito ultra uoluntatem Papæ. Cur ergo nō tacet suffragium, & cessat nos cogere alia intelligere per suffragiū, cq per potestatem?

Hiciterum protestor optime lector, me de suffragio eiusmodi loqui, tanq; uere esset tale. Nam meam sententiā dixi supra, quod dubitem nec intelligam Protestatio Lutheri.

an sit, aut esse possit tale. Quod ideo dico, ne mihijpsi quisq; contrarium me sibi fingat, dum hic uelut assero suffragium, quod prius pene negaui.

CONCLVSIO XXIX.

Quis scit, si omnes animæ uelint redimi a purgatorio, sicut de sancto Seuerino & Paschali factum narratur.

Non quidem fide dignam scripturam de ijs duobus legi. Narrari tamen audiui, quod potuissent suis meritis liberari, si minus uoluissent glorificari, ideo potius sustinuerũt q; minuerẽt gloriã uisionis. Sed in ijs credat quisq;, quod uelit, mea nihil refert. Non enim negaui, quin & alias pœnas luant animæ in purgatorio, q; supra dixi. Sed uolui, ut etiam illis remissis non euolarẽt, nisi & sanarentur in gratia perfecte. Posse tamen fieri, ut aliquæ nollent redimi ex nimia dei charitate: ex eo fit uerisimile, quod Paulus & Moses potuerunt uelle esse anathema, & separatio a deo in æternum. Si tale in uita facere isti prompti erant, non uidetur negandũ & a defunctis idem fieri posse, de quo exemplum de quadam uirgine, uide in ser. Tauleri, quæ sic fecit.

Aiæ possunt nolle redimi.

CONCLVSIO XXX.

Nullus securus est de ueritate suæ contritionis, multo minus de cõsecutione plenariæ remissionis.

Hæc dico eorum sententia, qui uolunt contritionem esse necessariam ad remissionem pœnarum: Et non uident, q; uehementer incerta reddant omnia Et satis patet conclu. Nam primam partem omnes asserunt. Secunda autẽ necessario sequitur. Meo autẽ iudicio potest fieri certa remissio pœnarũ, scilicet Canonicaq;, etiam si ille dignus non fuerit, nec contritus. Non enim contritio nedum certitudo cõtritionis requiritur ad pœnarum remissionẽ, quia tenet remissio etiam si fictis cõcedatur, cum sit in mera potestate Papę. Illi uero, ut supra quoq; dictum est, si alias pœnas q; criminũ uolunt remitti, scilicet quorum cunq; mortalium peccatorũ, faciunt, dum nimium magnificant indulgentias ut nullæ sint indulgentiæ. Quia nec indulgẽtiæ quidem sunt, si incertæ sunt. Incertæ uero sunt, si nituntur super absoluendi conscientiam, nõ super clauiũ potestatem: maxime uero si & super omnium peccatorũ mortalium non tantum criminum manifestorum cõtritione nituntur, cum nullus certus sit, se sine peccato mortali esse. Certus autem esse potest quod sine crimine est, id est, sine peccato, de quo coram ecclesia possit accusari, ut supra. Ideo illam conclu. nego esse ueram, meo sensu loquens: Posui autem, ut uiderent illi absurditatẽ suæ iactantiæ, qua indulgentias extendunt.

Cõtritio nõ requiritur ad deletionẽ pœnarum.

Indulgentiæ quæ se fũdãt sup certitudine contritionis sũt dubię

Sine crimine id est sine peccato publico

CONCLVSIO XXXI.

Quam rarus est uere pœnitens, tam rarus est uere indulgentias redimens, id est, rarissimus.

Iterum eorum loquor sententia, ut uideant suæ licentiosæ prædicationis temeritatem,

meritatem, immo contradictionẽ, qui cum tam multis eas prodesse clamitent & tamen confitentur paucos esse, qui angustam uiam ambulant, nondũ eru/bescunt, neq; attendunt quid loquantur. Sed nec mirum: Non enim susce/perunt officium contritionis & angustæ uiæ docendæ. Meum itaq; sensum dico, quod & si pauci sint contriti, multi, immo omnes in tota ecclesia, possunt esse liberi a pœnis Canonum, per ablationem Canonum, sicut & uere nunc sunt.

CONCLVSIO XXXII.

Damnabuntur in æternum cum suis magistris, qui per literas ue/niarum securos sese credunt de sua salute.

Hanc assero & probo. Sic Hiere. xvij.

Maledictus qui spem suam ponit in homine, & ponit carnem brachium su/um. Non est enim nobis ulla fiducia salutis, nisi unus Iesus Christus: nec ali/ud nomẽ sub cœlo datum, quo nos oporteat saluos fieri. Act. xv. Pereat ergo fiducia in mortuis literis, in nomine ueniarum, in nomine suffragiorum. Se/cundo sicut dixi, Literæ & ueniæ nihil conferunt salutis, sed tantummodo au/ferunt pœnas, nec nisi Canonicas, nec has omnes tamen. Atq; hic mecum uti nam terra & plenitudo eius gemeret ac fleret super seductionem populi Chri/stiani, qui passim indulgentias non aliter intelligunt, q̃ salutares, & ad fructũ spiritus utiles: Nec mirum cum non exprimatur eis rei manifesta ueritas. In felicissimi Christiani, qui nec in suis meritis, nec in sua conscientia bona pos/sunt confidere de salute, docentur confidere in scriptam & ceratam papyrum, cur non ita loquar? quid enim amplius ibi confertur rogo? non contritio, non fides, non gratia, sed tantummodo externi hominis pœnæ a Canonibus statu/tæ? Atq; ut paulum digrediar, audiui egoipse multos, qui datis pecunijs, & re/demptis literis, totam fiduciam in illas posuerunt. Ita enim uel audierant (ut dicebant) uel (ut ego honoris gratia credo) intellexerant, præcones ueniarum docere. Non hic eos taxo, sicut nec mihi licet, qui non audiui præcones uenia/les: excusant sese ultra niuem candidius, mea causa licebit, certe populi redar/guendi sunt aures tam illotæ, ut illis salutaria dicentibus, ipsi non nisi pestife/ra audiant. Sed dum illi dicunt:

Indulgentijs nitentes po/nunt carnem brachiũ suũ.

Concionato/res ppẽm se/ducunt.

Ante omnia fratres in Christum credite, atq; confidite, & pœnitentiam agi/te, Crucem uestram tollite, Christum sequamini, mortificate membra uestra, discite pœnas & mortem non formidare. Ante omnia mutuam inter uos cha/ritatem habete, inuicem seruite, etiam neglectis uenijs. Primum pauperibus & egenis subuenite. Hæc inquam & similia tam pia & religiosa & sancta il/lis narrantibus, insipiens uulgus, nouo miraculo subuersum, longe alia audit scilicet hæc: O uos insensatos & crassi cordis homines, bestijs prope similes, qui non percipitis tantam effusionem gratiarum. En cœlum undiq; apertum nunc est, Si nunc non intres, quando unq; intrabis? En tot potestis redimere animas: O duri, duri & negligentes, duodecim denarijs patrem extrahere po/tes, & tam ingratus parenti in tantis pœnis non succurris? Ego sane in extre/mo iudicio excusatus sum, uosq; magis accusati, quod tantam neglexeritis sa/lutem: Dico tibi, Si uel unam solam tunicam haberes, hanc quoq; exuendam, & distrahendã iudico, ut tantas gratias obtineas. Tum uero ubi uentum fu/erit ad oblocutores gratiæ, cũ illi meras benedictiones inundẽt etiam, stat tre/

Christi ima/go depingen/da populo.

Veniarũ pre/dicatores ad/quæstum ora/dicunt.

mens uulgus & cœlum ruiturũ, ac terrã hiaturam formidat, longe peiores, q̃ infernales pœnas sibi minari audit: ut uerum forte sit, quod ubi illi maledicũt, deus benedicit eorũ maledictionib⁹, & ubi benedicũt, deus maledicit. Nã qua uia fieri possit alia, ut illi tam aliena loquantur ab ijs, quæ audiunt, quis possit intelligere? Vnde istæ quæso uerborũ laruæ? Sed nec omnia tamen credo, quæ populus passim sese audisse dicit: alioquin hæretica, impia, blasphema illis prędicata putarem. Non credo uerum esse, quod unus illorum prohibuit fieri exequias defunctorum, & sacerdotum inuitationem, sed magis ut imponerent in cistam, qui exequias & missas, parentaliaq; uellent peragere. Populus hæc etiam fingit. Non credo fabulam illam mendacijs refertam, ab ullo dictam, ui delicet quod in quodã loco, nescio quot milia (si recte memini, tria uel quinq;, animarum fuerint redempta per has uenias, inter quas solũ tres fuerunt damnatæ, quia detraxerant indulgentijs. Nemo hanc dixit, sed passionem Christi narrantibus, talia populus audiuit, aut postea audisse finxit. Nõ credo uerum quod passim siue uectoribus, siue hospitibus, aut alias seruiẽtibus, pro precio dant quatuor, quinq;, uel quot libitum fuerit, animas. Nõ credo, quod in pulpitis, postq; impetuoso mugitu despumauerint suas exhortatiões, & ut populus imponat, clamauerint: Impone, impone, impone, (hanc em̃ populus uocẽ caput & caudã, immo & uentrẽ, ac totũ pene sermonẽ esse fingit) tum, ut apostolici p̃dicatores, rem nõ uerbis modo, sed exẽplo docent, descendũt, primiq; ad cistam eunt, in omnium oculis, irritantes & prouocantes simplicem & stultum populum, ut penitus exugant medullas eius. Imponunt itaq; splendido gestu, atq; sonoro tinnitu, tum mirantur, si non pluant cæteri omes totum æs suũ, arrident imponentibus, indignantur omittentes. Non dico ego istas nundinas esse animarum, & monopolia? populo indignor qui tam pia studia prosua ruditate, non speciem, sed usq; ad furorem auaritiã, interpretatur. Quanq; mihi forte dignus uenia uideatur populus, qui ex istis nouis spiritibus, uel nouam mentem, uel errorem accipiat, cum prius magis audire sit solitus, quæ ad charitatem & humilitatem pertineant. Sed si catalogum portentosorum audituum uelim percensere, nouo uolumine fuerit opus. Ego uero mea sententia credo, si indulgentiæ essent etiã præceptæ, & salutares, tamẽ quia in tam grandem sunt nunc abusum & scandalum redactæ, ut uel hæc sola causa satis iusta fuerit, ut uniuersæ tollerentur: Ne forte si diutius permittãtur uigere, tandem præcones earum præ pecuniarum amore insaniant. Vere quidem credo, non omnia ab illis dicta esse, quæ passim feruntur, uerum debuerant saltem populum in hoc arguere, & sese clarius exponere, aut quod melius est, secundum Canones modeste loqui de indulgentijs.

Imponendũ semper clamitant.

Indulgentiæ tollendę & si p̃ceptę essent ꝓpter abusũ.

CONCLVSIO XXXIII.

Cauendi sunt nimis, qui dicunt uenias illas Papæ donum esse illud dei inæstimabile, quo reconciliatur homo deo.

Pestilẽtes hæreticos debueram eos dicere, quid enim magis impium & hæreticum, q̃ dicere indulgẽtias Papæ esse gratiam reconciliationis dei? Verum ut stomachum meum premam, uolo potius eos nulla malitia aut uoluntate talia dixisse, aut posuisse, sed mera insciția, & tam eruditionis q̃ ingenij penuria licet & in hoc sit temeritas, quod tam indocti, nõ potius bubulci opus fecerũt, q̃ opus

Indulgentiæ Papæ, nõ sũt gratia recõciliationis dei.

q̃ opus docendarũ animarũ Christi subirent. Audiamus itaq; istum bubulcũ sua uerba grunnientẽ: sic enim in libello suo postq̃ indulgentias in quatuor principales gratias distribuerat, & multas alias minus principales. Prima inquit, gratia principalis, est plenaria remissio omniũ peccatorũ: qua quidẽ gratia nihil maius potest dici, eo quod homo peccator, & diuina gratia priuatus, per illam perfectam remissionẽ & dei gratiam denuo consequitur. Hæc illæ. Obsecro, quæ hęreticorũ sentina tam hæretice unq̃ locuta est? uel ex hoc loco disce, qua causa fiat, ut cum illi sese sanctissima docere dicant, populus tamen tam impia audiat. Vtinam hic sit diui Hieronymi zelus & eloquiũ. Pudet me tantæ temeritatis, quod iste blaterator non fuerit uerítus, eum libellũ ædere in faciem quatuor illustrium, & circumiacentiũ uniuersitatũ, ac si omnino ibi ingenia uersa essent in fungos putidos. Doleo & hæreticis nostris propinquis Pighardis, tandem uenisse occasionem iuste criminandi ecclesiam Rho. si hęc in ea doceri audierint. Quod autẽ iste insulsus autor, non malitia forte, sed inscitia ista dixerit, ex illo uidere licet, quia inquit, per illam (id est, primam gratiam plenariam remissionẽ) consequitur homo perfectam remissionem. Quid est dicere, per plenariam remissionẽ consequitur perfectam remissionẽ, & per gratiam dei consequitur gratiam dei? An non per febrem somniat, aut phrenesi laborat? Sed ad sensum hæreticum uerte animum.

Verba cuiusdam indulgẽtiarij, summã gratiã indulgentias dicẽtis.

Libellus indulgentiarij blasphemus occasionem criminandi dãs hęreticis

Hanc primam gratiam uult eam esse, qua maius dici nihil potest, & quam consequitur homo priuatus gratia, quod nisi de iustificante gratia spiritus intelligi non potest. Nec ipsum aliter intellexisse clarũ est: alioquin nõ esset, qua maius dici nihil potest. Quanq̃ si etiam de gratia iustificante alias loqueretur satis impie loqueretur, cum solus deus sit id, quo maius dici nõ potest. B. Aug. enim, nõ sicut ille, sed in donis creatis, inquit, nullum est maius charitate. Hic uero gratiam dei, & gratiam Papæ in unius uocabuli chaos confudit, dignus autor tali uel opinione, uel errore.

Sequitur in eodem libro.

Per quã etiam peccatorũ remissionẽ, sibi pœnæ in purgatorio ꝓpter offensam diuinæ maiestatis, luendæ, pleníssime remittunt, atq̃ dicti purgatorij pœnæ omnino delentur. Delphicũ audiuimus oraculũ, ut nihil omnino dubitat, qui omnia ignorat, de potestate clauium in purgatoriũ secure pronunciat. Sed satis de his supra. Sequitur ibidem.

Ptãtem clauium etiã in purgatoriũ qua/si certi extendunt.

Et licet ad tantam gratiã merẽdam, nihil satis dignũ possit retribui, eo quod donum dei & gratia æstimationem non habẽt &c. Vides ut iterum donum & gratiam dei inæstimabilem uocet, id quod Papa remittit, homo dignissimus, qui ecclesias doceat, id est, hæreticorum prostibula. Postq̃ his uerbis gratiam illam ad forum & nundinas studiose adornarat, mox tamen Mercurium suum habitu Iouis uestit, ne ullus intelligat, quod lucrum quæreret, nisi qui nõ plus q̃ ipse intelligit. Permittit pauperibus quoq; eam gratis dari, ita sane si primum undecunq; pecunias corradere tentauerint a bonis (ut inquit) fautoribus: ita ut mendicantes fratres sine licentia suorum superiorum pecuniam procurent (quia multo melior est apud hunc pseudolum remissio uel fictæ pœnæ, q̃ salutaris obedientia) Cum uero nusq̃ patuerit uia corradendi pecunias ut gratiam illam redimant (id est, denuo emant, nõ quod illi uendãt, sed quod nimia rerum similitudo cogit uocabulis abuti) tum demum dicit: Regnũ em cœlorum nõ plus diuitibus patere debet, q̃ pauperibus: Iterum per uenias uolens patere cœlum. Sed subtraho calamum, ne pro meritis in eos debacchẽ.

Specie pietatis imiscẽt, q̃ minus eorũ tyrannis intelligi queat.

Sit satis indicasse fidelibus, pestilẽtiam eorum sermonum tam insigni (ut par erat) inuolutam inscitiæ & ruditati, ut dignum esset operculum uase.

CONCLVSIO XXXIIII.

Gratiæ enim illæ ueniales respiciunt tantum pœnas satisfactionis sacramentalis, ab homine constitutas.

Hæc abunde patet ex quinta supra, & uicesima.

CONCLVSIO XXXV.

Non Christiana prædicant qui docent, quod redempturis animas uel confessionalia non sit necessaria contritio.

Nummũ nõ deum, pecunias non animas quærũt.

Obsecro, cur istam dilationem dant hominibus in periculum? Et quid prodest illis talia prædicari, nisi quod pecunia quæritur, & non salus animarum, etiam si essent uera? nunc cum sint & impia & falsa, multo magis sunt explodenda. Sane & ego superius permisi, posse pœnas remitti, etiam ijs qui non sunt contriti, quod illi negant. Hic rursum quod illi affirmant, negandum puto. Atq; de confessionalibus quidem, idem mihi quod de pœnis iudicium est, scilicet, utrobiq; non requiri contritionem, neq; quo ad redemptionem eorum, quod negant, neq; quo ad usum, similiter & in pœnis remittẽdis. Quandoquidem pars confessionalis est remissio pœnæ. Sed in redimendis animabus omnino dissentio, & peto, ut probent dicta sua. Ego quidem in redimendis animabus longe aliud uideri puto, q̃ in remissione pœnarum. Siquidem in remissionibus pœnæ homo recipit bonum, sed in redimendis animabus facit bonum. At impius recipere bonum potest, sed nullo modo facere, nec potest placere opus eius deo, qui ipse non placet, ut Gen̄. iiij. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Deinde contra scripturam est, ut quis primo alteri misereatur, q̃ animæ suæ: & prius festucam de oculo fratris eijciat, q̃ trabem de suo: atq; omnino ut seruus diaboli redimat filiam dei, & hoc apud ipsum deum ridiculum est, ut hostis pro amico regis intercedat. Quis rogo furor hic est? qui (ut uilissimæ pœnæ remissionem, & ad salutem inutilem magnificet) peccata, quorum pœnitentia sola fuerat magnificanda, extenuat. Si hoc nunc est hæreticum, malesonans, scandalosum, piarum aurium offensiuum, quid tandem est quod his nominum portentis appellari possit? An his titulis, HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITORES, ideo catholicos, catholicasq; sententias uexant, atq; fatigant, quo liceat eis solis impune & pro libito hæreses inundare?

Confessionalia.

Impij opus placere deo nequit.

Hęreticę prauitatis inquisitores ipune hęresim seminant.

Dicunt autẽ, quod redemptio illa nõ innitit̃ operi redimentis, sed merito redimendi. Respõdeo. Quis hoc dixit? unde probat̃? Cur ergo nõ sine opere redimentis, merito redimẽdus ꝓprio liberat̃? sed nõ tũc cresceret pecunia, cupita ꝓpter salutẽ animaꝝ. Cur ergo nõ inuocam⁹ Turcas, & Iudæos, ut nobiscũ etiã suas pecunias imponãt, nõ ꝓpter nostrã auaritiã, sed ꝓpter redemptionẽ animaꝝ? Nec obstare uidetur, ꝙ illi nõ sunt baptizati, qñ hic nõ est opus, nisi pecunia dantis, nequaq̃ anĩa pereũtis: nõ em̃ illa datio innitit̃, nisi redimẽdæ anĩę. Credo ꝙ si uel asinus imponeret aurũ, etiã redimeret. ꝙ si requirit̃ aliqua

dispositio

dispositio, necessario & gratia: cũ Christian⁹ peccator magis displiceat deo, ꝙ̃ ullus infidelis; nec tantũ dedecorat asinum rudibilitas, ꝙ̃ Christianũ impietas.

Secundo, dixi confessionalia quidem peccatoribus, sicut & remissiones pœnarum dari posse. Sed non dixi, ut hortandi, immo nec permittẽdi sint talia redimere, sicut ipsi impie & crudeliter docent, quod probo.

Primo, omnis doctrina Christi est exhortatio ad pœnitentiam, & id agit, ut homines quantocyus a diabolo recedant, sicut ait Ecclesiast. Ne tardes conuerti ad dominum. Et ipse dominus: Vigilate, quia nescitis diem neq; horam. Et Paulus: Festinemus ingredi in requiem illam. Et Petrus: Cũ ergo hæc omnia consummãda sint, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, properantes in aduentum diei &c. Sed hæc ideo illi docuerunt, quia solliciti erant, non quomodo pecunias colligerẽt, sed animas saluarent. Hi uero uelut secure illis tribuunt miseram dilationem, & quãtum in eis est, in periculo æternæ mortis relinquũt, ita ut nesciam an tali studio sint ab homicidijs animarum excusati, quippe nõ quæritur hic salus dantis, sed donum pereuntis: cũ si essent boni pastores animarum, & uere Christiani, omnibus studijs agerent ut peccatorem ad timorem dei, ad horrorem peccati inducerent, nec quiescerẽt flendo, orando, monendo, increpando, donec animã fratris lucrifacerẽt: ꝺ si ille pergeret pecuniam dare, perseueraturus malus, in faciem ei reijcerent, & cum Apostolo dicerent: Non quæro tua, sed te. Et iterum: Pecunia tua tecum in perditionẽ, & abhorrerent a conspectu eius. Sic recte agerent, sed absit hoc a Mercurio nostro: quin id potius agamus, si uenerint peccatores, mediatoribus idoneis freti (id est lucris) etiam inuito Christo cum uniuersis apostolis, sint sicut unus ex nobis, nihil nõ potentes, quod nos possumus, etiam animas redimere ipsi sine intermissione pereuntes, etiam ridentibus nobis, & de dono eorum secure gaudentibus. Ista est charitas in populum Christi, & fratres nostros: ita curamus animas eorum, ut intelligant in suis peccatis, nos nouissimam, id est, nullam compassionem habere.

Diuersũ apostolorũ & indulgentiariorum studiũ.

Mediatores idonei, quib⁹ etiam inuito Christo uenia impetratur sũt lucra.

CONCLVSIO XXXVI.

Quilibet Christianus uere compunctus habet remissionem plenariam a pœna & culpa, etiam sine literis ueniarum, sibi debitam.

Alioquin in periculo essent, qui literas eiusmodi nõ haberent, quod falsum est, cum illæ sint neq; præceptæ, neq; consultæ, sed liberæ. Neq; peccant, qui eas negligunt, nec ideo in periculo salutis sunt. Quod ex eo patet, quia tales iam sunt in uia mandatorũ dei. Et per casum, si quando ei nõ daretur eiusmodi remissio, debetur tamen ei, ut dicit Papa. Sed hic intercedit, O acutissimum ingenium quorundã dicentium, quod uera hæc essent, si Canones essent pœnæ tantum a Papa positæ. Nunc uero sunt declaratorij pœnarũ a deo inflictarum. Sic loqui decet eos, qui ueritatem semel perpetuo odio persequi proposuerunt.

Acutũ ingenium ad decipiendum incautos.

Primum pronunciant uelut ex oraculo, quod deus pro peccatis pœnam satisfactoriam requirit: Aliam scilicet ꝙ̃ crucem euangelicam (id est, ieiunium, laborem, uigiliam) aliam ꝙ̃ castigatoriam, non enim has intelligũt, quia has remitti nisi a deo non possunt negare.

Crux euangelica.

Secũdo huic mõstro addũt maius, scilicet quod canones declarẽt impositã,

ergo

ergo Papa non habet nisi declarare, nunq̃ autem imponere, nec relaxare: alio quin contra uerbũ Christi, ñ sic docebũt nos: Quicqd ego ligauero, tu solues.

CONCLVSIO XXXVII.

Verus Christianus sine literis ptici/pat oĩbus bonis Christi & ecclesiæ.

Quilibet Christianus uerus, siue uiuus siue mortuus, habet participationem omnium bonorũ Christi & ecclesiæ, etiam sine literis ueniarum, a deo sibi datam.

Impossibile est esse Christianum, quin Christum habeat: Quod si Christũ, & omnia simul quæ Christi. Dicit enim B. Apostolus Roma. xiij. Induimini dominũ Iesum Christũ. Et Ro. viij. Quomodo non omnia nobis cũ illo donauit? Et. j. Cor. iij. Omnia uestra, siue Cephas, siue Paulus, siue uita, siue mors. Et. j. Cor. xij. Non estis uestri, sed membra de membro. Et alijs locis, ubi describit unũ corpus, unum panem, nos omnes esse in Christo singulos, alterꝰ alterius membra. Et in Canti. Dilectus meus mihi, & ego illi, quia per fidẽ Christi efficitur Christianus, unus spiritus, & unũ cũ Christo. Erunt em̃ duo in carne una. Quod sacramẽtũ magnũ est in Christo & ecclesia. Cũ ergo spiritus Christi sit in Christianis, per quẽ fratres cohæredes, cõcorporales, & ciues fiũt Christi, quõ ibi possit nõ esse participatio omniũ bonorꝰ Christi? nam & Christus ex eodẽ spiritu habet omnia sua, ita fit per inæstimabiles diuitias misericordiarum dei patris, ut Christianus possit gloriari, & cũ fiducia præsumere in Christo omnia, scilicet quod iustitia, uirtus, patiẽtia, humilitas, omnia merita Christi, sint etiã sua per unitatẽ spiritus ex fide in illum. Rursum, oĩa peccata sua iam non sint sua, sed Christi, per eandem unitatẽ, in quo & absorbent̃ omnia.

Fiducia christianorum.

Et hæc est fiducia Christianorũ, & iucunditas cõsciẽtiæ nostræ, quod per fidẽ fiunt peccata nostra, nõ nostra, sed Christi, in quẽ deus posuit peccata omniũ nostrũ, & ipse tulit peccata nostra, ipse agnus dei, qui tollit peccata mũdi. Rursum, omnis iustitia Christi fit nostra. Imponit enim manũ suã super nos, & bene habemus, & extendit pallium suum, & operit nos, benedictus saluator in secula, Amen.

Participatio bonorꝰ Christi per solam fidem datur.

Verũ quando hæc participatio suauissima & iucunda permutatio, non fit nisi per fidem, hanc autem homo nec dare nec auferre possit: satis clarum puto, quod uirtute clauium uel beneficio uenialiũ literarũ hæc participatio non datur, sed potius ante, & sine illis datur a solo deo: sicut remissio ante remissionẽ, absolutio ante absolutionẽ, ita participatio ante participationem. Quid ergo participat Papa sua participatione? Respondeo, Illi dicerẽt ut supra de remissione dictũ est Conclu. vj. quod declaratiue participat. Nam quomodo possint aliter dicere, non intelligere me confiteor: Meum sensum sequente ponam conclusione.

CONCLVSIO XXXVIII.

Remissio tamen & participatio Papæ, nullo modo est contemnenda, quia (ut dixi) est declaratio remissionis diuinæ.

Remissio papæ licet non necessaria, non tamẽ cõtemnenda.

Non quod necessaria sit illa declaratio, quæ in literis indulgentiarum, & publice fit (sufficit enim ea quæ fit in priuata confessione) sed quod non sit contemnenda, quia per eam etiam ecclesiæ nota fit, & approbatur, priuatim facta declaratio

declaratio. Sic enim ego intelligendū puto. Qui habet meliora, dicat ea: Non enim quid alias illa participatio publica faciat, uideo. Verum, licet hanc cōclusionem ab omnibus (ut puto) acceptam, non negem, dixi tamē supra Conclu. vj. mihi non placere hunc modum loquendi, quod Papa nihil aliud faciat, ꝙ quod declaret aut adprobet remissionē diuinam, seu participationem. Nam id primo nimis uiles reddit ecclesiæ claues, immo uerbum Christi facit irritū quodammodo, ubi dixit: Quodcunq; &c. Declaratio enim nimis modicū est. Secundo: Quia incerta erunt omnia ei, cui fit declaratio, licet alijs seu ecclesiæ foris in facie certa fiat illius remissio & reconciliatio. Quare sicut superius de remissione culpæ, ita de participatiōe bonorū uolo opinari, donec erudiar melius, uidelicet, quod sicut peccator post peccatū difficillime confidit in misericordiā dei, adeo urget ad desperationē peccatū onere suo grauissimū, multoq; facilius iram ꝙ misericordiā dei cogitat, sicut ante peccatū facilius misericordiam ꝙ iram cogitat. Omnia enim peruerse agit homo, timēs ubi non est timendum, sed sperandum, scilicet post peccatum: Præsumens ubi nō est præsumendum, sed timendum, scilicet ante peccatum. Cuius rei exemplū abunde ostensum est in resurrectione Christi, ubi multis argumētis opus fuit, ut sese in cordibus discipulorum resuscitaret. Denicq; prima annunciatio fuit muliebris & delyramentis ab illis comparata. Ita & peccatori prima fiducia apparet mollis, & cui non, uel uix credendum puta: Ita multo difficilius est cōfidere, sese esse participem Christi bonorū (id est, inenarrabiliū bonorum, ut sit particeps diuinæ naturæ, ut ait S. Petrus) Magnitudo bonorū etiam operatur diffidentiam, uidelicet, nō solum esse remissa tanta mala, uerum & collata tanta bona, ut sit filius dei, hæres regni, frater Christi, socius angelorū, dominus mūdi. Obsecro quomodo hæc uera potest credere, qui peccati sui morsu, immo pōdere fessus trahit ad inferos? Hic itaq; necessariū est iudiciū clauis, ut homo sibi nō credat credat autem potius clauī, id est, sacerdoti. Atq; nihil curo, si etiam sit forte indoctus clauiger, aut leuis. Nam nō propter sacerdotem, nec potestatem eius, sed propter uerbum eius qui dixit, & non mentitur: Quodcunq; solueris &c. In ijs enim qui credunt in uerbum istud, nō potest clauis errare. Errat uero in ijs solis, qui non credunt absolutionem istam ualere. Nam finge (per impossibile uel contingens) si quis non sit, uel non putet sese satis contritum, & tamē absoluendi tota fiducia credat sese absolutum (fiducia mea sic opinor) hæc ipsa fides eum facit absolutū uerissime, quia credit in eū qui dixit: Quodcunq; &c. Fides autē Christi semper iustificat, non secus, ꝙ si baptizet te ineptus, leuis, imperitus sacerdos. Adde, si etiam non putes te satis contritum (tibi enim nō potes nec debes confidere) nihilominus si credis ei qui dixit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit, dico tibi, hęc fides eius uerbi facit te uerissime baptizari, quicquid sit de contritione tua, ideo fide ubiq; opus est. Tantum habes, quantum credis. Atq; sic intelligo quod nostri doctores dicūt sacramēta esse efficatia gratiæ signa, non quia fit (ut B. Augusti.) sed quia creditur, ut supra. Ita hic, Absolutio est efficax, non quia fit, a quocunq; tandem fiat, erret siue non erret, sed quia creditur. Nec hanc fidem potest reseruatio casuum impedire, nisi esset manifesta & contempta. Proinde dico: Homo quando in peccato est, ita uexatur & agitatur conscientia eius, ut suo sensu potius participationem omnium malorum sese credat habere. Et talis homo certe proximus est iustificationi, & habet initium gratiæ: Ideo ei confugiendum est ad solatium clauium, ut arbitrio sacerdotis quietetur, & pacem obtineat, atque fiduciam

Pctm sui natura ad desperationem urget.

Vt resurrectio Christi, ita pctōris iustificatio multis atgumentis ostēdēda.

Fides ad iustificationē maxime necessaria.

Claues ad quietandā cōsciētiam utiles.

fiduciam consequatur participationis omnium bonorum Christi & Ecclesiæ. Quod si quis hanc participationē officio sacerdotis sibi factam, non crediderit aut dubitauerit, non errore clauis, sed suæ infidelitatis seducit, & magno damno suam animam afficit, & deo uerboq; eius iniuriam atq; summam irreuerentiam facit, Ideo multo melius est, ut non adeat ad absolutionem, si non credat sese absolui, q̄q; si sine fide accedat: ficte enim accedit, & iudiciū sibi accipit, non secus q̄q; si baptismum uel sacramentū panis ficte acceperit. Proinde non adeo est necessaria contritio, q̄q; fides. Incomparabiliter enim plus ibi consequitur fides absolutionis, q̄q; feruor contritionis. Et hac fide omissa, nos plurimi solū in formandis contritionibus laboramus, ut doceamus homines tunc confidere remissa peccata, quando senserint sese esse perfecte cōtritos (id est nunq̄ confidere, sed magis ad desperationē laborare) cum secundum Prophetam, nō in nostram contritionē, sed in uerbum eius sit sperandum. Neq; enim dixit: Memor esto contritionis meæ seruo tuo, in qua mihi spem dedisti, sed memor esto uerbi tui, in quo mihi spem dedisti. Et iterum. In uerbum tuum (non utiq; in opus nostrum) superspera ui. Et iterū: Sustinuit anima mea in uerbo eius &c. Et ut Psal. l. in Hebræo est: Tibi soli peccaui, propterea iustificabis uerbo tuo. Igitur nec sacramentū, nec sacerdos, sed fides uerbi Christi per sacerdotē & officium eius tete iustificat. Quid ad te, si domin⁹ per asinum uel asinam loquat? dummodo tu uerbum eius audias, in quo speres atq; credas.

Cōtritio ad desperationē, fides uero ad remissionem facit.

Fides uerbi Christi iustificat.

Sic intelligerem illud quod nostri doctores Scholastici dicunt, sacramenta ecclesiæ esse in exercitationem nobis data, hoc est tanq̄ inæstimabilia dona, in quibus occasionem habeamus credendi & iustificandi. Nam olim erat sermo domini pretiosus tempore Saulis, nunc uero etiam per leuissimos, pessimos, indoctissimos homines suum uerbum tibi sonat. Tu in uerbū intende, & mitte laruam personæ. Erret, non erret ille, tu non erras si credideris. Hic si erro & desipio, reuocet me qui sapit. Consequens ex ijs erit, ut tres illæ ueritates Ioan. Gersonis iam diu in omnes libros & aures trāssusæ, prudenter intelligēdæ sint, puta quod non ideo confidat sese homo esse in statu salutis, quia potest dicere se dolere de peccatis, sed multo magis id aduertat, si sic optet sacramētum absolutionis, ut credat, si ipsum fuerit assecutus, sese absolui. Hoc enim est sacramentū in uoto susc ipere, id est, in fide uerbi uel præsentis uel desyderati auditus. Caue ergo, ne quando in tuam cōtritionem ullo modo confidas, sed in nudissimū uerbum optimi & fidelissimi tui saluatoris Iesu Christi. Cor tuum fallet te, ille te nō fallet, uel habit⁹, uel desyderatus. Quæ si ita sunt (det dominus deus ut cum propheta Michea sim uir non habens spiritum, ac mendaciū potius loquar) timendum est, multas animas perdi per indoctissimos illos operum & contritionis bouinatores. Primum, quod fidem uerbi non docent, sed contritionē duntaxat, atq; hanc tenuiter satis. Secundo, quod facillimi sunt absolutiones impendere & participationes eiusmodi, quasi sit passim omnium, istam fidem habere, neq; discutiunt quem aut quare absoluant. Itaq; non tam necessariū est absoluendo dicere, doles? q̄q; illud, credis tete absolui a me posse? sicut Christus ait ad cæcos: Creditis me posse hæc uobis facere? Credēti oīa possibilia sunt. Hæc enim fides certe in illis maxime probatur, qui tremore cō scientiæ agitati, potius sese diffidere sentiunt: illis uero qui talem miseriam nō sentiunt, nescio an sint claues illæ consolatoriæ, cum consolari nō mereantur, nisi qui lugent: nec animari ad fidem remissionis, nisi qui trepidat diffidentia retentionis. Atq; ut finem tandē faciam, Hæc sentētia mea, credo, poreſtatem

Sacramenta ad quid data

Tres ueritates Io. Gersonis.

Bouinatores operū & contritionis.

clauis

clauis non minuit, ut mihi impingitur, sed a falso honore & tyrannica reuerentia in sibi debitam & amabilem reuerentiam reducit. Non ẽ est mirum, si claues contemptui fiant, si falsis honoribus, id est, terroribus tantummodo offerãtur suscipiendæ. Cũ cognita earum saluberrima cõmoditate, saxũ sit, aut lignũ, qui non cũ lachrymis eas exosculetur & amplectatur. Quid ergo Pontificem propter eas magnificamus, & hominẽ terribilẽ fingimus? Non illius sunt claues, meæ potius sunt, mihi donatæ, meæ saluti, meæ consolationi, paci & quieti concessæ. Pontifex seruus est & minister meus in clauibus, ipse non eget illis ut Pontifex, sed ego. Adulatores uero omnia Pontificibus inflectunt, non nostram consolationem, sed illorum tantũmodo potentiã in illis iactitant, & per eaipsa nos terrẽt, per quæ nos maxime opportuit cõsolari, adeo sunt hodie omnia peruersa. Et adhuc non putamus infelicia esse tempora, in quibus tãtus est abusus optimarũ rerum in pessimas res nobis uersarum. Itaq; istam Conclu. ut iacet non omnino teneo, sed ex magna parte nego.

Claues nostræ potius q̃ pontificis dicuntur.

Adulatores peruertũt oĩa

CONCLVSIO XXXIX.

Difficillimum est etiam doctissimis Theologis, simul extollere ueniarum largitatem, & contritionis ueritatem coram populo.

Ratio huius est sequens conclusio.

CONCLVSIO XL.

Contritionis ueritas pœnas quærit & amat, ueniarum autem largitas odisse facit, saltem occasione.

Da uerum pœnitentem, & uidebis eam tam ardenter in seipso quærere ultionem offensionis diuinæ, ut cogat te sui misereri, immo ut necessarium sit ei resistere, ne destruat sese, ut sæpe legimus & uidimus contigisse. Et B. Hiero. talẽ scribit suã Paulam fuisse, & ipsemet de seipso. Nihil istis est satis pœnarũ, quin cum filio prodigo inuocant cœlum & terrã, & deum ipsum cõtra seipsos, sicut & Dauid, quando dixit: Vertatur obsecro gladius tuus in me & in domum patris mei. Recte ergo me puto dixisse, pœnitentias Canonicas ijs tantum impositas, qui, uel nollẽt meliora facere, ut pigri, uel certe ut explorarentur de ueritate contritionis suæ. Patet itaq; q̃ difficile sit, saltem doctis, inter odium & amorem pœnarum medios ire, ut sic doceant odium earum, ut tamen maxime persuadeant amorem earum. Indoctis uero cum sit nihil difficile, nihil obstat, quin & hoc sit facile. Euangeliũ quidẽ docet pœnas nõ fugere, nec relaxare, sed quærere & amare, quia docet spiritum libertatis & timoris dei usq; ad contemptum omnium pœnarum. At multo lucrosius est, & expedit capsis quæstorũ, ut populus timeat pœnas, & spiritũ mundi atq; timoris in litera & seruitute hauriat, dum audit esse tam horribilem rem, pœnas quasdem Canonicas, ut non nisi tãto studio, tanto impendio, tanta pompa, tantis ceremonijs doceãtur uitari, quãtis nec euangelium docetur amari.

Vere pœnitẽtes ardenter pœnas effligitant.

Canonicæ pœnæ quib⁹ olim impositæ.

Pp̃m timere pœnas multum facit ad quæstum.

Obijcitur.

Quid ergo dicis de peregrinantibus Rhomã, Hierusalẽ, S. Iacobũ, Aquisgranum, Treuerim, multasq; alias regiones & loca, causa indulgentiarum, Item

in dedicationibus ecclesiarum? Respondeo.

Quatuor causæ peregrinãtium.

Peregrinationes istæ fiunt multis causis, rarissime iustis. Prima est omnium cõmunissima, curiositas scilicet uidendi & audiendi aliena & ignota, quæ leuitas uenit de fastidio & acidia cultus dei in ecclesia, ꝓpria neglecti. Alioquin incomparabiliter meliores indulgentias domi inueniret, ꝙ in omnibus iã dictis locis simul sumptis: similiter & Christum & sanctos præsentius haberet, si non tam stultus esset, ut ligna & lapides præferret pauperibus & proximis suis, quibus in charitate seruiret, aut etiam suæ familiæ prouideret.

Peregrinãtes ꝓpter indulgentias nihil merentur.

Altera est tolerabilis, scilicet causa indulgentiarum. Nam cum indulgentiæ sint liberæ, non præceptæ, ac per hoc nullius meriti: nihil prorsus meretur, qui præcise propter indulgentias peregrinatur. Iuste autẽ illi sic illuduntur, qui domi Christum & proximum negligunt, ut foris decuplo plus consumant sine fructu & merito. Ideo qui domi maneret & illud cogitaret: Charitas opit multitudinem peccatorum. Et illud: Quod supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia mũda uobis. Iõge melius, immo solum hic bene ageret, ꝙ si omnes uenias in Hierusalem & Rhoma afferret: sed non placet adeo recte sapere, ideo tradimur & in desyderia nostra.

Tertia est causa afflictionis & laboris pro peccato: quã credo raro contingere saltẽ solam. Nam & domi posset sese affligere & laborare, si laborẽ tantũmodo quæreret: si tamen facit, non est malum, immo bonũ.

Votorum ad sanctos ĩmelius cõmutatio bona.

Quarta, Honesta, sed si fiet singulari deuotione pro honore sanctorũ & gloria dei, ac suo profectu, sicut sancta Lucia ad beatam Agathã, & quidam sancti patres Rhomã uisitarunt: quod nõ fecerint curiositate, exitus ꝓbauit. Proinde mihi placet in istis facultatibus, quod etiã uota talium peregrinationũ cõmutẽtur in alia opera, atq; utinã gratis cõmutarentur.

CONCLVSIO XLI.

Caute sunt ueniæ Apostolicæ prædicandæ, ne populus falsæ intelligat eas præferri cæteris bonis operibus charitatis.

Triplex bonorũ operũ genꝰ quæ largiendo fiunt

Ego sic dicerem ad populum: Ecce fratres, scire uos oportet, quod triplex est genus bonorũ operũ, quod expensionibus pecuniæ fieri potest. Primũ & ante oĩa, Si quis pauperibus donet, aut proximo egenti mutuet, & omnino in quacunq; necessitate laboranti subueniat. Hoc opus sic est agendũ, ut etiã intermittendæ sint structuræ ecclesiarum, & omittendæ oblationes ad uasa & ornamenta ecclesiarum. Postq; hoc fuerit factũ, & non restat qui egeat, tum secundum erit, nostras & in nostris terris ecclesias & hospitalia, & publicæ utilitatis structuras primum iuuare. Postq; aũt id fuerit factum, tum demũ si placet, potestis & pro indulgentijs redimendis tertio loco dare. Quia in primo est mandatum Christi, in nouissimo illo nullum mandatum.

Pontifex non quærit pecunias, sed salutẽ animarũ.

Si dixeris, Ista prædicatione parum colligetur pecuniarum per indulgentias Respõdeo, Credo. Sed quid hoc mirũ? cũ Pontifices per indulgentias non quærant pecunias, sed salutem animarum, ut patet in ijs, quas dant in consecrationibus ecclesiarum & altarium. Ideo non uolunt per suas uenias impedire meliora, sed promouere potius charitatẽ. Ego libere dico, quod qui aliter docet populũ, & hũc ordinem peruertit, non doctor, sed deductor populi est, nisi quod populus ꝓpter peccata sua meretur aliquãdo nõ audire ueritatẽ recte prædicari.

Conclu

CONCLVSIO XLII.

Docendi sunt Christiani, quod Papæ mens non est, redemptionẽ ueniarum ulla ex parte comparandam esse operibus misericordiæ.

Papam intelligo, ut supra dixi, prout sonat personam publicam, id est, ut per Canones nobis loquitur. Non em̃ sunt Canones, qui prædicent ueniarũ dignitatem comparari operibus misericordiæ. Papa nõ uult comparari indulgentias operibus misericordiæ.

Patet aũt Conclu. Quia præceptum dei infinita dignitate præstat, eo quod per hominem quoq; permittitur, ac nullo modo præcipitur: cum illic sit meritum, hic nullum.

Hic obijcitur.

At ueniæ redimuntur per piũ opus, puto contributionẽ ad fabricã, uel captiuorũ redemptionẽ, ergo sunt meritoriæ. Respõdeo, Nõ loquor de opere, sed de uenijs, nam opus illud poterat fieri sine uenijs, non enim alligatur necessario uenijs. Veniæ autẽ sine opere concessæ nihil conferunt, sed tantũmodo auferũt Opus autem sine uenijs confert, quia illic nostra recipimus, hic damus. Et ideo illic carni, hic seruitur spiritui. Et breuiter illic naturæ, hic satisfit gratiæ. Quare ueniæ seorsum sumptæ sunt incõparabiles ad opus misericordiæ. Item opus sine uenijs purius est, q̃ cum uenijs, & ueniæ sunt operis aliquod uitium, quia recipit mercedem suam, immo plus q̃ mercedem suam. Sanctius itaq; agerent si nude cõtribuerent, & nõ propter uenias. Nõ quod ueniæ sint malæ & noxiæ sed quod abusus peruersus nocet, dum tale opus nõ facerent, nisi ueniæ essent ac sic finis operis huiusmodi fit uenia, ĩmo ipse homo, qui quærit quę sua sunt cum deberet opus propter deum & gratis facere, & uenias non aliter accepta/re q̃ gratis, sibi non propter contributionem datas, ut sic illi uenias non emãt, nec isti uẽdant: oportet enim utrobiq; esse gratuitam donationem, uel erit manifesta simonia, & uenditio turpissima. Sed quis hæc populo dicit, quando dicitur, Impone gratis, & ego concedo gratis? Opus bonũ fieri potest si/ne uenijs, ueniæ autẽ non bonæ sine o/peribus. Purius est opus sine, q̃ cum uenijs. Simonia est, cũ emuntur ueniæ.

Item, Timendum ne per illã ordinis peruersitatem magna in ecclesia alatur idololatria. Quia si populus doceatur propter pœnarũ euasionem contribuere (quod spero non fiat, & si multi forte sic intelligant) tunc clarum est, quod nõ propter deũ contribuunt, & erit timor pœnarũ, seu pœna idolũ eorum, cui sic sacrificant. Quod si ita fieret, tale aliquod malũ ageretur in ecclesia, quale olim in Rhomanis gentilibus agebatur, quando Febri & alijs læuis & noxijs numinibus seruiebãt, ne læderentur. Ideo hic uigilandum pro populo, & tam dubia atq; periculosa negocia uix doctissimis cõmittenda. Idolo sacrifi/cant, pœna/rum timore redimentes indulgentias

CONCLVSIO XLIII.

Docendi sunt Christiani, quod dans pauperi, aut mutuans egenti, melius facit q̃ si uenias redimeret. Pauperibus dãtes melius faciunt, q̃ si indulgentias redimerent.

Hanc sic pono propter rudes, nam satis ex prædictis patuit. Hanc aũt conclusionem cũ duabus præcedẽtibus & sequentibus, non ego primus aut solus, sed omnes & tota ecclesia tenet: nisi quod solus populus hæc nunq; audit, forte timetur, ne nimis cito intelligeret tam apertam & solidam ueritatem: nam & S.

Bona. & cæteri omnes, quando in hac materia agentes ſibiipſis opponerent, ergo omittenda ſunt reliqua bona opera. Reſpondẽt unanimiter, nequaq̃. Quia cætera bona opera ſunt meliora, quo ad præmium eſſentiale obtinendum. Patet ergo concluſio, cũ hoc illi dicant, qui tamen aſſerunt indulgentias eſſe theſaurum meritorum Chriſti & eccleſiæ.

CONCLVSIO XLIIII.

Quia per opus charitatis creſcit charitas, & fit homo melior, ſed per ueniasnon fit melior, ſed tantummodo a pœna liberior.

Patet, Quia ſolum remiſſio pœnarum ibi datur, nec indulgentiæ plus ualẽt, ut etiam omnes concedunt, q̃ ut tollant pœnas. At ablatio pœnæ non facit bonum, ſiue meliorem in charitate.

CONCLVSIO XLV.

Docendi ſunt Chriſtiani, quod qui uidet egenũ, & neglecto eo dat pro ueniis, non indulgentias Papæ, ſed indignationẽ dei ſibi uẽdicat.

Peccat grauiter ſubtrahẽs egeno, quod effundat pro ueniis.

Quia peruertit ordinem ſuprapoſitum, & contra id agit Ioan. Si quis uiderit fratrem ſuũ neceſſitatẽ habere, & clauſerit uiſcera ſua ob eo, quomodo manet in eo charitas dei? Hanc autem neceſſitatẽ noſtri ſophiſtæ interpretantur extremam, ſcilicet ut charitati nunq̃ uel rariſſime locum faciant operandi: cũ tamẽ ipſi, ſi in neceſſitate eſſent nõ extrema, ſed prima, uellent ſeſe iuuari, alios uero uolunt iuuare, cum iam exhalarint ſpiritum. Optimi ſane theologi & Chriſtiani, qui faciunt hoc hominibus, quod ſibi uellent fieri.

CONCLVSIO XLVI.

Docendi ſunt Chriſtiani, quod redemptio ueniarum eſt libera, non præcepta.

Veniæ ſunt pmiſſæ, nõ pręceptæ.

Satis id ſupra dixi, quod ueniæ ſunt de numero eorũ, que licent, non autẽ eorum quæ expediũt, quo modo in uet. lege libellus repudij, ſacrificium Zeloty/piæ. Et in no. lege, lites & iudicia propter infirmos, immo propter duritiam ueſtram inquit Chriſtus, quæ quicunq̃ egerit tolleratur potius q̃ cõmendatur, immo, ut Gloſ. dicit li. v. de pœ. & re. Quod autem. & multi alij melius facerẽt, ut per ſe ſatiſfacerent, & non redimerent uenias, quas tamen nõ niſi criminoſi redimere opus habent.

CONCLVSIO XLVII.

Effundere nõ debent Chriſtiani in ueniias, quæ ſuæ ſunt neceſſaria uitæ.

Docendi ſunt Chriſtiani, quod niſi ſuperfluis abundent, neceſſaria tenentur domui ſuæ retinere, & nequaquam pro ueniis effundere.

Quia Apoſtolus dicit: Qui ſuis, & maxime domeſticis nõ prouidet, fidẽ negauit, & eſt infideli deterior. Sed ſunt multi, qui nec panẽ, nec ueſtem commode habent, & tamẽ crepitu & ſtrepitu uenialium prædicatorum inducti, ſeipſos fraudant, & inopiam ſuam conficiunt, ut illorum copiam augeant.

Conclu

CONCLVSIO XLVIII.

Docẽdi sunt Christiani, quod Papa, sicut magis eget, ita magis optat in ueniꝝs dandis, pro se deuotã orationem, quã promptam pecuniã.

Hanc conclu, riderẽt domini nostri Curtesani Rhomanę Curiæ conscij. Certum tamẽ est, quod ante omnia debet Pontifex a suis subditis optare orationẽ, sicut & sanctus Paulus sæpius a suis optauit. Et hæc est multo iustior ueniarũ dandarum causa, q̃ si mille struerẽtur basilicæ, eo quod summus Pont. tot mõstris dæmonum, & impiorum hominum obsessus magis q̃ stipatus, non possit errare, nisi cum totius ecclesiæ maximo malo: tunc maxime, si libenter audierit hanc pestilentẽ Syrenarũ suarũ uocẽ, Non præsumitur tantæ celsitudinis apex errare. Item & illam, Omnia iura positiua sunt in scrinio pectoris sui. Non præsumitur quidem errare, sed an bona sit illa præsumptio quæritur. Et sunt quidẽ in scrinio pectoris eius omnia iura sua, sed an pectus eius bonum sit quæritur, id eñ oratione curandum est. Sed de hac re omnium pulcherrime B. Bernhar. ad Eugenium Papam de consyderatione.

Papa multis monstris obsessus.

Vox adulatorum pestilẽs de Papa.

CONCLVSIO XLIX.

Docẽdi sunt Christiani, quod ueniæ Papæ sunt utiles, si non in eas confidant: Sed nocentissimæ, si timorem dei per eas amittant.

Vide itaq; periculum, Populo ueniæ prædicãtur directe aduersus ueritatem crucis & timoris dei, quia permittitur libertas eorum a pœnis, deinde securitas remissorum peccatorum. Et euidens signum uidetur, uenias tali iactantia prædicatas non esse ex deo, quod populus pronius accurrit, acceptat, obseruat, q̃ ipsum sanctũ euangelium dei, ut probetur ueritas, quia quod ex deo uenit, fastidit mundus, alius uenit in nomine suo, & hunc suscipit. Et erroris causa sunt ipsi fabularum talium magistri, qui sedulius & pomposius, q̃ euangelium eas prædicant, tum quod omnibus prædicant, quæ paucorum sunt. Nam ut supra patuit, Veniæ sunt relaxationes, licentiæ, permissiones, atq; indulgentiæ & uere indulgentiæ (si rigidam uerbi significationem accipimus) id est, molliculæ permissiones delicatorum, frigidorum, durorum Christianorꝝ, id est Gabaonitarũ & Hydrophororũ ac seruorꝝ, magis q̃ Israhelitarꝝ principum atq; filiorũ.

Venię ex deo nõ sunt, quia aduersus ueritatẽ crucis.

Probo autem conclusionem.

Si opera charitatis feruide agentiũ sunt talia, ut nemo in eis confidere, aut securus esse possit, siquidem & Iob sanctissimus ueretur omnia opera sua. Et, Beatus uir qui timet dominum. Item, Beatus uir qui semper est pauidus. quanto magis ueniæ incomparabiliter inferiores talibus operibus, plusq̃ cum timore suscipiendæ, & minus q̃ fiduciam minimam, id est, nullã prorsus debemus habere. Sanctus timet, ne minus operetur, aut patiat q̃ debet. Et ubi peccator erit cui remittitur, ut minus agat, & agere possit? Et quantum nostros uaniloquos, & mentium corruptores intelligo, faciunt nobis ex negocio indulgentiarum negotium perambulans in tenebris, & operationem erroris, dum per illas hominibus fiduciã suadent omnibus, quę tamẽ paucis conueniunt, & ijs (ut dixi) frigidis ac infirmis. Vide ne exinde factũ sit, magistro sancto spiritu, ut proprio eorum testimonio appellent, Negocium S. Petri, negociũ sancti spiritus: quasi

Fiducia nulla in ueniꝝs habenda.

Negociatores se esse & Simonenses, ipsi fatentur.

ipsimet confiteantur, negociatores sese esse, & Simonenses nundinas habere.

Veniæ quib⁹ utiles.

Quod autem dixi, sunt utiles, intelligo, non omnibus, immo ueteri homini, & stertentibus operarijs, eo quod melius sit illis eas remitti pœnas, q̃ ut ferrent inuite: ueruntamen ista uoluntate eis permissa propter maius malum uitandũ, non debent secure frui, neq; in ea cõfidere, sed eo magis dolere & timere quod tales sunt, qui egent propter maius malum in minore malo relinqui. Quando uiderunt etiam eos timere, qui feruentissime in bono proficiunt: ideo dixi esse nocentissimas, si sine timore de tali licentia gaudeant.

CONCLVSIO L.

Docendi sunt Christiani, quod si Papa nosset exactiones uenialiũ prędicatorũ, mallet Basilicam S. Petri in cineres ire, quã ædificari cute, carnibus & ossibus ouium suarum.

Indulgentiarum impia doctrina.

Sic enim nostri uenatores robustissimi, postq̃ omni Christianæ uitæ ordini statum pecuniæ numerum indixissent, tandem & uxores mendicare docent etiam inuito uiro, & fratres mendicantes, etiam inuitis prælatis suis, alicunde corradere: ut omnino nullus sit, qui residuũ oboli habet, quin huc tribuat. Deniq; factũ est, ut tunicas etiã uendere hortẽtur, aut undecunq; mutuare, q̃d & factum dicitur. Ego uero sapio, quod cum indulgentiæ sit uilissimum bonum omniũ bonorum ecclesiæ, nec nisi uilissimis ecclesiæ donandũ, deinde nec meritorium, nec utile, sed plerumq; nocentissimũ, si non sint timorati, quod maledictione digna sit talis doctrina, & contra mandata dei. Vxor enim debet sub uiri potestate esse, & eo inuito nihil facere, etiam si esset meritorium, multo minus mendicare pro uenijs sibi non necessarijs forte. Tum religiosi suam obedientiam seruare, etiam si possent alibi martyrio coronari, nec Papa unq̃ intendit contrarium, sed falsi interpretes illius. Alius uomat stomachum, ego me cohibeo, unum dico, hinc saltem intellige lector, an non suis prædicationibus pestilentiosis id agant, ut populum credere faciãt, quasi sit salus in uenijs, & uera dei gratia. Alioquin quomodo tam anxie eas cõmẽdarent, ut opa meritoria, & mãdata dei propter illas irrita facerent? adhuc tñ sunt adeo non hæretici, ut glorientur se hæreticorum persecutores.

Pestilẽtissima doctrina mactatur & perduntur innocentes Christi ouiculæ.

Hoc scilicet uoluit Papa, ut homines suæ curę commissi propter lapides & ligna usq; ad uiuam cutem radantur? immo ut pestilentibus doctrinis ab istis latronibus & furibus (ut Christus ait) mactentur & perdantur? Melius erat Cæsarem illum habere, qui dixit: Boni pastoris esse oues tondere, non deglubere. At ij non deglubunt modo, sed deuorant eos corpore & anima, uere sepulchrũ patens est guttur eorum, linguis suis &c.

CONCLVSIO LI.

Templorum opes pauperibus potius distribuẽdæ, q̃ ex ipsis quiq̃ exigendũ.

Docendi sunt Christiani, quod Papa sicut debet, ita uellet, etiã uendita, si opus sit, Basilica S. Petri, dare illis, a quorum plurimis quidam concionatores ueniarum pecunias eliciunt.

Sic B. Ambrosius calices conflauit, pro redimendis captiuis, & B. Paulinus Nolanus seipsum captiuum tradidit pro suis. Et ad hoc ipsum habet aurum ecclesia, ut

clesia, ut est in decretis ex eodem Amb. sumptum. At nunc bone deus, quanti sunt qui ligna, immo folia portant in syluã, & guttulas suas in mare, id est, obolos suos in marsupium illud, cuius (ut Hieronymi uerbis utar) lucrum est totius orbis religio.

CONCLVSIO LII.

Vana est fiducia salutis per literas ueniarũ, etiã si commissarius, immo ipse Papa impignoraret animam suam pro illis.

Hoc quoq; portentum audent sine omni fronte proferre, ut timorem dei ab hominibus tollant, per indulgentias q; secum ad indignationem dei perducant cõtradictum Sap. de peccato propiciato, noli sine metu esse. Et iterum. Delicta quis intelligit? At inquiunt: Non tollimus timorem dei. Si potest securitas per uenias stare cum timore dei, uere non tollitis, sed populus acceptis literis, cum tanto iuramenti hiatu commendatis, si timet, quod non sufficiunt literæ coram deo, quomodo erit uera illa gloriosa securitatis promissio? Sin confidit sufficere, quomodo timebit? Infelix sit omnis ille sermo in æternum, qui securitatem & fiduciam suadet in aut per rem quãcunq; præter nudam misericordiã dei quæ Christus est. Omnes sancti non solum timent, sed etiã desperantes dicunt Non intres in iudiciũ cum seruo tuo domine. Et tu eos per literas securos introducis in iudicium eius. Vnde ego illam fabulã, quam quidam in tam effrenes mendacij gurgites finxerunt, non ueritate penitus uacuã credo, scilicet uenisse quendam mortuum cum literis ueniarum ad infernum, per easq; petijsse libertatẽ, tunc occurrisse dæmonem, qui legens, inter manus præ feruore ignis, cæram & papyrum consumpsit, secumq; traxit in profundum.

Dei timorem tollunt literæ ueniales.

Fiducia atq; securitas per rem nullam p̃ter Christũ.

CONCLVSIO LIII.

Hostes Christi & Papæ sunt, qui propter uenias prædicãdas, uerbũ dei in aliis ecclesiis penitus silere iubent.

Quia officium & mens Papæ est, ut ante omnia semper & ubiq; uelit uerbũ dei prædicari, sicut sibi præceptum esse a Christo nouit. Quomodo ergo credendus est, Christo & sibijpsi repugnare? At nostri id audent, sicut & omnia.

Verbũ dei p̃dicandũ ante oĩa, nõ uenias

CONCLVSIO LIIII.

Iniuria fit uerbo dei, dum in eodem sermone æquale uel longius tẽpus impenditur ueniis quã illi.

Satis patet ex dignitate uerbi dei, immo ex necessitate, cum uerbum ueniarũ neq; sit necessarium, neq; multum utile.

CONCLVSIO LV.

Mens Papæ necessaria est, quod si ueniæ qđ minimũ est, una cãpana

unis pompis,& ceremoniis celebrantur. Euangelium, quod maximũ est,centum campanis,centum pompis,centum ceremoniis prædicetur.

Euangelium oĩbus agẽdis in ecclesia p̃/ferat̃.

Quia nihil in ecclesia est maiore cura tractandum, q̃ sanctum Euangelium, cum ecclesia nihil habeat preciosius & salubrius: unde & hoc unicũ est opus, quod discipulis suis iniunxit,tã repetitis uicibus. Et Paulus dicit,se non ad baptizandum,sed ad euangelizandũ missum. Denique Christus præcepit sacramentum eucharistiæ non celebrari nisi in suam commemorationem. Et Paul⁹ j. Corinth. ij. Quotiescunq; mãducabitis panem hunc,& calicem bibetis,mortem domini annunciabitis. Melius est enim omittere sacramentum, q̃ euangelium non nunciare. Et ecclesia statuit, Missam sine lectione euangelij non celebrandã. Plus itaq; ponderat euangelium q̃ missam deus: quia sine euangelio non uiuit homo in spiritu,sine missa autem uiuit. In omni uerbo em̃ quod procedit de ore dei,uiuet homo, ut latius Ioan. vi. dominus ipse docet. Deinde missa reficit eos, qui iam sunt in corpore Christi. Euangelium uero, gladius spiritus, deuorat carnes, diuidit Behemoth, tollit uasa fortis,& auget corp⁹ ecclesiæ. Missa nulli prodest, nisi iam uiuo, Euangelium prorsus omnibus. unde in primitiua ecclesia permittebantur Energumeni & Catechumeni usq; post Euangelium interesse,& tum foris mittebantur ab iis, qui de corpore missæ erant, & nunc etiã permittunt iura excõmunicatos usq; post euangeliũ interesse missis. Sicut Ioannes præcurrit Christum,ita euangelium missam. Euangelium prosternit & humiliat,missa humiliatis dat gratiã. Melius ergo facerent, si missam prohiberent. Quã pulchrũ uero dæmonibus spectaculum id esse putas, si quãdo ueniarum effusores,ipsi maxime uenijs indigi(puta Simoniaci & in Canones lapsi) dant illis, qui prorsus non egent uenijs?

Euangelium exuperat missam.

CONCLVSIO LVI.

Thesauri ecclesiæ,unde Papa dat indulgentias,neq; satis nominati sunt,neq; cogniti apud populum Christi.

Hæc est mors secunda, quam merui. Ideo postq̃ multa iam diu asserui,tã manifesta,ut protestatione non egerent. Nunc rursum aliquando disputandũ est, ideoq; & protestandum nouissima protestatione in hac disputatione. Disputo ergo hic,& quæro ueritatem,testis lector,testis auditor,testis uel ipse hæreticæ prauitatis inquisitor.

Prõtestatio Lutherij.

CONCLVSIO LVII.

Temporales certe non esse patet,quod non tã facile eos profundunt sed tantummodo colligunt multi concionatorum.

Satis patet experientia.

CONCLVSIO LVIII.

Nec sunt merita Christi & sanctorum, quia hæc semper sine Papa operantur gratiam hominis interioris,& crucem,mortem,infernumq; exterioris.

Huius

Huius conclusionis materia profunde nimis inhæsit, atq; penitus insedit fere omnibus doctoribus, ideo latius & firmius probanda mihi erit, faciamq; id cum fiducia. Thesaurus ecclesiæ non est meritū Christi & sctōrū.

De meritis sanctorū prius.

Dicunt enim quod sancti in hac uita multa operati fuerunt ultra debitum, uidelicet opera supererogationis, quæ nondum sunt remunerata, sed in thesaurum ecclesię relicta, quibus fit per indulgentias aliqua digna compensatio &c. Et sic uolūt sanctos p nobis satisfecisse. Cōtra quæ arguo.

Primo, Ergo indulgentiæ non sunt indulgētiæ, quod probo, quia non sunt gratuitæ remissiones, sed alienæ satisfactionis applicationes, & per omnia sicut supra argutum est de thesauro militantis ecclesiæ, scilicet, quod tunc nihil efficitur uirtute clauium, nisi translatio quędam operum, nihil autem soluitur, quod est contra uerbum Christi, Quodcunq; solueris.

Item, Quod tunc idem per claues agitur, quod de facto fit, quia si sunt opera sanctorum in ecclesia isto modo, certe per spiritum sanctum non permittuntur ociosa iacere, sed de facto succurrent quibus possunt.

Secundo, nulla sunt opera sanctorum relicta irremunerata, quia secundū omnes, deus præmiat ultra condignū. Et Paulus. Non sunt condignæ passiōes huius temporis ad futuram gloriam &c.

Tertio, nullus sanctorum in hac uita sufficienter impleuit mandata dei, ergo nihil prorsus fecerūt superabundans. Quare nec ad indulgentias aliquid distribuendum reliquerunt. Cōsequentiam credo satis claram, sed maiorem ita probo, ut non sit dubitanda, sed ita credenda, ut eius contraria sit hæretica.

Primo per illud Christi, Cum feceritis omnia quæ scripta sunt, dicite, Serui inutiles sumus. Sed seruus inutilis citra non ultra fecisse intelligitur, nisi forte quorundam insulsissimorum hominum somnia sequamur, qui humilitatis, nō ueritatis gratia, hæc dici a suis Christum uoluisse garriunt, Christum mendacē facientes, ne ipsi non sint ueraces. Serui inutiles sum⁹ reuera.

Secundo per illud Math. xxij. quod sapiētes uirgines prorsus nihil uoluerūt communicare de suo oleo, timentes ne ipsis quoq; deficeret.

Tertio, Paulus. j. Corinth. iij. Vnusquisq; mercedem accipiet secundum suū laborem, non ait, secundum alienum.

Quarto Gala. vj. Vnusquisq; pro se reddet rationem. Et iterum. Vnusquisq; recipiat prout gessit in corpore.

Quinto, Omnis sanctus debitor est dei diligendi, quantū potest, immo ultra q̄ potest, sed nullus id fecit, nec potuit.

Sexto. Sancti per opus eorum omnium perfectissimum, scilicet, mortē, martyrium, passionem non faciunt ultra q̄ debent, immo faciūt quod debent, etiā uix faciunt. Ergo multominus in alijs operibus plus fecerunt q̄ debuerunt.

Septimo, quod cū tot ego argumenta producā, illi aūt pro sua parte nec unū sed simplicem narrationem, sine scripturis, sine doctoribus, sine rationibus loquentes, possumus immo debemus ab eorum sententia omnino recedere. Sed hæc sint mea. Scripturis nō firmata opinio negligenda.

Nunc idem probo autoritate sanctorū patrū. Et primo per illud familiare B. Aug. Oēs sancti necesse habēt orare: Dimitte nobis debita nostra, etiā tunc cū benefecerint, eo quod Christus nullum excepit, quando orare nos docuit. Sed qui confitentur debita, certe non superabundant.

Secundo per psal. tricesimum primum. Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatū. Et infra: Pro hac orabit ad te oīs sanctus. Quā B. Hiero dial. cōtra Pelag. Hieronymus

Pelag. egregie tractans dicit. Quomodo est sanctus, si pro impietate sua orat? Rursum: Si est impius, non est sanctus &c. Itaq; sancti per orationem & cõfessionem suæ impietatis, merentur sibi non imputari peccatum.

Tertio, B. Augu. li. j. retracta. Omnia mandata implentur, quãdo quicquid non impletur, ignoscitur. Tractat enim ibidem quæstionem, An sancti impleuerint mandata perfecte. Et negat, dicens, quod magis ignoscente deo, q̃ implente homine.

Sancti quoq; indigent misericordia dei.

Quarto, idem Confess. ix. Væ hominũ uitæ quantũcunq; laudabili, si remota misericordia iudicetur. Ecce etiam sancti indigent misericordia in tota uita sua. Ad quod illud Iob: Si etiam iustum quippiam habuero, iudicem meum deprecabor. Quomodo ergo superfluunt alijs, qui sibi non sufficiunt?

Quinto, B. Aug. li. ij. aduersus Iulianũ, inducit decem antiquos patres ecclesiasticos, puta Hilarium, Cyprianũ, Greg. Nazan. Ioan. Chrysost. Amb. Hieronymum, Olympium, Rethiciũ, Innocentium in eandem sententiam, & illorum autoritate nitit̃: Probãs, nullũ sanctũ in hac uita sine peccato esse, secundũ illud prima Io. j. Si dixerimꝰ, qa peccatũ nõ habemꝰ &c. Et in de natura & gratia idẽ.

Merita sctõrum non superfluunt.

Ex quibus & multis alijs, quæ longũ esset hic narrare, concludo, Merita sanctorum nulla esset superflua sibi, quæ nobis ociosis succurrant. Et ut aliquando audax sim, ea quæ iam dixi, protestor, me nõ dubitare, sed paratus sum ignẽ & mortẽ suscipere pro illis, & hæreticũ asseram omnem qui contra sapuerit.

Tamen per impossibile admittendo, quod uere superfluerent merita sanctis nescio si satis dignũ opus fieret ab Ecclesia, ut tam pretiosa merita, tã uiliter expenderet, scilicet pro solutione pœnarum, cum solutio pœnæ sit uilissimũ donum ecclesiæ, & uilissimis donabile, ut iam sæpe dictum. Martyrum autem & sanctorum pœnæ debent esse potius exemplum ferendarũ pœnarum. Sic enim oramus: Quorum festa colimus, uirtutem quoq; passionis imitemur. Item nec

Ecclesiastica rũ pœnarum inflictio melior est q̃ earũ relaxatio.

ecclesia mater, tunc uidetur pie agere, quando relaxat, sed quando castigat & coercet, ut patet in excõmunicationibus & censuris: quas pœnas utiq; non relaxat, sed potius infert, tunc maxime, quando fuerit maxime sollicita pro filijs suis. Si autẽ relaxat, quasi desperans hoc facit, timens peiora euenire. Igitur cũ sint pœnarum remissiones tam uile donum, & sola potestas clauiũ ibi satis sit, uideretur certe non parua irreuerentia fieri tam egregijs laboribus sanctorum si stertentibus impartirẽtur. Multo melius B. Aug. in ser. de Marty. Solennitates martyrum (non remissiones) sed exhortationes martyriorum sunt: ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat.

Probata est itaq; ista pars, quod merita sanctorum non possint esse thesaurus nobis, cum sint penuria ipsismet sanctis: nisi quis sic putet ea, nobis esse thesaurum, nõ quia superfluunt, sed quia est communio sanctorũ, quod quilibet pro altero laborat, sicut membrum pro membro: Sed hoc fecerunt in uita, & si nũc facerent, intercessione potius q̃ potestate clauis id fieret.

Cõio sanctorũ est p̃ter indulgentias.

Sed hic a longe audio quorundam acutum argumẽtum, uerum est inquiũt, Sancti non fuerunt sine peccato in hac uita, sed ueniali, nihilominus plura potuerunt facere q̃ debuerunt. Cum istis quidẽ obtusissimis ingenijs difficile est agere in hac re. Tamen breuiter dico, id esse ueniale peccatũ, quia minus faciũt q̃ debent, nõ aũt id quod ipsi fingunt solum ueniale peccatum, scilicet risum, uerbũ leue, cogitationẽ. Est quidẽ hoc ueniale peccatũ, sed magnũ ueniale, ue rumetiam opus bonum optime factum est ueniale peccatum, ut ex Bea. Augu. supra. Tunc mandata complẽtur, quando quicquid per nos impleť, ignoscit̃, quod in

Pctm̃ est etiã in bono ope sanctorum.

quod in omni opere bono sit, semper enim ibi uenia petenda est secundum oratio-
nem dominicam. Sed hæc aliam disputationem requirunt, de quo alias. In-
de sanctus Bonauentura, cum asseruisset hominem posse sine ueniali peccato
esse, utiq; defecit sanctus homo. Bonaventura lapsus est.

De secundo, scilicet merito Christi.

Hoc non esse thesaurum indulgentiarum disputo, esse autem thesaurum ec-
clesiæ, hæreticus negat. Siquidem Christus est pretium mundi, & redemptor,
& ideo uerissime & solus unic⁹ ecclesiæ thesaurus. Sed quod sit thesaurus indul-
gentiarum, nego, donec docear: & causa negandi est Meritū Christi non est thesaurus indulgentiarum.

Prima, Quia nullis (ut iā sæpe dixi) scripturis id probari, nec rationibus ostē-
di potest. Nec ipsi, qui hoc tenēt, pbāt, sed simpliciter narrāt, ut oībus notū est.

Dixi autem prius, quod in ecclesia aliquid asserere, cuius nulla potest ratio
uel autoritas reddi, est ecclesiam hostibus & hæreticis irrisioni exponere, cū se-
cundum Apostolum Petrum teneamur rationem reddere de ea, quæ in nobis
est, fide & spe. Et Paulus, ut sit episcopus potens in doctrina sana, etiam contra
dicentes redarguere. Hic autem adeo est nulla autoritas, ut si hodie determina-
ret ecclesia Rhomana partem affirmatiuam, nihilominus maneret idem pericu-
lum, scilicet, quia non possumus rationem reddere aliam, nisi quia sic Papæ &
Rhomanę ecclesiæ placuit. Sed q̄d ista ratio faciet, si ab ijs urgeremur, qui Rho-
manā ecclesiā non sequuntur: ut hæreticis, Pighardis. Hi non uoluntatē Papæ
& Rhomanę ecclesię, sed uel autoritatē, uel rationem probabilem quærent. Et
certe iste est mihi uel unicus scopus in ista materia tota. Autoritate scripturæ aut euidentis argumenti, nō ecclesiæ Ro. articuli fidei probandi.

Secunda, Omnia argumenta hic plus ualent, quæ de thesauro militantis ec-
clesiæ & sanctorum meritis adducta sunt, scilicet,

Primo, quod tunc indulgentiæ non sunt indulgentiæ, sed trāslationes ope-
rū alienorū ad alios, & uera ac legitima satisfactio, quia id facim⁹, q̄d per aliū fa-
cimus. At per indulgentias (ut dicit Canon lib. v. de pœn. & re. ca. Cum ex eo)
pœnitentialis satisfactio eneruatur: non ait transfertur, sed eneruatur.

Secundo, Quod tunc ecclesiæ claues nihil faciunt, & uere uilificantur, quia
non soluunt, sed ligatum alio trāsferunt. At impium est dicere, quod clauis nō
soluat: Si autem soluit, totum tollit.

Tertio, quod merita Christi de facto, sine clauibus eadem operantur, non
enim erunt ociosa.

Quarto, quod tunc insignis fiet irreuerentia meritis Christi, si solūmodo pœ
nę relaxationi expendētur, cum ipse per ea fuerit exemplum omnium martyrū
Contrarium itaque erit naturæ meritorum Christi, ut seruiant pigris, quæ exti-
mulant etiam feruentes. Vilissimum est enim, ut iā dictum est, remissio pœnæ.

Tertia, Respondeant mihi ad istam contradictionem. B. Thomas & Bona.
& sui sequaces constanter & unanimiter dicunt. Quod opera bona sunt melio
ra q̄ indulgentiæ, ut supra satis est dictum. Esto ergo hæc uera.

Item per indulgentias applicantur & expenduntur merita Christi. Esto etiā
hæc uera: quia & hanc constanter oēs asserunt. Item merita Christi incōpara
biliter sunt meliora q̄ bona opera nostra, immo sola bona. Esto etiā hæt uera. Merita Christi si applicarent p̄ indulg. p̄starent omissis operibus bonis cōque rere indulgē tias.

Hic ego concludo & infero, infelix qui non dimittit opera sua bona, & solū
quærit opera Christi, id est indulgētias: cum sit omnium blasphemiarū ultima
sentina, sua opa bona præferre operib⁹ Christi: Aut ergo opera Christi nō sunt
thesaurus indulgentiarum, aut superbit miser, qui nō omissis omnibus præce
ptis, etiam diuinis, solum indulgentias redimit, id est, merita Christi. At contra

S. Tho-

S. Thomas & Bonauentura dicunt, quod non sunt præceptæ indulgentiæ, & sunt uiliores bonis operibus: Ergo non sunt opera Christi, & tamen sunt opera Christi simul & semel.

Merita Christi ut satis factorias applicari p indulgentias, probari nō pōt.

At forte, ut sunt arguti, respondebunt p. Aristotelicas distinctiones. Verū est merita Christi, ut simpliciter sumpta, sunt meliora nostris operibus. Sed sic nō sunt indulgentiæ, uel per indulgentias sic non applicantur. Accipiuntur autē prout solum sunt satisfactoriæ pro pœnis, & isto modo applicātur. Respondeo proba quod dicis, quid si nolim istud tibi credere nuda narrātis? probare iubeor spiritus an ex deo sint. Secundo. Vbi nunc illud est, quod supra dictum fuit, ideo illa per uenias dispensari, quia non essent renumerata, sed quia fecissent quædam, quæ non debuerant? Talia ergo sunt tam uilia merita, ut nullā aliam recipiant mercedē, cū ut sint aliorum pigrorum satisfactiones? Tūc arguo sic.

Opera supererogatiōis sanctorū nō condonant p indulgentias.

Opera supererogatiōis sanctorum omnium nobilissima & perfectissima. Admittitis? ita. Et talia non remunerantur martyribus uel sanctis, sed conceduntur pigris & stertentibus? Et sic sancti remunerantur secundū opera & merita sua minora, quia perfectiora relinquunt alijs? Quis ita insaniat oro? Ergo sancta Catharina pro martyrio & uirginitate sua nihil accepit, Sed hæc ecclesiæ relinquit, & sufficit ei prēmium orationis uigiliarum & aliorum bonorum operum? Quod si dixeris, quod simul & pro eis remunerati sunt, & simul ea reliquerunt, ubi illud quod dictum fuit. Esse quædam quæ nō sunt remunerata? Vides ne quid sit sine autoritate loqui, & per tenebras diuinare?

Quod si impium est dicere, quod opera supererogationis, uel plura cū debuerunt sancti, sic sint uilia & eis non remunerata: Quāto magis impium est, Christi opera, quæ omnia sunt supabūdātia, sic uilificare? Quare indulgētias ita magnificare, & tamen rursum nostris operibus eas minorare, hoc est Christum & sanctos eius in suis meritis blasphemare, nisi id erronee & non uolenter fiat.

Quarta, resumo arg. quod glos. de pœni. & re. c. Quod autem. adducit, scilicet, Si indulgentiæ sunt remissiōes pœnarum omnium, non debet homo ultra ieiunare aut bona facere. Nec soluit per hoc, quod sit incerta remissio, sed blasphemantur potius claues ecclesiæ: licet eum iuuent in hac sententia omnes fere doctores Scholastici. Illud aūt quod nescit homo an amore dignus sit, intelligitur de futuro euentu, quia qui nunc credit, nescit an sit in fide perseueraturus. Vnde ibidē Eccl. ix. statim additur. Nescit homo an amore uel odio dignus sit, sed omnia seruantur incerta in futurum. præmisit enim: Sunt iusti & opera eorum in manu dei &c. Quod si remissionem culpæ faciunt incertā, multo magis & pœnæ: cum culpa manente, & pœnā quoque manere necesse sit, sicut ibidem dicit glos. quod remissio illa intelligitur, quando per cōtritionem (immo per fidem clauium) omnino deletum est peccatum. Quid ergo sunt indulgentiæ? Incerta donatio. Absit, absit, ut tam impia illusio ab ecclesia Christi, immo clauibus fiat. Tum enim uere (ut quidam dicunt) indulgentiæ essent quædam impiæ fidelium deceptiones. At istum errorem uenitur, dū quærimus per opera nostra, & nostram iusticiam iustificari potius cū per fidem. Ideo de contritionibus tantummodo docemus, quando optime docemus, nihil de fide clauium quæ maxime omnium docenda erat. Sed supra de his latius est dictum.

Pœnæ remissio sicut culpę incerta est.

Fides clauiū inculcanda populo.

Aut ergo indulgentiæ non sunt thesaurus meritorum sanctorum, Aut optime sequitur, quod consecutus debet quiescere ab operibus suis bonis pro peccatis. Sed quod ista sentētia sit impia in Christum, quia si per uenias mihi impenduntur merita Christi, & ego adhuc incertum habeo, mihi esse peccata remissa, ideo

missa, ideo adhuc operandū pro eorum remissione. Tunc sequitur, quod dubito an merita Christi applicata & donata mihi, sint sufficientia ad remissionē peccatorum. Quo dubio quid execrabilius? Si autem nō dubito, sed sufficientia credo, impijssime fecero, si opera mea meliora putauero, q̄ indulgentias (id est, opera Christi mihi impensa.) Ego enim, si unicū opus, immo millies millesimam partem unius minimi operis Christi possem obtinere, securus sum de redemptiōe æterna. Cessemus itaq̄ operari nostra opera pro peccatis, & nihil nisi indulgentias redimamus, quia in illis non unum opus, sed omnia merita Christi, nec huius solum, sed omniū sanctorum consequimur. Cum itaq̄ merita Christi nulla proportiōe bonitatis, nostris possint comparari, aut ipsa nō sunt thesaurus indulgentiarū, aut indulgentiæ erunt præferēdæ omnibus operibus omnium præceptorū dei, aut meritis Christi fiet summa omniū irreuerētia & blasphemia. Deinde id quoq̄ uide quale est, quod huic thesauro, quasi solius Christi merita non sufficerent, addunt merita sanctorum, item merita ecclesiæ militantis.

Merita Christi nō cōsequimur p indulgentias.

Thesaurus ecclīæ nō est meritū Christi & sctōr.

At dicis, Ergo ne sanctus Thomas adeo errauit cū cæteris? Nunquid Papa & uniuersa ecclesia errat, quæ ita sapit? An tu solus recte sapies & primus?

Respōdeo primū, Non sum solus, sed ueritas mecū, & multi alij, scilicet qui dubitauerunt, & adhuc dubitant quid ualeant indulgentiæ. Nec peccāt eo dubio, cum sint remissiones tantum pœnarum, quas siue quis credat, siue non, siue consequatur, siue non, nihilominus saluus erit.

Secundo, & Papa mecum est, quia & si cōcedit indulgentias, nusq̄ tamē dicit, quod sint de thesauro meritorum Christi & ecclesiæ, immo sese declarans, dicit li. v. de pœ. & re. c. Cū ex eo. q̄d sint eneruatiōes pœnitētialis satisfactiōis sed eneruatio nō est īpēsio meritorū Christi, sed tantūmodo sublatio pœnarū.

Indulgentiæ sunt eneruationes pnialis satisfactionis.

Tertio, & tota ecclesia mecum, quia ecclesia utiq̄ cū Papa sapit, & sicut Papa sapit. Sed iam dictum est quid Papa sentiat.

Quarto, & si S. Thomas, B. Bona. Alexan. de Ales sint insignes uiri, cum suis discipulis, Antonio, Petro Palu. Ang. Anco. præter Canonistas, qui omnes eos sequuntur: Tamen iustum est ei præferre ueritatem primo, deinde & auctoritatē Papæ & ecclesiæ. Nec mirum est tantos uiros in hoc errasse. Nam in quantis quæso B. Thomā etiam Scholastici errasse arguunt? Immo quod maius est, iam plus trecētis annis tot uniuersitates, tot in illis acutissima ingenia, tot ingeniorū pertinacissima studia in uno Aristotele laborant, & tamen adhuc non solū Aristotelem non intelligunt, uerum etiam errorem & fictam intelligentiā per uniuersam pene ecclesiam spargunt: quanq̄ si etiam intelligerent eum, nihil egregiæ sapientiæ adepti essent, præsertim in eis libris Aristo. quos usitatiores habēt, in quibus uel ipsiusmet testimonio apud Aul. Gel. li. xx. c. iiij. & Grego. Nazan. in Ser. aduersus Arianos, nō nisi merus Logodedalus & Logomachus deprehenditur. Audax, impudēs, temerarius forte hic uideor, atq̄ utinam mihi tantū supereſſet ætatis & ocij, ut huius temeritatis meæ rationē reddere, & uerbis meis fidem facere possem, forte efficerem, ut nō frustra sic sapere uiderer. Non Aristotelē cum Platone & alijs concordarē, quod Ioannes Picus Mirandulanus cœpit, sed Aristotelem suis coloribus pingerē: sicut dignum est pingi eum, qui ex professo est artifex uerborū (ut Greg. Nazan. ait) & illusor ingeniorum.

Theologorū error.

Tho. sæpe arguit erroris.

Theologi nō dū intelligūt Aristotelem.

Si itaq̄ per tantum tempus in tantis ingenijs permisit deus tantum nubis & tenebrarum dominari, quid adhuc nobis ita securi placemus, & non potius

Arist. uerborũ artifex, admissusq; est ad Theologi am hac occasione.

(sicut Christianos decet) omnia nostra suspecta habemus, ut solus Christus sit lux, iustitia, ueritas sapientia, omne bonum nostrũ? Igitur sancti illi uiri cum uiderent Aristotelem ab indoctis & Christum ignorantibus, in tanta autoritatis ueneratione haberi, ipsi (ut erant humiles sensu) pia simplicitate sunt secuti

Scholastici doct. opinionibus uarijs diuexantur.

& in errorem lapsi, cæteris occasio fuerunt tot turbinum, opinionum, quæstionum, errorum, sicut in SCHOLASTICIS DOCTORIBVS uidemus. Et digni fuimus, qui Christum relinquimus, ut ipse quoq; nos derelictos, etiam per electos suos, in occasionẽ daret erroris & infiniti laboris. Sicut ait in Ezech. xiiij. Propheta cum errauerit & locutus fuerit uerbum, ego dominus decepi prophetam illum. Et ibidem: Si uenerit ad prophetam interrogans me per eum, ego dominus respondebo ei secundum multitudinem immunditiarum suarum. Ideo cum timore & iudicio omnia sunt legenda & suscipiẽda,

Præter scripturã oĩa legenda cũ iudicio.

etiam a magnis & sanctis uiris tradita, secundũ Apostolum, Omnia probate, quod bonum est, tenete. Et illud Ioan. Probate spiritus, utrũ ex deo sint. Quæ consilia qui omiserint, & in hominem consisi fuerint (sicut ij qui dicunt: Malo cum tantis errare, q̃ tecũ recte sapere) digni sunt, quos etiã contemnat & reliquat consiliũ: qui enim consilium spiritus spernit, cur non spernetur merito a spiritu consilij? Ita & indulgentijs factum est, Cũ uiderent sancti homines illas uulgo tãtum efferri (ut solet uulgus facere semper iudicium Paridis & Midæ) & nollent tam uiles eas credere, cœperunt uel fingere honestum & pretiosum eorum fundamentum, quia nullum aliud occurrebat, nec uspiam erat.

Sancti quare effinxerint inanibus indulgẽtijs fundamẽtũ magnificum.

At rem itaq; redeamus, & meritũ Christi quæramus, & probemus, non esse thesaurum indulgentiarum, iam causa

Quinta, Nulli datur gratia cõtritionis, quin simul ei dentur merita Christi: Ergo ante indulgentias habet thesaurum meritorũ Christi, & nisi haberet, nõ proficerent ei indulgentiæ, secundũ opinionem ipsorum (ita enim sapiũt sublimiter de remissione pœnarũ) Nam per cõtritionem homo redit in gratiam,

Merita Christi recõciliationẽ comitantur.

sicut filius prodigus cum Christo patre suo, qui dicit: Omnia mea tua sunt. Et Esa. ix. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Rhoma. viij. Quomodo non omnia cum illo nobis donauit?

Sexta, Alioquin feliciores essent in ecclesia ij, qui sunt peiores. Dictum est enim, quod indulgentiæ prosunt criminosis duntaxat, & ijs dabitur thesaurus meritorũ Christi. Pueris autẽ, uirginibus ac innocentibus nõ dabitur, quibus maxime debetur, immo qui habent eum soli. Sed in argumentum parum facit apud eos, qui credunt omnes pœnas tolli, nec posse indulgentias conferri peccatoribus sine contritione, quod ego non credo.

Vltima, quam secum fert ipsa conclu. probationẽ, scilicet, quod merita Christi & sanctorum eius sine Papa operantur opus suum duplex, scilicet propriũ, & alienum: Proprium, id est, gratiam, iustitiam, ueritatem, patientiam, mititatem in spiritu hominis electi: quia iustitia Christi & meritum eius iustificat & remittit peccata, sicut Ioan. ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Et Esa. xliij. Seruire me fecisti in iniquitatibus tuis, & laborem præbuisti mihi in peccatis tuis. Ego ego sum, qui deleo iniquitates tuas, & peccatorũ tuorum nõ recordabor: delet autẽ merito suæ passionis. Et isto modo cõcederem, quod

Thesaurus patris meritã Christi.

merita Christi sint quidam thesaurus, non ecclesię, sed dei patris, qui nobis per suffragium efficax apud deum impetrat remissionẽ culpæ. Sic dicit in Iob per figuram: Faciem eius suscipiam. Et Apostolus Heb. xij. Sanguinẽ Christi melius clamantẽ q̃ Abel, quia sanguis Abel uindictã & iram postulat: Sanguis

Christi

Christi misericordiã clamat, & interpellat pro nobis. Alienũ (sic enim Esa. uocat. ca. xxviij.) id est, crucem, laborem, pœnas uarias, denicp mortem & infernum in carne, ut destruatur corpus peccati, & mortificent membra nostra super terram, & conuertantur peccatores in infernũ. Nam quicũcp in Christo baptizatur & renouatur, ad pœnas, ad cruces, ad mortes paratur, ut æstimetur sicut ouis occisionis, & mortificet tota die, sicut ait Psal. Ego autem ad flagella paratus seu ordinatus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Sic sic oportet nos fieri conformes imagini filij dei, ut qui nõ acceperit crucem suã & secutus fuerit eum, non sit eo dignus, etiã si sit omnibus indulgẽtijs plenus.

Imagini filij dei nos oportet cõformes fieri.

Quo circa nunc uide, Num quo tẽpore cœpit THEOLOGIA SCHOLASTICA, id est, illusoria (sic enim sonat græce) eodẽ euacuata est Theologia crucis, sintcp omnia plane peruersa. THEOLOGVS CRVCIS (id est de deo crucifixo & abscondito loquens) pœnas, cruces, mortem, docet esse thesaurum omniũ pretiosissimũ, & reliquias sacratissimas, quas ipsemet dominꝰ huius Theologiæ consecrauit, benedixitcp, non solum tactu suæ sanctissimæ carnis, sed & amplexu suæ supersanctæ & diuinæ uoluntatis, eascp hic reliquit uere osculandas, quærendas, amplexandas. Quin beatus & benedictus, qui dignus fuerit deo uisus, ut ei donẽtur hi thesauri reliquiarum Christi, immo qui intelligat sibi donari. Nam cui non offeruntur? Sicut beatus Iacobus: Omne gaudiũ existimate fratres, cũ intẽtatiões uarias incideritis. Nõ est enim omniũ hæc gratia & gloria, ut hos accipiant thesauros, sed electissimorũ filiorum dei.

Theologus crucis a scholastico differt.

Multi peregrinant Rhomã, aliacp sancta loca, ut tunicam Christi, ossa martyrum, loca & uestigia sanctorum uideant, quod non damnamus quidem, sed hoc gemimus, quod ueras reliquias, scilicet passiones & cruces, quæ sanctificauerunt ossa & reliquias martyrum, & tanta ueneratiõe fecerunt digna, ita nescimus, ut non solum nõ acceptemus oblatas domi, sed summis uiribus repellamus, & persequamur de loco in locum: cum deberemus summa siti, & iugibus lachrymis, id apud deum postulare, ut darent nobis tam pretiosæ reliquiæ Christi omnium sacratissimæ, tancp donum electorum dei filiorum. Sic Psal. xv. titulum in Hebræo fertur habere, Michtam, quod aureũ insigne uelut munusculum intelligas, cum ibi non nisi passio Christi canatur. Et Psal. Testimonium Asaph, quod eruditi uolũt potius, iocale Asaph, seu donum delitiosum Asaph intelligere. Et ibi tamen Crucis personat hymnus. Quin tam sanctæ sunt eiusmodi reliquiæ, & tam pretiosi thesauri, ut, cum aliæ possint seruari in terra, aut ut honorificẽtissime in auro, argento, gemmis, serico, hæ nõ possunt seruari nisi in cœlestibus, uiuis, rationalibus, immortalibus, puris, sanctis seruaculis, id est, cordibus fidelium, omni auro & gemma inæstimabiliter precioſioribus. At nunc adeo deest fides uulgi, qua hanc religionem talium reliquiarum colat, ut etiã summi quidam Pontifices autores & duces eis fuerint, non modo repellẽdarũ, sed etiam persequẽdarũ, adeo ut Turcas uorare uoluerint, deinde & ipsos Christianos in peiorem, cp inferni damnationem excõmunicare, potius cp uellent obolum sui census remittere, nedum nominis aut corporis iniuriam sustinere. Qui tamen interim nihilominus cataractas cœli aperuerunt, & inundauerunt thesauros indulgentiarũ & meritorum Christi, ita & hoc diluuio prope sit pessundatus orbis Christianus, nisi me fallit fides mea.

Crucẽ christi cp reliquias sãctorũ inuisere præstat.

Passiones & martyria sãctorũ pstant reliquijs.

Põtifices Romani notant

Diluuiũ idulgentiarũ uastauit orbem

THEOLOGVS VERO GLORIAE (id est, qui non cum Apostolo solum crucifixũ & absconditũ deum nouit, sed glorioſum cũ gentibus, ex uisibilibus inuisibilia eius, ubicp præsentem, omnia potentem uidet & loquitur)

discit ex Aristotele, quod obiectum uoluntatis sit bonum & bonum amabile, malum uero odibile, ideo deum esse summũ bonũ, & summe amabile. Et inde dissentiens a Theologo crucis, diffinit thesaurum Christi esse relaxationes & solutiones pœnarum, tanq; rerum pessimarũ & odibilissimarũ. Contra Theologus crucis, thesaurum Christi esse impositiones & alligationes pœnarum, tanq; rerum optimarum & amabilissimarum. Et tamẽ adhuc ille accipit pecuniam pro suo thesauro, huius nec gratis oblatum dignant uel intuitu, sed persequuntur deniq;. Sed quis erit iudex horum, ut sciamus utrum audiamus? Ecce inquit Esa. lxvj. Ego erigam illusiones eorum. Et. j. Cor. j. Infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia &c. Quod iudiciũ si adeo placet, ut uerũ est, id nobis restat cõfitendũ, si uolumus uera loqui, quod thesauri indulgentiarũ sunt omniũ maxima damna, si intelligantur eo, quo modo ebuccinantur, scilicet esse eos oĩm pœnarũ remissionẽ, nõ tãtũ Canonicarũ, cũ nõ sit maius damnũ, q; tolli imaginẽ filij dei ab hominibus, & eos spoliare thesauris inæstimabilibus: de quibus sancta Hagnes iucunda & beata iactantia superbiebat, appellans eos uernantes, coruscantes gemmas ac ornamenta, monilia pretiosa &c.

Thesaurus Christi q̃d sit

CONCLVSIO LIX.

Thesauros ecclesiæ sanctus Laurentius dixit esse pauperes ecclesiæ, sed locutus est usu uocabuli suo tempore.

Patet satis ijs, qui legendam sancti Laurentij uiderunt: deinde nõ est nunc usus uocabuli, ut thesauros ecclesiæ uocent homines pauperes, sed patrimonium Christi & S. Petri appellamus, quod palea quædã, sine tamen grano Constantini, dedit ecclesiæ. Ideo & Psal. ij. ubi deus dicit Christo: Postula a me, & dabo tibi gentes in hereditatem, & possessionẽ tuam terminos terræ: intelligi oportet oppida & agros ab oriente in occidentem. Alioquin nostro tempore si quis loquatur aliter de rebus ecclesiæ & spiritualibus erit barbarus nobis, licet & beatus Laurentius facultates ecclesiæ dixerit diuitias, sed nõ solas.

Patrimoniũ S. Petri cõfirmat donatio Constantini fictitia.

CONCLVSIO LX.

Sine temeritate dicimus Claues ecclesiæ, merito Christi donatas, esse thesaurum istum.

Clauiũ ptãs est merito Christi donata est thesaurus ecclesiæ.

Si istud meritum uocaretur, & thesaurus indulgentiarum, scilicet potestas clauium, plana est intelligentia. Nullus enim dubitat, quin merito Christi donatum sit ecclesiæ, quicquid donatum est.

CONCLVSIO LXI.

Clarum est enim, quod ad remissionem pœnarum & casuum, sola sufficit potestas papæ.

Probatur ex ipso stilo Papæ, dum nunq; meminit meritorũ Christi in ligando aut soluendo, sed tantummodo dicit de plenitudine potestatis, ex certa scientia & motu proprio.

Ptãte soluit & dissoluit papa, nõ merito Christi.

Secundo

Secundo, ex cõmuni omnium sententia probantium indulgentias uirtute illius uerbi donari, ubi Christus dicit: Quodcũcꝫ solueris &c. Quod uerbum putant sine uigore esse, nisi potestatem donandi permitteret. Quare & ipsi solam potestatem intelligunt sufficere, nulla autem autoritate probant thesaurũ sed hanc autoritatem uelut sufficientem adducunt: quæ tamen sonãt nudam potestatem, non autem applicationem meritorum.

Tertio, Alioquin etiam in alijs ligationibus & solutiõibus intelligẽda esset distributio meritorum, puta, quãdo sacerdotali officio excõmunicat, absoluit, ordinat, deordinat, statuit, abrogat, præcipit, prohibet, dispensat, mutat, interpretatur. In ijs enim omnibus agitur uirtute istius uerbi, Quodcunꝫ. Si ergo in istis non est necessaria distributio meritorum, sed sufficit potestas nuda clauium, quanto magis in remissione pœnarum Canonicarũ? cum talis remissio sit nihil aliud cꝫ absolutio a pœnis, immo si uspiam fit distributio meritorum Christi, maxime fieri debet in absolutione excõmunicati: ibi enim reconciliatur ecclesiæ peccator, & rursum declarat̃ particeps bonorũ Christi & ecclesiæ. Nulla itaqꝫ est ratio, quare illud uerbum, Quodcunꝫ solueris, in indulgentijs includat thesaurum Christi, & non etiam in omnibus alijs solutionibus, cum sit eadem autoritas, eadem uerba, eadem sententia in illis.

Soluere p̃ uenias nõ dicit apertionem thesauri meritorũ christi

Quarto, si soluere per clauem in uenijs dandis, importat apertionem & effusionem thesauri ecclesiæ, ergo per oppositum, ligare importabit collectionem & inclusionem thesauri eiusdem. Sunt enim contrariæ potestates, & contrariorum operum. Sed nuscꝫ & nuncꝫ est usus colligẽdi aut includendi hunc thesaurum, & tamen si solutio & effusio est, etiam inclusionem esse necesse est: cũ utruncꝫ donatum sit ecclesiæ, nec frustra, aut uane donatum. Ergo sicut ligare intelligitur sine collectione thesauri, debitorem facere, nec aliquid ei positiue auferre; ita soluere cogit intelligi, liberũ facere, sine expẽsiõe thesauri positiue.

CONCLVSIO LXII.

Verus thesaurus ecclesiæ, est sacrosanctum euangelium, gloriæ & gratiæ dei.

Thesaur⁹ ecclesiæ est euã gelium.

Satis incognita res est euãgeliũ dei in multa parte ecclesię, ideo paulo latius de illo dicendum: Nihil enim reliquit in mundo Christus, præter solum euangelium. Vnde & nihil seruis suis uocatis tradidit, cꝫ mnas, talenta, pecunias, denarios, ut ex ijsipsis uocabulis thesaurorũ ipsum uerum thesaurũ esse ostenderet. Et Paulus dicit sese thesaurizare filijs suis. Et Christus thesaurũ absconditum in agro. Et hoc ipsum quod est absconditus, facit, ut sit pariter & neglectus.

Euangelium timorem qui ex lege, fugat.

Est autem euangelium secundũ Apost. Rho. j. Sermo de filio dei incarnato, nobis sine meritis in salutem & pacem donato: Est uerbum salutis, uerbum gratiæ, uerbum solatij, uerbum gaudij, uox sponsi & sponsæ, uerbum bonum, uerbũ pacis. Sicut ait Esa. xl. Quã iucundi pedes euangelizantiũ, euangelizantium pacem, prædicantiũ bona. Lex uero est uerbum perditionis, uerbum iræ, uerbum tristitiæ, uerbum doloris, uox iudicis & rei, uerbum inquietudinis, uerbum maledicti. Nam secundũ Apost. Lex est uirtus peccati, & lex iram operatur. Est lex mortis, ex lege enim nihil habemus, nisi malã conscientiam, inquietum cor, pauidum pectus: a facie peccatorum nostrorum, quæ lex ostẽdit, nec tollit, nec nos tollere possumus. Sic itaqꝫ captis ac tristibus, omni/

noctẽ desperatis, uenit lux euangelij & dicit: Nolite timere: Consolamini consolamini populo meus: Cõsolamini pusillanimes, ecce deus uester, ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, ecce qui solus implet legem pro uobis, qui factus est a deo uobis iustitia, sanctificatio, sapientia, redemptio, omnibus qui credunt in eum. Hoc suauissimũ nuncium cum audierit conscientia peccatrix reuiuiscit, & tota exultat in tripudio, plenaq; fiducia, iam nec mortẽ, nec amica mortis pœnarum genera formidat, neq; infernum: ideo, qui pœnas adhuc timent, nondum audierũt Christum, nec uocem euangelij, sed uocem potius Mosi. Ex hoc itaq; euangelio nascitur uera gloria dei, dum docemur, non nostris operibus, sed gratia miserentis dei in Christo, impletam legem & impleri nõ operando, sed credendo: non deo aliquid offerendo, sed ex Christo omnia accipiendo & participando, de cuius plenitudine participamus omnes, & accipimus. De qua alias latius.

Pœnas timẽtes nõdũ audiuerunt euãgelium.

CONCLVSIO LXIII.

Hic autẽ est merito odiosissimus, quia ex primis facit nouissimos.

Euangelium enim destruit ea quæ sunt, confundit fortia, confundit sapientia, & redigit eos in nihilum, in infirmitatem, in stultitiam, quia docet humilitatem & crucem. Sic Psal. ix. Increpasti gentes & periit impius, nomen eorum delesti. Verum hanc regulam crucis horrent omnes, quibus placẽt terrena & sua, dicentes, durus est hic sermo: ideo non est mirum, si sit odiosissimus sermo Christi, ijs qui diligunt aliquid esse, sapientiam, potentiã, coram deo & hominibus, & primi sibi uidentur.

Stultitiã crucis odio hũt superbi.

CONCLVSIO LXIIII.

Thesaurus autem indulgentiarum merito est gratissimus, quia ex nouissimis facit primos.

Quia docet horrere pœnas, immo facit liberos a pœna, quod est solũmodo iustorum. Nullus enim indiget indulgentijs, nisi seruus pœnarum, id est, qui non calcat eas, contemptu superbo eis dominãs, sed premitur illis & fugit eas, sicut puer ab umbris noctis & tenebrarum: & tamẽ permittuntur liberi, cum iusti etiam subiecti sint pœnis uarijs.

CONCLVSIO LXV.

Igitur thesauri euangelici rhetia sunt, quibus olim piscabantur uiros diuitiarum.

Euangelio quõdã piscabantur uiros diuitiarũ, iã uero diuitias uirorum. Distichõ qđ Rhomæ legitur.

Sic enim Apostolus: Non quæro uestra, sed uos. Et Christus: faciam uos fieri piscatores hominũ. uerbũ enim dulce trahit uoluntatẽ, immo facit uoluntatem hominis in Christũ. Vnde S. Petrus in urbe pictus piscator, dicit.

Ecclesiam pro naue rego, mihi climata mundi
Sunt mare: scripturæ, rhetia: pisces, homo.

CONCLVSIO LXVI.

Thesauri indulgentiarum, rhetia sunt, quibus nunc piscantur diuitias uirorum.

hanc

Hanc puto ex dictis claram, quia per remissiones pœnarũ homo non fit melior, nec trahitur plus ad deum (hoc enim solo uerbo Christi fit) cum sint uerba hominis, dantis licentiam ac relaxationem, magis q̃ capientis & ligantis. Quod si aliquid capiunt, certe nihil nisi pecunias, non autem animas capiũt. Non quod damnem istud negocium pecuniarum contribuendarum, immo meo iudicio uidetur, dei prouidẽtia id curare in isto negocio, ut cum sit uilissimum inter dona & officia ecclesiæ, nec dignum in futura uita coronari, saltem in hac uita uel modica pecunia remuneret, ut nihil maneat irremuneratũ, quã q̃ olim gratis fiebant relaxationes.

Indulgentijs hõ non trahitur ad deum

CONCLVSIO LXVII.

Indulgentiæ, quas concionatores uociferantur maximas gratias, intelliguntur uere tales, quo ad quæstum promouendum.

Indulgentiæ maxiæ, quo ad quęstum.

Sic enim audet audax ignorantia, ut maximum uocet quod minimum est, & relinquitur tum populo iudicium & facultas recte intelligẽdi, ut errans credat dei gratiam hic dari. Ipsi enim non exponunt, ne sibĩpsis contradicere cogantur, aut mendaces inueniantur, quod paruum dixerint magnum.

CONCLVSIO LXVIII.

Sunt reuera minimæ, ad gratiã dei & crucis pietatem comparatæ.

Immo comparatæ ad dei gratiã, sunt nihil & nullæ, cũ potius contraria operentur gratiæ dei, tamẽ propter ignauos & pigros toleratæ, ut patet ex dictis.

CONCLVSIO LXIX.

Tenentur Episcopi & curati, ueniarum Apostolicarum, Commissarios cum omni reuerentia admittere.

Quia autoritati papali in omnibus cum reuerentia cedendum est. Qui eñ potestati resistit, resistit dei ordinationi: qui autem deo resistũt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Et dominus ipse: Qui uos spernit, me spernit. Igitur licet in rebus exiguis, nihilo tamen minus, q̃ in magnis autoritati cedendũ. Hinc illud etiam uenit, quod & si Papa ferret iniustas sententias, timendæ tamen sunt, & ut Carolus inquit Imperator: Quicquid imposuerit, quantumuis graue sit, ferendum est: sicut & experientia uidemus fieri ab ecclesia, quæ certe infinitis oneribus hodie premitur, & tamen pie & humiliter fert quieta. Id tamẽ intelligendum est, nequis in erroneam conscientiam ueniat, quasi ideo sint timendæ iniustæ sententiæ, quia sint approbandæ tanq̃ iustæ ab ijs, qui debent eas timere, Cum ipsemet Pontifex aliquos decernat ab ecclesia ligari, qui tamen coram deo ligati non sunt, & cogit eos ligationem ferre, nec eis nocet talis ligatio, quia est pœna tantum, & timeri debet, non autem scrupulum conscientiæ facere: sicut timere debemus deum in omni alia uiolentia, etiam prophana, & nõ per contemptum superbe reluctari. Ita & onera sunt ferenda, nõ quod recte fiant, & approbanda sint, sed ut flagella a deo inflicta & humiliter portanda. Quare sententiæ iniustæ & onera sunt timenda, non propter illud

Põtificis autoritati deferendũ quãlibet grauia onera, uti solet, ipsi fuerit.

Excõicatio timeri debet, nõ tñ scrupulũ i cõscia facere, & tãq̃ flagellũ ferẽda, nõ tñ approbanda.

uerbum, Quodcunq; ligaueris: sed propter illud generale præceptū: Esto consentiēs aduersario tuo in uia. Et illud: Qui te percusserit in maxillam dexterā, præbe ei & sinistram &c. Et Rho. xij. Non defendētes uosmetipsos &c. Si ēm hoc esset consilium (ut multi etiam Theologi uidentur errare) tunc liceret eadem libertate resistere Papæ in suis oneribus & sententijs iniustis, qua Turcæ, uel alijs aduersarijs: sed nullis prorsus est resistendum, licet nō sit eorum opus approbandū, ne sit error in conscientia. Sed hæc materia necessaria ualde, aliud tempus & opus postulat.

CONCLVSIO LXX.

Indulgētias ultra cōmissionem magnificiunt.

Sed magis tenentur omnibus oculis intendere, omnibus auribus aduertere, ne pro cōmissione Papæ illi sua somnia prædicent.

Probatissima est regula illa iuristarum, Papam in omnibus concessionibus sic agere, ut nulli alteri præiudicet, nisi id faciat expressa mentione, & plenitudinis potestate, ut docet quoq; mos Curiæ atq; stilus. Quare certissimum est, quod dans indulgentias, uult eas esse nihil plus cꝫ indulgentias, neq; aliquid ualere, cꝫ quod natura sua ualent: permittit autem ualere, quātum ualent, contentus quod dederit, nusq; enim declaret ualorem earum. Hæc est commissio Papæ. At nostri præcones ultra procedunt, & non solum sese iactitant per pulpita, quod sint Papæ, quos rectius pappos alij putant: Verum & nomini coniungunt officium tam Papæ cꝫ ecclesiæ: ac nobis uelut e cœlo statuunt & pronunciant cum fiducia quid sint, immo longissime ultra cꝫ sint, & esse unq; possint indulgentiæ, ut uel ex libro suo potest probari nouissimo. Horū itaq; somnia tenētur Episcopi prohibere, ne sinant lupos intrare ouilia Christi: sicut expresse præcipitur lib. v. de pœ. & re. c. Cū ex eo. Et Cle. eodē. c. Abusionibus. ut nihil permittant populo proponere, cꝫ quod in eorum literis continetur.

CONCLVSIO LXXI.

Contra ueritatem Apostolicarum ueniarum qui loquitur, sit ille anathema & maledictus.

Quia & si res parua sit ueniarum largitio, respectu gratiæ dei, & ad tantum boatum prædicantium eas, tamen contra potestatem superbe agit, qui contradixerit, ideo merito maledicetur: cum obedientia ecclesiastica ea sit mirabilior, quo etiam in uilioribus suo sensui cedit, & humiliatur. Quæ autē sit ueritas indulgentiarum, satis hucusq; est disputatum, & adhuc expecto determinationem ecclesię, nisi quod certum est, eas esse relaxationes tantum temporalium pœnarum, quæcūq; tandem illæ sint. Relaxatio uero pœnarum (ut dixi) uilius est donum, quod ecclesia donare potest, præsertim si eam donet ijs, quibus culpam remiserit. Remissio uero culpæ est maximum omnium, cum sancto euangelio, quod illi non ita curant, aut certe ignorant.

Culpę remissio & euang. supra indulgentias prædicanda.

CONCLVSIO LXXII.

Qui uero contra licentiam & libidinem uerborum concionatorū ueniarum, curam habet, sit ille benedictus.

Sic enim

Sic enim hodie habet uidua Christi, sancta ecclesia, ut omnibus omnia liceant, & præsertim THEOLOGIS SCHOLASTICIS: inter quos inuenire est, qui ueras etiã sententias damnent, nulla causa nisi quia ex suo fonte nõ prodierunt: ipsis tamen licet asserere, quod deus peccatum facit, deus est causa mali culpæ, & multa alia, quæ si quis poeta uel orator (ut uocant) aut græce, latine, hebraice doctus diceret, omnium hæreticorum pessimus fuerit: sed id maius damnum. Tantum est crimẽ, si quis Christianus Turcis arma deferat, aut Rhomam petentes impediat, aut literas Apostolicas uiolauerit, ut nulla unq; data sit facultas, illa remittẽdi, etiam si plenissima plenissimarum daretur, sed sibi reseruat sedes Apostolica: tam sancte tunc agebat ecclesia, & seruatis dei mandatis primum, etiam tam parua uoluerit, tanto rigore coercere, nondum enim erat illa Lerna & Tartarus Simoniarũ, libidinum, pomparum, cædium, reliquarumq; abominationum in ecclesia. At si illa ita rigide coercentur, quo tandem putamus rigore sunt coercendi, qui non Turcis, sed dæmonibus offerunt, non quæcunq;, sed nostra propria arma, id est, uerbum dei, dum illud suis somnijs contaminant, & (ut Esa. solet loqui) conflant in Idolum per spiritũ suum, ut sit nõ instrumentum, quo trahatur anima, sed seducatur in falsas opiniones? Ad hoc uitium passim ita licet, ut uitiosissimus sit, qui nõ uirtutem & meritum meritorum existimet a quocunq; factum fuerit. Sic & beatus Hieronymus queritur, scripturam omnibus patere, nõ ad discendum, sed ad laceranDum. Deinde, si qui euntes Rhomam impediũt, adeo peccant, quid illi, qui euntes in cœlum impediunt, non solum pestilentibus doctrinis, sed etiam corruptissimis moribus? Et illi, qui non literas Apostolicas, sed diuinas uiolant, quo ibunt? clauem scientiæ tulerunt, ipsi non intrãt, & introeuntes prohibent An ista portenta sunt forte maiora & peiora, q; ut in die Cœnæ legantur & reseruentur? Sed legantur solum in cœlo, & nunq; remittantur.

Theologi scholastici ueritatẽ damnãt, qa nõ ex eorũ fõtibus fluxit.

O dñi Theologi redite tã dẽ ad bonã mentẽ, & purũ Christum docere non hoim sõnia.

Benedictione itaq; digni, qui nituntur purgare scripturas sanctas, & eluciDare ex tenebris opinionum & humanarum rationum, quibus prope facti sumus Pelagiani sensu, & Donatistæ opere. Sed hæc alias.

Repurgatores scripturæ bñdicti sunt.

CONCLVSIO LXXIII.

Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in fraudem negocii ueniarum quacunq; arte machinantur.

Iterum dico sicut prius (quicquid sit de intentione personali summi Pont.) potestati clauium humiliter cedendum & fauendum est, nec temere contra nitendum: dei enim potestas est, quæ siue per usum, siue abusum agatur, debet timeri, sicut omne aliud opus ex deo, magis autem illa.

Ptãti clauiũ cedendũ humiliter.

CONCLVSIO LXXIIII.

Multomagis fulminare intendit eos, qui per ueniarum prætextum in fraudem sanctæ charitatis & ueritatis machinantur.

Quantumcunq; enim potestas honoranda est, non ideo tam ignaui esse debemus, ut abusum eius nõ reprobemus, aut nõ resistamus. Sic enim omẽs sancti, potestatem seculi, quam etiam dei uocat Apostolus, sustinuerunt & honorarunt

norarunt, etiam in medijs pœnis & torturis, quas illa inferebat, sed tamen constanter eius abusum detestabantur. Et non ideo sustinuerũt, quia illi recte uterentur potestate persequendo, sed reliquerunt illis conscientiam malefacti, & per mortem secum traxerunt testimonium, & confessionem innocentiæ, sicut B. Petrus ait: Nemo patiatur sicut fur &c. Ita si ecclesia uel pontifex aliquẽ priuauerit cõmunione fidelium, sine causa, debet id sustinere, & potestatem non damnare: sed nõ debet ita timere, ut approbet quasi benefactum sit, sed potius mori in excõmunicatione. non est enim excõmunicatus, nisi errante claue, cuius errorem si approbet petens absolui, iam peius errat: clauem honoret & ferat, errorem non probet.

Excõicatio papæ sine cã timeatur, nõ approbetur.

Igitur fulminandi sunt, qui ita uenias prædicant, ut eas gratias dei uideri uelint, hoc est enim contra ueritatem & charitatem, quæ sola talis gratia est. Multoq; melius erat, nullas esse uspiam indulgẽtias, q; tales opiniões in uulgum seminari: quia sine indulgentijs possumus esse Christiani, sed talibus opinionibus non possumus esse nisi hæretici. Certum est autem, quod summus Pontifex uel credit uel debet uelle esse in populo, primum mutuam charitatem & misericordiam, aliaq; pręcepta dei in illo florere, ac sic donat indulgẽtias. Nũc uero fallitur, quia charitas & misericordia & fides prope extincta est, nedum refriguit apud nos. Hoc enim si sciret, omissis uenijs id ageret, ut populus primum ad mutuam charitatem rediret. Ita testor ego dominum Iesum, quod populus magna ex parte (alia putant ex omni parte) ignorat, quod opera charitatis meliora sunt q; uenię, credit potius sese nil melius agere posse, q; uenias redimere. Et huius hæreticę & pestilentis opinionis nullum habet correptorem aut fidelem magistrum, sed potius per pomposas istas buccinas instãtissimos autores.

Veniæ non sunt gratiæ dei.

Pontifex uidetur nescire extinctã fidẽ alioq; daret tm̃ indulgentias, p ea red integranda.

CONCLVSIO LXXV.

Opinari uenias papales tantas esse, ut soluere possint hominem, etiam si quis per impossibile dei genitricem uiolasset, est insanire.

Coactus sum insanos uocare, qui talia opinantur, ac uenia nobis a diua uirgine est petẽda, quod talia dicere & cogitare cogimur, nec patuit uia, qua hãc necessitatem uitaremus. Nescio quo diabolo operante factum sit, ut populus istum rumorem ubiq; spargeret, siue id uere ita dictum est, siue ita intellectum a populo. Ego quidem & si constanter asseratur a multis, & magni nominis hominibus, ita esse prædicatum in multis locis, potius tamen mirabar, q; credebam, sed auditu fuisse falsos existimabam. Ideo nolui in hac conclu. ullum cõcionatorẽ taxare, sed uulgũ monere, qui talia opinari cœpit, quæ forte null⁹ dixisset: siue eũ illi dixerũt, siue nõ, mea nõ refert, donec certior fiam. Opinio tamẽ illa pessima, undecũq; orta fuerit, detestanda & damnanda. Verũtamen non mirum fuerit, tale quid a populo fuisse intellectũ, quãdo audit, magna & horrenda peccata, quodammodo leuissima existimari, propter magnitudinẽ gratiarum. Vera & euãgelica prædicatio est, peccata quoad fieri potest magnificare, ut homo ad timorem & legitimã pœnitentiam ueniat. Deniq; quid prodest propter uilissimã pœnarum remissionem, tot auxesibus tonare, ad extollendas uenias, & propter saluberrimam crucis sapientiam uix mutire? immo quomodo id non noceat simplici uulgo, qui tantum solet æstimare uerbum quãto fuerit gestu & apparatu prædicatũ? At euangeliũ nullo, ueniæ oĩi apparatu

Mariæ uirgini si quis ĩtulisset stuprũ, is per indul. recuperabit gratiam.

Pcta magnificanda a p̃dicatore.

Euangelium cũ apparatu prædicandũ

paratu proferunt, scilicet ut uulgus euangeliū nihil, uenias omnia credat esse. Mirum tamen est, cum audeant clamare, homicidia, latrocinia, libidinē generis omnis, blasphemias in uirginē Mariā & deū, facilia, ut his uenijs remittantur, cur non etiam illa leuiora remitti clament, quæ in Bulla cœnæ reseruant? Pontifex nō remittit: uide ergo forte ne & illa non remittat, aut saltem nō tam facile remittat, quæ multo sunt illis grauiora.

Bulla q̄ legit̄ in cœna dñi Rhomæ.

CONCLVSIO LXXVI.

Dicimus contra, quod ueniæ papales, nec minimum uenialium peccatorum tollere possunt, quo ad culpam.

Hanc Meosin non posuissem, nisi uoluissem præcedentis conclu. opinionē detestabilem facere. Patet autem, quod nulla culpa remittitur, nisi a solo deo. Ideo nec illa magna per facultates remittuntur, sed declarantur remitti, & eorū pœna remittitur. Hæc dico secundum illorum sententiam: Mea autem patuit superius satis. Verum hic morandum fuisset in ueniali peccato, quod ita uilescit hodie, ac si nullum pene sit, & timeo cum magna multorum perditiōe, qui secure stertunt in peccatis, ubi non uiderint sese crimina cōmittere. Ego id fateor, donec legi scholasticos doctores, nunq̄ intellexi, quid & quantum esset ueniale peccatum: an ipsi intelligant, nescio. Id breuiter dico, qui non assidue sic timet & agit, ac si mortalibus peccatis plenus esset, uix unquā saluabitur, quia dicit scriptura: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine: nam nō solum uenialia, quæ nunc passim uocant, sed etiam bona opera nō possunt iudicium dei sustinere, sed egent ignoscente misericordia. Quia nō ait: Non intres in iudicium cum hoste tuo, sed cū seruo & puero tuo, qui seruit tibi. Iste ergo timor doceret misericordiam dei suspirare, & in eam confidere: ubi ille deest, incipimus confidere in conscientiam nostram, magis q̄ in misericordiam dei, dum nihil criminis nobis conscij sumus fecisse, & ij in horrendū cadent iudicium.

Boña opera non possunt sustinere iudicium.

CONCLVSIO LXXVII.

Quod dicitur, nec si S. Petrus modo papa esset, maiores gratias donare posset, est blasphemia in sanctum Petrum & Papam.

CONCLVSIO LXXVIII.

Dicimus contra, quod etiam iste & quilibet Papa habet maiores scilicet euangeliū, uirtutes, gratias curationū &c. ut prima Corin. xii.

Quia in potestate & obedientia Papæ sunt oēs, qui ista habēt in ecclesia, quos potest mittere quo uolet, etiā si ipse personaliter nō haberet, ut nō dicam quod bulla cœnæ, adhuc nō est remissa cū suis casibus. Adhuc maior esset gratia summi Pont. si has oēs facultates gratis donaret oībus Christianis, qui eis egerēt. Deinde si sublatis canonibus onerosis, libertatē populi Christiani restitueret, & tyrannides officiorum, ac Simonū exploderet. Sed hæc nō sunt forte in potestate eius, inualuit enim inimicus, & princeps, puinciarū facta est sub tributo: dextera dñi faciet hanc uirtutē, si id digni fuerimus impetrare.

Canōes onerosos Pont. deberet tollere.

CONCLVSIO LXXIX.

Dicere crucem armis Papalibus insigniter erectam, cruci Christi æquiualere, blasphemia est.

Qua

Crux Christi cū cruce idulgentiarū male cōparatur

Qua fronte sint hi homines, quis nō uidet? quid nō audeāt, qui talia audēt? His credendæ sunt animæ Christi sanguine redemptæ? Christi crux uiuificat totum mundū occiso peccato, crux illa armata largit quasdā pœnas remitti, & sic sunt æqualia, pœna æterna & temporalis. Sed quid persequar portenta oīa, quæ ex tali sermone sequunt, quæ nec cœlū possit sustinere, ut proferantur.

CONCLVSIO LXXX.

Rationem reddent episcopi, curati & theologi, qui tales sermones in populum licere sinunt.

Indulgentiarū sermones timendæ

At timetur potestas ecclesiæ, denicp errores & offensiones hodie factas in sedem Rhomanā, uindicant gemino gladio, sed nunquid ideo tacendū? Nolite timere eos qui occidūt corpus, animā autē non possunt occidere: qui me confessus fuerit corā hominibus, cōfitebor & ego eū coram patre meo. Verum id ego uehemēter admiror, quisnam illam glossam inuenerit primus, quod duo gladij significent, unū spiritualē (non ut Apostolus uocat, scilicet gladiū spiritus, uerbū dei) alium materialē, ut sic Pōtificem utracp potestate armatū, nobis nō patrem amabilē, sed quasi tyrannum formidabilē faciant, dum nihil nisi potestatem undicp in eo uidemus.

Duo gladij falsē interpretantur.

Papā tyrānū faciunt.

Et ista est fidelissima glossa, super patrū decreta, in quibus tam rigide prohibētur clericis arma. Hic uide, num deus iratus, uidēs quod pro gladio spiritus & euangelio, dilexerimus intelligere ferrū, iustissime nobis fecit, ut daret gladiū, quē uoluimus, & auferret quē noluimus. Ita ut nuspiam in mundo fuerit crudelior strages bellorū, qp apud Christianos. Rursum, uix neglectior sacra scriptura, qp apud Christianos. En tibi gladiū quē uoluisti. O glossa uel tartaro digna. Adhuc tñ sumus saxei, ut irā dei nō intelligamus. Cur quæso illud amabilissimū ingeniū, nō etiā duas claues, pari uidelicet subtilitate interpretat, ut una sit diuitiarū mundi largitrix, altera uero diuitiarū cœli? & quidē de altera satis plana est sentētia, quia secundū cōcionatores ueniarū, ipsa cœlum assidue aperit, & exundat diuitias Christi: sed alterā nō potuit sic intelligere, sciēs uoraginē rapacissimā diuitiarū in ecclesia. Non em expedit ecclesiæ & patrimonio Christi, ut tāta liberalitate diuitias mūdi, quāta pfundit diuitias cœli: ideo altera clauis est clauis sciētiæ, cui si adderet alter gladius, q est gladius scientiæ apostolicæ, diceret: In ijs omnibus nondū est auersus furor domini, adhuc manus eius extenta, scilicet, quia res est mire molesta sacras literas meditari, qbus instructi (secundū Apostolū) destrueremus munitiones, & omnē altitudinem extollentē se aduersus scientiā dei. Compendiū illud laboris nobis placet, ut nō hæreses, aut errores destruamus, sed hæreticos & errantes concrememus, ducti scilicet meliore consilio Catonis, qp Scipionis in Carthagine uastanda, immo contra uoluntatē spiritus, qui scribit, ideo relinqui in terra promissiōis Iebusæos, & Cananæos, ut filij Israel discerent bellare, & habere cōsuetudinē bellandi. Quod si sanctus Hieronymus non decipit me, puto de bellis hæreticorū præfiguratū, uel certe Apostolus sit dignus fide, ubi dicit, oportet hæreses esse, at nos, nequacp, sed oportet comburi hæreticos, ac sic radicē cū fructibus, immo zizania cū tritico euellere. Quid hic dicimus, nisi qd cū lachrymis dño dicimus, Iustus es domine, & rectū iudiciū tuū? quid em aliud meremur? Atcp hæc ideo quocp cōmemoro, ne Pighardi, uicini nostri, hæretici, infelix popul⁹ qui

Hæretici cōburūtur, nō extirpantur hæreses.

Errores nostros oportet nos carpere, alioq deridiculi sumus ijs qui foris sunt.

qui fœtore Rhomano gaudet, sicut Pharisæus super publicanum, non autē cō/patitur: ne inquam, illi nos crederent nescire uitia, & labes nostras, & immen/sum aduersus nostram miseriam superbirent, si nos ista tacere & approbare ui/deremur. Scimus heu nostrum casum, & dolemus, non aūt sicut hæretici fugi/mus, & semiuiuum trāsimus, tanq̄ alienis peccatis pollui timeremus. Quo fu/rioso timore illi sic timent, ut non pudeāt gloriari, sese ideo fugere, ne polluan/tur. Tanta est charitas. Nos uero quo miserius laborat ecclesia, eo fideli⁹ assisti/mus & accurrimus, flendo, orando, monendo, obsecrando. Sic em̄ charitas iu/bet, alterum alterius onera portare: nō sicut hæreticorum charitas facit, quæ so/lum cōmoda quærit alterius, ut potius portetur, & nihil molesti sustineat a pec/catis aliorum. Quo modo, si Christus uoluisset facere & sancti eius, quis fuisset saluus factus?

CONCLVSIO LXXXI.

Facit hæc licentiosa ueniarum prædicatio, ut nec reuerentiam Pa/pæ, facile sit etiā doctis uiris redimere a calumniis, aut certe argutis quę/stionibus laicorum.

Et si amici mei, me hæreticū, impium blasphemū, iam multis diebus clamēt, quod ecclesiam Christi, & scripturas sanctas non teneam catholico sensu. Ego tamē fretus conscientia mea, credo eos falli, me uero diligere ecclesiam Christi & decorem eius. Qui autem me iudicat, dominus est, licet nihil mihi conscius sim. Et ideo istas positiones omnes coegit me ponere, quod uiderim alios falsis opinionibus infici, alios per tabernas ridere, & sanctū sacerdotium ecclesiæ ma/nifesto ludibrio habere, occasione tam effuse licentiæ prædicandarum ueniarū. Non erat uulgus laicorum ampliore occasione, in odia sacerdotum excitandū quod iam a multis annis propter auaritiam & pessimos mores nobis offensum (heu solo timore pœnæ) honorat sacerdotium.

Indulgētiarū occasione in risum uenit sacerdotium.

CONCLVSIO LXXXII.

Cur Papa non euacuat purgatorium, propter sanctissimam charita/tem, & summam animarum necessitatem, ut causam omniū iustissimā si infinitas animas redimit propter pecuniam funestissimā, ad structu/ram Basilicæ, ut causam leuissimam.

Purgatoriū cur Papa non euacuet.

Hanc quæstionem non papa, sed quęstores excitant, quia ut supra dixi, nusq̄ legitur summi pontificis super hac re ullum decretum, ideo respondeant illi ad eam, qui suscitauerunt. Ego ad omnes istas quæstiones uno uerbo respōderim quantum pro Pontificum honore fieri potest, uidelicet, quod nemo eos infor/mat rei ueritatem, & frequenter fit, ut male narrantibus, male concedant.

CONCLVSIO LXXXIII.

Cur pmanēt exequiæ & anniuersaria defunctorū, & nō reddit, aut recipi pmittit bñficia ꝑ illis instituta, cū sit iā iniuria ꝑ redēptis orare.

Anniuersaria seruātur etiā si aiæ euolant quod est illu/sio, & techna sacerdotum

Multos scio ista quæstione fatigatus mecū, & multis euasiōibus frustra a no/bis la

bis laboratum, diximus etiam, si euolarent animæ, tum officia instituta pro illis iam in laudem dei cederent, sicut fit, dum pueri & infantes decedũt. Alius aliter sed nullus fecit satis. Tandem cœpi disputare, & negare illorum sermones esse ueros, ut uel sic elicerem tandem a doctioribus, quid hic respondendũ foret.

CONCLVSIO LXXXIIII.

Indulgentiæ uenales pecuniæ causa cõceduntur, & nõ ꝓpter pietatem.

Quæ illa noua pietas dei & papæ, quod impio & inimico ꝓpter pecuniam concedunt animam piam & amicã dei redimere, & tamen propter necessitatem ipsiusmet piæ ac dilectæ animæ non redimunt eam gratuita charitate.

CONCLVSIO LXXXV.

Cur Canones pœnitentiales re ipsa & nõ usu, iam diu in semet mortui, & abrogati, adhuc tamen pecuniis redimuntur per concessionẽ indulgentiarum, tanquam uiuacissimi.

CONCLVSIO LXXXVI.

Cur Papa, cuius hodie sunt opes opulentissimis Crassis crassiores, non de suis pecuniis magis, quã pauperum fidelium, struit unam tantum Basilicam sancti Petri?

Fabrica. s. Petri est prætextus impudẽtior.

Ad hanc quidẽ & similes ego dico, non est nostrum iudicare uoluntatem Papæ, sed tantũmodo ferre, etiam si quando fuerit iniquissima, ut supra dixi. Verũ monendus tamen est, & præcones ueniarum, ut non detur tam manifesta occasio populis loquendi, sicut olim Heli sacerdos fecit, ut propter filios suos, homines detraherent sacrificio domini. Si tamen mens Papæ unꝯ fuit, ecclesiã S. Petri tot pecunijs corrasis ædificari, & nõ potius eorum, qui facilitate eius, in suũ lucrum abutuntur. Non est necesse literis tradere, quid passim de structura illa fabulentur: det dominus ut mentiar, non diu poterit ista exactio prospera esse.

CONCLVSIO LXXXVII.

Quid remittit aut participat Papa iis, qui per contritionem perfectã ius habent plenariæ remissionis & participationis?

Culpę remissionem ꝑ claues ignorãt.

Hæc inde uenit, quod multi etiã luristę nescire se dicant, quid sit remissio culpæ per claues, de qua supra meum sensum dixi.

CONCLVSIO LXXXVIII.

Quis adderetur ecclesiæ boni maioris, si Papa sicut semel facit, ita cẽties in die cuilibet fideliũ, has remissiões & participatiões tribueret?

Hic mire mira, alij cõmunẽ thesaurum fingunt, qui per indulgentias augeat. Et ideo si homo septies in die remissionẽ plenariã obtinet, ut in urbe potest fieri, tanto plura bona cõsequetur. Ii sibijpsis contrarij sunt, quod indulgẽtiæ sint expen-

expensiones thesauri secundū eos, ergo non collectiones. Alij iuxta diuisionē continui in infinitū, remitti putant peccata: sicut diuiditur in semper diuisibilia lignū, ita remittuntur peccata, semper remissibilia ulterius, licet semper minora fiant. Ego fateor me nescire quid dicam.

Remissio peccatorū p̄ indulgentias fit iuxta diuisionē continui.

CONCLVSIO LXXXIX.

Ex quo Papa salutē quærit animarū p̄ uenias magis quā pecunias, cur suspēdit literas & uenias iā olim concessas, cū sint æque efficaces?

Hæc maxime omniū urit & displicet, & fateor magna cum specie, illa enim suspensio, unica est causa, quod uilescunt indulgētiæ. Itaq; ego nō possum negare quidem, quod omnia ferenda sunt, quæ pōtifex facit, sed doleo, quod non possum optima esse probare, quanq; si de mēte pontificis, sine intermedijs oper arijs mercedū, dicendū esset, optima de illa p̄sumenda dicerē, breuiter & cum fiducia loquendo. Ecclesia indiget reformatione, quod non est unius hominis Pontificis nec multotū Cardinalium officiū, sicut probauit utrunq; nouissimū concilium, sed totius orbis, immo solius dei. Tempus autē huius reformationis nouit solus ille, qui condidit tempora. Interim uitia tam manifesta negare non possumus, claues sunt in abusu & seruitute auaritiæ & ambitionis, & gurges accepit impetū, non est nostrum remorari eum. Iniquitates nostræ respondēt nobis, & onus est unicuiq; sermo suus.

Indulgentiæ ueteres suspēdūtur, qñ nouæ aduenīūt mirū si nō p̄pter quæstū.

CONCLVSIO XC.

Hæc scrupulosissima argumēta Laicorum, sola potestate compescere, nec reddita ratione diluere, est ecclesiā & Papam hostibus ridendos exponere, & infelices Christianos facere.

Laicorū arg. tyrānide, nō ratione dissoluuntur.

Sic em̄ ex malo fit peius, dum terrore compescuntur, quanto rectius docere/mur, hāc irā dei intelligere, & pro ecclesia orare, & talia tolerare in spe futuræ reformatiōis, q̄ dū tā manifesta uitia uolumus cogere, uirtutes uideri, peiusirritemus. Siquidē nisi nos mereremur uexari, de⁹ nō p̄mitteret solos hoīes in eccl'ia dominari, daret nobis pastores secundum cor suū, qui nobis pro uenijs darent tritici mēsuram in tempore suo. Nunc aūt etiā si sint boni pastores, tamen non possunt ad officium suum uenire, tanta est ira furoris domini.

Indulgentijs ita diuexari merentur peccata nostra.

CONCLVSIO CXI.

Si ergo ueniæ secundum spiritum & mentem Papæ prædicarentur, facile illa omnia soluerentur, immo nulla essent

Quomodo? scilicet, si, ut sunt, solum remissiones pœnarum, non meritoriæ, ac infra bona opera habendæ, nō fuisset ullus unq; commotus, aliquid de ijs dubitare, nunc propter sui nimiam magnificationem, suscitant quæstiones insolubiles, in earum propriam uilificationē. Mens em̄ pontificis non potest esse alia, q̄ quod indulgentiæ sunt indulgentiæ.

Indulgentias nimiū extollēdo extinguūt

CONCLVSIO XCII.

Valeant itaq; omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Christi, pax pax, & non est pax.

CONCLVSIO XCIII.

Bene agant omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Christi, Crux crux, & non est crux.

CONCLVSIO XCIIII.

Exhortandi sunt Christiani, ut caput suum Christum per pœnas, mortes, infernosq; sequi studeant.

CONCLVSIO XCV.

Ac sic magis per multas tribulationes intrare cœlum, quã per securitatem pacis, confidant.

Satis supra de cruce & pœnis dictum est, hodie rarus sermo.

AD CANDIDVM LECTOREM ET ERVDITVM.

NOn tibi hæc ædita existimes erudite & candide lector, quanq; quid opus hoc monitorio? quasi timeam Ciceroniana hæc tibi usum iri, tu pro genio tuo habes aliũde, quod legas, me oportuit, cum mei similibus, nostra, id est, rudia & barbara tractare. Sic placitũ fuit in cœlo. Nec ausus fuissem nomẽ summi Pontificis, his meis bullis appellere, nisi uidissem amicos meos, illius terrore q; maxime confidere: deinde, quod summi Pontificis peculiare sit officiũ, ut debitorem agat, sapientibus & insipientibus, Græcis & Barbaris. Vale.

Excusatio cur Summo Pontifici inscripsit.

DECLARATIONVM DISPVTATIONIS DE uirtute indulgentiarum reuerendi patris, ac sacræ theologiæ doctoris Martini Luthe rij, ad Leonem x. Pon. Max. Finis.

BEATISSIMO PATRI

LEONI X. PONT. MAX. FRATER SILVESTER

Prierias ordinis prædicatorum, sacriq; Palatii magister, æternam salutem.

NEscio pater beatissime, an ullo sim tẽpore letior, q̃ cũ tue beatitudinis contẽplatione, & gratia aliquid efficio. Quo actum putarim, ut cõmẽtariis in primũ secundi cõflatis ex diuo Tho. immersus potius q̃ implicitus cũ edendis, tum exornandis & consumendis, nõ potuerim tanta uoluptate detineri, quin reiectis, ac postergatis studijs & contemplationibus, propriis Martino nescio cui Luther, qui in ueritatem ipsam, & sanctam hanc sedem ceruicem eleuatam ostentat, me scutum opponerem pro sedis huius, procq; ueritatis honore, ac maiestate pugnatur. Denicq; tridui laborẽ in opus istud absumpsi, tãta letitia & animi iocũditate, ut amor ipse mihi sensim ueritatẽ inferret, illacq; iugiter ac celerrime animo illaberetur. Oro uero beatitudo tua pauca ista que elucubraui, in tantis & tã infestis laboribus, item & curis, percurrere non dedignetur, & sua beniuola censura inepte dicta, aut elimare, aut eliminare. Ita em̃ fiet, ut tãta sim post hac fiducia, ac si fida lorica instructus, ut etiã sathanã ipsum in futuro certamine non extimescam, immo auidus experiri cupiã an ferreũ nasum, aut caput eneũ gerat iste Martinus, ut effringi non possit. Vbi uero is sua fundamenta in lucem extulerit, sua probaturus, aut improbaturus nostra, quid dam (uolente deo) moliar, & maius, & accuratius expolitum. Eternum uale benignissime Pastor.

Syluester conflat commentarios.

Oscutum.

Oelegantem amatorem.

Inepte dicta eliminare.

Satis Thomistice.

Sacrarum literarum professori, Martino Luther, Frater Syluester de Prierio ordinis prædicatorum spiritum humilitatis & ueritatis.

ET si longa mora intercedente Martine mi, literarias manus conferre desuerim, eo uel maxime quod tarda senecta iam frigeant effete uires, tuis tamen uerbis excitus, ac pene impulsus, quibus undiq; athletas quasi alter Dares in certamina uocas, desuetas palestras, p̃ sancta apostolica Sede, itẽ pro ueritate tuẽda denuo aggredi statui. Quoniã uero codicis abs te (ut fertur) editi, fundamenta cernere non datur, nec tu conclusionibus tuis probationem ullã attulisti, earũq; complures sensus cũ ueros, tũ etiã falsos preseferãt, non aliter imprimis tecũ congredi uelim, q̃ tuarũ falsarũ positionũ oppositã substinẽdo & defensando, ut quibus innitaris fundamentis edoceas. Quasq; ergo tuas sententias percurrens, ac trutinãs, dialogo nobis ipsis qui certaturi sumus inter locutoribus (deo maximo optimo inuocato) futuro certamini iam principium affero. Vale & melius sentias.

Hic uidetur adiutus ab aliquo.

Responsio magistri Syluestri de Prierio ordinis prædicatorũ, sacri palatii Magistri, ad conclusiones magistri Martini Luther.

TVum dogma ad examussim cribratur Martine mi, normas & fundamenta iaciam necesse est.

Fundamentum primũ est. Ecclesia uniuersalis essentialiter est conuocatio

Initiũ theologicum & fraternale.

uocatio in diuinū cultum omniū credentiū in Christū: Ecclesia uero uniuersalis uirtualiter est ecclesia Romana, ecclesiarū omniū caput, & Pontifex maximus. Ecclesia Romana, representatiue est collegiū Cardinaliū, uirtualiter aūt est Pontifex summus, qui est ecclesie caput, aliter tamen q̄ Christus.

Hæc oīa, p ecclesia Ro. q̄s unq̄, aut in euange. aut in Paulo, aut in ueterū interpretū ullo legit. Fraterna lia sunt & recētioris scholastice theologie dogmata

Fundamentū secundū. Sicut ecclesia uniuersalis nō potest errare determinando de fide, aut moribus, ita & uerum conciliū faciens quod in se est (ut intelligat ueritatē) errare non potest, quod intelligo incluso capite, aut tandē ac finaliter licet forte prima facie fallatur quouscq̄ durat motus inquirende ueritatis, immo etiam aliquando errauit, licet tandē per spiritum sanctū intellexerit ueritatē, & similiter nec ecclesia Ro. nec Pontifex sūmus determinans ea ratione qua Pontifex, id est ex officio suo, pnuncians & faciēs q̄d in se est, ut intelligat ueritatē.

Fundamentum tertiū. Quicunq̄ non innititur doctrine Ro. ecclesie, ac Romani Pont. tanq̄ regule fidei in fallibili, a qua etiā sacra scriptu. robor trahit & auctoritatem, hereticus est.

Fundamentum quartū. Ecclesia Ro. sicut uerbo, ita & facto potest circa fidē & mores aliquid decernere, nec in hoc differentia ulla est, preter id quod uerba sunt accommodatiora q̄ facta, unde hac ratione consuetudo uim legis obtinet, quia uoluntas principis factis pmissiue aut effectiue exprimitur, & consequenter quēadmodū hereticus est male sentiens circa scripturarū ueritatē, ita & male sentiens circa doctrinam & facta ecclesie in spectantibus ad fidē & mores, hereticus est. Correlarium. Qui circa indulgentias dicit ecclesiam Romanā non posse facere id quod de facto facit, hereticus est. Age nunc Martine & tuas conclusiones in medium afferas.

Mar. Dominus & magister noster Iesus Christus dicens, pœnitentiam agite, omnem uitam fidelium pœnitentiam esse uoluit. Quod uerbum de pœnitentia sacramentali, id est confessionis, & satisfactionis, quæ sacerdotum ministerio celebratur, non potest intelligi Non tamē solam intendit interiorem, immo interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificationes.

Mirū acumē q̄ uerba Christi prima torquet ad ea q̄ diu post Christū, ignorata fuerūt, nū lo. eadē uerba loquens de confessione sacerdotis locutus est?

Syl. His uerbis tres conclusiones Martine comprehendis, & uerbaliter saltē quatuor falsitates. Prima falsitas est, quod saluator impossibile iusserit, scilicet fideles omni tempore habere actū penitentie interioris uel exterioris, cū em̄ dicit agite, non loquitur de habituali interiori penitētia, que sola perpetua est, & consequenter loquitur de actuali interiori uel exteriori, agere em̄, uel actus uel non sine actu est. Secunda. Verbum Christi dicentis, penitentiā agite, non potest intelligi de sacramentali penitentia. Tripliciter em̄ penitentia dici consueuit. Primo scilicet ut est uirtus quedam, cuius obiectum est peccatū sub ratione emendabilis, actus uero eius est dolor uoluntatis de peccato, ipsa uero est habitus moralis eliciēs dictū actū respectu predicti obiecti. Secūdo uero penitentia est sacramentū, cui⁹ ptes sunt cōtritio, cōfessio & satisfactio. Tertio accipit uulgariter pro satisfactiōe iniuncta a sacerdote, & omni carnis mortificatione. De qualibet aūt harum triū dico predictū uerbum Christi non solū posse, uerū etiā & debere intelligi, cum ipse sufficiēter mādarit de bono opere efficiendo. Tertia falsitas est ad hominem. i. ad te, q̄ scilicet Christus non intendit loqui solū de interiori penitētia, hoc em̄ in se quidē uerū est, sed tibi q̄ uis Christū his uerbis indicere penitentiā in omni uita, de exteriori non potest intelligi, quā oportet inter-

tet intercidere ſomno & gaudio, gaudẽdo cũ gaudentibus, & hmõi. Vnde tibi ſolũ de interiori poteſt intelligi, nõ omni ſed habituali, quia etiã interiorẽ actũ liberi ar. dormiẽtes neceſſario intercidimus. Quarta uero falſitas eſt, ꝙ interior penitẽtia nulla eſt, niſi foris operetur uarias carnis mortificationes, immo dico ꝙ exterior ſine interiori nulla eſt, iterior aũt ſola poteſt hominẽ ſaluare. Poteſt tñ hoc tuũ dictum uerũ, & a ſaluatore intentũ habere ſenſum, ſcilicet ꝙ oĩs interior penitentia operaꝫ uarias carnis mortificationes exterius. i. pro loco & tempore. i. qñ ubi & quõ oportet, ſed hic ſenſus tibi uidetur impoſſibilis.

Quaſi Chriſtus in terris ſuauiter uiuẽtiũ, inueniri poſſit.

Mar. Manet itaq; pœna donec manet odium ſui, id eſt pœnitentia uera intus) ſcilicet uſq; ad introitum regni cœlorum.

Syl. Sic per penã exteriorẽ mortificationẽ Martine intelligis, quod inde conĳcitur, ꝙ penã contra odiũ ſui / & interiorẽ penitẽtiã diuidis, intelligi nõ poteſt niſi ut dictũ eſt. i. pro loco & tẽpore, aliter hec doctrina falſa, impoſſibilis & erronea eſt. Preterea improprie dictũ eſt odiũ ſuũ quantũ ad uere penitentes atti / net nullus eñ imbutus gratia diuina odit ſe, ſicut nec proximum, quẽ ad inſtar ſui diligit.

Voluptatem corporis non pœnam, & a morẽ nõ odium ſui aſſerit

Mar. Papa nõ uult, nec poteſt ullas pœnas remittere præter eas quas arbitrio uel ſuo, uel canonum impoſuit.

Syl. Suppoſito ꝙ eccleſia per indulgentiarũ uiã concedat liberationẽ unius anime, uel plurium a purgatorio quod facere nequit, niſi relaxando penã inflictã a deo, ſuppoſito etiam ꝙ eccleſia faciat indulgentias plenarias ſimpliciter, relaxando uidelicet omnẽ penã nulla habita mentione de iniuncta, ita ꝙ tali indulgẽtia rite aſſecuta, anima ſtatim e corpore ſoluta euolaret iuxta ſanctorũ interpretationẽ, dico Martine ꝙ male ſentis de facto eccleſie circa fidem, aut mores, quia poſito caſu poſſibili ꝙ peccator teneatur ad penam iniunctã a ſacerdote, item ad iniunctã a canone, & ulterius iſtis non ſufficienter expurgantibus, tertio teneatur ad penã iniungendã a deo, tali caſu (ſecundũ te) rite aſſequens indulgentiã plenariã, decedens ſtatim non euolaret, & ſi daretur ei indulgẽtia liberationis a purgatorio, ſi ibi non eſſet, non liberaretur, & ita circa factũ eccleſie male ſentis, a ſanctis diſſentis, & ideo meo iudicio iſta concl. eſt heretica. Vñ & S. Tho. in. iiij. diſt. xxi. dicit ꝙ iſta opinio, ſcilicet ꝙ indulgẽtie ualeãt ſolũ ad remiſſionẽ pene iniũctea ſacerdote uel canone, eſt cõtra priuilegiũ datũ Petro, ut quod in terra remitteret, etiã in celo remitteretur, & preterea ſecundũ iſtam opinionẽ inquit diuus Thomas, eccleſia hmõi indulgẽtias faciens, magis damnificaret homines ꝙ iuuaret, quia abſoluendo a penitẽtijs iniunctis remitteret ad grauiores, id eſt purgatorias, hec ſanctus Thomas. cũ tñ indulgentia nõ eſt plenaria, nec fit ſecundũ aliquã partẽ quotã reatus, puta remitendo tertiã partẽ penarũ, nec conceditur liberatio alicuius anime a purgatorio, aliquem colorẽ habere, poſſet iſta poſitio, quantũ ad id ꝙd dicit ꝙ Papa non uult, quia communiter dicit de iniunctis penitẽtijs relaxamus, ſed quia ſubditur, nec poteſt, quo ad hoc poſitio heretica eſt, auferẽs aut truncãs priuilegiũ Chriſti ad eccleſiam.

Supponis ꝙ nuſq; ſunt.

Mores & facta Romana tenemur probare.

Qnid ſcelus priuilegĳ affingis Petro?

Concedit abſolutiões põtificũ ſonare de iniunctis pœnitentijs

Mar. Papa non poteſt remittere ullam culpam, niſi declarãdo & approbando remiſſam a deo, aut certe remittendo caſus ſibi reſeruatos, quibus contemptis culpa prorſus remaneret.

Virtute idulgentiarū frater nullā culpam remittit pontifex.

Syl. Etsi conclusio ista quoquo modo habeat apparentiā in his qui clauibus ecclesie se contriti subijciunt, & consequēter iustificati a culpa, in attritis tamē qui uirtute clauium (iuxta sanctorum interpretationē) fiunt contriti, nō Papa modo, uerū sacerdos quisquis peccata dimittit dispositiue & ministerialiter, id est applicando claues & sacramenta istis, non autem ea remittunt auctoritatiue, sed hoc excellentioris est potestatis. Vnde hanc conclusionē dico falsam, & gratia disputādi substineo q̄ sit heretica, esto q̄ heretici nō sint eius positores.

Mar. Nulli prorsus remittit deus culpam, quin simul eum subijciat humiliatum in omnibus sacerdoti suo uicario.

O Syl. agnosce teipsum, q̄ nescio si qd ueri tuis admisceas syco phantiis.

Syl. Leprosus (spiritualiter) Martine es, gestas em̄ cutē uariā & maculosam ueris falsisq̄ coloribus, dum multis falsis pauca uera commisces, uerūq̄ reddis dictū illud Bede, quod nulla tā falsa doctrina sit que aliq̄ uera nō intermisceat.

Mar. Canones pœnitentiales solū uiuentibus sunt impositi, nihilq̄ morituris secundum eosdem debet imponi.

Syl. Dico ad hoc dictum ut ad precedens proxime.

Mar. Inde nobis bn̄ facit spiritussanctus in Papa, excipiēdo in suis decretis semper articulum mortis & necessitatis.

Syl. Recte quidem loqueris, sed que dicis nihil ꝓposito attinēt, cum nō excipiat Pontifex articulum mortis quo ad impositionem penitentie, sed quo ad reseruationem absolutionis.

Mar. Indocte & male faciunt sacerdotes ii, qui morituris pœnitentiales canonicas in purgatorium reseruant.

Immo nullas omnino reseruat penas, cū sint iudicij dei.

Syl. Recte doces, sed tamē quod in alijs culpas, admittis: cum enim doces q̄ Pontifex solū illas penas donat, que arbitrio suo uel canonū sunt inuncte teste diuo Tho. absoluis ab his, & ad purgatorias grauiores animas adducis.

Mar. Zizania illa de mutanda pœna canonica in pœnam purgatoriā uidentur certe dormientibus episcopis seminata.

Syl. Dico ut proxime.

Mar. Olim pœnæ canonicæ non post, sed ante absolutionem imponebantur tanquā tentamenta ueræ contritionis.

Quid audio? iuxta arbitrium nostrum deus puniet peccatorem?

Syl. Nunc quoq̄ nostra tēpestate qn̄ pene sunt arbitrarie, idē in omni penitentia seruandū dico per Cle. dudum. de sep. ubi & Io. And. Nisi forte nullū sit dubiū quin penitens penitentiā iniungendam sit acceptaturus & expleturus.

Mar. Morituri per mortem omnia soluūt, & legibus canonum mortui iam sunt, habentes iure earum relaxationem.

Syl. Quod astruis uerū est, ubi pena ex canone tantū debet, quod si eā quam imponit canon, etiam diuina iustitia exigat, purgatorium neges necesse est.

Mar. Imperfecta sanitas seu charitas morituri necessario secum fert magnum timorem, tanto maiorem, quanto minor fuerit ipsa, qui timor & horror satis est se solo, ut alia taceam, facere pœnam purgatorij, cū sit proximus despirationis horrori.

Syl.

Syl. His dictis Martine duas concluſiones, & tres falſitates comprehẽdis, & quidẽ temere. Temeritas eñ eſt in his, ad que nobis naturalis ratio non ſuppetit, uelle aliquid noſtra auctoritate definire preter & a fortiori contra ea que in doctrina fidei ſunt uel ſanctorũ, q̃ eodẽ ſpiritu ſcripturas interpretati ſunt, quo edite fuere in his precipue: que fidei & morum ſunt, in quibus concorditer docuere: immo non ſolũ temerariũ, ſed erroneũ eſt, ne dicã hereticum, ut ex quarto fundamento liquet. Prima aũt falſitas eſt q̃ꝑ aperte innuis: ꝙ hi qui in purgatorio continentur neſciant ſe ſaluandos, quod apertius etiam innuis infra concluſione tua. xix. Ego uero cũ diuo Tho. cuius doctrina quantũ ad fidẽ & mores attinet, per regulã fidei eccleſiã Ro. & diſcuſſa & ꝓbata eſt, dico ꝙ qui purgantur ſciunt ſe liberandos, alioquin a nobis ſuffragia nõ expeterent, quod crebro faciũt, ut liquet ex lib. dial. Gregorij. Secũda uero falſitas eſt ꝙ q purgant timeant, preter q̃ꝑ filialiter, q̃ eñ iã ſuſtinẽt in preſenti non timẽt, quia timor de futuro eſt malo, alia aũt mala p̃ter ea q̃ ſibi inter purgandũ herent non timẽt, cũ ſciant ſe ab his malis ad gloriã trãſituros ut dictũ eſt. Tertia falſitas eſt ꝙ hic timor ſe ſolo ſatis ſit facere penã purgatoriã, quod utiq̃ falſum affirmo, quia nec facere poteſt cũ non ſit, nec ſe ſolo, alioquin impius eſſet deus, quippe qui preter iſtã ſufficientem (ut aſtruis) penam, alias apponat, puta aſſiſtentie demonũ ligationis ad certum locum, dilationis optate glorie, & eiuſmodi.

Tu frater definis temere ſine ſcriptura & tecũ ferme omnes Theologi ſcholaſtici.

Grauis autoritas, ipſe affirmat magiſter palatij q̃ negabit?.

Mar. Videntur infernus, purgatorium, & cœlũ differre, ſicut deſperatio, prope deſperatio & ſecuritas differunt.

Syl. Hoc uideť quidẽ forte tibi, mihi autẽ cũ d. Tho. uideť ꝙ qui purgant, habẽt ſpem certã ſalutis, & cõſequẽter nõ ſunt deſperati, uel q̃ſi ſiue ꝓpe deſperati Differunt aũt predicta ſicut pena ꝓpetua cũ deſperatione euadẽdi, & uoluntate ꝓpetuo adherendi peccato, quod inferno cõgruit, & ſicuti pena temporalis cũ ſpe euadendi, & uoluntate adherẽdi deo perpetuo, quod purgatorije ſt, & ſicut priuatio oĩs pene, & impletio oĩs naturalis appetit?, & gaudij, ut in celo eſt.

Satis eſt abũ de Syl. tibi ſiç uideri.

Mar. Neceſſarium uidetur animabus in purgatorio, ſicut horrorẽ minui, ita augeri charitatem.

Syl. Vno inconuenienti dato plura contingunt, apud Ariſt. Vnde poſito ſeruili timore, qui charitati aduerſatur, neceſſariũ tibi fuit Martine modũ inuenire quo pelleretur, quod eſſe nõ potuit congruẽtius q̃ꝑ per augmentũ eius, quod timori repugnat. Ego uero ſanctorũ ueſtigia ſequens, & non uocum nouitates cũ diuo Tho. dico, ꝙ qui purgatoriũ patitur eſt uiator ſecũdũ quid, inc̃ptũ a beatitudine retardatur, nõ aũt ſimpliciter, unde in charitate non proficit, alioquin bonũ eſſet eis diu eſſe in purgatorio, ut ꝓfectiores & cõſumatiores euaderent

Sctõrũ ueſtigia. i. queſtionariorũ theologorum.

Mar. Nec probatũ uidetur ullis autoritatibus, aut rationibus, quod ſint extra ſtatum meriti, aut augendæ charitatis.

Syl. Eſto ꝙ iſta non probentur auctoritate ſcripture uel eccleſie, que neceſſario conuincit (quod ad preſens nec aſtruo nec deſtruo, cũ tibi repente & ex his ſolũ que memorie ſuccurrunt reſpondeam) eſt tamen probatũ auctoritate ſanctorum, quæ argumentum probabile facit, tu uero eiuſmodi tua auctoritate firmans, uide ne preſumas.

Autoritate sctõrũ. i. Thõmæ, quã præfert autoritati ſcripturæ & eccleſiæ.

Mar. Nec hoc ꝓbatũ uideť q̃d ſint de ſua beatitudĩe certæ & ſecuræ

ſaltem

saltem omnes, licet nos certissimi simus.

Syl. hoc sicut iam dictū est probatū est saltē probabiliter, tū ex autoritate sanctorum, tum experientia, quia frequēter suffragia petunt, sicut multipliciter patet per beatum Gregorium in libro dialo.

Mar. Igitur Papa per remissionē plenariā omniū pœnarū, non simpliciter omnium intelligit, sed a seipso tantummodo impositarum.

Vna hæresis oppositum Tho. dicere.

Syl. Quid pont. intēdat, uel non intendat omittens, dico, q̄ si de posse sit sermo: Papa ex rationabili causa potest remittere omnem pœnā siue impositā siue non impositam, ut diuus Thomas edocet, oppositum aūt dicere hereticum est, & contra priuilegium datū Petro a domino: ut dictum est.

Mar. Errant itaq; indulgentiarum prædicatores ii, qui dicūt per Papæ indulgentias hominem ab omni pœna solui, & saluari.

Vide ne tu p̄ter falsitatem etiā adulatione labores.

Syl. Dico ut supra proxime, & q̄ tu Martine uulneratum & cecatum habēs oculum, falsitatis trabe pergrandi, alienam festucam contemplaris.

Mar. Papa nullam pœnam remittit animabus in purgatorio, quam in hac uita debuissent secundum canones soluere.

Facta eccl̄iæ .i Romanen siū improbare est hæresis.

Syl. Negare potestatē Pape non se extendere ad relaxandū penas in purgatorio per uiam indulgentie, est male sentire de facto & doctrina eccl̄esie circa fidem aut mores, ideo hereticum est.

Mar. Si remissio ulla omnium omnino pœnarum dari potest alicui, certum est eam non nisi paucissimis, id est, perfectissimis dari.

Impfectis'au ferendæ pœnæ opinor ut stertentes, resupinicq; ī cœlū inuehātur.

Syl. Quod asseris certū Martinæ, utic̄q; certū est, nō q̄dē in ueritate ut reris sed in falsitate, dat̄ em̄ uenia nō solū p̄fectissimis, sed etiā impfectissimis mō habeāt gratiā dei & charitatē per quā sunt ueniarū capaces, & seruēt indulgētie tenorē siue isti multi sint, siue pauci, quod soli deo notū est. Si tñ de multiplicitate saluādorū, aut assequentium indulgentias ex coniecturis & suasiuis rationibus uolum⁹ definire, dico ꝓbabiliter, & salua rei ueritate, q̄ sunt ualde multi, ad quod arguo ex fundamento Theologico, scilicet q̄ claues eccl̄esie de attrito faciunt contritū, unde omnis qui cū attritiōe confitetur, consequit̄ contritionē, & gratiā, & consequenter indulgentiā & salutē si perseuerat. Sūt aūt ualde multi, qui indulgētiarū tempore confitentur, si credunt se mortali peccato detineri, & cū attritione, id est dolore imperfecto, qui tunc est q̄ñ homo uellet habere dolorē & gratiam a deo, nunc̄q; de cetero peccandi. Vnde omnes tales consequunt̄ gratiā & consequenter indulgentiam, nisi post confessionē, ante uenie acceptionē relabantur. Et si plene non efficiunt quod mandatur, consequuntur partem proportionalē uenie, ut docet diuus Tho. Et ex eodē fundamēto probabiliter teneo, q̄ & si maior pars Christianorum non uiuat in gratia dei, maior tñ pars dei gratiā in morte cōsequit̄ cōfitendo cū attritione, consequēter aūt etiā saluatur si perseuerat. Et quod saluator dicit multos esse uocatos, sic intelligendū est est dictum, quia totus mundus est uocatus.

Nouū Theologiæ fundamentū, ignoratū Aplis.

Lubrica ansa indulgētiarum.

Multi uocati

Mar. Falli ob id necesse est maiorem partem populi per indifferentē illam, & magnificam pœnæ solutæ promissionem.

Dare nūmos ueniarū caponatoribus nō miseris fame pereuntibus disponit ad salutem.

Syl. Nō fallit̄ maior pars populi si attriti confitent̄ & reliqua obseruāt, eo uel maxime q̄ declamatores credo docēt propter uenias alia pia opera non esse relinquenda, cum nullus pro certo sciat se ueniam assecutū, item quia & si illi ueniā non assequantur, pium tamen opus faciunt quod eos in salutē disponit.

Mar:

Mar. Qualem potestatē habet Papa in purgatoriū generaliter, talē habet qlibet episcopus & curatꝰ in sua dioceſi & parochia specialiter.

Syl. Quantū ad propositū de themate super quo disceptamꝰ, id est quantū ad applicationē satisfactionis unius ad alterū, est multiplex differentia inter Papā in ecclesia tota, & episcopū in dioceſi, & curatum in parrochia. Harū prima est secundū opinionē, que sentit indulgentias fieri ex thesauro satisfactionis Christi, non aūt sanctorū, quia iuxta eam solus Papa posset indulgētias facere, sicut solus dispensat cōmunia toti ecclesie, cuiusmodi est dictus thesaurus. Sed quia istam opinionem falsam existimo, dico ꝙ alia differentia est, quia Papa dispensator est thesauri infiniti, cum dispenset satisfactionem Christi, non aūt alij, sed merita subditorū suorū duntaxat. Ex hac aūt sequitur alia, quia solus Papa facit indulgentiā plenariam, cū solus sit certus ꝙ thesaurus per eum dispensabilis sufficiens sit ad penas oēs diluendas. Alia etiā est, quia Papa dispensat bona, que alij dispensant, non econtra, unde & aliorum potestatē limitat & restringit, nō econtra. Vtrum autem curatus indulgentias edere possit, modo non discutio. Vide somniū ultra Epimenidis de differētia papę & reliquorum episcoporum

Mar. Optime facit Papa, quod non potestate clauis, quam nullā habet, sed per modum suffragij dat animabus remissionem.

Syl. Quantum ad indulgētias attinet, Papa habet clauē iurisdictionis secundum sanctos: etiā in purgatoriū applicatiue, animas tñ a debito seu reatu penarum non absoluit, sed eis tribuit unde penam uel debitū soluant, applicans & adijciens eis satisfactionem Christi uel aliorum Christus fuit aut obliuioꝰ aut parū candidus, qđ cessauit infinitū suū meritum nobis applicare.

Mar. Hominem prædicant, qui statim ut iactus nummus in cistam tinnierit, euolare dicunt animam.

Syl. Predicator animā que purgatorio detinetur astruens euolare in eo instāti, in quo plene factū est illud, gratia cuius plena uenia datur puta deiectus est aureus in peluim, non homínem, sed meram & catholicā ueritatē predicat, tu uero oppositum dogmatizās, si pertinaciā addideris, uide iuxta predicta quid inde merearis, factū & doctrinā sancte Ro. ecclesie reprehendens. Nec plus est reprehensibilis declamator sic docens, q̄ cocus fastidienti stomacho subtātiales cibos accidentalibus saporibus exacuens. Mera & catholi. ueritas, qđ tinniente in cista aureo statim aīa euolet e purgatorio, o insaniam.

Mar. Certum est nummo in cista tinniente augeri quæstum & auaritiā posse, suffragium autem ecclesiæ est in arbitrio dei solius.

Syl. Certū est etiam Martine istā conclu. esse detractoriam, & uiri ponētis os in celū, nec minus certū est, erroneū & hereticū esse dicere: quod extante rationabili causa Papa non potest pro uolūtate plus & minus dare de suffragio unius alteri, cum deus hoc sibi concesserit. Nolite os ponere in cœnū

Mar. Quis scit si omnes animæ in purgatorio uellent redimi, sicut de sancto Seuerino, & Paschali factum narratur.

Syl. Quicquid sit de somnijs, ꝓpter que nūq̄ a sana doctrina recedēdū est, doctor angelicus in. xxj. distin. iiij. querēs an pena purgatorij sit uolūtaria, & multipliciter de pena distinguēs sic cōcludit. Absolute nulla pena est uolūtaria, qa ex hoc est ratio pene, ꝙ uoluntati cōtrariat, sed conditionate, siue ex suppositione alicuius finis pena est uoluntaria, sicut uult quis pati ustionem ut sanetur & hoc dupliciter contingit. Aliquando enim per penam aliquod bonum acquirimꝰ, ut patet in ustione; & sic ipsa uolūtas assumit penā, ut in satisfactione patet, Arguta dist. de pœna si sit uoluntaria.

patet: quæ scilicet in hac uita est meritoria. Aliquando uero per pœnam nullũ bonũ nobis accrescit: tamen sine pœna ad bonum peruenire non possum us: sicut patet de morte naturali: sine qua scilicet non uenitur ad regnum: & tunc uoluntas penã non assumit, sed tolerat, & quantum ad hoc uoluntaria dicitur: & sic pœna inquit purgatorij est uoluntaria. Ex quibus uerbis diui Tho. patet: ꝙ qui in purgatorio sunt: illã pœnam non eligũt: sed illatam patienter tollerant, & uellent libenter ea carere si possent. Adde ꝙ anima separata grata deo nullũ habet maius desyderium, ꝙ̃ uidendi deum, cum ad hoc omne suum uelle sicut ad finem ordinetur: licet pro dei uoluntate patienter toleret: unde si cum dei uoluntate possit carere pœna impediente uisionem in hoc maxime letatur: plusq̃ gaudium aliquod in hoc mundo nobis possit obtingere. Dicere autem oppositum, ridiculum & stultum est.

Hic bis puer sanũ uirũ ridet senex.

Mar. Nullus securus est de ueritate suæ cõtritionis, multo minus de consecutione plenariæ remissionis.

Syl. Hoc de uiuentibus uerũ est: anime uero que purgantur, certæ sunt se dei gratiã habere: & consequenter se indulgẽtias assequi, si rite conferantur, maxime plenarias: quibus statim a tormentis ad gaudia deducuntur.

Mar. Quam rarus est uere pœnitens, tam rarus est uere indulgẽtias redimens, id est, rarissimus.

Attritus cõsi tens obicem ponit mirabi li more.

Syl. Esto ꝙ recte doceas: tñ superflue doces: cum iam idẽ supra uirtualiter posueris, immo plus, quia dixisti non assequi nisi perfectissimos, qui rariores sunt ꝙ̃ ueri penitẽtes, cum inter hos quidam sint alijs minus perfecti. Dico etiam ꝙ uere penitentes tot sunt, quot attriti confitentes, cũ omnes tales dei gratiã assequantur, nisi obicem ponant.

Mar. Damnabuntur in æternum cum suis magistris, qui per literas ueniarum securus se credunt de sua salute.

Hui quale periculum minatur.

Syl. Qui per dictas literas sine bonis operibus tutos se putant fatui sunt, qui uero ex spirituali commodo eiusmodi literarum concipiunt spẽ melius uiuendi & moriendi, & purgatorias penas citius euadendi, recte sentiũt, & sic docentes recte docẽt. Time aũt tibi magis Martine, ne uana eruditione inflatus, nũq̃ resipiscas, eternoq̃ pereas & damneris.

Mar. Cauendi sunt nimis, qui dicunt ueniasillas donum esse dei inæstimabile, quo reconciliatur homo deo.

Indulgentiæ donũ inæsti mabile, quia auri pondo plus sexcẽtis. nõ potuimus eam precium hactenꝰ equare licet modo ueniãt uilius.

Syl. Cauendi sunt magis detrahentes dei uicario, cũ iniuste, tum etiã falsè & erronee. Qui uero dicunt (ut refers) uere dicunt, modo reconciliatio illa intelligatur impropríe per amotionem reatus, qui animam a dei contemplatione clara secludebat.

Mar. Gratiæ enim illæ ueniales tãtum respiciunt pœnas satisfactionis sacramentalis ab homine constitutas.

Syl. Iam liquet ex dictis quantum falsa & erronea sit ista sentẽtia, etsi de posse Pontificis maximi sermo sit, est etiam heretica, quasi Papa non possit omnem penam per indulgentias abolere.

Mar. Non Christiana prædicant, qui docent quod redẽpturis animas

mas per confessionalia, non sit necessaria contritio.

Syl. Nullum esse declamatorē reor: qui tam stulte docuerit: qua uero intentione tales positiones in medium afferas ipse uideris. Si qui tamē docerent: ꝙ non contriti nō uane indulgētias prosequuntur: quia proderunt contritione ex post facto accedente: non male docent apud complures peritos: quia sicut Papa potest cōstitutionem facere aut inficere ut ex tunc: ita etiam posset indulgentias largiri ut ex nunc suo tempore ualituras. Quasi nō sic declararent cōmissarij.

Mar. Quilibet Christianus uere compunctus habet remissionem plenariā a pœna & a culpa, etiam sine literis ueniarū sibi debitam.

Syl. Si sentis ꝙ omnis cui plena remissio pene debetur: eam assequitur: non obstante ꝙ ueniarū literis careat: esto ꝙ uerum doceas: tñ nihil dicis: quia deū dare omnibus que eis apud ipsum debentur ex congruo uel condigno: dubitauit nullus. Si uero sentis (ut uerba tua pre se ferūt) ꝙ sine dictis literis omnibus uere cōtritis debita sit plena remissio penarum: hereticum est: & Canones oēs penitentiales euacuas & euertis: & tertiam partem sacramēti penitentie: id est satisfactionem: & omnia iura loquentia de penitentia salutari imponenda: & purgatoriū. Nisi forte dicas: ꝙ penam omnē remitti: & penam omnē exoluere idem sit: quod absurdum est. Quasi nete/res ferme nō ignorassent tertiam hanc partē pniæ.

Mar. Quilibet uerus Christianus, siue uiuus siue mortuus, habet participationem omnium bonorum Christi, & ecclesiæ, etiam sine literis ueniarum a deo sibi datam.

Syl. In opere bono quo reatus pene deletur: puta ieiunio: oratione: & elemosyna, duo sunt secundū doctrinam sanctorū: unum est meritum, quod nullius esse potest nisi operantis, qui solus pro opere proprio premio donatur: alterū est satisfactio, que aliud a merito est, unde is qui elemosynā largitur pro anima parentis, sibi quidē meretur, pro amico autem satisfacit ad abolendū pene reatum. Quis enim ausit negare elemosynam horum utriq; ualere. Si ergo de bonis operibus Christi & ecclesie loquaris quantum ad meritum, licet pro alterius merito nullus muneretur: quilibet tamē deo gratus ex aliorum meritis aliquid boni percipit, puta protectionem dei, sicut deus recordatus Abrahe, liberauit Loth tempore euersionis Sodome, uel saltem ipsum gaudium, quod quisq; bonus habet de bono alieno, secundū illud Psal. Participē me fac deus omniū timentiū te &c. Sed quia hoc participiū paucis nō potest plene absolui dimittatur. Si uero loquaris de eisdem Christi & ecclesie operibus gratia satisfactionis, dico cum diuo Thoma, quod in absolutiōe a peccatis ex bonitate dei interueniente Christi martyrio, semper aliquid relaxatur de pena, non autem pena tota, alioquin plene implens iniunctum a sacerdote uel canone, etiam si nō plene satisfecerit deo euolaret, quod est hereticū, immo non oporteret sacerdotē quicq; imponere, nisi forte per uiam medicine ad precauendū imposterū. Doctrina sāctorū. i. Tho. numerus ꝑ nūero. Figit sectionē operis boni ridiculam. Participium opinor nois & uerbi.

Mar. Remissio tamē, & participatio Papæ nullo modo est contemnenda, quia, ut dixi, est declaratio remissionis diuinæ.

Syl. Siue de culpa, siue de pena intelligas, utrobiq; damnabiliter erras, quia & culpam relaxat dispositiue, & ministerialiter, & similiter penam per uenias ut crebro iam dictum est.

Mar. Difficillimũ est etiam doctissimis Theologis, simul extollere ueniarum largitatem, & contritionis ueritatem coram populo.

Hoc est sancti Thomę & Capreoli.

Syl. Postq̃ Martine peruerse docuisti, iam nunc detrahere incipis, & ueniarum declamatoribus, & Pontifici consequenter. Quod autẽ difficile astruis ego impossibile astruo tibi, tuiq̃ similibus, qui nõ es (pace tue dixerim) bonarum disciplinarũ preceptis institutus, qui duo falsa precepta tenes, que uenias euertunt: unum quidẽ, q̃ uera contritio aboleat omnẽ penã, ut supra uideris innuere: aliud, q̃ uera contritio penas ueniis p̃elígat semper, ut sequenti conclu. patebit. Theologi autẽ bene instituti facile efficiunt, quod tu difficile predicas, dicentes: q̃ sicut in humanis offendens quenq̃ cũ iactura honoris, aut rerũ, & si ex bono animo offensi restituatur ad amicitiã abolita culpa, nõ tamẽ semper abolita emenda, immo nec actione iniuriarũ plerunq̃: ita etiã & deus abolita culpa lege cõmuni uult q̃ peccatorũ emendã prestet, ut qui peccando sue uoluntati pluscq̃ debuisset indulsit, aliquid cõtra suã naturalẽ uoluntatem ex uoluntate electiua patiatur, quod est penas dare pro culpis.

Thomistice affingit deo difficultatẽ ignoscendi nisi a Ponti. p indulg. cogatur.

Mar. Contritionis ueritas pœnas quærit & amat, ueniarum autem largitas relaxat & odisse facit, saltem occasione.

Se elidit, nã si uera contritio amat pœnas, ergo nõ indulgentias eas remittentes.

Syl. Hec est tua potissima ratio, quare difficile dixeris utraq̃ posse saluare. Dico uero cũ sancto Tho. q̃ q̃diu penas dare pro sceleribus est alicuius boni allatiuum, ut in presenti uita, quando meritoriũ est, uera contritio amat penas ad merendum & precauendũ a peccatis, sine tamen contemptu ueniarũ, quia utrunq̃ melius est q̃ alterum, ubi uero pene nullum bonum afferũt, sed retardant a bono glorie, quod eis non exsolutis haberi nequit, pene non assumuntur, sed tolerantur, dulcissimumq̃ est animabus ab eis misericorditer absolui, & ita in purgatorio est.

Mar. Caute sunt ueniæ Apostolicæ prædicandæ, ne populus falsè intelligat eas præferri cæteris bonis operibus charitatis.

Syl. Verũ utiq̃ doces, sed nõ minus caute sunt improbande & restringende in preiudiciũ apostolice facultatis, & priuilegij concessi a deo beato Petro.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod Papæ mens non est, redemptionem ueniarũ ulla ex parte comparandã operibus misericordiæ.

Indulgẽtias aiunt ꝓuocare ad opa misericordię.

Syl. Docendi sunt etiam, q̃ mens pontificis est per uenias prouocare fideles ad opera pietatis, siue diuini cultus & misericordie, & q̃ melius est benefacere & uenias assequi q̃ horum neutrum, uel alterum moliri.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod dans pauperi, aut mutuans egẽti, melius facit q̃ si uenias redimeret, quia per opus charitatis crescit charitas, & fit homo melior, sed per uenias non fit melior, sed tantummodo a pœna liberior.

Indulgentiæ sũt meritorię

Syl. Docendi sunt etiã, q̃ qui utrunq̃ potest melius est. Docendi sunt etiã q̃ per uenias nõ fit homo melior essentialiter: fit tñ melior cõcomitãter, quia ero gare in opus pium aũt alias bonũ pro assecutiõe ueniarũ meritoriũ est, unde ceteris paribus melius est dare elemosynã gratia ueniarũ, q̃ gratia meriti precise

quia

quia ibi duo bona sunt, scilicet meritū, & sublatio impedientis ac retardantis a gloria, id est, reatus penarum, hic uero unicum est.

Mar. Docēdi sunt Christiani, ꝙ q uidet egenū, & neglecto eo, dat pro ueniis, non indulgētias Papæ, sed indignationē dei sibi uendicat.

Syl. Docēdi sunt etiā scriptores castigatiº scribere, ꝙ tu scribas, ꝙa quod scribis, nō est uerū, ubi quis petenti pauperi pōt elemosynā sine peccato negare, quod creberrime accidit, neꝙ ubi negaꝫ cū peccato qdē ueniali, sed sine mortali, quia ꝓ ueniali solo nō uendicat sibi hō indignationē dei, cū gratie, & charitati, ueniale nō repugnat, & cōsequēter nec amicitię quā ad deū habemus. Quam malignē patrocinatur pauperibus benepastus frater.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod nisi superfluis abundent, necessario tenentur domui suæ retinere, & nequaꝙ effundere.

Syl. Docendus es & tu sufficiētius diuidere, quia tēporalis hominū facultas insufficienter diuidiꝫ per necessaria que quis domui sue teneꝫ retinere, q ue scilicet sunt necessaria, sine qbus nō & superflua, sed hec est diuisio sufficiēs iuxta diuū Tho. Bonorū em̄ temporaliū hominis quedā sūt necessaria ad uitam suā & suorū, que dicunꝫ necessaria, sine qbus nō, supplue uiuiꝫ, quedā uero sunt necessaria ad uitā decentē, que dicunꝫ necessaria, sine qbus nō bene, & quedā nec sic nec sic, que dicunꝫ superflua simpliciter. De primo necessario nec uenie sunt redimēde, nec elemosyna danda, nisi quis eligat mori dando pro bono rei publice. De secundo tenenꝫ homines elemosynā dare solū in necessitate extrema, pōt autē & debet homo dare de consilio extra dictū casum partē huius necessarij cum indiuisibili nō consistat, nō autē totū. Sic ergo patet ꝙ etiā non habens superflua, potest redimere uenias, ex parte eius quod est necessarium, sine quo non bene. O philosophū plus ꝙ Aristotelicū hoc est plº ꝙ gentilē, extrema necessitate. i. cū āpliusꝓdesse nō pōt est elemosyna danda.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod redemptio ueniarum est libera, non præcepta.

Syl. Docendi sunt etiā, & docere debēt boni filij ecclesie Romane & consequenter dei, ꝙ princeps pro cōmuni bono posset coactiue exigere bona a subditis, sed pontifex Romanus, utriusꝙ potestatis apicē tenens, pro fabrica Basilice sancti Petri, que est totius Christiani populi bonū, petit quod iubere posset, & petendo munerat ex thesauro sibi tradito. O adulatorē pōt ne pont. ad emendas indulgētias cogere.

Mar. Docēdi sunt Christiani, quod papa sicut magis eget, ita magis optat in ueniis dādis pro se deuotā orationē, ꝙ promptā pecuniā.

Syl. Immo nō sunt sic docēdi, quia hoc esset eos a multis bonis quę ueniarū gratia faciūt dimouere, sed potiº sunt docēdi, ꝙ oēs fideles ex debito charitatis tenenꝫ pro summo pastore, etiā sine ueniis orare, & ꝙ papa multotiēs dat uenias, ut fideles prouocet ad orandū pro se, ut semꝑ facit in sua capella. Quando uero ultra oīones etiā pecuniis indiget uenias largiꝫ, nō gratia pecuniarū, sed eius rei ad quā pecunia ordinatꝫ, puta instauratione hospitaliū & ecclesiarꝫ & hoc cū facit, oēs quorū interest letanꝫ & gratulanꝫ oēs, nisi ꝙ tu Martine id quod in aliis ecclesiis instaurandis laudatꝫ, in fabrica prima totius reip. Christiane uituperas, qui si a dño nostro habuisses bonū Episcopatū cū plenaria indulgentia ad ecclesie tue reparationem, forte dulcioribus uerbis abundasses, & quibus detrahis, uenias extulisses. Lepide dicit nā rarus est trapezita, q nō uelit pecunias propter usum. Vide ꝙpulchre ex se alios metitur.

Mar. Docēdi sunt Christiani, quod ueniæ Papæ sunt utiles, si non

in eis confidant, sed nocentissimæ, si timorẽ dei per eas amittant.

Pro indulgẽ/tijs agendæ gratię, num potius ꝓ bũficio redem/ptionis?

Syl. Docẽdi sunt etiã, ꝙ confidẽtia ueniarũ ab alijs bonis operibus nõ retar/dans nihil obest, sed occasionaliter prodest, dum anima ex hoc in gratiarũ actiones assurgit. Docẽdus etiã es tu, ut cautius obserues, ne paucis uerbis tibijpsi contradicas, qui interdũ uenias dicis esse utiles, interdũ solum signa diuinæ relaxationis, que signa etiam apud te sunt fallacia, cum scribas nullũ esse certum ꝙ relaxationem penarum sit assecutus.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod si Papa nosceret exactiones uenialium prædicatorum, malletBasilicam beati Petri in cineres ire, ꝙ ædificari cute, carne, & ossibus ouium suarum.

Maximũ se/cretũ, qđ ne/mo hoim ig/norat, Luthe/rius tradux/it cõtra charita/tem. i. q̃stum impudẽtem.

Syl. Docendi sunt potius Christiani, ꝙ tu iniuste predicatoribus detraxeris contra ordinem fraterne correctiõis, talia secreta, si qua sunt (quod uix credo) in publicũ per uniuersum orbem seminando, qui talia si noueras, debuisti fraterne correctionis normam obseruare, eo uel maxime ꝙ talis sit huius innocẽtissimi pontificis mens, ut nullus non inique modo, uerumetiam nec indecenter operetur aut uiuat.

Mar. Docendi sunt Christiani, quod Papa si sicut debet, ita uellet, etiam uendita, si opus sit, Basilica sancti Petri, de suis pecuniis daret illis, a quorum plurimis quidã concionatorũ ueniarũ pecuniã eliciunt.

Syl. Docendi nõ essent ista populi, quia esset contra fraternã charitatẽ, sed si nõ sperar̃ de clamãtiũ correctio per secretã moniti onẽ (ista em̃ nõ fiunt in ambone, docẽdus esset is p̃latus, cuius interest, & singulariter dñs noster Papa, si tamẽ aliq̃ tales sint, quod ut credã, uix adduci possem, quia esto ꝙ declamatores forent rapaces, per uim tñ nõ extorquẽt, spõte uero nullus est adeo stultus, ut si usq̃adeo sit egens, ut pro eis suffragio Basilica sancti Petri uendẽda foret, uel id pro indulgentijs pecunias effundere, unde potius credo ꝙ loquaris per talenta, & talia aut excogitas, aut exornas.

Mar. Vana est fiducia salutis per literas ueniarum, etiam si cõmissarius, immo Papa ipse animam suam pro illis impignoraret.

Tragedice loqui & ex/haurire au/res.

Syl. Vana est ista tua cõclusio & similes, quia nullus est tam stult⁹, ut salutẽ suã talibus literis cõmittat sine uolũtate penitẽdi uel statim uel tandẽ, sed tu uideris loqui nõ theologice, sed tragedice ad aures populorũ exhauriendas, uide autẽ ne diuino iudicio inde exhaurias maledicta irrisiones & censuras.

Mar. Hostes Christi & Papæ sunt ii, qui propter uenias prædicãdas, uerbum dei in aliis ecclesiis silere iubent.

Merito alibi interdictum ne predicet q̃ minus in/dulgẽtiæ ui/lius ueneãt

Syl. Raris crebra cedere consueuerũt, sic celebrius colit̃ annalis solennitas sanctorũ, q̃ sabbatina dei matris, aut pene quotidiana trinitatis. Sic ex causa põtifex cuiq̃ declamatori pro loco & tẽpore indulget, ut alijs silentiũ indicat, quo populũ habeat frequẽtiorẽ, ut inquisitori utq̃ ordinario, quod potest cõmẽdari. Astruere uero pape hostes esse, qui cum sua gratia & beneplacito operantur, aut etiam dei, stultum & ridiculum est.

Quasi deus uspiã de que stuosis indul/gentijs sit lo/cutus.

Mar. Iniuria fit uerbo dei, dum in eodem sermone æquale, uel longius tempus impenditur ueniis, q̃ illi.

Syl. Dico ut supra proxime, & ulterius, ꝙ ita loqueris, ac si publicatio ueniarum cum his que ilam comitantur, declaratoria & hortatoria, non sit semina/

tio

tio uerbi dei, quod nego.

Mar. Mens Papæ necessario est, quod si ueniæ, quod minimũ est, una campana, unis pompis, & ceremoniis celebrant, Euãgeliũ, quod maximũ est, centũ campanis, centũ pompis, centũ ceremoniis p̃dicet

Syl. Dico ut supra proxime, & ulterius, q̃ consimiles cõclusiones nõ decẽt grauem theologũ, sunt enim pueriles, & uidentur esse uiri stomachati, & inferentis os in celum, & contra stimulum calcitrantis. Ecce uerũ puerí potius fatentur q̃ graues theologi

Mar. Thesauri ecclesiæ, unde Papa dat indulg. neq; satis nominati sunt, neq; cogniti apud populum Christianum.

Syl. Non est mirũ si uulgus ista nõ nouit, cum tu, qui cũ orbe uniuerso te disputaturũ obtulisti, ista aut nõ intellexeris, aut fingas, ut patebit. Sunt enim isti thesauri noti & nominati, nõ quidẽ lumine nostre rationis, sed spiritussancti, qui per sanctos suos nos edocet, quibus tu nõ assentiens, autoritate tua, aut tui similiũ, alios thesauros effingis. Venie ergo siue indulgẽtie auctoritate scripture nobis nõ innotuere, sed auctoritate ecclesie Ro. Romanorũq; pontificum, que maior est, inter quos sanctus Gregorius primus (teste diuo Tho.) indulgentias dedit Rome in stationibus, ceteriq; sunt secuti. Thesaurus ergo iste secundũ sanctos, cũ theologos, tum etiam canonistas, sunt merita Christi & sanctorũ, non ea ratione qua merita, sed qua satisfactiones. Indulgentiæ autoritate scripturæ nobis nõ innotuere, sed põtificũ Ro. q̃ illa maior ẽ,

Mar. Thesauros certe unde indulgentiæ dantur, non esse temporales patet, quia non tam facile eos profundunt, sed tantummodo colligunt multi concionatorum.

Syl. Nõ doces Martine, sed detrahis, nõ cõcionatorib⁹ tantũ, quos scis rem suã nõ ꝓmouere, sed innocentissimo pontifici, & q̃dẽ iniuste, quippe qui nil uellet aut inique, aut etiã indecẽter agi, maxime uero p̃textu sue auctoritatis. Mouet inuidiã Lutherio

Mar. Nec sunt isti thesauri merita Christi & sanctorum, quia hæc semper sine Papa operantur gratiam hominis interioris, & crucẽ, mortem, infernumq; exterioris.

Syl. Immo secundũ sanctos tam theologos, q̃ canonistas celebriores, sũt p̃dicta merita Christi & sanctorũ, nõ ea ratione qua merita, sed qua satisfactiões Christo supuacanee, sanctis autẽ superabundãtes. Quarũ satisfactionũ ualorẽ uerũ est quidẽ in nobis operari, & nobis applicari, sed non sic, ut plene per eas liberemur ab oñi reatu, nisi in casu duplici: primo quidẽ si nos ꝓ satisfactionẽ plenã eis cõiungamur: secũdo uero si pontifex eas nobis plene ꝓ indulgentias applicet. Si aliter sentis, aberras a fide, nec indulgẽtiarũ thesaurũ intelligis. Bellũ cõniũ,

Mar. Thesauros ecclesiæ sanctus Laurentius dixit esse pauperes ecclesiæ, sed locutus est usu uocabuli suo tempore.

Syl. Etiam nunc latenter mordes potius q̃ doceas, quasi tẽporibus nostris pauperes nõ sint põtificis hominũq; thesauri, puto autẽ quod licet Romanus clerus a p̃fectione primeua declinarit, quod nõ inficior: tu tamẽ nõ sis talis, q̃ possis irreprehensibiliter reprehẽdere, & qui a primeua patrũ religiositate nõ declinaris, quod equidẽ uel hinc conñcio, quia nullus sapiens est (ut reor) qui te esse detractorẽ iniustũ non astruxerit, quanq; etiã utinã sic Rome essent bona cetera, sicut elemosine pie, quod ut reliqua taceam, etiã pauperũ numerus sine numero indicio sit: maxime uero in pio pontifice, qui nulli quantumuis Hoc clamat totus mũdus nec ignorat Germania, q̃tũcũq; barbara italis dicatur.

extero aut ingrato uiro, scit petita deuegare.

Mar. Sine temeritate dicimus claues ecclesiæ merito Christi donatas, esse thesaurum istum. Clarum est enim quod ad remissionem pœnarum & casuum sola sufficit potestas Papæ.

Mediãte thesauro ędificatur arx.

Syl. Si cuiusq̃ sancti testimoniũ citaueris, tecũ in hoc sentientis, temere te sic docuisse negabo, qd' puto nõ facies. Et quidẽ fateor ad id sufficere potestatem pont. maximi eo modo quo potestas regis ad arcem fabricandã, uidelicet mediante thesauro, q nõ sit potestas, sed materia potestatis. Cũ em̃ eccl'ia ex thesauro isto faciat indulgẽtias plenarias, si thesaurus iste sit claues eccl'ie, aut claues admote peccatoribus operabunt̃ cum electione, sic ꝙ in sacramẽtali penitẽtia nõ operabunt̃ quantũ possunt, absoluendo ab omni pena sicut ab om̃i culpa, aut semper penã totaliter abolebunt, quorũ utrũq; falsum est: primũ quidem, quia nullus sacerdos sic absoluẽdo intendit, sed intendit peccatori benefacere quantũ potest: secundo uero, quia purgatoriũ tollit: unde doctor angelicus docet per clauem remitti partẽ pene, nõ totam. Iste ergo thesaurus materialiter est satisfactio Christi & sanctoꝝ, effectiue autẽ est clauis iurisdictiõis qua dispensatur. Igit̃ potestas pont. per clauẽ ordinis oẽm culpã, & per clauẽ iurisdictionis, cuius est indulgere, omnẽ penã ex causa potest abolere.

Clausũ ptãs.

Mar. Verus thesaurus eccl'iæ est sacrosanctũ euangelium.

Syl. Verũ quidẽ Martine dicis, sed tñ equiuoce loqueris de thesauro: & hoc ipsum uerũ quod dixisti, ad malũ finẽ ordinas, ut uidet̃, ut etiã statim patebit.

Mar. Thesaurus euangelii est merito odiosissimus, quia ex primis facit nouissimos, thesaurus indulgentiarũ merito est gratissimus, quia ex nouissimis facit primos. Igitur thesauri euangelici retia sunt, qbus olim piscabantur uiros diuitiarum, thesauri indulgentiarum sunt, quibus nunc piscantur diuitias uirorum.

Canẽ uocat.

Syl. Si mordere canũ est propriũ, uereor ne tibi pater canis fuerit, qui ad hoc uideris natus ut mordeas, uereor insup̃ ne ꝓpter tuã dicacitatẽ, & illationẽ tuioris in celum aliquid mali tibi cõtingat: nec uideo quõ uenias excusandus ab anathemate ex capite multiplici, nec puto ꝙ uir sis mẽtis composite, qui talia caracteribus formanda tradideris.

O Christianã modestiã.

Mar. Indulgentiæ quas concionatores uocant maximas gratias, intelliguntur uere tales quo ad quæstum promouendum.

V. bursæ q̃ aĩæ indulgentiæ plus ꝓsũt

Syl. Iam pontifice deserto, spũssancti muneribus detrahis, quasi ipse indulgẽtie nõ anime, sed burse perutiles sint, quod blasphemiam dixerim.

Mar. Sunt tamen reuera minimæ ad gratiam dei, & crucis pietatem comparatæ.

Sũt maximę ꝑ hyperbolẽ ut culex.

Syl. Hi qui uenias gratias maximas astruunt nulli cõparantes, excusandi ueniunt ꝑ hyperbolen, tu uero qui eas cõparas gratie Christi, uide quo nã pacto excusabere dicẽs eas minimas, cũ etiã sint gratie alie, & alia dona minora, puta ipsa bona fortune, nec reor poteris aliquã excusationẽ pretẽdere, que ueniarũ declamatoribus eque nõ congruat, cõsequenter autem iniuste mordes.

Mar. Tenentur episcopi & curati ueniarum Apostolicarum, commissarios cum omni reuerentia admittere, sed magis tenentur omnibus

bus oculis intendere, omnibus auribus aduertere, ne pro commissiõe Papæ sua illi somnia prædicent.

Syl. Si tibi talia dicẽti animus inesset equus & bonus, tacendũ esset, sed sicut diabolus in omni suo opere suam superbiã, ita tu quoq; in omni pene tua conclusione tuam maleuolentiam redoles.

Mar. Cõtra ueniarum Apostolicarum ueritatem qui loquitur, sit ille anathema & maledictus.

Syl. Effigiem geris eius, qui consignare se putans, in lumẽ proprium impingit. Veritati enim ueniarum aut ignorantia, aut malitia multum detraxisti, ut liquet ex dictis.

Mar. Qui uero contra libidinem & licentiam uerborum concionatoris ueniarum curam agit, sit ille benedictus.

Syl. Sit inquã benedictus, si charitate, si iustitia, si pietate mouetur, qui uero contra licentiosum in dicendo, licentiosior est in scribẽdo, a deo quidẽ bonus efficiat, ab hominibus uero ad aliorũ monimentũ castigetur. Malo nodo malus querẽdus cuneus.

Mar. Sicut Papa iuste fulminat eos, qui in fraudẽ negocii indulgentiarum quacunq; arte machinantur, multomagis fulminare intendit eos, qui per ueniarum prætextum in fraudem sanctæ charitatis & ueritatis machinantur.

Syl. Dominus noster Papa tante uirtutis creditur, ut per suos ministros nil indecens fieri uelit, an uero in eos delinquẽtes intendat animaduertere ꝑ anathema ut dicis, puto nescias. Mouet inuidiam.

Mar. Opinari uenias Papales tantas esse, ut soluere possint hoiem etiã si quis per impossibile dei genitricẽ uiolasset, est insanire.

Syl. Astruere ꝙ habẽs plenitudinẽ ptãtis a Papa ad uenias possit absoluere a culpa in dicto casu per ordinis clauem, & a pena per clauem iurisdictiõis, non est insanire, sed sane sentire, cum etiam idem possit in ludam, & in eos, qui aut uirginem aut Christum interemissent, modo essent uiatores. Videris autem loqui tragedice. Sic affirmasse prodest.

Mar. Dicimus contra, quod ueniæ Papales nec minimum peccatorum uenialium tollere possunt quo ad culpam.

Syl. Immo tibi tollere nõ possunt ueniale, etiã quo ad penã, quippe quoniã secundũ te sunt solũ signa & nõ causa remissionis. Quod uero per uenias culpa remittat, predicatorẽ ueniarũ docuisse credo nullũ, quippe cũ etiã rudiori/bus liqueat assecutionẽ ueniarũ preexigere culparũ abolitionem, cũ huius rei gratia etiam rustici sua crimina fateantur. Cur nõ Martini uerba dicitis libere, si ita creditis

Mar. Quod dicitur, nec si sanctus Petrus modo Papa esset, maiores gratias dare posset, est blasphemia in sanctum Petrũ & Papam

Syl. Et si sanctus Petrus credat sanctior fuisse omni post futuro pontifice, & in gratijs personalibus copiosior, quantũ tamẽ attinet ad clauẽ iurisdictiõis &

Pe. et Leo. x æquãtur, etsi ille hũc in re leuicka. i. gratia personali forte excesserit.

ordinis erroneum est, ne hereticum dicam: dicere Leonem. x. Petro primo minorem, & non posse de iure quecunq; ille potuit.

Mar. Dicimus contra, quod etiã iste & quilibet Papa maiores habet, scilicet euangeliũ, uirtutes, gratias curationũ &c. ut. i. Cor. xii.

Syl. Timeo ne dei iudicium super tuum caput portes, qui per irroniam ita irrisorie loqueris uniuerso orbi de tanto pontifice: Vtinam autẽ tibi sint ille uirtutes, que in domino nostro predicantur.

Mouet inuidiam.

Mar. Dicere crucem armis papalibus insigniter erectã, cruci Christi æquiualere, blasphemia est.

Quelibet crux eq̃ adoranda ipsi Syluestro.

Syl. Tibi nõ credere quoniã iam cepi, neq; hoc puto ab aliquo ueniarũ declamatore p̃dicatũ ita nude, ut recitas, quãq; q̃libet crux in qualibet materia eque representet imaginẽ Christi, & eque adoranda sit, secluſa ratione contactus, de qua ad presens breuitatis gratia supersedeo.

Mar. Rationem reddent episcopi, curati & theologi qui tales sermones in populum licere sinunt.

Mouet inuidiam.

Syl. Videris Martine uelle te per hec iustificare, quasi recte feceris, detrahendo uenijs cõtra preceptũ dñi nostri Pape, & detrahẽdo ueniarũ cõcionatorib⁹ & pontifici contra preceptum dei, sed nequaq; propterea q̃ theologus sis, uenis in predictis excusandus, sed arguendus, plectendus, & ad omnem heresim abiurandam cogendus.

Mar. Facit hæc licentiosa ueniarum prædicatio, ut nec reuerentiã Papæ facile sit etiam doctis uiris redimere a calumniis, aut certe argutis quæstionibus laicorum.

Syl. Pulchre sub colore excessuũ eorum qui declamant, iterum impingere uis in pontificem, quæstiones secularibus asscribens, sed age, en reuerentia & amor ad pontificem docebit me soluere insolubilia tua, incipe.

Mar. Scilicet cur Papa non enacuat purgatorium propter sanctissimam claritatem, & summam animarum necessitatẽ, ut causam omniũ iustissimam, si infinitas animas redimit propter pecuniam funestissimam, ad structuram Basilicæ, ut causam leuissimam.

Facit christũ institorẽ, & nihil gratis nobis largientem.

Syl. Deus qui tanq; agens supremũ, omnia uertit ac dirigit in finem postremũ, unde & omnes homines uult saluos fieri, nulli uoluit gratiã, qua in finẽ illum dirigat & saluet elargiri, nisi ex parte eius, qui gratiã erat acceptur⁹, esset p̃paratio quedã, & meritũ cõgruitatis, quẽ apparatũ qui habere nequeũt ut infantes, his uult suffragari p̃ alios Christus quoq; q̃ p̃ nobis infinite satisfactionis passionẽ tulit, nõ uult illã nobis suffragari, nisi nos p̃ nostrã satisfactionem insufficientẽ, eius satisfactioni sufficienti & supabundanti iungamur. Cum ergo deus post penam anime ex contritione & clauibus misericorditer abolitã, ex sua simul misericordia & iustitia talem animã addixerit tali pene exolvende, puta annorũ centum, qua ratione debet pontifex totam illã penã, uel etiam partem relaxare cum tanto preiudicio iustitie diuine, nisi ex parte talis anime aliquod meritũ afferat, puta elemosyna, aut ieiuniũ, aut oratio a se aut ab alio pro se oblatũ? Inde est q̃ clamant omnes sancti, cum theologi, tũ canonistæ, in

Sancti canonistæ.

ueniarũ largitiõe causam aliquã oportere interuenire, que causa est q̃q̃d est in dei gloriam, uel promotionem boni cõmunis, & hmõi. Patuerit ergo cur

Papa

papa purgatoriū nō euacuat, quia uidelicet nō ſubeſt rōnabilis cauſa relaxādi rigorē iuſtitie diuine in oībus aīabus purgatorij, que ſi ſubeſſet, utiq; poſſet illud euacuare, puta ſi dareť plena indulgentia, etiā defunctis porrigētibus adiutrices manus ad expeditionē in Turcas, & q̄libet aīa purgatorij amicū haberet, ſibi debite & cōplete ſuffragantē. Charitas autē pont. & neceſſitas aīaꝝ nō eſt ratio efficax ſic relaxandi iuſtitiā diuinā, quā deus talis neceſſitatis cōſcius, & infinite charitatis ac miſericordie uiſceribus plenus ſanxit & inuiolabiliter ſeruat. Age nunc Mar. & alia queſita multiplica.

Nulla eſt cā rōnalis p oībus aīabus redimendis e purgatorio

Mar. Cur pmanēt exequiæ & anniuerſaria defūctoꝝ, & nō reddit aut recipi pmittit bñficia p illis īſtituta, cū iā ſit īiuria p redēptis orare.

Ecce pecunia potior ē charitate.

Syl. Due huius cauſe ſunt. Prima q̄dē, q̄ incertū ſit, an is q̄ porrigit manus adiutrices ut anīe cuipiā plenā ueniā obtineat, ſecūdū p priā facultatē porrexerit q̄d neceſſe eſt: pōt em̄ aliq̄n porrigere nimiū parce, q̄ caſu aīa non aſſequit indulgentiā plenā, ſed ſecūdū p portionē exhibiti ad id totū quod fuerat exhibendū, ut docuit diuus Tho. Alia uero cauſa eſt, quia & ſi ſuffragia nō proſint iam redemptis, alijs tamē proſunt, & hoc ipſum morituri intendebāt, qui ſibi anniuerſaria p petua ordinarūt, cū nō ſit ueriſimile q̄ crederēt ſe in purgatorio perpetuo futuros, donec celi cū terra mouendi forent.

Paucę dotes nō nanciſcūtur indulgentias p aīab⁹

Mar. Itē quæ noua illa pietas dei & Papæ, quod impio & inimico p pter pecuniā cōcedūt aīam piā & amicā dei redimere, & tñ p pter neceſſitatē ipſiuſmet pię & dilectę aīæ nō redimūt eā gratuita charitate.

Syl. Quę eſt iſta noua ignorātia tua (ut cū ſtomacho loquar) ut putes q̄ de⁹ īfinita charitate ſua (iuſtitia ſic exigēte) aīam cōſcius in tali neceſſitate cōſtituerit, & deinde nulla facta mutatione ex parte dei uel animæ debeat eam ex tali neceſſitate educere? Interueniat ergo cauſa aliqua neceſſe eſt, ut clamāt ſancti uniuerſi, ſi dei iuſtitia aut relaxāda penitus, aut certe mitigāda eſt, q̄ cauſa nō ex parte dei (inuariabilis em̄ eſt) ſed ex parte anime penſanda eſt.

Pecunia pōt mutare aīam i purgatorio & intenſiſſima charitas non mutat.

Mar. Item cur Canones pœnitentiales re ipſa & non uſu in ſemet abrogati & mortui, adhuc tamen pecuniis redimuntur per confeſſionem indulgentiarum, tanq̄ uiuaciſſimi?

Syl. Viſis conclu. tuis Martine, doctus mihi primo aſpectu uiſus es, dicta uero tua exactius p ſcrutanti, mihi uideris ſatis groſſus: quippe qui nō uideas, q̄ licet canones eiuſmodi quo ad id ſint abrogati, q̄ ſecūdū illos penitētie nō ſūt neceſſario imponēdæ peccatoribus, cū hodie ſint oēs arbitrarie, nō tñ abrogati ſunt quantū ad hoc, ut reatus ad penā iuxta eos taxandā nō maneat, niſi forte alicubi diuine iuſtitie menſurā excedant, plus iuſto imponētes, & quātū ad iſtum reatum pene uiuentē & ligantem redimuntur. Vnde tibi pro regula ob ſeruandū eſt, q̄ eccleſia Ro. ſicut in dicto, ita & in facto ſuo nō fallitur in fide aut moribus, alioquin a uia ſalutis aberras.

Acumen de pœna arbitraria.

Opiā regulā

Mar. Item cur Papa, cuius opes hodie ſunt opulentiſſimis Craſſis craſſiores, non de ſuis pecuniis magis, q̄ pauperum fideliū ſtruit unā tantum Baſilicam ſancti Petri.

Syl. Vbi multe diuitie, ibi (diuina ſcriptura teſte) multi ſunt qui comedunt illas: & forte S. dñs noſter p ſuo gradu & maieſtate eſt pauperior te, cui ſi cenſus eſſet exiguus, forte non uacaret iſta conſcribere. Quid uero latenter repre-

Pōtifex Ro. pauper.

hendis

Impare pōt pecuniam

hendis ex laicorū persona pontificē, qui pecunias excipiat a spōte offerētibus qui pro hoc cōmuni: & quidē celeberrimo bono, iuste tanq; summus in mundo gemina potestate rex imperare eas & indicere posset.

Mar. Item quid remittit, aut participat Papa his, qui per contritionem perfectā ius habent plenariæ remissionis & participationis.

Syl. Si quis tanta cōtritione torquet, ut omniū peccatorū suorū reatū abolerat, huic Papa nihil penarū remittit, sed si reris oēs contritos esse eiusmodi, euer tis purgatoriū, & non modo hereticus, uerū hereſiarcha es quantū ego sentio, qui hactenus nullū relegerim ista nefanda docuisse.

Mar. Itē qd adderet ecclesiæ boni maioris, si Papa sicut sel facit ita cēties in die cuilibet fideliū has remissiōes & participatiōes tribueret

Plenariā in/dulg. sæpius redimens, lucrū habet ex ponendo pecunias.

Syl. Duo bona adderent, unū quod necesse esset fideles toties repetere causam gratia cuius dantur ueniæ, puta elemosynā aut orationē, aliud, quia remitteretur omnis nouus penarū reatus, si quis post ueniā incidisset.

Mar. Exquo papa salutē q̄rit animarū p uenias magis q̄ pecunias cur suspēdit uenias & literas iā olim cōcessas, cū sint æque efficaces?

Syl. Ideo facit, ut sicut olim p̄decessores sui uenias dederunt, p structuris minoris momēti, & q̄ iam forte uel ex toto, uel ex parte explete sunt, ita ipse pro ista structura largiat omniū preclara, & in hanc fideliū pia uota colligantur.

Mar. Hæc scrupulosissima laicorū argumēta sola potestate cōpescere, nec reddita ratione diluere, est ecclesiā, & papam hostibus ridendos exponere, & infelices Christianos facere.

Apex ptātis in pontifice.

Syl. Ecclesia Ro. que in Ro. pōtifice uirtualiter inclusa est, tp̄alis & spirtualis potestatis summū in papa apicem tenet, & seculari brachio (prout iura decernūt) pōt eos q fide primo suscepta, deinde male sentiūt cōpescere, nec tenet rationibus certare ad uincēdos, pteruientes, nisi maxime ueritas in aperto est, ego tñ uolo tecū rationib⁹ agere, & experiri quid scribēdo possis. Hostes autē se irridētes, & corpales & spūales, solet eccl'ia ad nihilū (deo iuuāte) deducere.

Minatur.

Mar. Si ergo ueniæ secūdum spiritum & mentē Papæ prædicarentur, facile omnia illa soluerentur, immo non essent.

Argotizationibus. Elegantia Italica.

Syl. Si mens pōtificis esset illa quā tu scripsisti, esset mens male docta, & longe a ueritate aberrans, ut patuit, & clarius patebit: cū iam non conclusionibus sed argotizationibus agemus.

Mar. Exhortandi sunt Christiani, ut caput suū Christū per pœnas mortes, infernosq; sequi studeāt, ac sic magis per multas tribulatiōes intrare cœlum, q̄ pro securitate pacis confidant.

Syl. Exhortādi etiā sunt, ut caueāt a doctrina tua tuiq; similiū, que nec sana, nec charitatiua est, sed detractoria & fugillatiua. Tribulatiōes uero in hac quidē uita a uiris p̄fectis eligunt, quādo sunt alicuius boni allatiue, in futuro autē secus, ut supra ex diuo Thoma deductū est. Hæc ergo sunt Martine, que ad cōclusiōes tuas respōdēda occurrerūt, posthabitis in fine quibusdā uanis que loqueris. Eia nūc age, aut improba mea, aut tua proba. Ego quoq; imposterū itidem faciam. Et ut latior tibi campus certaminis adsit, etiā ea q̄ in Syluestrina scripsi, substinenda propono.

Quā Thomistice ,puocat Lutheriū ad certamē, qui nūq; posthac in arenā prodibit.

FINIS.

REVE

REVERENDO IN

CHRISTO PATRI SYLVESTRO PRIERATI, ordinis Prædicatorum, sacræ Theologiæ professori celeberrimo, sacriq; Palatij Apostolici magistro, F. Martinus Lutherius Augustinianus, æternam in Christo Salutem.



REVENIT AD ME REVERENDE Pater, Dialogus ille tuus, satis supercilios⁹, & plane totus Italicus & Thomisticus. In quo & si causaris te iam senẽ armisq; desuetum, denuo me is uerbis ad certamẽ impelli, tñ uelut Entell⁹ ille de me Darete, ut ais, referre paras uictoriã inspe/rato, nisi quod eo ipso Dareta magis q̃ Entellũ exhibes, quod rumores ponis ante salutẽ, & (ut dicitur) Encomium ante uictoriam. Age igitur, fac quod facis, fiat uoluntas domini. Vale.

Omitto fundamenta tua, quorum intelligentiã magis suspicor q̃ capio. Et more exemploq; tuo, mihi quoq; fundamẽta iaciam necesse est.

Primũ est illud beati Pauli, Omnia probate, quod bonũ est tenete. & Gal. i Si angelus de cœlo aliud uobis euangelizauerit, q̃ accepistis, anathema sit.

Fundamẽta Lutherij, p indulgentijs intelligẽdis.

Secundũ est illud B. Aug. ad Hiero. Ego solis eis libris, qui Canonici appellant, hũc honorẽ deferre didici, ut nullũ scriptorẽ eorũ errasse, firmissime credã Cæteros autẽ quãtalibet doctrina, sanctitateq; polleãt, nõ ideo uerũ esse credo (quia illi sic senserũt &c.

Tertium, illud Cle. de pœ. & re. c. abusionibus. Quæstoribus nihil licere, inuenijs prædicandis, pponere populo, q̃ quod in eorum literis continetur, hoc est quod tu dicis, ea quæ ecclesia de facto facit.

His fundamentis, si me intelligis, simul intelligis totũ tuum dialogũ funditus euersum. Nam tu perpetuo uerborũ textu, non nisi nuda uerba ponis, aut solas opiniones diui Thomæ mihi nunc demum decantas, qui æque ut tu nudis uerbis incedit, sine scriptura, sine patribus, sine Canonibus, denicq; sine ullis rationibus. Ideoq; meo iure, id est, Christiana libertate, te & illum simul reijtio & nego: immo ita cogit me autoritas fundamenti primi & tertij, & suadet exemplũ Augustini in fundamẽto secundo. Nã si apud lurecõsultos puerbiũ recipit, Turpe est Iuristã loqui sine textu, tu uide q̃ sit honorificũ Theologũ, qui maxime omniũ debet, loqui sine textu, quẽ Apostolus iubet calceatũ esse pedibus in præparatiõe Euangelij, & Episcopũ potentẽ, nõ in syllogismis & opinionibus hominum, sed in doctrina sana: nimirũ ea, quã alibi diuinitus inspiratã uocat. Hoc em cõsiliũ si fuisset seruatũ, minus nunc ecclesia haberet inutilium quæstionum & opinionum, & plus Euangelij & Christianæ ueritatis.

Thomas nudis uerbis, sine scriptura, sine patribus sine canonibus, denicq; sine ullis rationibus loquit̃

Theologus scriptura loquatur.

Iam accedamus, & iudicemur simul.

Primo, Quatuor falsitates in trib⁹ primis cõclusiõibus a me cõprehẽsas pnuncias. Primam, quod saluator impossibile iusserit, scilicet fideles omni tẽpore habere actum pœnitentiæ, interioris uel exterioris. Cum enim dicat, agite, nõ loquit̃ de habituali interiore pœnitẽtia, quę sola ppetua est, & cõsequẽter loquit̃ de actuali, interiori uel exteriori. Agere enim, uel actus, uel nõ sine actu

actu est. Hæc tua. Vere tua sunt, id est, adeo scholastica & Thomistica, immo Aristotelica, ut me pigeat & tædeat ea confutare. Rogo, ubi hic scriptura, patres, aut canones sonant? Deinde miror, quod iuxta Peripateticam istam Theologiam, uerbum illud agite, non ad solam internam actionem retulisti.

Item quid si & ego tua industria usus te calumniarer, & dicerem: Omnē uitam, quod ego posui, non esse idem quod omni tempore, quod tu interpretaris. Sed tamē admitto, nec duriter agam tecum, reuerebor canos tuos & dignitatem tuam. Rem ipsam tueri conabor. Ideo paulo fusius hic tecum fabulabor ut iam secundo totum tuum dialogum subuertam.

Modestia Lutherij.

Primum, falleris reuerende pater in uerbo, agite, quasi id actum importet, quem contra habitū distinguas. Idem est enim, agite pœnitentiā, quod pœniteat uos, seu, ut ausus est interpres Latinus Actu. ij. Pœnitemini & saluamini &c. Nam & Græci Metanoite, quod pœnitentiam agite, transferunt, resipiscite, seu ad mentem & cor redite, significat.

Agite, nō dicit actum, in euangelio. μετανοεῖτε

Secundū, habitualis illa pœnitētia, nec a uobis intelligibilis, nec uulgo tradibilis, nulla est apud me, sed a uobis confícta ex Aristotele, præsertim, si qualitatem quandā in anima perpetuam & ociosam intelligitis, aut doce eam ex scrip. patribus, canonibus, ratiōibus. Nolo, ut scias, te, aut S. Thomam nudos habere magistros, in his rebus quæ ad animam pertinent, quæ solo uerbo dei uiuit, & pascitur, ideoq; unus est eius magister Christus. Hunc autem in te loquentem non audio, sed Aristotelē & hominem.

Pœnitentiā habitualē ueteres non posuerunt.

Aristotelem loquitur Syluester, non Christum.

Tertium, pessime facis, quod negas saluatorem impossibilia iussisse, plus q̄ pessime facis, quod hoc falsitatē audes appellare. Ideo enim semper orare oportet: Dimitte nobis debita nostra, quia nunq̄ facimus, aut implemus mandata dei: Nec possumus in hac uita implere. Sicut B. Augu. locupletissime contra Donatistas & Pelagianos testatur. Sed & Paul. Rho. vij. queritur se captiuari in legem peccati, & non facere bonum quod uult. Similiter & Gal. v. Caro cō cupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Hæc enim sibi aduersantur, ut non ea quæ uultis faciatis. Istæ sunt inimicitiæ, quas posuit deus inter semen serpentis & semē mulieris, id est, inter carnem & spiritū, inter cōcupiscētiam & charitatē. Quod ergo non omni tempore pœnitemus, & resipiscimus, uitium est, licet impossibile sit fieri. Concluſit enim deus omnes sub peccatum, ut omnium misereatur.

Impossibile iussit deus in præceptis.

Quartū, Omnes doctores Ecclesiastici sentiunt mecum, nullus autē tecum. Sic enim B. Augu. totam fidelium uitam, crucem & martyriū esse pronunciat. Quemadmodū & Iob. vij. militiam seu tentationem uocat, uitam hominis super terrā. Et B. Bern. Stare in uia dei, & nō proficere, est deficere. Et alibi: Vbi incipis nolle fieri melior, desinis esse bonus. Et hoc est quod in Psal. uita iusti uocatur uia, semita, non domus aut status, ut uitam eius quendam cursum, & non statum esse doceat. Sicut de Christo omniū iustorum archetypo dicit: Exultauit ut gygas ad currendam uiam. Sed hanc uiam semper currere nō potest homo, nisi dilatetur cor eius. Iuxta illud: Viam mandatorū tuorum cucurri, cū dilatasti cor meum. Hæc est illa renouatio mentis, quā Apostolus Paulus, nō ut tu, intermittendam, sed de die in diem, de claritate in claritatem, in eandem quæ in Christo est, formam promouendā docet. Sed nō ex nobis, immo sicut a spiritu domini &c. quia præceptum est impossibile &c.

Christiani semp cupiūt proficere.

Renouatio mentis semper curanda

Christus operatur in nobis sine nobis

Quintum, In omni bono opere potius agūt̄, q̄ agunt filij dei, sicut Rho. viij. dicit: Qui spiritu dei agūtur, hi filij dei sunt. Et ea opera, omniū qui remotiorem

tiorē Theologiā gustauerūt iudicio, sunt optima, quę sine nobis, in nobis operatur Christus: & ea fere pessima, quæ iuxta Aristotelis pessimam doctrinā, nobis eligentibus, &, ut uocant, liberio arbitrio mediante, operatur. Sic ēm fit, ut optime ieiunet, qui alia meliora meditatus, ne cogitat quidē an ieiunet. Hic ēm longissime omniū ab edendi cupiditate separatur. Nō aūt ita qui se sentit & proponit ieiunare. Ita qui sancta meditatur, aut ea quæ suæ sunt uocationis, operatī intentus, quibus cū a uitiis abstrahit, uel abstractū conseruat, sine dubio uerissime pœnitet, si tñ id amore dei, nō sui causa faciat. Quia id demū est uiuam & uerā pœnitentiam agere, animū a uitiis propter deū separare, & separatū seruare, magisq; separare. Tu uero q̄ sacramentalē illā & initialē pœnitentiā ob oculos tantum uersas, cuius feruor & tu multus durare non potest sine miraculo, inuenisti impossibilitatem.

Propositum nostrum nōn dat operi bonitatem.

Agere uerā pœnitentiā, est a uitiis abstinere.

Secūdam falsitatē meam ita pronuncias. Verbū Christi dicentis, pœnitentiā agite, non potest intelligi de sacramentali pœnitētia. Hanc falsitatē esse sic ostēdis. Tripliciter, inquis, pœnitētia dici consueuit. Primo est uirtus quædā, cuius obiectū est peccatū sub ratiōe emendabilis: actus uero eius est dolor uoluntatis de peccato. Ipsa uero est habitus moralis, eliciēs dictū actū respectu prædicti obiecti. Secundo pœnitentia est sacramentū, cuius partes sunt, contritio, confessio, satisfactio. Tertio accipitur uulgariter pro satisfactione iniuncta a sacerdote & omni carnis mortificatione &c. Hæc Syluester.

Martinus. Iste ne est quæso cæstus ille immani corpore Entellinus, quo audaculum hunc Dareta cruentabis? Doleo & iā pœniteo, me adeo cōtempsisse quendā tuæ secte patrē in nostra Germania, qui contra meas easdem positiōes & ridicule, & inepte pugnauit, Longe tñ acutius & doctius q̄ tu. Et nisi canos tuos uererer, sicut me decet, p̄fecto hāc tuā distinctionē pro dignitate tractarē.

Syluestri inscitiam miratur Martin.

Primo, quis dedit tibi, aut diuo Thomæ hanc potestatē, ut uerbū simplicissimū, simplicissimi & unici doctoris Christi, in tres diuideres sectas? Hoccine est scripturā interpretari, an potius dilacerari? Qua scriptura quibus patribus, quibus rationibus hanc distinctionem stabilies quæso? Thomæ non credo, Syluestrum, & si Palatii magistrum, nego.

Thomas simplicia distinguit.

Secundo, iterū ructuas Aristotelicam philosophiam de uirtute morali, de obiecto, de actu elicito, quasi ego talia nūq̄ audierim: deinde quæ talia sunt, ut in populo doceri nō possint, nec ad scripturæ intelligentiā utilia, portenta duntaxat uerborum, non nisi ad contentiones fouendas conficta.

Scholasticæ Theologiæ dogmata ualent tm̄ ad pugnas uerborum.

Tertio, penitentiam uirtutem, dolorem uoluntatis definis. Qua rogo autoritate? Tua? Quid hæc ad Martinum?

Quia est magister sacri Palatij.

Quarto, quod est omnium acutissimum, immo immanissimus cæstus Entelli, quod pœnitentiā primo modo uirtutem, distinguis a pœnitentia tertio modo, quā uocas omnē carnis mortificationē. Ergo pœnitentia uirtus nō mortificat carnē? Quid ergo facit? Viuificat carnē uel sinit uiuere carnē? Quod aūt nō mortificet carnē, tua illa probat acutissima distinctio, q̄a pœnitētia primo mō non est pœnitentia tertio modo. Hoc sic intelligo, Pœnitentia dolor uoluntatis, qui uere mortificator carnis est, non mortificat carnem. Si hæc Germanus diceret, frigidum cœlum culparem. Nunc quia Italus hæc dicit, sub ardenti cœlo degens, quid prætendam, non inuenio. Nisi quod uerum te in epistola dicere credo, scilicet te & senem esse, & in commentariis Thomæ non tam implicitum, q̄ immersum, immo submersum credo.

Cōmentarijs Thomæ immersus est Syluester.

Quinto pœnitentiam secundo modo satisfactionem etiā esse dicis. Itē tertio

modo satisfactionem esse, dicis. Et primo modo si est dolor uoluntatis, nõ potest fieri quin & ipse dolor satisfactionem operetur. Rogo quot modis tandem distingues satisfactiones? Hæc ideo impugno, ut hanc tuam distinctionem denuo septẽ aliis noue confictis distinctionibus defendas, more sacræ Scholasticæ Theologiæ. Et tũ dicas, omnes nihilominus in uerbo Christi intellectas, ut persuadeas mihi doctrinam Christi sine Thomæ & Syluestri distinctiõibus intelligi nõ posse. id enim opus est ut persuadear, qui Christum nisi sine Thoma intelligi uix credo.

Distinctiões distinctionibus nouis defendunt.

Christus cũ Thoma uix intelligitur.

Sexto, Libera me quęso ex his angustiis meis. Si uerbum Christi potest intelligi de sacramentali pœnitentia, præsertim tertia eius parte, id est satisfactione, uerbum autem Christi est præceptum immutabile, quomodo fit ut sacerdotalis potestas sacramentalem satisfactionem mutet, dando indulgentias & remissiones satisfactionis? Nonne uides uel aliam esse satisfactionem sacramẽtalem quam Papa remittit, scilicet ecclesiasticam: uel si eadem est, nullas esse prorsus remissiones, & indulgẽtias esse meras illusiones, & simulatas remissiones. Nõ enim remittere potest, quod deus præcepit & ligauit.

Pœnitẽtiam agite, non intelligitur de satisfactiõe, alioqui Papa nõ posset dispensare.

Septimo, si satisfactio comprehenditur in pœnitentia secundo & tertio modo, utraq; autẽ est quæ a sacerdote iniungitur, rogo quomodo stabit hæc distinctio? Sacramentalis enim satisfactio non est nisi quæ a sacerdote imponitur: & eadem est, te autore, quæ tertio modo accipitur. Iure mihi ueniam dabis, si hæc non capio. Aeneum enim caput, & nasum ferreum habeo, id est, indocile & incapax tantæ tuæ Theologiæ ingenium, si ita placet.

Syluester distinguẽdo se inuoluit.

Tu nunc uide, quomodo uerbum Christi non solum posse, sed debere etiam intelligi de qualibet harum trium pœnitentiarum, contendas.

Tertiam falsitatẽ meam persecutus dicis: Tertia falsitas est ad hominem, id est ad te. Quod scilicet Christus non intendit loqui solum de interiore pœnitẽtia. Hoc enim in se quidem uerum est. Sed tibi, qui uis Christum his uerbis indicere pœnitentiam in omni uita, de exteriori non potest intelligi, quam oportet intercidere somno & gaudio, gaudendo cum gaudentibus, & huiusmodi. unde tibi solum de interiori potest intelligi, non omni, sed habituali, quia etiã interiorem actum liberi arbitrii dormientes necessario intercidimus. Hæc Syluester.

Verba Syl.

Falsitas ad hominem.

Credo hæc acuta tibi & firma uideri. Placet autem quod dicis falsitatẽ esse ad hominẽ, id est, ad faciem & apparentiam, reuera autem ualidissimam ueritatem De habituali pœnitentia, & omni uita agenda, supra satis dixi: quæ & si non fit omni uita, debet tamẽ fieri omni uita, ideo enim peccamus, quanq; hi qui sunt in gratia, nullo momento sunt sine pœnitentia, tam exteriori q̃ interiori, quia sanctificant se ab omni inquinamento carnis & spiritus, licet & carnificinam illam confictamq; hypocrysin non faciant.

Pœnitẽtiã agunt sine intermissione, oẽs qui sunt in gratia.

Carnificina, & hypocrisis conficta, est pœnitentia a Theologis

Id non satis admirari, possum quod aperte negas pœnitentiam in gaudio agi posse, cum pœnitentia eo sit purior, quo fuerit hilarior & iucundior. Hilarem datorem diligit deus. Sed Apostolum quæso reprehende, qui Thessalonicensibus præcipit: Semper gaudete in domino. Et Psal. semp laus eius in ore meo. Dic rogo, ut aliquando etiam plorent, & maledicant in domino. Igitur semper in domino gaudendũ, semper in nobis plorandũ. In deo habem⁹ unde gaudeamus: in nobis, unde lugeamus. Ideo sit gaudium in luctu, & luctus in gaudio: gaudiũ in abscondito, luctus in cognito. Sed hæc nõ sunt Scholastica, ideo differo in aliud tempus.

Pœnitentia luget & gaudet.

Quod

Quod uero dicis, Vel in somno intercidere necessario actº pœnitētię. Agnosco egregium Aristotelem in te ex Ethicis suis fabulātem, ubi dicit, ꝙ miser & felix dimidio uitæ nihil differunt, uterꝙ em̄ dormiunt nocte, id est, nihil agūt, uel felicitatis, ul'infelicitatis. Quō pōt tibi uera Theologia placere, cui placet tā insipiēs philosophus? Audi Apostolum Pau. ad Ro. Qui manducat, domino manducat. Qui non manducat, domino nō manducat. Et iterum: Qui uiuit, domino uiuit. Qui moritur, domino moritur. Sic & ad Corin. Non estis uestri empti enim estis precio magno. Hunc, rogo, liceat imitari, & dicere: Qui dormit, domino dormit. Qui uigilat, domino uigilat. Et alibi: Siue comeditis siue bibitis, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite. Domino autē dormire, credo non negabis esse dei uoluntati parere. uoluntati autem dei parere, optima certe pœnitentia, & a uitiis purgatio est. Puto etiam quod dormiens uiuat: si uiuit, certe domino uiuit, ut hic dicit Apostolus.

Pœnitentia uera nō intercidit ꝓ somniū.

O impiā theologorum temeritatē, qui simplicem & purā Christi philosophiā, Aristotelicis nugis infecistis.

Item quomodo audes dicere, dormientem fidelem esse uacuum actibus bonis, qui tum maxime bonis actibus plenus est, quando deum in se quieto agere patitur, & sabbatum domini celebrat? Sed sisto, nescio enim an Thomistica theologia hanc theologiam unꝙ senserit. Paulina est enim, non Peripatetica.

Thomistica Theologia.

Quartam falsitatem meam tandē hanc ponis, Quod pœnitentia interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificatiōes. sic enim ego posui. Immo, inquis, exterior pœnitētia nulla est sine interiori: interior autem sola potest hominem saluare. Sed hanc falsitatem meā tuipse tollis & dicis: Potest tamen hoc dictum tuum uerum, & a saluatore intentum habere sensum, scilicet quòd omnis interior pœnitentia operatur uarias carnis mortificationes exterius, id est, pro loco & tempore &c. Gratias ago tandem, quia defendis me. Hic cōcordamus aliquantum, sed rursum repente dissentis, dicens: Hic autem sensus tibi uidetur impossibilis. Hic ego, Tibi uidetur impossibilis, mihi uero est non tantū possibilis, sed & in esse semper, ut Peripatetice tecum loquar. Quia omnia iusti opera sunt pœnitentiæ, id est, mutationes & renouationes de die in diem. Hæc autem non possibilia modo, sed necessaria quoꝙ sunt, nisi sis de nonagintano uem iustis, qui pœnitentia non indigēt: aut socius Pharisæi, qui non est sicut cæteri hominum. Nam nos cum ecclesia cōgemimus assidue: Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum. & cum publicano uocē turturis sonamus: Deus propitius esto mihi peccatori. Et cum Iob: Veremur omnia opera nostra. Et Dimitte nobis debita nostra, cum omnibus sanctis dicimns, non solum uerbo sed corde & opere. Semper enim in timore dei agimus. Timor autem principium est sapientiæ, id est, mutatio de insipientia ad sapientiam, quæ est uerissima pœnitentia. Factis ostendit se non egere pœnitentia, ait Bern. qui non assidue ad pœnitentiam festinat. Tuam tamen sententiam non damno, qui non nouisti aliam ꝙ sacramentalem illam, & nescio quanto tempore duntaxat durantē. Nos nec continuam istā semper agi a nobis pro debito dolemus & confitemur ideo & pœnitemus simul, & non pœnitemus satis.

Pœnitentiæ sunt omnia opera iusti.

Timor dei.

Syluestro ignoscendū, qui præter sacramētalem, nullam nouit pœnitentiā.

Hæc rogo uerbosissime a me tractata boni consulas, quia necessariū fuit ostendere tibi, ꝙ nihil meas positiones caperes, & ꝙ frustra ex tā infirmis principijs totum hunc Dialogum deduxeris. Nihil uideo relictum in dialogo, quod non ex his abunde confutatum iam sit. Sed sponte mea latius tecum agam.

Quoniam ad propositionem meam quartam dicis, doctrinam hanc esse falsam, impossibilem & erroneam, nisi pœna intelligatur pro exteriore mortifica

catiõe, pro loco & tempore. Satis iam dictum est, Exteriorem pœnitẽtiam esse debere assiduam, & si fieri non potest quo ad actus pœnitentiæ a te intellectos fieri autem potest quo ad actus a Christo doctos, id est quos ecclesia remittere non possit. hi sunt renouatio mentis de die in diem. Vera ergo pro tua opiniõe dicis. Sed non probas meam sententiam falsam & impossibilem. Illud uero nõ possum tolerare, quod dicis, improprie a me dici, odiũ sui, quãtum ad uere pœnitentes attinet. Nullus em̃ imbut⁹ gratia diuina, inquis, odit se, sicut nec proximum, quem ad instar sui diligit.

Odiũ sui habet quilibet bonus, q̃uis in deo se diligat.

Libens permitto, ut cum tuis, de odio sui, propriissime loquaris, modo permittas mihi, ut cum domino Iesu Christo improprie loquar, quando dicit: Qui odit animam suam in hoc mũdo, in uitam æternam custodit eam. Et cum Apostolo Rho. xv. Non debemus nobis placere. Et iterum: Non qui seipsum commendat, ille probatus est. Tu uero cum persuadeas, uere pœnitentes sese diligere, necessario cõcedes, ut & cõmendent sese tãq̃ uere diligibiles, bonos, iustos, sapientes, & sic sibi placeant, id aũt nihil aliud est, q̃ cum Pharisæo horrenda superbia, nõ pœnitere, sed irridere deũ. Sic enim docetis infelices discipulos Scholastici Theologi, superbire scilicet & perire. Sed latior est ista materia, q̃ nunc patiatur negocium tractare. Error enim & ignorantia dilectionis, longe latecq̃ nimis persuasit, doctiores maxime.

Superbiã docet Syl. cum Theologis scholasticis.

Ego sic sapio, quod homo Christianus seipsum non diligat, nisi in deo, in seipso uero non nisi odiat, hoc est, cum ipse sit mendax & uanus, deus autem uerax, nihil eorum quæ ipse cupit aut nouit, diligat, sed omnia quæ sibi contraria sunt, quærat. Nihil autem est contrarium mendacio & uanitati q̃ ueritas. Ita fit ut dum se odit, & sibi semper contraria amat, uerissime se diligat, non in seipso, sed in ueritate, quæ mendaci sibi est contraria. Sic sancti crucem, mortem, stultitiam, ignominiam dilexerunt & cupierunt, quibus tamen ipsi non nisi perdebantur, quia seipsos in nihilum redegerunt, ut esset deus omnia in omnibus. Et hoc habent uerba Christi: Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Proinde, quando Christus dicit proximum diligendum ad instar sui, meo iudicio, de peruerso & incuruo amore loquitur, quo homo quærit non nisi quę sua sunt. qui amor non rectificatur, nisi omittat quærere quę sua sunt, & ea quæ sunt alterius, quærat. Hæc sententia est B. Pauli epist. v. Nõ quæ sua sunt cõsyderantes, sed quæ aliorum. Et. j. Corin. xiij. Charitas non quærit, quæ sua sunt. His uerbis manifeste prohibet amorem sui. Ideo sensus præcepti esse uidetur, Diliges proximum tuũ sicut teipsum, id est, diliges te solum & peruerse. Si aũt amorem eiusmodi in proximum tuum dirigeres, iam uere dilígeres. quod ex eo patet, quia non p̃cipit ut homo diligat se. q̃d utiq̃ fecisset, si bon⁹ esset sui amor sed inuenit amorem sui, & alio transfert, & ita rectificat. Et heu rem fontibus lachrymarum dignissimam, quod hac amoris scięntia tã uacui sunt omnes ferme Doctores Scholastici, ut pro sancta charitate, fœdissimam cupiditatem doceãt. Nec altius incedunt, q̃ ille paganus, qui dixit: Proximus esto tibi, quod tamẽ alius rursus gentilis Terentius damnauit.

Dilectio cũ odio sui in bono coniungit.

Proximũ diligas sicut teipsum, amore incuruo.

Illud quod ais, Nullus imbutus gratia & uere pœnitens odit se, uidetur inferre, quod uacuus gratia odiat se: quod tamen contra omnes scripturas est, quæ ubiq̃ detestantur eos, qui seipsos amant, ut. ij. Timoth. iij. & illud omnes quæ sua sunt quærunt. Inde etiam apud tuos magistros damnatur affectus commodi. Item fruitio creaturæ, usus dei, & abusus rerum, Amor male accendens &c.

Amãt se peccatores.

Nisi

Nisi illud Psal.x.te mouet, quod dicitur, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam: licet in Hebr. sit, odit anima eius. s. dei: tamen permitto q̃ odit animã suã: Sed hoc facit pessime diligendo animã suam, ut Bea. Augusti. Ioan. xij, interpretatur. Amor ut pereat, odium ne pereat. Sed fortasse uoce tantummodo hic dissentimus, nisi quod scio uoces has raro pro ueritate intelligi.

Peccãtor pessime diligendo, animam suam odit.

Contra quintam propositionem meam, ubi dixi, per indulgẽtias non remitti pœnas, nisi arbitrio sacerdotis uel Canonum impositas, Dicis, me circa factum ecclesiæ male sentire, & sanctis dissentire, ideo conclusionem meam tuo iudicio hæreticam esse.

Hic si te interrogem, qui sint illi sancti, & quod factũ ecclesiæ, nõ uideo quid dicas, nisi quod sanctum Thomam nomines, cum quo te remitto ad fundamẽtum meũ primũ & secundum. Nam ego nõ capio quomodo in isto uerbo Christi. Quodcũq; solueris &c. Petro sit datum priuilegium. Non enim priuilegiũ, sed lex generalis & irrefragibilis data est, nõ Petro tantum, sed omnibus prorsus sacerdotibus, & toti ecclesiæ. Cur ergo tu cum Thoma tuo id soli Petro arrogas, & ita arrogas ut priuilegium appelles? Aut si Petrus potest huius uerbi uirtute soluere pœnas purgatorij, cur non & quilibet sacerdos? Est iste modus interpretandi euangelij?

Quodcũq; ligaue. &c. dictum uidetur toti ecclesiæ.

Secundo, quod duo supposita facis. Primum, quod ecclesia per indulgentias concedat liberationem unius animæ. Secundum, quod ecclesia facit indulgentias simpliciter plenarias, ita quod anima euolaret soluta a corpore &c.

Animas liberare q̃n & quõ uult, non est in potestate ecclesiæ.

Respõdeo, uide tu R. P. ne supposita illa tua, sint apposita per te & humanũ diem. Redde rationem huius fidei & spei. Vtinam uera diceres, immo absit ut uera dicas, quasi in manu ecclesiæ sit animas liberare, q̃n & quomodo uoluerit.

Tertio doce me unum factum ecclesiæ, in quo dedit liberationem unius uel plurium animarum, nisi cryptas forte S. Sebastiani & Laurentij ac Pudentianę aliaq; Romana loca mihi recitabis. Sed tu uide, quid ipsi uos Romani de his locis sentiatis. Deinde quod fabulis saltem aucta sunt ista loca, utcũq; cœperint. Sed de ijs latius in Declarationibus meis. Interim ego fateor, me usq; hodie in hac re dubitare. Nec sum hæreticus, si negatiuam teneo, donec determinetur a concilio.

Cryptæ SS. Sebastiani & Laurentij in urbe.

Quarto, Cle. de pœ. & re. c. abusionibus, manifeste dicit glossa in uerbo, mẽdaciter, ideo nõ extrahi animas per indulgentias, quia sunt iam iudicio dei subiectæ. Hunc interim textum Decretalis (id est Papæ) id est factum ecclesiæ, ut tu dicis, sequar cui consonat euangelium, Quodcunq; solueris super terrã, non sub terra, non obstante quorundam uiolenta adulanteq; glossa contraria. Nec uidi aliquam bullam, quę aliter habeat, nisi quod per modum suffragij, animas redimi passim dicitur, de quo ubi supra. Sed tu, qui contra me disputas tanta alacritate, ut ipsa lætitia tibi influat ueritatem, tanta fiducia quoq;, ut Satanam ipsum non extimescas, eo maxime scilicet inuicto robore fretus, quod de facto ecclesiæ nõ licet male sentire. Vnum id responde, cũ qua ecclesia, & tu, & Thomastri tui sentitis in facto ecclesię, de conceptione B. uirginis? Num cũ uirtualiter? num cum representatiua? num cum essentiali? nõ cum exule illa & a te proscripta, quæ est concilium generale? Si ergo licet tibi non modo non bene, sed contra sentire in facto ecclesiæ, quia opinionem tenes nondum reprobatã, Cur ego non permittor tibi dissentire in opinione, neq; determinata, neq; reprobata? præsertim cũ tu nihil pro te habeas, nisi nudã S. Thomę narrationẽ. Ego aũt clarũ textũ Cle. & aperta uerba Euangelij, deinde Gersonem, qui multis annis

Animæ iudicio dei subsunt, nõ ecclesiæ.

Super terrã: sub terra non dat potestatẽ Petro.

Sic em̃ scribit Syl. in epistola sua ad Leonem. X.

Syl. ecclesiarũ fabricator.

Concilium generale exulat.

posterior Thoma, dicit opiniones esse ad utranq; partem probabiles in hac re. Deinde penes me aliquot eruditos & acutos tractatus quorundã in Germania, qui etiã damnant tuam & S. Thomæ sententiam.

Quinto quod ponis casum, si peccator teneat ad pœnã a sacerdote iniunctã item a Canone iniunctã, item a deo iniunctam, tunc sequi ex mea propositiõe, talem percepta plenaria indulgentia non euolare, aut non liberari a purgatorio, & ita de facto ecclesie male sentio, & hæreticum sapio.

Indulgentiæ plenariæ cõferũtur a deo cuilibet uere pœnitenti.

Respondeo. Tu quoq; uide, ne de facto ecclesiæ tã bene sentias, ut factũ dei pessundes. Idcirco pono tibi rursum casum. Si peccator sit plene & uere contritus, ideo facto dei omnes pœnæ sunt ei remissæ, quid cõfert huic remissio plenaria? Si aũt non est plene contritus, quid proficit ei remissio plenaria, cũ maneat imperfecta ibi charitas iusticię, imperfectũ odiũ peccati? Sed latius ista in declamatis es enim es Thomista, nihil probans, neq; allegãs, de pœnis tantũmodo multiplicas uerba, quas contẽnit charitas. De cõtritiõe nihil dicis, q̃ diligit pœnas.

Tã Papa q̃ cõciliũ errare potest.

Sexto, Nõ credo usq; hodie p̃ claues remitti pœnas a deo inflictas, & ratiões meas uidebis in declamatis, nec tu unq; id poteris p̃bare, sine probatione aũt tibi nihil prorsus credo. Et ut animũ meũ scias, Mihi uidetur id in grauissimũ ecclesię ludibriũ uergere, si ea doceamus, de q̃bus nullã p̃rsus rationẽ reddere possum⁹. Nec satis ibi esse credo etiam factum ecclesiæ, quanq; hic nõ sit factum ecclesiæ, quia tam Papa q̃ concilium potest errare, ut habes Panormitanũ egregie hæc tractantem lib. 1. de const. c. significasti. Ideo fundamenta tua, ubi distinxisti Ecclesiam in essentialem, representatiuam, uirtualẽ, ut iacet in uerbis, nego & pro nihilo habeo. Tua em̃ sunt, id est, sine scriptura & autoritate ulla prolata.

Ecclesia uirtualis & repsentatiua.

Ego ecclesiam uirtualiter non scio, nisi in Christo: repræsentatiue, non nisi in Concilio. Alioquin, si quidquid facit ecclesia uirtualis, id est Papa, factũ ecclesiæ dicitur: obsecro quanta mõstra in ecclesia pro benefactis numerabimus? Nonne Iulij Secundi horrendas Christiani sanguinis effusiones? Nonne Boni facij Octaui tyrãnides, in toto orbe abominabiles, & per omnes chronicas pulsatas? De quo extat prouerbiũ, Intrauit ut uulpes, regnauit ut leo, mortuus est ut canis. Nõ eo nobis tandẽ p̃suadeas, ut sub nomine repræsentatiuæ & uirtualis ecclesiæ, omnia illa iamdiu intollerabilia portenta in ecclesia, pro factis sanctissimis ecclesiæ colamus? Ne uerũ facias, quod nostri Germani de tuo Dialogo sentiunt, scilicet, te hoc Dialogo, non tam Martinum refellere, q̃ Pontifici & collegio Cardinaliũ adulari uoluisse. Si aũt Papa est uirtualis ecclesia, Cardinales representatiua, collectio fidelium essentialis, quod uocabis Conciliũ generale ecclesiæ? non est uirtualis? non repræsentatiua? nõ essentialis? Quid tũ? fortasse accidentalis, nominalis, & uerbalis ecclesia.

Põtifici adulatur Sylue.

Septimo. Nouã hanc Thomæ tui intelligentiã reijcio, qua illud uerbũ Christi, Quodcunq; solueris &c. sic intelligendum proponis, ut Petrus soluere possit, etiã a deo inflictas pœnas.

Quodcunq; solueris, aliter exponiẽ apud ueteres

Iterum quæro, qua autoritate, qua industria hanc intelligentiã existis uerbis trahes? Cur non beatus Thomas tuus tecum relinquit eum sensum, quem Ecclesiastici patres, præsertim Chrysost. ad Hebræos tenuerunt, ut ijs uerbis nihil aliud Christus uoluerit, q̃ quod ligationem & solutionem Petri, fideles non secus habeant, ac si Christus ipse ligaret & solueret, hoc est, ratificauit ligationẽ & solutionem eius in terra. Quo nõ fit, ut aliquid Petrus soluat in cœlo, uel extra terram. Aut cur non astruis etiam ligare posse Petrum, & pœnas a deo inflictas infligere, cum sit utraq; potestas una & æqualis? Corrige ergo uerbũ Christi

Ligare & soluere eiusdem potestatis.

sti, & ita doce, Quodcunq; ego ligauero in cœlis, tu solue super terram. Hanc enim tuam esse intelligentiam in uerbis Christi, euidens est. Sed q̄ absurda & impia eadem sit, credo uel palpare possis. Igitur facias quod facis. Ex istis uerbis Christi nunq̄ aliud probabis, q̄ quicquid Petrus non potest ligare, id nec soluere potest: q̄uis quicquid ligauerit & soluerit, tāq̄ deo ligante & soluēte obedire teneamur, ut salua sit unitas ecclesiæ suæ, quam his uerbis constituit.

Octauo. Inducis sanctum Thomam, quod secundum meam opinionem Ecclesia huiusmodi faciens indulgentias, magis damnificaret homines, q̄ iuuaret quia absoluendo ab iniunctis pœnitentijs, remitteret ad grauiores, id est purgatorias. Hæc sanctus Thomas.

Respōdeo, siue hæc sanctus Thomas, siue alius dicat, nihil ad me: per fundamentum meum primum, secundum & tertium. Opinio est tantum, nondū decreta ueritas, cui si interim contradixero, non ero hæreticus.

Secundo, uellē a B. Thoma doceri, qua dialectica stet ista consequentia, Ecclesia remittit solum iniunctas pœnitētias, ergo remittit ad grauiores, id est, purgatorias.

Vos Thomistæ grauiter estis reprehendendi, qui sancti huius uiri opiniones & sępius falsas meditatiōes nobis pro articulis fidei audetis statuere. Et id unice curatis, ut sicut nihil præter Thomam dignamini uestra lectiōe, ita nihi uultis in eo falsum uideri. In qua sententia iamdiu contra omnes Vniuersitates, & totū fere mundum contenditis.

Tertio, fundamentū Thomæ falsum iudico, scilicet q̄ deus requirat pœnas a peccatore, nec remittat, nisi requisita satisfactione. Contra uerum, est quod spiritum contribulatū & contritum non despicit. Et quod remittit, totū remittit, nisi forte flagella adhuc pro suo arbitrio inferat, quę nec ecclesia, nec cœlum relaxare potest. Ideo quando ecclesia remittit iniūctas pœnitentias, non ad graiores remittit, quia non habet potestatem remittere ad alias pœnas, uel non remittere. Sed de ijs in probationibus meis. Peccata remittit non requisita satisfactione.

Inique itaq̄ mihi imponis, quod detruncē priuilegiū ecclesiæ, & hæresim sapiat ea propositio. Tu potius uide, an non in deum sis impius, qui ut potestatē ecclesię uana adulatione extollas, in præiudicium diuinæ potestatis extollis, id ei tribuens, quod solius dei est. Quare mihi ignosce quæso, si tam solicitus sum pro dei honore & potestate defendenda, q̄ tu es pro ecclesię potestate eleuāda. Et expectemus uterq̄ in hac re sentētiā & determinationē Ecclesiæ seu cōcilij. Syluester impi adulator.

Miror autem, cur hanc potestatem ecclesiæ te appellare priuilegium delectet nisi quod titillare uideris eos, qui magis de potestate dominante, q̄ de charitate seruiente gloriantur. Siquidem priuilegium non ad communitatis ministeriū, sed ad proprietatis commodum pertinet. Et hanc gratiam debemus Scholasticæ uestræ Theologiæ, quod commune bonum ecclesiæ, potestatem clauium, non ministerium multorum, sed dominium fecerit is paucorum, Tyrannidem ethnicam, non seruitutem Christianam spectantes. Priuilegiū petri. Scholastica Theologia tyrannidem fouet.

Nono. Idē dico ad illud, quod sequeretur animas magis dānificari, q̄ iuuari per indulgētias plenarias, quia remitterentur ad grauiores. obsecro te, quid ecclesia ad hoc facere potest, quod anima uadit ad purgatorium? Ipsa absoluit eā a suis pœnis, nō remittit ad purgatoriū, facit q̄d potest: si hoc non sufficit, defectus est animæ migrātis, non ecclesiæ absoluentis. Nō em̄ potestas ecclesiæ, sed fides purificat, saluat, liberat animam ab omnibus malis: quæ fides ab ecclesia dari non potest. Fides saluat, non ecclesiæ potestas.

Damnũ aniæ ex diffidentia in Christum.

Decimo. Illi damnificant animas, qui omittunt eis persuadere plenã fiduciã in Christo, & contemptum pœnarum. Et non nisi magnitudine pœnarum terrent, & pusilanimes faciunt, quatenus uirtutem potestatis magnificent, quæ tã ta mala possit tollere. Da animam imbutam charitate, & erit dura sicut infernus æmulatio eius.

Contra conclusionem meam sextã, ubi dixi, culpã nõ posse remitti potestate clauis, nisi declarando uel approbãdo &c. Latissime resolui meipsum in hac materia, ut uidebis in Declarationibus: quia & ipse hanc conclusionẽ aliorum sententia, nõ mea sic posui. Tua autem confutatio prorsus nihil est. Dicis enim quod attriti uirtute clauium, iuxta sanctorum interpretationẽ, forte sancti Thomæ, fiunt contriti. Et ideo non modo Papa, sed quiscq; sacerdos dimittit dispositiue & ministerialiter,

Fides, nõ uirtus clauiũ iustificat.

Respõdeo primum, siue sancti sint, siue peccatores, qui sic loquunt, nihil moror, hoc scio quod errant. Error inquam est, quod attritus fiat contritus uirtute clauiũ, quia ut ait Apostolus: Oportet accidentem credere. Fides autem nõ solum cõterit, sed etiam iustificat. Impossibile est enim, quod digne accedat ad sacramentum, nisi iam iustificatus & uere contritus. Vnde illud commentum de attritione satis late uagans, figmentum est, & nihil in rerum natura, nisi simulationem forte uolueris eam intelligere, quæ magis indignum faciat sacramento. Quid dicam? Etiam iste tuus Dialogus confirmat sententiam meam, iãdiu mecum moratam, quod uidelicet Theologia illa Scholastica exulẽ nobis fecit ueram & syncerã Theologiam. Nã uides, quo perpetuo hoc Dialogo nihil ago, nisi quod resisto & redarguo Scholasticam Theologiã, id est, falsam scripturæ & sacramentorum intelligentiam.

Attritio scholasticorum.

A solo deo remitti culpã.

Secundo. Tuipse cogeris dicere, quod omnes omniũ facultatũ dicũt, scilicet a solo deo remitti culpam. Quomodo ergo uirtute clauium uenit cõtritio, quæ sola uirtute gratiæ dei uenire ab omnibus dicitur? Vide ne tua confutatio magis sit hæretica, cq; mea propositio, licet confutator forte nõ sit hæreticus. Si aũt sola gratia dat contritionẽ, quid faciunt ecclesiæ claues, si non declarant uel approbant gratiam, quæ eas iam præuenit? immo nullus uenit ad sacramentum sine fictione, nisi gratia eum mouente ad sacramentum.

Cõtritionem aiunt ex confessiõe uenire

Aut responde reuerende pater, cur ante & non post Baptismum quæritur baptizandus, an credat? Cur absoluendus quæritur, an doleat digne de peccatis anteq; absoluatur? An noua iterum Theologia, materiam sacramenti pœnitẽtiæ non cõtritum, sed attritum pones? Ergo cõtritio non est prima pars pœnitentiæ, sed posterior confessione. Et tamen omnes dicunt, quod confessio sine contritione nulla sit. An forte postq; fuerit absolutus, id est, sacramentũ consecutus, & uirtute clauium contritus, tũ demum incipiat repetere confessionem? Quod si hæc Theologia uera est, meũ fuerit consiliũ ut quilibet peccator prius absoluatur, cq; cõfiteri permittat. Et ita omnia peruerso ordine, ita uult Scholastica theologia, agamus, absoluendo etiam quod nescimus. Deo gratias, immo uæ nobis miseris, qui tantã fiduciam in creaturã ponimus, & clauibus tantam uirtutẽ tribuimus. Sed non permittit dolor & negociũ omnes errores, in hoc sacramentũ inuectas per traditiones hominũ, percensere: occasionem dedisse meliora ualentibus sufficit. Igitur nunc quatuor sunt partes, scilicet, Attritio, Confessio, Cõtritio, & Satisfactio: adeo profecit Theologia, adiutorio philosophiæ

Philosophia Theologiæ pestis.

Contra conclusionem septimam, ubi dixi, Nulli remitti culpã, nisi subiecto sacerdoti, quam cũ ueram assereres, & tñ inculpatam dimittere nõ uelles, eo me saltem

saltem uituperio fœdasti, quod leprosum appellasti, quia miscerem aliquas ueritates falsitatibus.

Gratias ago, quod aliquando, licet cum obprobrio, ueracẽ me confiteris. Sed id admiror, quid acciderit uobis Thomistis ut tã diuersum sentiatis. Hanc ẽm meam cõclusionem, Thomistæ & tuæ sectæ fratres in Germania miro zelo detestantur. An alium habeatis Thomam in Italia, & alium in Germania, ignoro. Nisi forte mihi suspicionem facere uultis, quod nec Thomistæ Thomã, nec Thomas Thomistas intelligat. Thomiste nõ conueniunt.

Ad octauam dicis, sicut ad septimam, id est, esse ueram, sed mixtam alijs falsis ideo me leprosum & maculosum. Dico & ego sicut ad præcedentem. Conueniat primum Thomistis inter seipsos, & tunc pugnent contra me, quanq̃ miror hanc conclusionẽ te non reprobare, cũ tam multis persuasum sit eã esse falsam.

Ad nonam, ubi dixi, excipi articulum mortis & necessitatis in decretis Papæ Recte me dixisse sentis, sed non apte seu apposite. quod illa exceptio intelligatur, non quo ad impositionem pœnitentiæ, sed quo ad reseruationem casuum.

Primo Manhu: quid hic audio? supra me sunt quæ dicis, ideo nõ possum ad ea respondere. Si Papa etiã in morte reseruat impositas pœnitentias, fateor me non intelligere, quomodo alias q̃ iuxta Canones imponendas asseras: præcedente enim cõclusione admisisti, morituris pœnitentias Canonicas non imponi. Hic rursum dicis, Papam non remittere pœnitentias, nisi forte intelligas, ut inferius, pœnitentias a sacerdote, uel a deo inflictas, nõ excipi articulo necessitatis. Sed de ijs iam supra dictum est, quod pœnas a deo inflictas, non sit ecclesiæ uel reseruare, uel relaxare: & sacerdotis impositio mere est arbitraria. In morte nõ potest pœnitentias reseruare.

Verum si ita sapis, figmenta illa cõmunia sequeris, quod quia sacerdos incertus est de quantitate pœnæ infligendæ, ideo morituro non potest omnia soluere, sed relinquit hoc Papæ. Incertum pœnę infligendę relinquit Papæ, secundũ Thomã.

Primum, quis credat, quod deus a morituro requirat aliam q̃ mortis pœnã? quam solam sufficere dicunt ad plenariam remissionem omnium peccatorum & pœnarum, si uolenter fuerit susceptа: quod uerissimum est, quia preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Mors uoluntaria.

Secũdum, si ignorat sacerdos quantitatẽ infligendæ pœnæ, quis eam certã facit summo Pontifici? at inquis, huic dictum est: Quodcunq; solueris &c.

Respondeo: nunquid & quilibet sacerdos eiusdẽ uerbi uirtute soluit? Hæc & his similia, nõ nisi ex opinionibus dicitis: & in ecclesia dei docetis, quæ probare prorsus non potestis.

Ad decimam, Arguis me admittere, quod in alijs damno. Nempe, quod animas ad purgatorium addico, dum solum iniunctas dico remitti pœnitentias.

Respondeo ut supra. Non remitto eas ad purgatoriũ, sed iustitia & rigor dei: quem potestas ecclesiæ tollere non potest, nisi oratione, non potestate clauis. Iustitia remittit ad purgatorium.

Deinde suadeo, ut fortiter moriantur: quod eos tutiores faciet a purgatorio, q̃ omnes omnium indulgentiæ.

Vndecimam præteris. Ad duodecimã dicis, etiam nũc ante absolutionẽ pœnitentias imponi, ut. c. dudũ. Respondeo: Non tenes quod uolui, q̃ & culpa mea est, quia non satis me expressi: sed nec optuit, cũ disputationẽ apponerem.

Sensus meus est, & fuit, q̃d olim nõ absoluebantur ante pœnitentiã expletã: quod ex eo poteras intelligere, quod subiunxi, tanq̃ tentamenta ueræ contritionis. Nostro ẽm seculo, ubi solũ imponit, non autẽ implet ante absolutionẽ, nõ potest explorari, an uera sit cõtritio. Et utinam ille uetus mos reuocaretur. Absolutio olim post impletã pœnitẽtiam.

Ad

Ad tertiamdecimã. Concedis uerum esse per mortẽ omnia solui, ubi ex Canone tantũ pœna debetur. Quod si eã quã imponit Canon, etiã diuina iustitia exigat, purgatorium neges, necesse est.

Oratio pro defũct aĩab⁹ in purgatorio.

Respondeo, Siue iusticia exigat, siue non: nihil hoc ad claues ecclesiæ, sed ad orationes duntaxat: Sicut Iacobus dicit, quod oratio fidei ecclesiæ saluabit infirmũ: & si in peccatis fuerit, remittent ei. Secũdo. Fieret tunc ministeriũ clauiũ aliud nihil, ꝙ negocium perambulans in tenebris: quia solueret, nesciens quid & quantũ solueret: quod mihi certe satis absurdũ uidetur. Nam iudiciũ ferri nõ debet super re prorsus incognita. Claues em̃ rem certã & solidã operari debẽt. Sed iam satis supra & alibi. Tertio non sequitur, ideo purgatoriũ a me negari, sed solum quod purgatoriũ uirtute clauiũ non possit solui, ut infra.

Iudicium nõ est incerti.

Ad quartãdecimam, & quintamdecimã: ubi disputaui, quæ mihi uideretur esse pœna purgatorij, scilicet horror, & timor, ac prope desperatio: tres mihi falsitates imponis, & temeritatem,

Respõdeo ad temeritatẽ prius. Eiusdẽ criminis reus mecũ es & tu, & S. Thomas, immo Thomas omniũ maxime. Qui p̃ oĩa ferme sua scripta aliud nihil facit, ꝙ disputat: & quod grãde est, etiã ea quæ fidei sunt, in quæstiones uocat, & fidẽ uertit in utrũ, ut nosti. Cur ergo mihi quæso, non permittis disputare de ijs rebus, quæ sunt dubiosissimæ, & non determinatæ? nunquid ego ecclesia sum, immo plusq̃ ecclesia, ut meæ disputatiões pro definitionibus accipiantur? Sed cõsuetudo ista est Thomistica: qua omnia asserere soletis, etiã quæ disputatiue, proponitis, aut in Thoma legitis. Ideo & me assertorẽ credis, non disputatorẽ. Verũ ut uidebis in declarationibus, si in nulla mearũ propositionũ parte disputo, hac parte maxime disputo, & ita disputo, ut meam sententiã firmius probare mihi uidear, ꝙ tua opinio sit probata: non tñ definio, sed iudiciũ ecclesiæ expecto. Ideo ignosco tibi, quod me hæreticũ uocas, sciens hunc esse morẽ Thomistarũ, ut hæreticus esse, uelit nolit, cogatur, duntaxat apud Thomistas, qui opiniones Thomæ non fuerit secutus. Nunc reliqua.

Fidem i utrũ uertunt.

Thomistica consuetudo dubia affirmare.

Thomistę hę reticũ uocant non sentientẽ cum Thoma

Prima, inquis, falsitas est: quod aperte innuo, eos qui in purgatorio sunt, nescire sese saluandos esse: ut &. xix. propositione dixi. Tu uero cũ diuo Thoma, cuius doctrinã per regulã fidei, ecclesiã Rhomanã, & discussam & ꝓbatã dicis, ponis, quod sciunt se liberandos, alioquin suffragia non expeterent.

Animæ ĩ purgatorio non sunt certæ

Respõdeo. Rẽ ipam omitto, quia disputo: & infra cõcl. xix. nõ oẽs esse certas dixi, licet aliquæ forte cognoscãt, de quibus late in declarationibus, si peruenerũt, aut peruenĩẽt in manus tuas. Nam id credo me probare & probasse, quod non oẽs sciunt se esse saluandas: ut testantur exempla multa, de animabus eunibus ad iudicium &c.

Nihil præter Thomam allegat Sylue.

Probationes tuas tantũ uideamus. Primo autoritatẽ B. Thomæ inducis: cuius sententiam, sententiam sanctorum uocas numero plurali, forte reuerentiæ causa. Et ut huic credam, dicis a Romana ecclesia, regula fidei probatũ. Miror quod inter tot ecclesiæ doctores, non aliquando alium quoq̃, aut textum scripturæ inducas: ideo per fundamentum secundum iterum tam te, ꝙ Thomam reijcio: Quia & Augustin. recept⁹ est ab ecclesia magis ꝙ S. Thomas: Paulus autem maxime, qui fundamentum meum primum est.

Fides regula est ecclesiæ Romanæ, & oĩm aliarum.

Ecclesia Ro. discipula fidei

Secundo quid miror uelis, quod ecclesiã Rhomanã fidei regulã uocas. Ego credidi semper, quod fides esset regula Rhomanæ ecclesiæ, & omnium ecclesiarum, ut Aposto. Gal. vj. Et quicunq̃ hanc regulam secuti fuerint, pax super eos &c. Rogo, eo usq̃ digneris adulari Romanæ ecclesiæ, ut eã p̃mittas

disci

discípulam esse fidei, quæ reguletur fide, non regulet fidem. Sed forte hæc uerbi est contrauersia, quia regulam fidei impropríe locutus, uocas, quod ad eã fidem quã Romana ecclesia profitetur, omniũ fides debet conformari. Et placet mirifice. Nam & ego gratias ago Christo, quod hanc unã ecclesiam in terris ita seruat, ingenti, & quod solum possit probare fidem nostram esse uerã, miraculo, ut nunq̃ a uera fide, ullo suo decreto recesserit, nec tot barathris pessimorũ morum, diabolus tantum efficere potuit, ut penes hanc non maneret ab origine sua canonicorũ Bibliæ librorũ, & ecclesiasticorum patrum & interpretũ autoritas, & autoritatis syncera professio: licet multi forte sunt nimis, qui priuatim his libris prorsus nullã habeãt fidẽ: nec eos curẽt, aut legere, aut intelligere.

Ecclesia Romæ pessimi mores.

Tertio, Illam consequentiã tuipse quæso perdende: Animæ expetunt suffragia, ergo sciunt se esse saluandas. Fuisti ne tuipse aliquãdo in periculo, uel mortis, uel alterius necessitatis: in quo nesciebas, an tibi esset pereundum, uel emergendũ? Si fuisti, recordare quæso q̃ anxie quæsieris auxiliũ & consiliũ, eo maxime, quo ignarꝰ fuisti auxilij & consilij. Et, ut ille ait, una salus tibi fuit nullã sperare salutem. Si non fuisti, obsecro uelis credere ijs qui fuerunt. Vbi est ergo argumentum tuũ: petunt suffragia, ergo sciunt se saluandas? Quid si contrarium uerius sit: petunt suffragium, ergo ignorant se saluandas? Sic inquã potest fieri, ut a facie æternæ iræ horrentes, timeant perire, & in lacum ire sempiternum: & ne intrent, orare, & suffragiũ quærere. Hoc ecclesia uidetur sentire quando pro eis orat, ne absorbeat eas tartarus. Itẽ, Libera eas de ore leonis. Ecce in ore leonis iamiam deglutientis, & in absorptione tartari eas esse ecclesia protestatur. Sed latius, ubi dixi.

Suffragia petunt ergo dubitant de salute sua.

Ecclesia dicit eas de salute dubitare.

Secunda, inquis falsitas est, quod qui purgantur, timeant, præterq̃ filialiter: quia timor de futuro malo &c. Respondeo: tuo te gladio peto. Temeritas est in ijs quæ nos ratio naturalis non docet, uelle aliquid definire nostra autoritate. Elue hanc temeritatem tuam, qui sine autoritate, tanta fiducia pronuncias, non esse in purgatorio, nisi filialem timorẽ. Thomã eñ non audio. Secundo uideo te eo errore laborare, quasi possit esse filialis timor in uia tã purus, ut nullus cum eo mixtus sit timor seruilis pœnarũ: quod iuxta scrip. & ecclesiasticos patres non est possibile, cũ nulla uirtus perficiat nisi in patria. Et hæc meæ positionis causa est, quod aiæ sunt impfectæ charitatis, habẽtes mixtũ timorẽ pœnarũ, id est seruilẽ. Aut doce me, quõ de pœna doleant si non timent eã, si non dissentiũt ab ea: nisi definitio doloris B. Aug. alia est in purgatorio, alia super terrã, qua dicit: Dolor est dissensio animi ab iis rebus, quæ nolentibus nobis accidunt. Dolent ergo? Sed hoc fit, quia nolunt: si nolunt, seruiliter timent pœnã. Tu cape, ego nec fingere possum, q̃d quis doleat de pœna, quã non timeat, aut horreat. Tertio id uero q̃ acute dixisti, qa timor sit de futuro malo: aiæ aũt sunt in p̃sentibus malis. Si cogitare posses, uel gustasses uitæ futuræ unã guttulã, nõ ista diceres. Oia sunt illic præterita, oia præsentia, oia futura. Breuiter, quia hæc sunt ignota tibi. Hoc est q̃d dico, quia pœna purgatorii est timor futuri mali, id est, horror dãnatiõis: sicut supra exẽplũ dedi, de iis qui in piculo sunt cõstituti.

Temeritatẽ Syluestri redarguit.

Filialis timor pure non est hic.

Pœna uolita nõ infert dolorem.

Pœna purgatorij.

Quarto: quod si solus iste horror satis esset pœnarũ, impius esset deus, q̃ alias pœnas adderet. Obsecro, creatorẽ tuũ modestiꝰ nominare uelis misera creatura nunquid ideo deus impius esset, quia nõ secundum caput tuum opinionibus Thomisticis differtum, ageret? Deinde nec me intelligis: nõ dixi hanc pœnam esse sufficientem, id est omnem quam patiuntur animæ: nec de aliis pœnis disputaui: Sed hãc solã aio tantã esse, tã uehementẽ, ut sola possit uice purgatorij esse, cũ

Syluestri in deũ immodestiam taxat.

esse, cum in ea sit omnis pœna, immo aliæ pœnæ seorsum nihil sunt ad istam, ut dixi in declarationib.

Ad decimamsextam cõclusionem, ubi purgatorium dixi uideri prope desperationem: tu contra, certam spem salutis in purgatorium ponis: & hoc non, nisi nuda Thomæ autoritate, quod remitto ad fundamentum meum secundum.

Secundo uehementer dubito, an scias quid sit certa spes, cum tua ipsius sentẽtia sit, quod homo nescit an amore dignus sit.

Tertio, hanc cõclusionem ex supradictis apertam relinquo, quod morituris & periculo pressis, licet nondum sit desperata, prope tamen, ac uelut similis est desperatæ, salus. Omnis enim timor, pars quædam est desperationis.

Timor pars desperationis

Ad decimamseptimam, ubi ex consequenti animabus augere necessario charitatem dixi, tu pulcherrimo Aristotele mihi occurris, quod uno inconuenienti dato, plura mihi contingerent, scilicet nõ minus absurdum esse, quod timorẽ seruilem in animabus posui, ꝙ charitatis augmẽtũ. Deinde tu ꝙ optimas tuas conuenientias prosecutus cum Beato Thoma, contrarium asseris, nihil allegãs aliud, pro more tuo, nisi noua uocabula, scilicet, quod animæ secundum Thomam, sunt uiatores secũdum quid, non simpliciter. Quis dixit tibi, & Thomæ esse eas uiatores secundum quid, non simpliciter? An Aristoteles in Elenchis suis? Quis temeritatem, ut tu uocas, tibi permisit scrutandi eius, ad quod nulla suppetit nobis ratio, naturalis præsertim: cum non disputes, sed definias? An illa tua fortissima ratio, qua dicis: Alioquin bonum esset eis, diu esse in purgatorio, ut perfectiores & consumatiores euaderent? Hoc argumentum credo non posse fieri, nisi a Thomista: tantum habet acuminis. Nam ex eo etiam sequeretẽ bonum esse, ut nullus sanctorum moreretur: & ut martyres usq; in diem iudicij carceres & ungulas sustinerẽt: quia si charitas potest augeri instatu in quo sunt bonum est ut diu in illo maneant, hoc est, semper moriantur pro Christo, quo perfectiores euadant. Hæc tu, ut dicis, non sequens uocum nouitates, sed uestigia sanctorum.

uiatores secũdum quid, & simpliciter noue dictũ ẽ.

Si gratia augetur in purgatorio, ergo pstat aias diu illic esse, argumẽtum Syluestri.

Decimamoctauam, ubi uidebas me petere autoritatẽ scrip. uel rationis omittis, nisi quod autoritate sanctorum pluraliter, id est, S. Thomæ, dicis fieri argumentũ probabile. Concedo esse argumentum probabile, id est, dubium & dialecticum, cui non sit necessariũ accedere fide. Et hac tua professione obstrictũ uolo ut quoties mihi diuum Thomam adducis, sine scrip. sine patribus, sine ecclesia, sine ratione loquentem, memor sis, te dialecticum, non theologum agere: id est, probabilia tantũmodo tradere, non credibilia. Quid ergo? Hoc pacto iã omnino conuenimus in unũ, & finis est disputãdi: quia hoc ꝙd affirmas tu, ego nego: uis ergo ut sistamus? nam deinceps, præter diuum Thomam, nihil ponis, nisi quod aliquando me cõuitiis insectaris, ubiq; autem inuidiosum Pontificí me facere studes. Sed tansiliam breuiter.

Probabile argumentũ, sed non necessarium, quod ex nudo thoma sumitur.

Decimamnonam præteriens, dicis idem quod supra ad decimam quartam & decimamquintam dixisti, quo & ego te remitto.

Contra uicesimam dicis, summum Pontificem posse remittere pœnam tam impositam, ꝙ non impositam, ut docet diuus Thomas. Oppositum autem dicere, est hæreticum, & contra priuilegium datum Petro. Respõdeo: nego, & ratio negandi dicta est supra Con. quinta. Hæreticus autem ero, si postꝙ eccle sia determinauerit, non tenuero.

Ad uicesimam primam, me conuitio pungis, ideo transeo.

Ad uicesimamsecundam, ea dicis quæ supra Conclu. quinta sunt confutata.

Nego

Nego esse factum & doctrinã ecclesiæ, relaxari pœnas purgatorij per uiam indulgentiæ: quanꝯ admiror, quod hanc propositionem nõ approbaueris, qui superius docuisti & admisisti, Animas in purgatorio non soluere canonicas pœnas, ut dicit mea hæc propositio.

Pœnas purgatorij relaxari p indulgentias, non est factum ecclesiæ.

Ad uicesimamtertiam, longo uerborum tractu repetis id quod supra tractatum est propositiõe sexta, de attritione & cõtritione: quod ibi dixi, hic dictum puta. Non est enim fundamẽtum Theologicum, ex attrito fieri contritum uirtute clauium, sed erroneum. Deinde attritio seu dolor ille imperfectus, nõ est idem quod uelle habere dolorem & gratiã dei: sed uel est simulatio fallax, uel est initium gratiæ uerissimum. sicut B. Augu. ait: Desyderium gratiæ est initium gratiæ. Et alibi: Velle esse iustum est magna pars iustitiæ. Immo Apostoli in eo gradu permanserunt. Rho. vij. Velle mihi adiacet, perficere nõ inuenio. Non ergo attritionis, nec liberi arbitrij, sed gratiæ est tale desyderiũ, ante oẽm uirtutem clauium. Secundo facillime admitto, quod dicis, indulgẽtias conferri posse etiam imperfectis: nec hoc negat mea propositio: immo ego credo, quod remissio pœnæ sacerdotalis potest conferri indignis & non cõtritis. Sensus autem meus est, quod nulla omnium omnino pœnarum, tam a deo impositarum, quã ab homine, nisi perfectissimis potest dari, immo nullis in hac uita: manet enim pœna mortis, dolor cordis &c. Et nullum est dubium in hac propositione, experientia teste, & omnium sententia.

Ex attrito fieri contritum uirtute clauium, est error.

Remissio pœnæ sacerdotalis indignis dari potest.

Pœnas a deo impositas nemo, nec quã perfectissimis potest auferre.

Ad uicesimamquartam, Negas falli populũ, si modo attriti confiteantur &c. quod ut supra de attritione dictum est, reijcio.

Secundo, quod addis, alia opera bona non esse relinquẽda propter uenias: cum nullus pro certo sciat se uenias assecutum. Item, quia & si illi ueniam non consequuntur, pium tamẽ opus faciunt, quod eos in salutem disponit.

Respondeo. O miserum patrociniũ ueniarum: obsecro si incertum est consequi nos uenias, quid facimus? quid doces? Apostolus prohibet, ne in incertum curramus. Hęc tua apud me uerissima sunt, immo apud omnes. Hinc est quod ego tota fiducia suadeo hominibus, ut relictis uenijs, inuicem benefaciant: quia hic sunt certi sese gratiam dei consequi, illic uero incerti an gratiam hominis consequantur. Hic tandem dicis & sentis ad omnia uota mea, immo plus quã uolui. Ego qui hæreticus, perfidus, erroneus accusor: nunc tam utiliter de indulgentijs locutus sum, nec loqui uolo. Quid est quæso donum incertum, nisi nullum donum? Quare ergo tot pompis irritatur uulgus ad incertũ suum bonum, quod ad certissimũ bonum sine pompa potuit induci? Hoc modo peius fallitur, non maior pars populi, sed totus populus. Quid si ego ista dixissem? Secundo. Vbi nunc est potestas Papæ, ubi uirtus clauium, si non nisi incertũ operantur? Iam Christus nihil dedisse uidetur ecclesiæ, qui nihil certum ei dedit. Eo scilicet peruenit res Ecclesiæ, studio Scholasticæ Theologiæ: ut quæ donata sint nobis, nesciamꝰ, & id ꝓfitemur nos nescire, cõtra Apost. j. Corin. iij. Sed uide meas declaratiões. Credo me id effecisse, ut intellígi possit, quid claues, & quid non operentur: idqꝫ non incerte, sed certe.

Incerti summa de cõsecutõe ueniarũ, secũdum Theologos.

Bñfacere nobis iuicẽ, melius quã ueniaꝫ redimere.

Scholastica Theologia.

Tertio. Altera lacinia frigidi huius patrocinij tui, miserarum ueniarum est hæc: quod & si illi uenias non consequantur, tamen pium opus faciunt &c. Volo premere quæ hic cogito: tu quæso uide quid dicas, & quid inde sequatur. Hoc dico interim: non potest populus ad pium opus induci, nisi spe incerta uenia rum? Dico hoc populo, & uide si unum obolum pro tali ueritate cõsequaris. Quis enim pro incerto certum laboret? Ideo necesse est præconibus ueniarum

Pro incerto laborẽ certũ nemo facile suscipit.

Docent populũ in ꝓprias iustitias confidere.

hanc ueritatẽ nõ docere. Et tamẽ nõ fallit maior pars populi. Ad has impias fabulas peruenimus, dũ docemus populos nõ in certissimã & nudissimã misericordiã dei, sed in ꝓprias iustitias incertissimas, immo nullas confidere.

Veniæ ꝓuiuis principaliter instituꝝ

Quarto, sic ueniæ essent pro mortuis solidiores ꝙ pro uiuis: quia tua sententia prosunt defunctis certissime, uiuis autẽ incerte. Et tamẽ pro uiuis sunt principaliter & directe institutæ. Quod si directe non sunt nisi incertæ, quõ quæstor certæ fiũt, quãdo sunt indirectæ? fateor hæc etiã in Glos. lib. v. quod autẽ, posita. Primo me mouerũt, ut de indulgẽtijs dubitarẽ. Et quomodo non dubitarẽ cum dubitare iubear, a tantis ueniarũ tutoribus, doctoribus, præconibus?

Veniæ sunt piæ fraudes.

Quinto. Vide ne populus pium opus pro uenijs facere doctus, non faciat eo ipso nisi malum opus: scilicet, si opus huiusmodi alias non faceret, nisi uenias speraret. Hic patet, quod non deum pro fine, sed creaturam, scilicet remissionẽ pœnæ, in opere suo habet. Nisi uerum sit, quod aliqui dicũt, indulgentias esse pias fraudes, quod homo bonum opus facit propter deum, & spe placẽdi deo, prouocatus ad hoc per ueñias.

Ad uicesimamquintam, ea quæ dicis, nihil curo, non enim sunt ad propositum. Tu intellígis propositionem meam loqui de potestate iurisditionis: quã tamen negaui superius & inferius in purgatorium ualere. Ego loquor de potestate operandi. Et quidem non fuit mens mea, ut sic fallerentur legentes: sed

Potestas intercedendi ꝓ aĩab⁹, apud omnes.

tunc sicut occurrebat, ita ponebã. Potestas itaq; hæc est: quia Papa generali intercessione orat pro defunctis cum tota ecclesia: Episcopus speciali, ut in diebus communibus: Curatus, in singulis ferijs. Ergo est potestas orandi & intercedendi, de quo alias.

Ad uicesimamsextam, dicis ecclesiam habere potestatẽ in purgatoriũ, secundum sanctos, id est, S. Thomã: & hoc per applicationẽ meritorũ Christi.

Respondeo, ut supra. S. Thomam nego.

Ad uicesimamseptimam, ardens in defensionẽ tuorum dicis: nõ hominẽ, sed meram ueritatem & catholicam prædicari ab ijs, qui animam eo instanti, quo plene factum est illud, gratia cuius plena uenia datur: puta, quando dejectus est aureus in peluim.

Respondeo, o suauissimam glossam: quis ignorat, ꝙ anima, quando satisfactumest pro ea, in instanti euolet? Nunquid hoc impugnaui? quis ista nõ credit? Sed & hanc glossam tuã dederunt postea tui quoq; fratres Germaniæ.

Auro nõ redimunt aniæ

Secundo, huc attende, & hic respõde, ubi urgeris, & nodus hæret, An sit hominem prædicari uel deum, dicere, quod anima per indulgentias euolat. Hoc tu iam iterum facto & doctrina ecclesiæ, id est, opinione tua & S. Thomæ, probas, & nõ aliter: quanq; tu non tam uiliter pendis animas, ꝙ hi nostri. Siquidẽ tu aureũ in peluim, nostri duodecim quatrinos satis esse dicunt.

Theologi diuinant.

Tertio: quod si etiam uerum esset, per indulgentias redimi animas: qua dialectica didicisti, eodem momento satisfactum pro anima, quo factum est id, gratia cuius donatur uenia? Ita diuinatis de ijs rebus abstrusissimis, ac si præsentes omnia uideretis. Nonne posset fieri, ut dum ille nummum iactat, interim angel⁹, sicut Thobiæ fecit, offerat deo memoriã hui⁹ facti, & deinde aĩam uisitet, & aliqua mora intercedẽte redimat, aut aliud fieri qd nos ignoram⁹.

Concionatores indulgentiarũ obscure loquũtur.

Quarto, aptissimam inducis similitudinem: quod talis prædicator sit similis coco, qui substantiales cibos accidentalibus saporibus exacuit. Immo hoc dolemus, quod comestores illi, nimis accidẽtalibus & alienis uerbis adulterant uerbum dei. Denicq; iube, ut prædicatores illi hoc modo sua uerba intelligẽda

docant

doceant: & uidebis eos omni populo sibilum & fabulam fieri: nullus enim ita intellexit. Quare satis uideo, quantū sollicitauerint apud te, ut hanc eorū conscientiam utcunq; excusares, & leuares: sed frustra.

Ad uicesimamoctauam, me detractorē uocas, & eū qui ponit in cœlū os suū quia deus, inquis, concessit Papæ dare de suffragio pro uoluntate sua.

Respondeo. Nolo tecum cōuitijs agere mi pater. Scio quod omnia facilius sustinemus, q̄ ueritatem. Tuis uerbis non potest offendi auaritia: quia nō tangis eam, sed tingis & pingis. Nam quod Papa possit dare suffragium, non nego: sed quod suffragium faciat animam euolare, hoc interim nego, donec tu aliud probaueris. Veritas urit. Suffragiū nō facit animā euolare.

Ad uicesimamnonam. Primum somnia mea uocas. Deinde ex S. Thoma de pœna uoluntaria longum trahis sermonem. Et in fine dicis: Contrarium si quis asserat, stultus & ridiculus sit.

Respondeo. Sum optime contentus, ut tu sapias & rideas, usquequo uoles. Sim ego stultus & ridiculus.

Secundo. Ego quæstionem duntaxat posui. Tu sicut egregius Thomista, pro more uestro, nec nutum uestris opinionibus contrarium ferre potes. Nihil tamen prorsus probas.

Tertio. Ista distinctio B. Thomę est falsissima, meo iudicio: scilicet, quod aliqua pœna est per quā bonum acquirimus, ut quæ est in hac uita. Alia autem per quam nullum bonum nobis accrescit: sicut est mors naturalis, & pœna purgatorij: quia licet sine ea, ut ais, non peruenitur ad bonum, tamen bonum non per eam accrescit. Respondeo: Ita loqueris sine iudicio, acsi necesse sit uerbum B. Thomæ oraculum haberi. Cur ergo Apostolus errat, quādo dicit: Omnia cooperantur in bonum sanctis? Sed forte, ut estis prompti ad distincti ones, id est, scripturæ discerptiōes, dices, quod omnia cooperantur, scilicet huius uitæ: sic enim soletis elabi. Contra, Rhoma. xv. Qui moritur, domino moritur. Et Psal. cxv. Pretiosa in cōspectu domini, mors sanctorum eius. Doleo ego sanctum uirum eo prolapsum, ut neget per mortem bonū accrescere: cū sancti martyres, martyrio & morte summum præmium & aureolam obtinuerint. Igitur, siue hæc dicat angelicus, siue humanus doctor, insulsissimum errorem dici, cum fiducia proclamo. Per mortem aliquid boni acquiritur. Distinctionibus dissipat scriptura.

Quarto, eodem sensu, probabiliter, nihil asserendo, dixi: Animas quoq; uoluntaria passione pœnarum purgatorij, perfici in charitate: quia necesse est: ut ament & eligant pœnas, quas sentiūt deum eis infligere. Hæc enim uoluntas dei est, quā super omnia diligūt, aut certe diligere laborant. Aīæ īpurgatorio ꝑficiuntur in charitate.

Ad triceſimam, repetis eandē tuam cantilenam, q̄ animæ certæ sunt de gratia dei & salute &c. quibus supra respondi.

Ad triceſimāprimā, dicis me superfluū dicere: eo q̄ supra posuerim p̄fectissimos consequi uenias, hic autē uere pœnitentes, qui tamē minus rari sunt.

Respondeo. Recte fecisses, si meas propositiones intactas reliquisses. Tu incedis ad Aquilonē, & illæ ad Austrum: adeo cōuenit tibi cum intelligētia earum. Tu audes egregie mi Pater, perfectissimos discernere a uere pœnitentibus? Deinde, quod absurdius est, pœnitentes & attritos facis eosdem, nisi obicem ponant. Ista figmenta obicis & attritionis, supra quoq; reieci, & nūc reijcio. Humana sunt cōmenta nuper inuenta, sine autoritate ulla & ratione. Neminē pœnitet uitæ suæ, nisi gratia fidei præuentum, ut tenet una sententia totius ecclesiæ. Quid mihi ergo de fictitia illa pœnitentia, quā tu attritionem fingis? Attritio fictitia pœnitētia.

fingis? Nec est ullus tam perfectus in hac uita, qui non egeat pœnitentia, ut su pra dixi. Tu autem pœnitentiam extra ecclesiam uideris ponere, inter attritos duntaxat: quod est euidens error.

Ad tricesimamsecundam, ubi ego docui, ne ullus fideret in literas ueniarū: quippe cum dicat Script. Maledictus qui confidit in homine. Tu acutissime uolens unum malum uincere, gemino te perdis. Primum, fatuos eos asseris, qui sine operibus bonis tutos se putant. Quid ergo supra dixisti, quod attri tus consequens sacramentū & indulgentias, euolaret, si moreretur? cum talis omnino sit sine bonis operibus. Deinde uideris admittere, quod cum bonis operibus possint esse tuti, hoc secundū te Christianum est: secundum Augu. & Paulum, Pelagianum est. Cum talia opera reuera nulla sint, quib⁹ tuti esse possumus: sed nuda misericordia salui erimus, ut Apostolus Tit. iij. Nō ex ope ribus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Ita & alibi: Sola fidei iustitia gloriatur. Secundū. Qui uero ex spiritua li cōmodo eiusmodi literarū, concipiunt spem melius uiuendi & moriēdi &c. recte sentiunt: & sic docentes, recte docent.

Nemo ex bo nis operibus tutus est.

Misericor dia dei nos tutos facit.

Respondeo. Remissio pœnarum tantū conferē per literas & indulgentias: dignum ne ergo iudicas hanc spirituale cōmodū uocare? Quid anima inde bo ni consequitur? Nihil prorsus, & tamē est spirituale cōmodum. Ita luditis uer borum & nominum licentia, donec omnia confuderitis.

Secundo, quomodo melius spes uiuendi nascitur ex remissiōe pœnarum? id est, uita ex morte? Mortua res est pœnarum remissio: & ita mortua, ut etiam tuis Magistris testibus, meli⁹ sit satisfacere per se, q̄ satisfactionem remitti per indulgentias. Sed quid ego cum tuis nudis uerbis pugno? Spes uitæ melioris ex deo per gratiā eius uenit. Gratia autē nō in remissionibus, sed in inflictioni bus pœnarū potissimū operat̄: ut ad Corinth. Virtus in infirmitate p̄ficitur.

Spes uitę me lioris a deo ē

Ad tricesimamtertiā. Vbi nihil habuisti quod diceres, id uoluisti conari, ut me Pontifici odiosissimū faceres: cuius me detractorē iniustū, falsum errone umq; deblateras. Euidens signū est destituti a ueritate, furor & indignatio.

Respōdeo tibi semel pro omnibus. Summi Pontificis potestatem honoro, sicut decet. Vestras autē, uel opiniones, uel adulatiōes contemno. Ideo huius conclusionis meæ, hanc enim disputo, contrarium libera fronte hæresim pro nuncio. Non est in manu hominis reconciliari hominē deo: nec Papa potest gratiam dei iustificantem donare, ut tota sentit ecclesia. Cuius cōtrarium nul lus fuit tam fœdus hæreticus, qui doceret.

Secundo, ut tuis præconibus utcūq; succurras, iterum fingis distinctionem, pro Thomistarum laudabili more, d. Qui uero dicunt, ut refers, uere dicunt, modo reconciliatio illa intelligatur improprie, per amotionem reatus, qui ani mam a dei contemplatione clare secludebat.

Respondeo, miror quod nō eadem opera reconciliationē illam intelligi do ces Alphabetum Græcum, uel Hebræum, aut aliquid aliud, quod non signifi catur literis & syllabis istis. Si ista licentia improprie loquendi permittit̄, quid me impugnas? cur non aliquo sensu improprio me uera dixisse fingis? cur nō omniū hæresium insanias uno sinu suscipimus, cum possint eorum uerba ue ra fieri si improprie accipiantur? Vbi manet regula illa, Quod doctori ecclesiæ omnis improprietas, quantum fieri potest, uitanda est? Et illud Sapiētis: Qui loquitur sophistice, odibilis est. Rogo dent mihi tui improprijstæ tecum ueni am, si uerba uestra non intelligimus ego & populus. Credimus enim uos uti

Impropṛjste

uerbis

uerbis pro intellectu, non pro illusione nostra. Nisi iterum redijt, quod B. Hieronymus in Ioanne Hierosolymitano arguit, scilicet quod aliud loquuntur sacerdotes, aliud audiunt populi. Vos autem dedita opera ad improprietatem uertitis uerba: & hoc etiam defenditis, ut gloriam uelitis meruisse. Theologi Scholastici illudunt populo.

Ad tricesimamquartam dicis, quod sit hæretica: quia negat quod Papa possit omnem pœnam abolere.

Respondeo & ego per distinctionem. Hæresis accipitur uno modo, prout est contra opiniones nudas Thomistarum: & sic est hæretica. Alio modo, prout est contra doctrinam fidei & ecclesiæ: & sic est catholica. Hæreseos duplex genus.

Secundo, spero quod mihi etiam non rogatus cõcedes, per indulgentias nõ aboleri mortem, & mortis tot pericula, & infinitas passiones huius uitæ. Istis autem manentibus, obsecro, quid magni remittunt ueniæ, quãdo relicta mortis pœna, satisfactiũculas temporales remittunt? Sed ex musca elephantem facere placuit, utinam non amore Amorrei. Satisfaciunculas tẽporales remittũt.

Ad tricesimamquintam dicis: Nullum esse declamatorem reor, qui tam stulte docuerit.

Respondeo. Ego nõ reor, sed scio. Extant enim libelli positionum, quibus id non solum docent, sed ita defendunt, ut contrarium asserant errorem. Idcirco iterum rogo dominum, ut Thomam Italicum & Germanicum sibi discordem, primo concordet: ut sciam utri pugnem, uel cedam. Sed iterum ad solitũ refugium uenis, id est, ad improprietatẽ forte, d. Si qui tamen docerent, quod non contriti, non uane indulgentias consequuntur, quia proderunt contritione ex post facto accedente, non male docent apud complures peritos. Ergo id Christianum est prædicare? Cur ergo scriptura nos hortatur, ut quantocyus conuertamus & conuertamur: & nullam dat fiduciam futuræ pœnitentiæ, interim secure dilatæ? Sed omni hora uigilandum docet. Siue ualeant indulgentiæ in futurum, siue nõ, nihil curo. Id curo, quod pro re leuissima, id est, uenijs, rem illam grauissimam, & solam necessariam, id est, contritionem, tam uiliter æstimamus, tam frigide curamus: ut nõ ad nos pertinere uideatur, quo tempore peccator eam obtineat, modo præsentes uenias redimat: quas cum sine periculo non solum differre, sed etiam nunquã redimere liceat: sedulo tamẽ agimus, ne differat. Si id amore pecuniæ non fit, cur nõ tam sedulo agimus, ne cõtritionem differat? proprietas hic ne obstat? Omnia tam acute pro ueniarum gloria excogitantẽ. Et impius sum, qui pro gratia dei uel stupide disputo. Contritio uilescit.

Ad tricesimamsextam dicis, quod sit hæretica: deinde pœnitentiales Canones euacuet, euertat, & tertiam partem pœnitentiæ satisfactionẽ, & omnia iura loquentia de pœnitentia, & purgatorium. Adde quæso, & cœlum & terrã, ut omnia comprehendas.

Respõdeo. Spero dabis mihi uerum esse, quod per totam ecclesiam dicitur, scilicet, posse contritionem hominis tantam esse, ut deleret omnem culpam & pœnam. Secundo dabis, quod uoluntarie moriẽtes omnia soluunt, & satisfaciunt plenissime. His credo sine indulgentijs & literis adesse remissionẽ plenariam: & tamẽ me in hoc nõ esse hæreticũ, nisi apud Thomistas forte.

Secundo, debitũ ideo dixi etiã ijs, qui tam perfecti nõ sunt: quia Papa minister est Ecclesiæ: quicquid potest facere fidelibus in salutẽ, debet sub necessitate salutis, etiã gratis. quod si non fecerit, deus supplebit spero per misericordiã suam, quod homo neglexit per incuriam suam. Papa minister est ecclĩæ

Ad tricesimamseptimã. Postq̃ dimissa disputatiõe, quam de participatione

bonorum Ecclesiæ cœperas, dicis tandem hæreticum me esse, si dicerem sufficere impleri iniunctam pœnitentiã a sacerdote, sine impletiõe eius, quæ a deo imponitur: & sic euolare peccatorẽ, non satisfacto prius deo. Sicut dixi, uester iste mos est, si mos uocari posset, tanta cholera æstuare, ut altera pene sylla ba hæreticũ dicatis. Nil nisi hæreticũ, hæreticũ, hęreticum, Thomistæ loquí dicerunt: & tamen nihil prorsus efficitis, nisi quod contra uestras frigidissimas & nudissimas opiniões dictum aliquid esse probatis. Ideo mihi de uobis Esaias uidetur dicere: Concipietis ardorem, & parietis stipulam. & illud Gentilis: Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Thomistarũ opiniões frigidissimæ.

Primũ, ex prædictis uidisti, quod de pœna, quã deus infligit, omnibus partibus a te diuersus sum, alijs nixus principijs. Ideo totũ quod cõtra me machinaris, frustra machinaris: nego principia tua, & te totũ a plãta pedis usq; ad uerticem: sicut habes fundamenta mea superius posita.

Sylueſtrũ totum negat.

Secundum, nolo ergo docere uel doceri in ecclesia, quod requisitus nõ possim defendere: nisi dicendo, sanctus Thomas sic dixit. Christianus sum, nõ Pythagoricus.

Ad tricesimamoctauam. Vtrobiq; damnabiliter me errare dicis, siue de culpa, siue pœna intelligã: quia Papa nõ declaratiue, sed ministerialiter & dispositiue culpam & pœnam relaxat.

Respondeo. Hæc supra confutata satis sunt: quia ante ministerium Papæ, & ante eius dispositionem, oportet remissam esse culpam. Nihil enim ualet tua fictitia attritio.

Attritio fictitia.

Secundo, quo ad pœnam a deo inflictam Papa nec dispositiue, nec ministeriáliter se habet, ut remittatur. Hoc enim pertinet ad forum dei: in quo Papa, præter intercessionem, nihil iuris habet: ut satis dictum est: nec contrarium est determinatum ab ecclesia.

Papa, præter intercessionẽ nihil iuris habet in foro dei.

Ad tricesimamnonam, tandem plena fiducia, premo peruersum doctorem. Deinde detractorem uenialium, ne dicam, uenalium prædicatorum & Pontificis proclamas. Deinde negas bonarum disciplinarum præceptis institutum. Oportet me tãdem animum meum & lectoris mei instituere, ut sciamus cum Thomastris neminem posse loqui, nisi paratum, altero uerbo cõuitium, crimen, blasphemiam audire. Diligitis enim opinionis uestræ sensum plus q̃ onager suum fœtum. Audiamus ergo istam magnificam tuæ disputatiõis bullam. Duo, inquis, præcepta tenes falsa, quæ uenias euertunt. Vnum, quod uera contritio aboleat omnem pœnam. Alterum, quod uera contritio pœnas prælígat semper. Primum impugnas, & id nõ nisi bene institutorum Theologorum paradigmate: scilicet, ubi offendens hominem, restituitur in amicitiam, non sine emenda. Ita deus, lege communi, abolita culpa, uult peccatorum emendam præstari &c. Primum, si esses bene institutus Theologus, ut gloriaris, scires iudicium diuinum & humanum dissimilia & contraria esse: Et deum, si remittit, totum remittere: quod homo, quia non est tam bonus q̃ deus, non facit. Deniq; sic Christus docuit: Vt filij essemus patris, non reddentes, nec requirentes malum pro malo, sed benefacientes malis. Si filios oportet

Thomastri.

Iudiciũ diuinũ & humanũ differunt.

esse

esse tales, quanto magis ipse pater talis est? Ideo lex ista communis, quam tu, pace tua dico, fingis, non habet locum, nisi in opinionibus tuis. Nec unq̃ legis a deo peccatum remissum, reseruata pœna, præsertim ea quam Papa remittere possit: legis autem semper contrarium, quod omnino pœnam & culpam remisit, sat habens uindictæ, si homo noua uita totus ei seruiat. Igitur legem illam cõmunem, qua utitur deus remittendo peccatum, ille doctius & uerius tradit, qui dixit: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum deus non despicies. Immo de industria præueniens, damnat uestram sententiam & legem, dicens: Quoniam si uoluisses, sacrificium dedissem, holocaustis nõ delectaberis. Ad idem est Esa. j. Psal. xlix. & Mich. vj. & multa alia loca scripturæ: ad uestram sententiam autem nulla prorsus.

Lex dei communis, secundũ quã deus remittit peccatum.

Secundo, iterum inuidiam mihi conflare anhelas, quando me accusas, quod eneruem & euacuem uenias. Hoc, salua tua reuerentia, non uerum dicis. Ista enim sententia mea: quod cum satisfactio sit, omnium sententia, melior, q̃ indulgentia: dico, quod bona opera, quæ pertinent ad satisfactionem, sint præferenda uenijs: præsertim cum ueniæ sint nec præceptæ, nec consultę: ideoq̃ nec meritoriæ, nec utiles ad salutem: Quia ubi non præceptum, ibi nec obediẽtia: ubi non obedientia, ibi nec meritum: ubi nõ meritum, nec salus. Sunt enim licentiæ ac permissiones quædam: ut olim libellus repudij, & nunc permissio litium & iurgiorum forensium. Ideo dolere me cõfiteor, quod has res leues tanto boatu ardemus uulgo persuadere, quod cum sine exhortatione pronum est ad permissiones: summis uiribus persuadendum fuit ad meliora, id est, ipsam satisfactionem. Ad hoc modo, cum uideant præcones ueniarum, quæstum funditus periturum: prudentissime hanc melioris persuasionem, non modo omittunt, sed omni studio celant quoq̃. Nec multũ prodest, quod dicitur, causa uerbi, uenias quidem non ualere ad meritum seu salutem: ualere tamẽ ad celerem satisfactionem & pœnarum extinctionem. Sit sane ita: sed nihilominus redit id, quod prius dictum est, quod adhuc melius sit, etiam pœnas & satisfactiones non extingui aut remitti: cum in hoc non nisi optima opera remittantur: scilicet, oratio, ieiunium, eleemosyna. Hæ enim sunt partes satisfactionis: quas remitti si audes bonum asserere, audebis etiam id quod nihil est, optimũ dicere. Igitur uenias quærant qui uolunt: sed exhortentur plus ad meliora, id est, ad ipsa optima satisfactionis opera, sicut uirgini permittit Apostolus nubere: hortatur autem magis, ut uirgo maneat. Tales & tam discretos ueniarũ buccinatores, qui separẽt pretiosum a uili, si dederis, nihil est quo dissentiem⁹: paucos autem dabis, aut aliquot ex ipsis mendicos facies.

Opera bona quæ pertinent ad satisfactionẽ, sunt præferẽda uenijs

Litiũ & iurgiorũ forẽsiũ permissio apd̃ Christianos.

Pœnas & satisfactiones melius ẽ non remitti.

Adhortẽtur potius ad opera satisfactionis.

Ad quadragesimam, cum sancto Thoma (Timui enim, ne cũ S. Paulo uel Augustino) confutare conaris alterum meum, ut dixisti, falsum præceptum: scilicet, quod uera contritio pœnas quærit & amat. Et distinguis duplices pœnas, sicut & supra fecisti. Primo, q̃diu pœnas dare pro sceleribus, est alicuius boni allatiuum, ut in præsenti uita, quando meritorium est: uera contritio amat pœnas, ad merendum & præcauendum a peccatis, sine tamẽ contemptu ueniarum.

Respondeo. Gratias ago tibi quammaximas. Nunquid ego aliud uolui, q̃ quod tu hic dicis? Cur ergo supra, hoc præceptum falsum asserebas? An

idem apud te diuersis locis & uerum & falsum est? Rogo, si mihi nõ uis credere, crede aliquando ueritati, ut Augu. ait: per os tuum loquenti tibi, fortassis ignoranti & inuito. Admitto optimam istam confutationẽ falsi præcepti mei, qua ueriſſimum esse astruitur. Sequeris: quia utrunq; melius est, q̃ alterum &c. Magne deus, quanta est uis ueritatis, ut omnium se fortissime tueatur, per os detrahentium sibi. Tu qui bonis es disciplinis institutus Theologus, doce me quæso, quomodo hæc duo simul stare possint, amare & quærere pœnas & satisfactiones, simul etiam remitti & quærere indulgentias? Quia unum illorum, ut ais, sine altero minus est: utrunq; autem melius est, id est, ut simul satisfacias, & simul omittas satisfactionem: quod est aliud nihil, q̃ cum ratione, ut ille ait, insanire.

Veritas se tuetur.

Amare pœnas, & quærere indulgẽtias nõ sũt simul.

Sequeris: Vbi uero pœnæ nullum bonum afferunt, sed retardãt a bono gloriæ, pœnæ non assumuntur &c. De his conclusio mea nihil dixit. sufficit mihi, quod etiam tuo testimonio sit ueriſſima, pro hac uita. Nisi quod iterum doleo diui Thomæ uicem, & miseram suæ discordiæ sortem; quia hanc conclusionem probat in Italia, & damnat in Germania.

Thomistæ discordant.

Secũdo istud figmentũ tuũ est, quod pœnæ in purgatorio nõ afferant bonũ: contrariũ emẽ superius tenui & defendi, usq; ad determinationẽ concilij.

Tertio: Ratio tua nihil ualet, quod etiam pœnæ & opera huiꝰ uitæ retardãt a bono gloriæ: & tamen assumũtur: immo ut quidam e tua secta, doctissimus doctor Ioannes Taulerus ait: si cœlum coram te apertum esset, adhuc intrare non deberes, nisi primum uoluntatem dei super introitu consuleres: ut etiam in gloria, non quæ tua sunt quæras. Sed hãc sententiã ueriſſimã & theologiſſimam abſit ut probet Scholastica Theologia.

Volũtas dei in oibus consyderanda.

Ad quadragesimã primã, dicis uerum me docere: & gratias ago. Addis tamen, quod non minus caute sunt improbandæ & restringendæ ueniæ, in præiudiciũ Apostolicæ facultatis. Et tu quoq; uerũ hic dicis: immo nec caute, nec incaute sunt improbandæ, sed permittendæ, ut quærat qui uelit: tantum te magnum quis se consecutũ confidat, quin maius potuerit consequi.

Veniæ ꝑmittũt non improbantur.

Ad quadragesimam secundam & tertiam, conaris id persuadere, quod Pontifex per uenias prouocat ad pium opus: Et melius esse opus pium cũ ueniis, q̃ alterum solum.

Mihi longe alia mens est. Melius prouocaretur fidelis ad ipsam satisfactionem sine ueniis, ut supra coactus es concedere, id est, ad multa bona opera: q̃ quod prouocatur ad unum illorũ cum ueniis, id est, remiſſiõe multorum. Permitto tamen ueniis ita prouocari: sed dico quod sit incomparabiliter minus: ideo mea conclusio ueriſſima.

Satisfactio sine ueniis eligenda.

Secundo erroneũ est, quod opus cũ ueniis, uel gratia ueniarum melius sit, q̃ sine ueniis: quia si satisfactio est multa & optima merita, quomodo opus unũ cum tot meritorum remiſſionibus melius erit, q̃ ipsa tot merita? Loquamur quæso cum iudicio & Christiana libertate. Neq; enim poteris dicere, indulgẽtias aliud esse q̃ remiſſiones satisfactionis: rursum, satisfactionem non potes aliud asserere, q̃ multa bona opera, ieiunij, orationũ, eleemosynarũ. Sufficit ergo quæsumus ut permittamus per unũ opus bonũ, multa bona opera remitti non etiã eousq; cõmendemus, ut melius esse unum multis credatur.

Opus per ueias fit dete rius.

Per indulgẽtias remittũt opera bona.

Tertio, idẽ est, quod deinceps dicis: quod cæteris paribꝰ, meliꝰ est dare eleemosynã gratia ueniarũ, q̃ gratia meriti ꝑcise. Id est: meliꝰ tibi uideꝫ, ut homo, uno bono opere & merito, faciat se uacuum multis bonis operibus, erroneũ

hoc

hoc & impium esse, pace tua, credo. Semper tu id conaris, ut ueniæ, nõ permissiones & licentiæ quædam, sed perfectiones esse uideantur. Scis autem, quod licentia omnis nullam habet laudem, nec exhortationes: nisi quod non peccatum est, & infirmorum, potius pigrorum solatium. Immo, ut ille uerissime dixit, Licentia omnes deteriores sumus: ita in uenijs quõmodo potest melior fieri concomitanter, ut tu dicis, qui per eas tot meritis fit minor? & solum permittitur esse deterior: tu autẽ & suadere uis, ut sit deterior. Veniæ sunt licentiæ.

Sed uideamus tamẽ ꝓbationẽ tuã: quia ibi, inquis, scilicet in opere ꝓ uenijs duo bona sunt, scilicet meritum & sublatio impedientis: hic uero unicũ est &c.

Respõdeo: & studiose claudis oculos, & in aperta luce quæris tenebras. Fateor, duo bona sunt ibi, id est, meritum, & remissio multorum meritorũ: quod bonum est pigritiæ carnis, & damnum optimum optimorum bonorũ, & sublatio quidem impedientis, scilicet ad peiora. Veniæ sunt remissiones multorũ meritorum.

Secundo, hic, id est, in opere sine uenijs, id est, permanente satisfactione, nõ unicum est tantum, sed tot, quot sunt in tota satisfactiõe, quæ est optima & meritoria sublatio omnium impedimentorum gloriæ. Et quid multa? si tua dicta recte intelligeres, uideres tibi esse causam assumptam uituperandi bona opera, & laudandi remissiones eorundem: quod horrendissimũ est in ecclesia audiri. Ideo cum fiducia mihi sumpsi causam laudandi bona opera, non tamẽ uituperandi uenias. Abstrahe uocabula hæc, indulgẽtias, uenias: & relicta opinione rem intuere, & uidebis te non bonum, nec bonæ causæ patronum. Quid enim potest, etiam ipsa ecclesia, ex uenijs facere, nisi remissionem satisfactionum? Quid autẽ potest ꝓ satisfactiones intelligere, nisi optima opera, meritoriasq; pœnas, & ipsa a deo præcepta? Quid ergo magnifacere præsumimus, quod in se nihil est, nisi permissio deterioris, ne peccetur ab infirmis? Sylvester uituperat bona opera, Lutherius ea laudat.

Ad quadragesimãquartam. Nouus interpres scripturæ dicis, pauperi posse negari eleemosynam sine peccato mortali, licet nõ sine ueniali: ideo conclusionem meã falsam &c. Gratias tibi agit, ut optimo patrono, insignis illa belua Philargyria: quia discit, se posse negare petenti eleemosynam sine mortali peccato. Proh dolor & horror horrendus, quid audimus in ecclesia? Cur ergo Ioannes dicit, charitatẽ nõ manere in eo, qui claudit uiscera sua a proximo suo? An charitas etiam recedens, non relinquit peccatum mortale? immo Christus in iudicio cur damnabit eos, qui esurientem nõ cibauerunt? &c. Sed forte in persona Improprijstarum ista dixisti. Est aliquis sensus uerus, quem ex India forte adduces postea, ideo interim expectabo. Quod si dixeris, tunc cum ueniali peccato negari, quando pauper non eget, aut alias iusta est causa. Breuiter, si est iusta negandi causa, sine peccato negatur: sin est nulla, peccatum mortale est negasse. Sic euãgelium, sic Apostoli loquunt. Pauperi negari eleemosyna nõ põt sine peccato.

Secundo cur non pari, immo maiori studio exquiris, quomodo liceat uenias non redimere, ad salutem inutiles & non necessarias: qui tam periculose & acute exquiris, quomodo bona opera liceat omittere, sola necessaria & utilia ad salutẽ, denicq; præcepta ab ipso deo? An obsequium deo te arbitraris præstare, si calumnieris præcepta dei & bona opera: tantum ut uenias, nec a deo, nec ab homine præceptas efferas immodice? Finge nullas esse uenias in ecclesia, sed omnes per se satisfacere, sicut olim fiebat: Rogo, utra facies tibi placeret? ueniarum, an satisfactionum? Vel ergo tu non recte intelligis indulgentias, uel mala simulatione moliris calumniam bonis operibus. Non quærũt ex qua causa liceat omittere bona opa

Olim nullæ ueniæ.

Ad quadragesimãquintã: iterũ distinguis, ut uideris tibi, sufficientius bona temporalia

Necessitate extrēa dicūt eleemosynas dandas.

temporalia necessaria: & tandē cum Thomistis nostris cōsentiens, dicis, necessaria secundo modo danda pro eleemosynis: sed solum in extrema necessitate.

Rogo, ignosce mihi reuerēde Pater: uror enim nimis, quod textum apostoli Ioannis de necessitate, perditissime trahis ad necessitatem extremam. quis dedit tibi potestatem, necessitatem illam, extremam facere? Sic diabolus insidiosissimus hostis, etiam sacras literas nobis illudit & perdit. Det dominus Iesus Christus, ut nullus hominū, tibi & omnibus, qui hanc glossam tenent, tribuat, nisi dum peruenerit is ad extremam necessitatē: ut discatis, scripturam sanctā incorruptam relinquere uel penuria. Istam libidinem, & luxuriā corrumpendæ scripturæ, iam ferme trecentis annis patitur ecclesia, incomparabili damno suo, a doctoribus scholasticis.

Secundo, conclusionē meam uerā relinquis. Verū nō capis quod uolui. Tu in hoc recte sapis, quod necessaria secundo modo, potest homo pro uenijs dare: quod admitto. Sed nostri uenales prēcones de necessarijs primo modo, suadent hominibus dare pro uenijs. Horum enim uox & literæ, exempli gratia, sunt hæ. Si haberes unam tunicam uendere deberes, ut uenias redimeres. Nec hoc contenti, suadent: ubi quis necessaria primo modo non habuerit, tum alicunde mutuet, aut mēdicet, etiam si sit uxor: deinde fratres mendicātes quoq; suadent, ut corradant sine licentia pecunias. Hæc sunt, mi pater, illa portenta, quæ apud nos grassantur: nihil nisi impudentissimæ & rapacissimę auaritię negociū hic agitur, in tantū ludibriū ecclesiæ Ro. ut hæc sola esset causa abunde satis, ut uniuersæ ueniæ tollerent. Nec me falsa dicere credas: nō tantū uox & fama extat, sed & libri eorum, in quibus hæc passim legunt.

Indulgētiarij sic callide imponunt. Vxores monēt, ut corradant pro indulgentijs.

Prodesset ueniasoino sublatas esse.

Tertio, omnia quæ suades & dicis, ea opinione uel simulatione dicis, quod ueniæ sint aliquod bonum: de quo satis supra.

Ad quadragesimā septimā, cū tibi esset uerissima, tamen quia propositum tibi fuit, nullam nō mordere, licet nullos dentes habeas: ad insignē adulationē Papæ uersus, admittis esse ueram: sed ex Papa monstrū faciens, tribuis ei utriusq; potestatis apicem: scilicet ut sit simul Pontifex & Imperator. Ita autem tribuis, ut possit imperio iubere pro fabrica sancti Petri, ut pro communi bono. Nūc autem incomparabilē modestiā ei interim appingis, quod petit & remunerat. Hac tua mollissima, sed nocentissima adulatione id agis, ut futurus alijquis Pontifex, laudum huius modestiæ pertæsus, ius sibi credat esse degluben di totius orbis Christianos, idq; cum imperio & potestate.

Adulatio ex papa mōstrū facit.

Pontifex nō pōt exigere nūmos, ceu princeps mūdi.

Secundo dico, quod Basilica sancti Petri est commune bonum urbis Rhomæ. Nostræ autē Basilicæ sunt nobis utiliores, & magis necessariæ: quia non possumus omnes ad Basilicā sancti Petri cōuenire, uerbum dei audire, & sacramenta percipere, qua sola causa ædificantur: meliusq; esset, quod Basilica sancti Petri non ædificaretur, q̄ quod Parochiales nostræ ecclesiæ desolarentur. Id autem agi uidemus, & dolemus, dum omnium ecclesiarum subsidia, per indulgentias ad insatiabilem Basilicam sancti Petri trahuntur. Quare istas tuas frigidissimas causandi rationes, scilicet quod Basilica sancti Petri est totius Christiani populi bonum, etiam rident Germani, sicut iustum est. Cur ego non magis Basilicam sancti Ioannis matrem ecclesiarum, etiam bonum cōmune uocas? Sed forte adhuc in futuris annis restat, ut omnes ecclesias Rhomanas, deinde & palatia, nouissime & muros, & plateas, & pontes, nostris pijs operibus, gratia ueniarum factis, ædificemus: ut non sit finis exactionum.

Basilicæ nostrę sūt nobis utiliores, q̄ eccīa S. Petri.

Insatiabilis basilica sancti Petri.

Non est finis exactionū p indulgētias.

Quare mi Pater, ego sic, ut debeo, suadeo hominibus: ut primum uisuis tem

uis templis benefaciant, deinde suas basilicas, nouissime basilicam sancti Petri iuuent: quia uestræ ecclesiæ nõ sunt nobis necessariæ. Viuis tẽplis benefaciẽdũ.

Ad quadragesimãoctauam: adeo impingis, ut ueritate confusus, non possis inuenire quid dicas. Tandẽ ad hanc descendis ineptiam, dicens: Tu Martine, si habuisses a domino nostro bonum Episcopatum, cum plenaria indulgẽtia ad Ecclesiæ tuæ reparationem, forte dulcioribus uerbis abundasses: & quibus detrahis, uenias extulisses.

Respondeo: forte & tu spectas me ex animo tuo: quod conijcio ex eo, quod tam molliter adularis. Si ego ad episcopatũ aspirarem: certe non ea loquerer, quæ tu impatientissime audis. An ignorare me credis, qua uia Episcopatus & sacerdotia in urbe obtinentur, quãdo hanc pueri in omnibus plateis orbis cantant? Denicp nunc facta est rerũ fœdissima Roma. Omitto reliqua: quæ hic uelut tremẽs, & a ueritate fractus, disperdis potius cp loqueris. Sacerdotia in urbe ueritate nõ acquiruntur.

Ad quadragesimãnonã: Eadem saliua uenias utiles astruis, sed occasionaliter, scilicet dum anima ex hoc in gratiarũactiones assurgit. Quasi esses rhetor, tam uarios & exquisitos locos inuenis. Cur non etiam ad balatũ ouis dicis assurgere animã occasionaliter ad gratiarumactionem? Aut quæ laus ista uenia rum, quãdo etiam de pœnis & malis iubemur laudare deum? Sed piget me pigra ista & inania cõmenta uersare. Illud uero cp uigil aduertisti, quod mihi ipsi contredixerim: ut qui uenias hic utiles, superius autẽ aliter uidear asserere. Dico utiles pigris, sicut omnes permissiones sunt utiles: ne peccent, si licentiam non haberent. Dico inutiles ad profectum salutis: quod pro tua uigilantia debueras ex eo uerbo intelligere, ubi dixi, si nõ in eas confidant. Occasionaliter aiunt pro desse uenias. Vtiles pigris ne peccent, omittẽdo pœnitentiã imp positam.

Ad quinquagesimã, assumis causam pdicatorũ uenialiũ, sed astute: quia nõ credis talia pdicata. Deinde Põtificẽ cõmẽdas, q tam innocẽs sit, ut nullus uiuat aut opet indecẽter. Tertio inueneris, qd fraternã monitionẽ nõ pmiserim

Respondeo: si non sunt prædicata talia, aut non credis, quid æstuas ut defendas? Sine in uentum me disputasse.

Secundo. Scio & ego optimũ nos habere Pontificem Leonem. X. & uelut Danielem in Babylone: ut cui sua innocentia, uitæ periculum aliquando fecerit. Sed tu quæso dic mihi, quis unquã tam innocenter uixit, ut nullus alius nõ inique modo, sed nec indecenter operatus sit, aut uixerit? Videris, nescio quid, maximum adulari uoluisse: sed inter dicendum, & uerba, & sensus te defecerunt. Forte uoluisti dicere: quod Leo decimus id agit, ut nullus indecenter uiuat: quod cum uideres impossibile, inter uerba mutas sensum, & orationem sine sensu relinquis. Leo. X. est Daniel in babylone.

Tertio dic mihi: Quis a disputatore unquã expostulauit, ut prius eũ moneret, contra quẽ disputat? Cur etiã tu non prius me monuisti, quãdo tot nominibus criminum me fœdare parabas? Cur Pontifex in Decretis suis non prius monet, cp statuit contra abusum quæstorum? Ego in communi disputaui, neminem nominaui. Si innocentes sunt, quid queruntur sese tangi? Ergo nemo prædicet euangelium, uitia nemo carpat in publico, nisi prius ostiatim singulos moneat. Mihi miraculum est, eos esse innocentes, & tamen meis uerbis moueri. Sed uerum est illud diui Hieronymi: quando uitia communiter arguuntur, qui irascitur, accusator est sui. Denicp quomodo monitionem meam recepissent, qui etiã te patrono uscp hodie perstant innocẽtes? Noli quæso mihi mandare, ut innocentes moneam. Si uis autẽ ut moneã, iam alio accusatore nõ egent: quia tu patronus eorum nocentes confiteris. Monere prius Pontificẽ nõ oportuit. Innocẽtes nõ mouentur. Indulgẽtiarij

Quarto

Quarto, quod autem hæc facta sint, licet tu non credas, testis est tota terra, testes & extantes libri: qui autem id fecerint, ipsi uiderint.

Ad quintuagesimã primam, sicut eadem repetis, ita eadẽ tibi dicta uolo: nisi quod me per talenta loqui dicis, quod transeo.

Ad quinquagesimam secundã dicis, uanam esse meam cõclusionem, quod ita probas, quia nullus tam stultus sit, ut sic faciat.

Respondeo. Quid ad te quæso, si nullus est tam stultus? Sine me disputare, ut dixi, uel in uentum. Nunquid ideo Decretales Papæ sunt uanæ de abusionibus quæstorũ, quia tu nullum quæstorem contra egisse defendis? Sed præsenectute forte, ita & loqueris, & phantasiaris. Si nullus est qui sic confidit in literas, nullum tetigi. Eos qui sunt, uolui tangere: quos ego nõ unum, sed plurimos noui: & adeo stultos, ut non solum de animarũ redemptione, sed de sua quoq; salute certi sibi essent, quia has literas haberent. Deinde cur tuis clientulis nõ etiam persuades, ut animã suam impignorent pro contritione & satisfactiõe? Quoties tibi, rogo, dicendũ est, impiũ & auaritiæ ministeriũ esse, quod pro uenijs, tam exquisite, tam magnifice omnia tentant: ac si solæ essent rerũ, & pro necessarijs ad salutẽ, prorsus uix mutit? Tu cogita, an simplex populus non discat confidere in literas, tanto luxu & apparatu cõmendatas? Magnum enim cogitent necesse est, quod tam magnifice proponitur. Tu qui interim doctus es nõ fidẽdũ in literas, mox etiam simplicẽ populũ eadem per seipsum discernere & intelligere confidis: contra tot & tantorum persuasiones & irrita bula? Tandẽ mihi minaris maledicta, irrisiões, censuras. Quas? & quare? Noli minari mi pater, Christus uiuit: non solum uiuit, sed etiam regnat: nõ solum in cœlo, sed etiam in Rhoma, quantũlibet ipsa furiat. Si maledicar pro ueritate benedicam dominũ. Nõ separabit me censura Ecclesiæ ab Ecclesia, si iungat me ueritas ecclesiæ. Malo esse a te & similibus, si ita perstes, maledictus & excõmunicatus, q̃ tecũ benedictus. Nihil habeo quod possim perdere: domini ego sum: si perdor, domino perdor, id est, inuenior. Aliũ ergo quęre, quem terreas.

Auaritiæ ministeriũ, tantopere laborare, p. uenijs

Populo crasso singula crassius dicẽda.

Censuris terreri nõ põt.

Ad quinquagesimam tertiã, Stultum & ridiculum me uocas: interim tu sapiens dicis, Crebra raris cedere: & annalia festa Sanctorum celebriora esse, q̃ sabbatum Virginis matris.

Horatius.

Respondeo: Quo quo mi pater? Aut pluuius describitur arcus, Aut flumen Rhenum. Sed nunc nõ erat ijs locus. Primũ, non sunt rara apud nos, sed continua indulgentiarũ negocia. Deinde quæ proportio, ut uerbum dei, quod instantissime præcepit Christus prædicari, cedat raris indulgẽtijs? Si Christus ita non iussisset, staret tua similitudo. Item nõ potest Papa iubere silentiũ uerbi dei: quod semel emissum, nõ est alligatũ, sed nec factũ a Papa unq̃ legi. Per idem respondeo ad sequentis cõclusionis futilem confutationẽ: ubi tu sermonem ueniarũ esse uerbum dei cõtendis: sed improprie, scilicet cũ declaratorijs & hortatorijs. Si uerbum dei dicitur, quicquid cũ uerbo dei dicitur: omnes hæretici, omnes dæmones, omes homines nõ loquunt nisi uerbũ dei: quia nihil tam absurde dici potest, quin uerbum dei misceri possit. Ego dico, quod sit uerbum hominis, & de remissione hominis prolatũ: quia uerbũ dei est, quod fide iustificat cor, & gratiã iustificantẽ cõfert: sicut Ro. j. Virtus dei est in salutem omni credenti. Verbum autẽ ueniarũ nõ iustificat, nihilq̃ confert animæ, nisi quod dat licentiã pigritandi in bonis operibus, propter infirmos,

Verbũ deicogitur cedere indulgentijs

Indulgentiæ non sunt uerbum dei.

Verbum dei

Verbũ ueniarum.

Ad quinquagesimam quintam, dicis hanc & similes esse pueriles, uiri stomachati, & inferẽtis os in cœlũ, & cõtra stimulũ calcitrantis. Respõdeo, uerũ

est

est, apud Syluestrum & Thomistas duntaxat.

Ad quinquagesimamsextam, autoritate Thomę dicis thesauros ecclesiæ esse merita Christi, inquantum satisfactiones. Et idem per idem probas, & dicis q̃d S. Greg. dedit aliquando indulgentias, ut communiter dicitur, non potest probari. Ideo nec S. Thomas aliquid in hac re efficit.

Non potest probari de S. Gregorio.

Ego quidem non cum uniuerso orbe me disputaturum obtuli: quia nesciebã quod positiones meæ esse tam late uagaturæ: ideo noli mihi arrogantiam hãc ascribere. Casus me in has res perduxit, ex quibus cum silentio me eripere non possum: forte deus ita uoluit. Ego tamen istam conclusionem non asserui, sed & adhuc disputo, expectans concilij determinationẽ, sicut & omnes alias, quæ dubiæ sunt, aut in controuersia hærent.

Lutherũ causas in hãc disputationẽ de indulgentijs, traxit.

Ad quinquagesimamseptimam, mire q̃ pungeris, q̃ auaritiam paululũ momordi. Nam & tu quoq; patientius ferre potes, si contra scripturam pugnarem q̃ contra auaritiam. Ideo & hic Pontifici eximie adulatus, inuidiam mihi cõciliare festinas. Quid mihi innocẽtiam Pontificis obtendis? Nunquid ego eam ignoro? Aut si auaritiam taxo, nunquid ideo Pontificis innocẽtiam mordeo? Tu uide potius, an impius sis in Pontificem, qui auaritiam & Pontificis innocẽtiam in unam rem conflas, dum morsam auaritiam idem astruis quod læsam Pontificis innocentiam, immo sub prætextu innocentiæ pontificalis, irreprehẽsibilem nobis defendis auaritiam? Si sunt innocentes tui clientuli, non mordẽtur a me: si nocentes, cur defendis? Det tibi dominus, ut aliquando rectius iudices, melius uideas, & a calumnijs mei abstineas.

Qui taxat auaritiam, innocentiã Põtificis nõ mordet.

Ad quinquagesimamoctauam, eadem repetis, quæ in ante præcedente dixisti. Tua enim sunt uerba, ideo transeo.

Ad quinquagesimãnonam, iterum totus ardes: adeo in cæteris omnibus patientior es, præterq̃ ubi auaritiam tango: quam tñ, uelis nolis, non possis negare Rhomæ uersari, ne dicã dominari: ut mihi tu quoq; prope fias suspectus, quod magis lucra q̃ animas cures. Interim innocentissimum Pontificem ad invidiam meam commendas, scilicet ut tantum decus innocentiæ, operculum facias nequitiæ. Id enim anhelas, ut mores Rhomæ arguere neminem sinas, nisi, te interprete, simul optimi Pontificis innocentiam læsisse probetur. Quid uis? patronum te uocem Rhomanorum flagitiorum? Cur tuipse non te quoq; interpretaris lęsisse Pontificem, qui aperte scribis, Rhomanum clerum a primęua perfectione declinasse? Sine me tuis tecum artibus agere. Clerum Rhomanum mordes? At Pontifex est pars, & quidẽ nobilior, cleri. Væ tibi misero, qui qui talem ac tantum Pontificem non solum lapsum, sed a tota perfectione declinasse, & in perfidiam & hæresim abijsse, palam asseris. Id enim totum significat declinare, scilicet a perfectiõe. Vides ne q̃ pulchre & ego te auxesibus istis possem opprimere, si adulari & calumniari uellem?

Auaritia ut tangatur nõ potest ferre Syluester. Rhoma auara. Leo. X. innocentiæ decus.

Quæ ad sexagesimam cũ sequente dicis, transeo. Nihil enim dicis, quod non dictum sit prius. Ego probabiliter posui, quod thesaurus indulgentiarũ sit ipæ claues, ut in declarationibus.

Thesaurus ecclesiæ, claues ipsæ.

Similiter transeo sexagesimamtertiam: quia admittis eam esse ueram, non tamen sine calumnia.

Ad sexagesimamtertiam, quartam, quintam, & sextam cum ueras esse non neges, nec; negare possis, miror quod ita excandescis, & totus ignis efficeris. Mirabiliorem disputatorem non uidi, ut quem propositiões ueræ plus mouẽt, q̃ falsæ: cum tamen ueritas quæratur disputando. Igitur sim canis, filius canis

Hoc uno loco tractat Syluestrum Lutherius quemadmodum ab illo ubiq; tractatus est.

dicax, nõ excusatus ab anathemate, nec mentis compositæ: & si qua plura, prõ modestia tua senili habes, modo uera me saltem momordisse cõcedas, si negas dixisse. Hanc satyram merui, non quia falsa, sed quia uera dixi in auaritiam. Nõ credidissem Rhomanam auaritiam tam teneram & impassibilem esse, immo tã ambitiosam & arrogantem, ut innocentia optimi Pontificis uideri uellet.

Modestia senilis.

Auaritia Rhomana.

Ad sexagesimamseptimam dicis, me deserto Pontifice, etiam donis spiritus sancti detrahere. Ego miror te senem adeo feruere, ut nec me, nec te intelligere possis. Ego non dixi uenias non esse utiles, sed animæ esse utiles nego: nisi quo modo licentiæ & permissiones utiles sunt. Quod autem tu id blasphemiam dicas, nihil curo.

Ad sexagesimãoctauã, excusandos censes eos, qui uenias astruxerint maximas gratias, sed p hyperbolen. Obsecro, cur & me nõ aliqua figura censes excusandum qui nihil assero, sed solum disputo? Cur tibi facis, quod mihi nõ facis? Deinde si sunt per hyperbolen excusandi, cur non etiam sunt per cyrologiam accusandi? cum ueritas hac figura cꝫ maxime gaudeat, & ipsa cꝫ optime ueritatis doctores deceat: illam uero, ubi potest, fugiant. Immo id unice queror, quod per hyperbolen sunt loquuti.

Si autem uobis permittis mi R. P. impropríe & hyperbolice, & quoquo modo libuerit, loqui, cur non & Ioannem Reuchlinum, integrum & eruditum uirum, eadem æquitate tractastis, & aliqua figura eum excusastis? Aut si in hunc tam rigidi fuistis cẽsores, ut in syllabis innoxijs inueniretis uenenum: certe nõ permittetur uobis tam larga & libera figurande locutiõis licentia, ut falsa dicta pro libito seminare & interpretari possitis. Aut si qua uenia uobis dabitur, dupla huic debetur, & eo absoluto, uos rei permanebitis.

Theologi impropríeloqui sibi soli licere putant. Ioannes Ruchlinus.

Secundo, noua usus dictione, putas me inexcusabilem, quia uenias appellauerim minimas gratias, cum sint & aliæ gratiæ, & dona minora: scilicet bona fortunæ &c. Si mente fuisses quieta, uidisses cur hæc addiderim, ad gratiam dei & crucis pietatem comparatæ. Ego comparationem feci ad crucem. Hanc qua si non uideas, nouam comparatiõem facis ad bona fortunæ. Si sic ad iniquitatẽ & calumniam tantum uigilas, quis poterit tibi uerax uideri?

Sylueſter calumniator.

Transeo quæ in sexagesimamnonam cum tribus sequentibus, amarulentus euomis.

Ad septuagesimamtertiam, non nego quidem posse omnem casum absolui potestate clauis. Sed insaniã esse dixi, & dico, proueniarum magnificẽtia, quæ nihil prosunt ad uitam, tã horrenda monstra criminum, in exemplum uocare, & pro magnitudine potestatis, leuicula facere. Ex qua insanissima ueniarum cõmendatiõe fit, ut uiles fiant contritiões & uera pœnitentia. Boni prædicatoris est peccata ut sunt, magna prædicare, ut misericordia dei magnificet. Aut dic cur non pro contritionis magnificentia simile aliquid dicunt? scilicet quia non pecunias, sed paupertatem hi sermones afferunt. In rebus non necessarijs, nec utilibus ad salutem, sed tãtum permissis, honorificum putas, in ecclesia dei tot auxesibus tonare: cum nec Christi passionem sic uelit ecclesia prædicari?

Quid accidat ex ista insana ueniarum cõmendatione.

In septuagesimaquinta, non dixi Papam minorẽ Petro, immo nolui ut Papam & Petrum negarent maiores gratias habere, cꝫ sint ueniæ.

In septuagesimasexta, ut nihil omittas, quo me execrabilem facias Pontifici, & eum tibi uni adulantissimo propitium: fingis me ironice de tanto Pontifice loqui. Vides ne quantus sit mihi hic locus inuehendi in te? in tuam pene dixissem, sed reprimo me. Attrige aures, & audi, si saltem domi eas habes. Ego dico

non

non ironice, sed plane: quod omnis Papa habet maiores gratias, ꝙ̃ ueniæ sint, scilicet Euangelium & gratias curationũ, & omnia quæ scribuntur. j. Corinth. xij. nõ in persona sua, sed in potestate sua: id est, eo modo quo gratias ueniales habet. Nã etsi sedulo dissimulas, non tamen credo adeo stupescis, ut uenias Papa in ꝑsona sua habere dicas, sicut uirtutes ꝑsonales: nisi dixeris, quod depositꝰ Papa etiã omnia possit quæ prius. Igitur quicquid est in ecclesia donorũ & ministeriorum, dixi in manu Papæ esse, ut ordinet, mittat, donat, sicut corpori ecclesiæ expedire uiderit. Hæc autem sunt incomparabiliter maiores gratiæ, ꝙ̃ ueniæ. Melius facit enim Papa, si unum bonum pastorem uni ecclesiæ præfecerit, ꝙ̃ si omes simul indulgentias dederit. Tu autem in personam tantũ huius Leonis. X. intentus, sicut decet graphicum adulatorem, intelligis in uerbis alienis quicquid uolueris: & tamen detractor & calumniator esse non uis.

Papa habet maiores gratias, ꝙ̃ sunt ueniæ.

Sylvester graphicus adulator.

In septuagesimaseptima mihi non credis, quid ad me? per hoc nobis non fit satis omnia illorum optimi consulis, nisi quod respector personarum, mea soli us pessimi consulis.

In septuagesimaoctaua, nec excusatiõe me dignaris. Quod est istud nouum Sylvestrinum forum, in quo reo negatur excusatio? Sed obtorto collo rapitur ad abiurandam hæresim: sit, siue non sit hæreticus?

Sylvestrinũ forum.

Sed ubi uera mea non potes negare, saltem personam meam omni studio cõtendis opprimere. Vtinã tecum mihi liceret, & corpusculi permitteret imbecillitas, coram de ijs rebus conferre. Non dubito me tantum tibi ostensurum, ut saltem modestius deinceps disputares. Hæc sat de propositionibus. Cætera credo uideris, aut uidebis in declarationibus meis.

ADquæstionum uero laicarum confutationes uolui quiescere: sed incidit & permouit perspectum iam tuum ingenium, & auidum uictoriæ, & impotens pugnæ. Ideo si possum, paucis respondebo.

Quæstiones laicorum.

Ad primam: cum longũ illud Taratantara induxisses, ubi inter cætera etiam meritum congrui, & præparationem hominis ad gratiam necessario præcedere docuisses infusiõem gratiæ. Quæ hæresis iam quidem per Ecclesiam prævalida copiosissime confoditur a beato Augusti. contra Pelagianos, & nostra uniuersitate cœpit explodi. Tandem commemoras iustitiam diuinam non permittere euacuari purgatorium. Et hoc probas autoritate sanctorum, id est Thomæ: ex ipso enim cæteri Theologi & Canonistæ fuxerunt. His itaq; percensitis, cũ quæstio ista laica adhuc staret: scilicet, quod charitas & necessitas essent causæ iustissimæ euacuandi purgatorij, & hic totus nodus esset: hunc sic soluisti fortiter Dicens: Charitas autem pontificis, & necessitas animarum, non est efficax ratio sic relaxandi iustitiam diuinam: quam deus talis necessitatis conscius, & infinitæ charitatis ac misericordiæ uiscerib⁹ plenus, sanxit. Hæc tua solutio, omni glacie frigidior, & ut tuis disciplinis utar, petitio principij, tãtũ effecit: ut si quis uelit tibi credere, sit quietus: qui nolit autẽ credere, nihil audierit nisi uacua uerba. Quid enim istis uerbis respõdisti, nisi quia deus non uult, charitatem & necessitatem esse causas sufficientes? Et non probas, deum id non uelle, quia si deus pecuniam, aut quodlibet temporale, nisi forte non sit conscius etiam temporis, efficacem reputat causam, cur non etiam charitatem ipsam, in quam omnia illa ordinari uoluit? Nunc si ego quærerem: Cur ergo pecunia, aut temporalis res est causa efficax? eadem principij petitione dices: deus ita uoluit. Si de uolũta ergo dei disputandũ est; scimus ꝙd nulla res mũdi sic placet, ut charitas; & ꝙd

Matæologorũ quorũdã hæresis.

Sylvestri solutio omni glacie frigidior.

Sylvester hic iugulatur

charitati non donat, non præsumitur ulli alteri causę donare. Si autem alteri donat, multo maxime charitati. Et sic patet, quod etiam tu mecũ succumbis in ista quæstione.

Iudicia sunt & in laicis.

Obsecro te, crede mihi, sunt & in laicis iudicia: & tanta, ut ego me confitear ferme ter in istis quæstiõibus succubuisse, & nihil retulisse gloriæ, q̃ quod sibi uerba a me data dicerent: sicut & tu hic facis mihi.

Secundæ solutio multo frigidior & uanior est, nulli nisi tibi soli satisfaciens. Prima, inquis, causa est, quod uel porrigens forte non secundum facultatẽ propriam porrexit, uel nimis parce porrigit. Tolle ista accidẽtia, & pone, quod de propria facultate, & sufficienter porrexerint. Hæc enim a te dicuntur, tanq̃ lubrico: qui tempus redimas, & exitum quæras: nihil enim sunt ad propositum. Ergo non est causa, multo minus prima causa. Alia quod suffragia si nõ ꝓsunt iam redemptis, prosunt tamen alijs. Hoc non quærebatur: sed hic est nodus, an omittenda sint officia nominatim pro animabus oblata, an nomina eorum nõ ꝓnũciari, nõ in orationibus memorari oporteat? Hic respondes: q̃ si omittenda sunt, omnis deuotio uulgi deficiet, & sacerdotes fame conficientur: nisi forte dices, quid ad Rhomanos, quod Germani moriuntur?

Ad tertiam iterum dicis, nõ esse causam sufficientem. cui rursum opponitur charitas, ut supra, & permanet quæstio: nisi uelimus nuda uerba Sylueştri pro oraculis habere.

Ad quartam. Mihi pro regula tradis, factum & dictum ecclesiæ Rhomanæ. Respondeo: si de uirtuali & repræsentatiua tua ecclesia loqueris, nolo tuã regulam, quia, ut supra dixi, ex c. Significasti, talis ecclesia potest errare. Vniuersalis autem ecclesia non potest errare, ut doctissime etiam probat Card. Came. in primo Sen. Deinde, nec Papa usq̃ hoc dicit aut facit, quod tu factum & dictum ecclesiæ uocas: promptulus es æquiuocator huius nominis ecclesia, ideo maxime mihi suspectus.

Vniuersalis ecclesia non potest errare

Ad quintam dicis: Vbi multæ sunt diuitiæ, multi qui comedunt eas. Hoc est q̃d queruntur, q̃d Rhoma quærit saturare pecunijs suos comestores, & totũ pene deuorat orbem. Cur non minuuntur comedentes diuitiarum?

Rhoma deuoratrix totius pene mundi.

In fine iterum facis ex Papa imperatorẽ in potestate & uiolentia. Sed Maximilianus & Germania id non nouerunt, neq̃ credunt: fortissime autem id negant Turcæ & Tartari. Frustra quoq̃ celeberrimum illud & commune bonum, quod est lapides & ligna, nobis iactitas. Non enim per hoc soluuntur laicorum quæstiones.

Basilica S. Petri.

Ad sextam, sum tibi hæresiarcha, quandoquidem potestatem tibi arrogas baptizandi mei, ut uolueris. Ago tamen gratias, quod uerũ esse dicis, nihil remittis ijs qui perfecte sunt contriti. Et scio non omnes esse tales. Sed non ideo intrant purgatorium, quia pœnas debent, quas Papa possit soluere, ut probabiliter tenui, & teneo.

Perfecte contritis nihil remittitur.

Ad septimam dicis, quod duo bona adderentur. Vnum quod necesse esset fideles toties repetere causam, gratia cuius dãtur ueniæ: puta eleemosynam &c. Scimus mi pater, quod uos libenter uideretis, causam istam una hora millies repeti. Hoc ueræ in auaritiæ bonum cedit. Nos quærimus de bono dantis: quod si est datio eleemosynæ, melius id fit sine uenijs, & gratis, q̃ ꝓpter uenias, ut supra dixi. Tu autem semper imaginaris, uenias esse aliquod bonum.

Alterum bonum, inquis, remitteretur nouus reatus pœnarum, si quis post ueniã incidisset. Respõdeo, quod iste reatus melius tollit̃ sine uenijs: qa ueniæ

non

nõ sunt pro peccatis uenialibus necessariæ. Si autem de mortali reatu intelligis, iam nullum est istud bonũ, nisi centies quis in die peccet mortaliter: quod nullus facit uere pœnitens.

Ad octauam, quod Papa suspendit uenias & literas, dicis id fieri pro structura omnium præclarissima. Et hęc uidetur tibi esse iusta suspensionis causa. Nec mirum: non enim nisi quæ Rhomæ sunt, curas. Ego autem dico: sit illa structura honorabilior omnibus, certe nostræ ecclesiæ sunt magis necessariæ. Ad pompam mundi solum respicis, quasi tunc ecclesia sit præclare prouisa, si ligna & lapides in magnum erexerit cumulum, cũ si uelletis, possitis ipsi Rhomani Pontificem opulentissime iuuare.

Sed aliorum sit iudicium de tuis solutionibus. Ego fateor, me nihil ex his habere, quod laicis reddam, nisi maiores quęstiones.

Vltimo tribuis Pontifici iterum, ut sit uirtualis ecclesia & Imperator, & Pontifex, potens & brachio seculari compescere &c. Ista opinione tua stante, uellẽ doceri, an etiam sitis homicidæ? Cur ergo iura non permittunt Ecclesiæ, ad corporalis uitæ periculum, pœnitentiam imponere? Sed hæc alias & ab alijs.

In fine dico, non me terrebis ampullis, & minaci strepitu uerborum tuorum Si occidor, uiuit Christus dominus meus & omnium, qui est benedictus in secula. Amen. Lutherĩ magnus & Christianus animus.

Ecce mi R. P. cursim & duobus diebus tibi hæc reddidi: quia uisa sunt leuicula, quæ tu opposuisti, ideo ex tempore, & ut in bucccam uenit, tibi respondi. Si uolueris deinceps retundere, uide ut Thomam tuam armatiorem producas in harenam: ne forte tunc non ea modestia excipiaris, qua hac congressione exceptus es. Repressi enim meipsum, ne malũ redderẽ pro malo. Vale. Syluestrum monet.

FINIS.

AD LECTOREM.

Io. Eccius.

Lutherius.



Oncluſiones R. Patris D. Martini Lutherij de uirtute indulgentiarum ex medio ſcripturarum cãpo decerptas, Eccius ſophiſtico dente conatus eſt arrodere: Scoti, Capreoli, Durandi, Alphonſi, Gabrielis, & aliorum nouorum doctorum opinionibus nimiũ confiſus. At reuerendus pater Martinus Lutherius, aureolam quã uocant, meruit: qui abuſum indulgentiarum tam argute primus conuulſerit, ad quem tamen tot iam annos tot Theologorum milia connixerunt. Quam ſceleratum eſt Chriſtianam plebem, pro qua mortuus eſt Chriſtus, his rebus tam impudẽter ludificari: quæ forſan neq; in Euãgelijs, neq; in Paulo, neq; in Origene, neq; in Hieronymo, neq; in Ambroſio, neq; in Auguſtino, neq; in Hilario, neq; in Cypriano, neq; in alijs uetеribus fundatæ comperiuntur.

Opiniones, onera Chriſtianorum.

Sunt opiniones, inquiunt, Theologorum, ſed nouorum. Eſto. Verũ opiniones maneant opiniones, & nihil aliud ſint q̃ opiniones, non autẽ onera Chriſtianorum. Non faciamus opiniones nouorum Theologorum pares articulis fidei, & Chriſti Paulicq; decretis. Et pudeat tandẽ Theologos huius uocis, quã doctiores ſecreto nonnunq̃ apud amicos ſuos effutiũt: Sic quidem dicerem in ſcholis, ſed tamen, maneat id inter nos, diuerſum ſentio. Itẽ: Sic dicimus in ſcholis, ſed tñ, maneat id inter nos, non poteſt probari ex ſacris literis. Quinpotius ſi quid docere uolũt, nõ ſtatim minis cogant homines: alioqui miſera erit Chriſtianorũ conditio: ſed proferant ex fontibus teſtimonia, ſine coactis & apud ſe natis interpretationibus, & credetur eis. Id quod non fecit M. ſacri palatij F. Syluеſter prieras: qui nuper Martino Lutherio reſpondit: ſed ſic, ut Theologis & non Theologis riſum mouerit, cum ſua eccleſia eſſentiali, uirtuali, repræſentatiua. Quod ſi laici, reſipiſcente paſſim mundo, non tam ex libris, quos etiam nobis Theologis meliores legunt, q̃ ex ingenij ſagacitate, multa quotidie deprehendunt circa Chriſtianiſmum, quæ ſecus habere putant: quid oportet nos facere a uulgo longe lateq; remotos? Aperite tãdem per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ oculos ueſtros, o Theologi: & omiſſis Scholaſticis opinionibus, omiſſis puerilibus digladiationibus, ad ipſos ſcripturarum fontes accedite.

Exhortatio pia & Chriſtiana.

Hæc admonendi cauſa dicta putentur, certe non ſine lachrymis & gemitu bonorum uirorum ſcripta, ad ſuperbam iſtam pertinaciam, & pertinacem quorundam ſuperbiam ingemiſcentium: teſte Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula.

Fiat, Fiat.

Reue

REVERENDVS PATER DOCTOR MARTINVS LVTHERIVS, DISPVTA

tionis suæ pro declaratione uirtutis indulgentiarum, hanc primam posuit conclusionem.

Dominus & magister noster Iesus Christus, dicendo, pœnitentiã agite, omnem uitam fidelium, pœnitentiam esse uoluit.

ECCIVS IMPVGNATOR.

Cum regnum cœlorum in uerbis Christi præsentem uideatur significare ecclesiam, ac tempus plenitudinis euãgelicæ tunc aduentantis, non uidetur quomodo pœnitentia omnem fidelium uitam exprimat

D. ANDREAE BODENSTEINII ARCHIdiaconi Vuittenbergensis Apologeticæ propositiones, pro R.P. D. Martino Lutherio.

Prima Eccij conclusio contra Vuittenbergenses in fundamento est: Ecclesiã militantẽ, cui tempus plenitudinis euangelicæ aduenit, cũ sit congregatio omniũ fideliũ, inter quos non pauci sunt iusti, non uideri pœnitentia indigere.

1 Eccius non intelligit quod ecclesia ingemiscit: negat quod ecclesia confitetur: & turpiter orationes, in quibus uersatur, ignorat.

2 Quoniam ecclesia annua quadragesimali obseruatione, se purificari confitetur, & uniuersaliter coacta dicit, peccatores te rogamus &c.

3 Eccius autem tollendo pœnitentiam ecclesiæ, eius purificationem negat quam ipsa confitetur, ne a domino iudicetur.

4 Ecclesia petit dei populũ ab omnibus peccatis emundari: quæ uerba sunt pœnitentis Psal. l. Ita quoq; expostulat ecclesia: Sacro nos purificante ieiunio. Item: A noxijs quoq; uitijs cessare concede.

5 Dicit item: Deus qui culpa offenderis, & pœnitentia placaris &c. Et flagella quæ meremur, auerte. Non dicit, meriti sumus, sed meremur. Item Auerte, pœnitentia placaris.

6 Et in alia collecta: Parce domine parce populo tuo, ut dignis flagellis castigatus, in tua miseratione respiret.

7 Nonne ecclesia seu populus dei petit se castigari? quod si non est pœnitere, Eccius iudicabit.

8 Hoc idem inter suffragia in collecta: Deus qui culpas nostras pijs uerberibus percutis &c. ecclesia petit.

9 Vide Ecci collectam quam ecclesia facit: & petit ab imminentibus peccatorum suorum periculis, deo protegente saluari.

10 Quæ petit a populo dei flagella iræ diuinæ auerti. Sed fortasse Ecci° absq; libris facile respondebit, ecclesiam deprecari, ut ab imminentibus peccatis liberetur. Non ab his quæ insunt, sed quæ imminent.

11 Verum ut euasiones manifestis occludantur septis, ei collectam hanc opponimus: Purifica quæsumus domine tuorum corda fidelium, ut a terrena cupiditate mundati, & præsentis uitæ exuantur &c.

Adde & alteram eius dici Collectam: qua petit, ut sancta deuotio purificationem tribuat.

12 Ex qua oratione ad literam uidemus ecclesiam deprecari, ut fidelium dei corda purificentur: quod humilitatis causa dictum esse, nemo nisi anathemate percutiendus, dicere audet.

13 Per fideles dei, quos audet intelligere, nisi eos, qui ex fide uiuunt iustos?

14 Secundo ad literam apparet ecclesiam deprecari, ut dei fideles, hoc est iusti, a cupiditate terrena mundentur: ergo habent immundiciem purgandam.

15 Rogo Ecciũ, quid aliud efflagitat ecclesia, nisi ut iusti mundentur ab ædificatione illa, qua iusti super fide Christi, lignum, fœnũ & stipulam ædificant?

16 Qui non pereunt, sed per ignem saluantur: cuius diuersa est penes Augu. & Grego. interpretatio.

17 Aedificant qui carnali affectu circa temporalia tenentur &c.

18 Petit ecclesia, ut eius membra sancta, a cupiditate terrena purificentur, ut sordes subnascentes diluantur.

19 Quod timuit illa, quæ pulsanti sponso dixit: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?

20 Petit ecclesia, quod Christus patrem cœlestem facturum promisit, uidelicet ut palmitem ad ferendos fructus purget.

21 Cum in multis offendimus omnes, idcirco ecclesia petit purgari ab offensis & culpis, & agit pœnitentiam.

22 Petit, ut fidelium corda purificentur: quia omnes fideles uetustatẽ ex peccato relictam habent, quæ in interiori homine de die in diem renouatur.

23 Petit quod apostolica præcipiunt mandata, renouari scilicet spiritu mentis, & indui nouo homine.

24 Eximia est pœnitentia, peccata & infirmitates fateri, & sanitatem a medico precari.

25 Eleemosynæ ieiunium & oratio, remedia sunt uenialiũ peccatorum.

26 Tametsi euangelicæ plenitudinis tempus ecclesiæ aduenerit.

Ecclesia militans. 27 Attamẽ uniuersa ecclesia q̃diu militauerit q̃tidianæ pœnitẽtia est indiga.

28 Ecclesia militans ideo dicitur, quod rebellat semper, & in omni bono opere uitijs atq; concupiscentijs impugnatur.

Ex scripturis argumẽtatur nõ ex sophismatibus. 29 Fit, dũ iustus fortiter pugnat, fategatio: q̃ hilaritatẽ datoris lædit uitiatq;.

30 Beatus est ait, non criminosus, qui allidit paruulos suos ad petram.

31 Hoc fit, quod charitas huius uitæ potest augeri: & illud incrementi quod deest, ex uitio nostro deest.

Peccatũ qd' eccl'ia expiat. 32 Hoc uitium peccatũ est, quod ecclesia sancta quotidiana confessione, nec sterili dolore expiat.

33 Hoc uitium habent, qui pedum lotione indigent.

34 Quod boni & mali, filij dei habent: semper enim, dum bene facit iustus, peccat, & bonus & malus est.

35 Immo nemo coram deo, nisi iustus, pœnitet.

36 Adde quod septies in die iustus cadit, sed non collidítur: quia dominus supponit manũ: secundum Cassianum patet, quod fideles iusti cadunt.

Aduersarij Martini & Andreæ, sacra aut non legunt, aut nõ intelligunt. 37 Quibus iustis dñs manũ supponit: & ideo nõ imputat peccata, quod peccata sua agnoscunt, ac femur percutiunt, & debitoribus remittunt debita.

38 Mordaces illi qui sub titulo M. & A. uerbum imputat, tanquã indecens seu non congruens notant: literas sacras rident, & ecclesiasticos adlatrant: sed cur?

cur? quia legere & intelligere, ut bene loquantur, nolunt.

39 Agunt pœnitentiã incorporãdi: agunt & ueraciter, ecclesiæ incorporati.

40 Sed & nullũ ex literis Apostolicis, quibus ecclesia sancta sine ruga & macula prædicatur, Eccius auxilium petat: ne cæteras scripturas, hac male intellecta, ut Faustus legem Moysi, lacessat & rumpat: quoniam præmissis non obstat Augustinus contra Iulianum libro quarto, capit. tertio.

CONCLVSIO SECVNDA R. P. D. Martini Lutherij ex uerbis Euangelicis.

Quod uerbum, pœnitentia, de pœnitentia sacramentali, id est confessionis & satisfactionis, quæ sacerdotum ministerio celebratur, non potest intelligi.

ECCIVS IMPVGNATOR.

Interiorem pœnitentiã magnã esse, Christus & omnes Christiani docuerũt, Siquidem deus cor aspicit & uoluntatẽ. Vidua hoc docet, quæ minuta duo in Gazophylacium misit, & plus omnibus misit, D. Iesu teste. Est enim uoluntas in anima, sicut regina in regno.

D. ANDREAE BODENSTEINII ARCHIdiaconi Vuittenbergensis Apologeticæ propositiones, pro R.P. D. Martino Lutherio.

1 Veruntamen cum Eccius in secunda contra nos conclusione, idcirco magnã interiorẽ fecit pœnitentiam, quod uoluntatem reginam suorũ actuũ dicit, ostendit se uel ignorare literas sanctas, uel eis aperte contradicere. *Eccius literis sacris contra dicit.*

2 Nam uoluntas nostra non est regina & domina eorum operum, quæ deo ut uoluntatis essent, fecit. Nisi liceat cum audaculo Eccio securitatem uoluntati promittere, contra prophetica & apostolica documenta. *Audaculus Eccius.*

3 Idem Eccius se ignorare ostendit, quod pœnitentia est donum dei, quod deus in nobis operatur.

4 D. Eccium hac scriptura satis cõfutari existimo, quam Hieremias ædidit: Cõuerte me domine & conuertar, quia tu domine deus meus. Postq; enim cõuertisti me, egi pœnitentiam: postq; ostendisti mihi, percussi femur meum &c. Quam legat, & uideat confusionẽ suã, Hierony. interprete. Amb. & nõnullos alios non, sine causa reticemus,

5 Cõmouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia cõmota est. Deus commouet uoluntates, & fit contritio.

6 Discat eodem Hieremia docente, quod dominus conuertit conuersionẽ nostram, Quod dominus dat pœnitentiam: agnoscat orationẽ, quã scit: Da nobis digne flere mala quæ fecimus.

7 Veruntñ cũ litera nõ dicat, dedisti, sed cõuertisti &c. & timendũ sit eũ, quẽ pronus fuit hæreticũ uocitare, M. quem non intellexit, & hęc calumniari, legat Apostolum: Ne forte det illis deus pœnitẽtiam, & resipiscãt a diaboli laqueis. aduerte, det, ait, lege Augustinum. *Eccius pnus Mar. de hæresi traducere.* *Deus dat pœnitentiam.*

8 Voluntas est domina & regina suorũ actuũ, suorꝫ omniũ, scilicet malorꝫ

Quando

9 Quando uoluntas dominatur in anima, ridet diabolus, & exultat, quod præparatur ei præda.

10 Deus amat in nobis, quod ipse fecit: at quod ipse non fecit, odit. Ambrosi. facit collectam, quæ in primis legitur: Dirigere, sanctificare &c. Et in pascha: Deus qui per unigenitum &c.

11 Per autoritatem, Omnis plantatio, quam nō plantauerit pater meus, eradicabitur: & bene ad propositum.

12 Misericordia equidem eius super omnia opera eius: non nostra mutabilis uoluntas: quādo ab incommutabili uoluntate nō regitur, tunc tanto citius appropinquat iniquitati, quanto acrius intendit actioni. Attendi Ecci.

13 Aduerte commodum & periculum, quando uoluntas regitur, & quando in anima regit.

14 Vniuersaliter loquendo, deus est dominus, & rex in anima nostra.

Opa nostra, mala sunt & peccata.

15 Omnia nostra, quæ deus non fecit nostra, mala sunt & peccata.

16 Perditio tua ex te Israel, tantummodo auxilium tuū ex me. Ex nobis perditiones, ex deo suppetiæ & bona & salus. Si pœnitentia salutaris ex nobis, id est, uoluntate nostra est, falsa erit, quod perditio ex nobis est.

Iustitiæ nostræ sicut panus mēstruatæ. Thomistarū error.

17 Omnis iustitia nostra, hoc est, nostræ uoluntatis, est sicut pānus menstruatæ mulieris. Hanc autoritatem Thomistæ male dicūt de iustitia legis sacramētalis dictam, & nō intelligi posse de alia lege scripta.

18 Pondera autem, q̄m splendidum sit opus, quod uoluntas in anima, dum regit, operatur.

19 Domino deo nostro iustitia, nobis autē cōfusio faciei nostræ, si nobis est: id est, nos habemus confusionem, deus autem iustitiam facit: quid de pœnitentia, quando nostræ est uoluntatis.

20 Sed scit Eccius in suis iustificationibus fortasse preces prosternere, & nō in miserationibus dei: ac habere suam iustitiā, non dei:

21 Deus, ait Hieremias, facit misericordiā in terra. Tu es, alio attestante prophēta, misericordia mea.

22 Quod Eccius, nisi furiatus, de misericordia, qua deus misericors est, accipere nequit: sed ea misericordia, qua misericordes operante deo, efficimur, deus nostra est & dicitur misericordia.

23 Iuxta Dauidicum illud: Secundum magnam misericordiam tuā uiuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

24 Opera misericordiæ, & ea sola, deus coronat in misericordia & miseratōnā ei iudiciū sine misericordia, qui non facit misericordiam.

Facultas infirmi arbitrij eneruatur.

25 Quibus documētis lapideū pectus mollíri posset, & omnis facultas infirmi arbitrij eneruari: quoniā opera dei nō sunt in potestate nostra. Dn̄s em̄ soluit cōpeditos, non liberū arbitrium. Dominus erigit elisos, nō liberū arbitriū.

Opera bona nō sunt in nostra potestate

26 Si opera bona essent in nostra potestate, stulte peterem⁹ ea nobis donari.

27 Omnia quæ ad uitā spiritalē attinent, hoc abbreuiato efflagitamus uerbo Fiat uoluntas tua. hoc est: fac nos facere, fac nos uoluntatis opera suscipere.

Eccius nimium naturæ tribuit, minimum deo.

28 Ecclesia sibi dari seu donari deprecat̄, ut deū quęrat, & ut gaudia p̄missiōis quærat, ac q̄sita citius inueniat. Petit se illustrari, ut uidere possit agēda: q̄ Eccius sine p̄cibus accurate perspicere potest. Itē petit dari, ut agnoscat quod p̄stetur: & cœleste munus, q̄d frequētat, diligat: quod Eccius ex naturalibus, nullo precatu suffultus, diligere potest. Petit item, deum præueniendo actiones nostras, aspirare. Et rursus adiuuando prosequi. Eccius autem cum gratiam

tiam habet, nõ indiget nouo auxilio, nisi se indigere fateatur. Item ecclesia præstari sibi auxilium petit, ut orationibus & ieiunijs intendat, cũ multis collectis.

29 Quod ex Ezechielis & aliorum autẽticorum testimonijs deum facere, ut faciam⁹ dixi, ostẽdã Eccio in orationib⁹ suis, ne posteris rursum aberret diebus.

30 Habes orationem in quadragesima, dominicæ primæ feria sexta, quam tibi facis deuotam. pulchre in collecta dominicæ secunde feria tertia petit, ut deo operante impleamus, quod eo autore cognouimus. Et in alia sic dicit ad literã: & eius semp faciat inhærere mandatis. dominica in tertia. Itẽ dominicæ quartæ feria quarta, & dominica in octaua Paschæ: qui celebrari fecisti. Et in feriali collecta dicit: fecisti celebrare, fac gaudere.

31 Verum, ut exemplũ propositæ pœnitentiæ habeas, aduerte, quod oras sabbato dominicæ quartæ in quadragesima: Da nobis digne flere mala quæ fecimus &c. quid est hoc aliud, nisi: Fac nos flere, largire nobis fletum peccata expiantem.

32 Innumera alia sunt exempla, ex quibus addiscere deberes, deum hoc præstare, quod nos facere iussit: nec alia sibi placere, q̃ quæ ipsæ largitus est, nec alias prosequi actiones, q̃ quas ipse inspirauit: suas prosequitur, suas adiuuat actiões, sua opera, non nostra coronat. Probatur per collectam dominicæ quartæ post octauas Paschæ. Et collectam quæ Paschæ, & ad primam inter paschalia legitur festa, per illud, qui habet dabitur, ut abundet &c. Deus hoc nobis præstat, quod facere iussit.

33 Veniamus demum oportet ad infirmitates, ad nihil, cum ecclesia dicẽtes: Deus qui conspicis omni nos uirtute destitui, interius exteriusq̃ custodi: dominica secunda in quadragesima. Absit ut deus falsæ conspiciat, & ecclesia mẽtiatur, nos omni uirtute destitui.

34 Sublata est per hanc orationem ab homine spes, & bene: quoniam maledictus est qui spem ponit in homine. Eccius est homo, ergo nec in se, uel in sua uoluntate spem pœnitentiæ faciendæ ponere debet. Maledictus qui spem ponit in homine

35 Et rursus bene, ne dixeris, ego feci mihi hanc uirtutem, sed potius memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudine facere uirtutem. Fiducia nostra in deum

36 Ergo nos sumus nihil in dei scientia, sed aliquid in diuina eius misericordia. Bernardus.

37 Si omnes profuderimus & exercuerimus facultates, nõ habentes dei charitatem, sumus nihil.

38 Si autem diuinas opes, & superna auxilia, & esurientes pauperes, nihilq̃ habentes mendicatim quæsierimus, dominus pro nobis solicitus erit, per illud: Ego pauper & mendicus &c.

39 Eant, ego & nos fecimus, euanescant nostra, & propria: mortificemus dei spiritu nostra, ut deus faciat sua in nobis.

40 Vbi nõ ego, ibi felicius ego. Augustinus de cõti. Vbi non aliquid & nihil ibi feliciusaliquid, per illud: Exaltauit humiles.

41 Et per illud: Deus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis: destruxisti, ait, nos.

42 Quam diu placent homini, ego, nos, nostra, propria, & meum, nostrũ, aliquid: tãdiu uicissim in homine est q̃d deo displicet. arg. Ambrosius &c.

43 Sed nostrũ ego impios in seruitutem redigit, in iniustis aũt uehementes habet uetustatis reliquias. Mirabiliter quoq̃ serpit tentatio: quæ aufert nobis, ego, tu, nos, uos, non ego, non tu, & male tu fecisti.

44 Tunc uero quando deus regnabit, & erit omnia in omnibus: ego, & omne

ne proprium uileſcent.

45 Sũmoueamus humiliter & uere, ego & nos: & tũc deus nos faciet ſaluos.

46 Non eſt homo uerax, in quo deus non loquitur.

47 Nemo habet de ſuo, niſi mendacium & peccatum.

Facere quod in ſe eſt.

48 Qui facit quod in ſe eſt, facit quod deo diſplicet, mentitur, obloquitur, ac ſibi officit.

49 Ex præmiſſis infertur, quod bona operatio non uoluntati humanæ, ſed diuinæ debet ſimpliciter attribui.

50 Bonus actus, ut aiunt, quantum ad totam ſuam entitatem, hoc eſt, totus attribuitur deo.

Contra Capreolum & Scotum.

51 Illi autem qui uoluntati ſubſtantiã actus, ut Capreolus & Scotus: modũ uero ſeu entitatem minorem deo attribuunt, quod maius eſt ſibiipſis: quod minus, ne dicam feces, deo deputant. Ex propoſitis infertur ad deſtructionem illius, quod penes Scotum legimus: uidelicet, quod uolũtas eſt principalis cauſa, quantum ad principalitatem entitatis in bono opere, ſecus quantum ad principalitatem eſſe meritorij, Scotus & ſequaces in. j. & Capreo. in. ij.

Auguſtinum male exponẽtes.

Infertur quoq; aduerſus eos, qui Auguſtinum diuellunt ne dicam corrumpunt, exponentes eius dictum: ipſa gratia augetur, ut aucta mereatur perfici: comitante, non ducente: pediſſequa, non præuia uoluntate. dicentes, quod uolũtas eſt pediſſequa, quantũ ad relationẽ meritorij, de qua Auguſti. nõ cogitauit.

R. P. D. MARTINVS LVTHERIVS.

Igitur Papa per remiſſionem omniũ pœnarum, non ſimpliciter omnium intelligit, ſed a ſeipſo impoſitarum.

ECCIVS IMPVGNATOR.

Immo oppoſitum, quia uel intelligit pœnas Canonũ ſolum accumulatiue, ad pœnas a deo impoſitas concurrere, iam laqueus, non ſalus eſſet in Canonibus pœnitentialibus. aut uult eos declaratorios, ſicut in ueritate ſunt, & ipſe nõ attendit, iam remittendo pœnas Canonum, aliquas pœnas remittit.

D. ANDRAE BODENSTEINII ARCHIDIACONI Vuittenbergenſis Apologeticæ propoſitiones, pro R. P. D. Martino Lutherio.

Eccius iudaizat, plus tribuens hominibus q̃ deo.

1 Eccius dum in canonibus non laqueũ, ſed ſalutem eſſe putat, & hoc latenter ſcribit, iudaizat, & Paulum, qui dicit, Litera occidit: item, lex eſt miniſtratio mortis: non intelligit.

2 Aut plus hominibus q̃ deo tribuit.

3 Indiget idem Auguſtino doctore.

4 Et ea caret intelligentia, quam Capricornus, Scotuſq; Alphonſus & Gabriel, præſtare nequeunt.

Eccius hæreſim in pulmone habet.

5 Cum autem is error, qui in atramẽto, ſeu literis eo factis, aliud auxilium, q̃ demonſtrationis & manifeſtationis, utputa ſalutem ipſam ponit, in Paleſtino iudicio ſit ſubuerſus ac condemnatus: metuendum eſt Eccium hæreſim in pulmone habere.

6 Non ſufficit prædicare uerbum dei, aut illud legendo intelligere: ſed oportet ut

tet ut assensus ei accõmodetur.

7 Peiores efficiuntur qui diuina, etiam euangelicam legem, sine gratia audiendo uel legendo intelligunt.

8 Cognitio peccati sine gratia nocet: facit enim nos scire quod uitare non possumus.

9 Nudus sermo ad monendum est utilis, ad persuadendũ infirmus.

10 Nec lex sancta quæ facienda & deuitanda demonstrat, & liberum arbitrium cum ea, ad faciendum salutis opera sufficiunt.

11 Si Eccius salutem in scripturis collocari putat, ipsum in Iudæis Christus reprehendit, ibi: Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis &c. & ei aduersatur Apostolus, qui dicit gratiam lege testificari, non conferri.

Gratia lege testificatur, nõ confertur

12 Immo si error notatus subsisteret, magna Bibliæ pars falleret.

13 Paulus quoq; insaniuisse merito conuinceretur: qui uelut gratię defensor dixit: Si iustitia est ex lege, Christus gratis est mortuus.

14 Si Eccius de salute secius q̃ nos dixit, eius conclusio contra Vuittenbergen. posita, non urget, nec ualet, sed aduersus ignem cæreo pugnat stimulo.

15 Verum si de salute locutus est, more scripturarum, apostolicis aduersatur documentis.

16 Ex præmissis colligitur, quod si canones conscientiam obligant, solum præuaricationes accumulant, præceptum ecclesiæ ostendunt, & ultra nõ progrediuntur.

17 Cum autem D. Eccius Vuittenbergenses non dicit attendere ueritatem: uidelicet, quod canones sunt pœnarum a deo impositarum declaratorij: nisi sale condiatur, euanescet iactata sua ueritas, præsertim si non per f. scripseris.

18 Petit tamen, ut idem Eccius in propositione sua, quæ incipit, Erronea apparet &c. ad idem & apertius loquatur. Quæ enim cõtrouersia est partium nõ aduersantium? Nisi sic dicat, Canones cumulatorios, aut declaratorios pœnarum. Sed parua & minuta non curamus, nec prosequimur sophismata.

Ex Vuittenberga cursim, VII. die mensis Iulij,
An. domini M. D. XVIII.

N R.P. Martini

R. P. MARTINI LV-
THERII AVGVSTINIANI VVITTENBER-GENSIS, DE POENITENTIA SERMO.



DE INDVLGENTIIS sæpe locutus sum uobis, donec id meruerim, ut hæreticus accuser. Vt autem rem ipsam teneatis, possitisq; uosipsi cum illis cõferre: ecce procedam iuxta eorum sententiam, nisi ubi locus fuerit mea interserendi. Igitur eorum sentẽtia, Pœnitentia diuiditur in tres partes: quæ sunt, Cotritio, Cõfessio, Satisfactio.

Pœnitentiæ tres partes.

Prima, Contritio, sic enim cœpit uocari uera pœnitẽtia interior, duplici uia paratur. Primo p discussionem, collectionem, detestationẽ peccatorum: qua quis, ut dicunt, recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorũ grauitatem, damnum, fœditatem, multitudinẽ, deinde amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionẽ: & alia quæ possunt tristitiam & dolorem excitare. Hæc autem contritio facit hypocritã, immo magis peccatorem: quia solum timore præcepti, & dolore damni id facit. Et tales omnes indigne absoluũtur, & communicantur. Et si libere deberent, remoto præcepto & minis pœnarum, confiteri: certe dicerent sibi nõ displicere eam uitam præteritam, quam sic coguntur displicere confiteri: immo quo magis timore pœnæ, & dolore damni sic coguntur, eo magis peccant, & afficiuntur suis peccatis, quæ cogunt, non autẽ uolunt odisse. Siquidẽ lex & cognitio peccati magis abundare facit peccatum ut Apost. ait Rho. v. Et hæc est illa contritio, quam ipsi uocant extra charitatẽ non meritoriam. Alij uocant attritionẽ proxime disponentẽ ad cõtritionem. sic enim ipsi opinant: quam opinionẽ errorem ego iudico. Secundo paratur per intuitum & contemplationẽ speciosissimæ iustitiæ: qua quis in pulchritudine & specie iustitiæ meditatus, in eam ardescit, & rapitur: incipitq; cum Salomone fieri amator sapientiæ, cuius pulchritudinẽ uiderat. Hæc facit uere pœnitentem: quia amore iustitiæ id facit, & hi sunt digni absolutiõe. exempli gratia: Si uis pœnitere de luxuria, nõ incipias numerare uitia, fœditates, dãna eius nam hæc non diu tibi durabunt, quum sit uiolenta contritio ex ui præcepti facta: Sed intende in speciem castitatis, atq; ad cõmoda eius pulcherrima, ut ipsa tibi intime placeat. Sic de oĩbus alijs uirtutibus. Sed hic regula talis notanda est, quod intuitus uirtutum fit dupliciter. Abstractiue, seu per se: & sic carnalem hominẽ parum mouent: quo modo traditur per uerbum prædicatiõis: sic enim nõ nisi speculatiue uidetur. Concretiue, siue per aliud: hoc est, exempli gratia, ut intuearis homines, qui tali uirtute lucent, quorũ omnium speculum primũ est Christus, deinde sancti in cœlo. Verum rudem & incipientẽ maxime mouent exempla præsentia, & sui seculi. Ideo uirginitatẽ in uirginibus, & innocentibus pueris intuere, usq;dum gemas a facie pulchritudinis eius. Sic castitatem, charitatẽ, patientiam, reliquasq; omnes. Sic enim B. Anshelmus docet ascendere ad amorem dei ex amore hominis boni. Sic B. Augu. suam cõtritionẽ hausit ex intuitu illorũ, quos ex Pontiano audiuit: & ipse confitetur ecclesiam sibi ostendisse plenis manibus exempla uirginum & cõtinentium,

Cõtritio qualis faciat hypocritam.

Attritio disponit ad contritionem, error Thomæ.

Contritio, q̃ fit amore iustitiæ Christianũ decet.

Regula.

Christus sit exẽplar recte uiuendi, deinde sancti.

& sic

& sic odore illo optimo allectum: Sic & Apostolus se esse bonũ odorem, alijs in uitam, alijs in mortem. Signum est enim ueræ cõtritionis, si inspecto homine casto, humili, benigno, suspires ex corde, quia nõ es talis. Sic & eccl'ia orat, ut deus nos per exempla sanctorũ suorum restauret. Et B. Augu. lib. viij. confess. Psal. cxix. sic exponit: Sagittæ potẽtis acutæ cũ carbonibus uastatoribus: sagittas interpretans uerba uirtutes prædicantia ad abstractiuã cognitionẽ: & carbones uastatores, exempla sanctorũ uastantia omnẽ linguam dolosam, immo malam cupiditatem. Sic admirabili sapientia dei fit, ut nullus sibi bene uiuat. Et sæpius fit, ut boni alijs prosint dum nesciunt, immo uere semper nescíunt: qui dum incedunt simpliciter, alij eorũ uerbis & uita mouentur miro affectu. Denicꝙ & pueri infantes ita nobis uiuunt, ut nobis innocentiæ speciẽ suauissime cõmendent, atcꝙ ad pœnitentiã prouocẽt. Sunt enim uiua monitoria. Non est uticꝙ quod queraris tibi deesse uirtutum exempla uiua: pueros intende, sicut Christus docuit, exhibens paruulum discipulis suis. Hæc est pœnitentia iucunda, uera, stabilis, & ex spiritu nata. Ratio omnium prædictorum est: Impossibile est, ut odias aliquid uero odio & perfecto, cuius contrariũ non prius dilexeris. Amor semper est prior odio, & odium natura & sponte fluit ex amore: & sic nascitur zelus, qui est iratus amor, id est, odium mali propter bonum. Sic odium peccati, & detestatio uitæ præteritæ, nulla cura, nullo labore quæsita, ueniunt sua sponte: alioquin peruersissimo ordine, & nuncꝙ pro futuro studio quæritur amor iustitiæ, per odium peccati, immo machina desperationis, & deficiendi animi est talis peruersitas. Pœnitentia enim debet esse dulcis, & ex dulcedine in iram descẽdere ad odium peccati. Amor enim est uinculum perpetuum, quia uoluntarium: odium temporale, quia uiolentum. Igitur persuade homini, primum, ut diligat iustitiam, & sine magisterio tuo conteretur de peccato: diligat Christũ, & statim sui prodigus odiet seipsum. Sic Psal. xliij. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Prius inquit, dilexisti iustitiã, & sic odisti iniquitatem.

Signũ ueræ cõtritionis.

Boni imprudentes, plũt

Pueri innocẽtes sunt uiua monitoria.

Pœnitentia uera.

COROLLARIVM.

Plus tibi discutiendum est confessuro, quantum diligas iustitiam, cꝙ quantum odias peccatum: multocꝙ maiore, immo solo hoc labore tibi cogitandum est, quomodo futuram uitam agas bonam, cꝙ quomodo deseras, aut odias præteritam malam. Verissimũ est enim prouerbiũ, & omni doctrina de contritionibus hucusꝙ data præstantius: quo dicitur Teut. Nimmer thun, die hochste busz. Optima pœnitentia noua uita. Sicut & Apostolus sonat ad Gal. vj. In Christo necꝙ circuncisio, necꝙ prꝑputium aliquid ualet, sed noua creatura. Proinde confessurus id potissimũ, & ante omnia tecum cogita, quid faceres, si nõ esset præceptum confitendi, si nulla esset quadragesima, si nulli confiterentur, si nullus esset pudor, sed omnis omniũ plenacꝙ libertas: an etiam sic uelles confiteri, conteri, pœnitere. Quod si te non ita inuenis, iam scito te non ex amore iustitiæ, sed consuetudine & timore præcepti pœnitere: atcꝙ malle sequi turbã, si omnibus liceret non pœnitere. Si autẽ uelles, etiã si nullus pœniteret, cõfiteretur cõtereret: atcꝙ adeo si totus mũdus aliter ageret, nec p̃cepti habita ratiõe pœnitere, sed amore nouæ uitæ & melioris: iam uere pœnites. Ecce hoc est, quod illi solent dicere, quod contritio in charitate facta, facit remitti peccata. Quod uerbum nescio si omnes intelligant, qui tam frequenter ipsum in ore uersant: hoc scio, obscurissimum esse, nec a me aliquando intellectum. Hic uero inuenies, si non uis mentiri, te non esse talem: sed potius uelles, ut prior

Confessurus quid discutere & cogitare debet.

Pœnitentia summa est cũ odio uitiorum habere amorem uirtutum.

Quando uere pœnites.

Perfectã contritionem nemo mortaliũ habet.

uita liceret: quia sentis te omnino adhuc inclinari ad uitam priorem. Sic enim & B. Augu. confitetur, in contritione sua se fuisse sollicitatum de uita praeterita. Immo si recte perpendas haec dicta, facile dices, nullum hominẽ esse in mundo, qui hanc contritionem habeat: uel saltem paucissimos. Et de meipso confiteor similia omnino. Et si uere ac libere uelis cõfiteri, remoto deo, praecepto, poena, gaudio: scio dices: Si nullus esset deus, nullus infernus, certe uix poeniterem. Scio inq; talem esse tuam cogitationẽ, quantũlibet foris contritionem ostendas.

Obiectiõ.

Quid ergo hic faciemus? Oportet nos esse tales, & nõ possumus esse tales, omnes ergo damnabimur? Absit.

Responsio.

Sed respondeamus: Oportet, ut cognito te tali, non neges te talem, sed in angulum uadas, & iuxta cõsilium Christi, in abscondito ores patrem tuum in coelis, dicens sine fictione: Ecce optime deus, poenitendum mihi praecipis: sed talis sum ego miser, quod sentio me nolle, neq; posse: quare tuis prostratus pedibus, oro misericordiã & gratiam: fac poenitentem, quem iubes poenitere. Et sic cũ B. Augu. ores: Domine da quod iubes, & iube quod uis. Et cum ecclesia: Cor poenitens tribue.

Cõfessio impoenitentię si ficta nõ fuerit, prodest.

Haec inquã oratio & agnitio atq; confessio impoenitentiæ tuæ, si ficta non fuerit, eoipso faciet, ut deus te poenitẽtem uerum reputet: & licet multum adhuc sentias te ad malum inclinatũ, noli timere. Haec confessio & oratio faciet, ut Christus suppleat de suo, quod deest de tuo. Atq; ut hanc orationem facias, non te retrahat indignitas & impuritas tua, accede confidenter: Quia si non ante uis orare deum, ut multi stultissime agunt, q; fueris mundus, nunq; orabis. Et crede firmiter, qui dedit tibi hanc tui cognitionẽ peccati, te nõ rogante, dabit etiam gratiã oranti: immo ideo dedit cognitionẽ peccati & iustitiæ, ut rogares gratiã. Sic B. Augusti. cum Apostolo dicit: Per legem cognitio peccati, ut gratia donetur & impetretur. Accipe simile: Gentiles olim idola sua rogabant, & fiebat quod petebatur. Et auarus cõfidit in diuitias suas, & fit sicut uult. Quanto magis ille uerus & bonus deus nõ sinit se frustra rogari, & in se confidi.

COROLLARIVM PRIMVM.

Contritio uera non est ex nobis, sed ex gratia dei: ideo desperandum de nobis, & ad misericordiam eius confugiendum.

Corollarium secundum.

Contritio p totã uitã durat.

Contritio incipit in poenitente, sed non cessat per totam uitam usq; ad mortem: & non, ut multi putant, durat per horam confessionis duntaxat.

Non ꝙrendũ an cõfitẽs sit contritus.

Ecce sic habes, quomodo intelligas quod illi dicũt, oportere poenitere in charitate, & cum bono proposito, quantum deus auxilium gratiæ dederit. Nullus debet sacerdoti respondere se esse contritum, nec sacerdos requirere, nisi quod potest dicere: Nescio an sim cõtritus: rogo tamẽ dominum, atq; cõfido me sua gratia contritum, & quotidie magis conterendum. Haec de prima parte.

Nõ oĩa mortalia cofitenda.

Secunda pars est Confessio sacramẽtalis, & hic duo sunt notanda. Primum ut nullo modo praesumas confiteri peccata uenialia, sed nec omnia mortalia: quia impossibile est, ut omnia mortalia cognoscas. Ad impossibile autem nemo obligatur. Vnde in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia cõfitebantur, ut patet. j. Corin. v. ca. Si quis inter uos est fornicator, aut auarus, aut idolo latra, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ huiuscemodi nec cibum sumere. & illud Galat. v. ca. Manifesta sunt opera carnis &c. Vnde multi confitentur, in quinq; sensibus, septem donis, septem sacramẽtis, octo beatitudinibus, & alijs multis distinctionibus peccatorum: uelut id curantes, ut nullum peccatum non confiteantur: quum tamẽ inter ea quandoq; nullũ, uel uix ueniale sit

Scrupulose confitentes.

peccatũ

peccatum, & fatigant frustra sacerdotem, perduntq; tempus, ac alijs sunt impedimento. Ideo duplici sis confitendi modo instructus. Vno, quo sacerdoti oīa manifeste mortalia cōfitearis: quāq; difficile sit discerni mortalia a uenialibus, nisi sint in opere manifesto, aut euidenti consensu cordis, ut maledictio, furtū, homicidium, luxuria, detractio, ira, amaritudo &c. Alio, quo deo confitearis reliqua omnia: immo cum B. Iob dicas: Verebar omnia opera mea, sciens quoniam nō parcis delinquēti. Et Psal. xviij. Delicta qs ītelligit? ab occultis meis munda me domine. Nam nulla sunt opera nostra etiam bona, quin sint peccata damnabilia, si deus in iudicium intret nobiscum. Sic dicit Psal. cxliij. Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia nō iustificabit in conspectu tuo omnis uiuens. Item: Omnis homo mendax &c. Sola uero ista confessione humili & oratione nobis ignoscuntur, & fiunt meritoria. Vnde & iussit nobis, ut oremus: Dimitte nobis debita nostra. Quocirca dum uolumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, q; quod misericordiæ dei nihil uolumus relinquere ignoscendum: nec confidere in eum, sed in confessionem nostram cupimus: ac per hoc uolumus securi esse, nec iudicium eius timere: quum tamē ei sit beneplacitum super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordiā eius. Hæc ideo dixi, ut sitis præmoniti atq; præmuniti in hora mortis: ubi diabolus nō solum mortalia occulta opponet & magnificabit, sed ex uenialibus, immo ex bonis operibus faciet non nisi horrenda peccata: & totam uitam perditissimam ac damnabilem ostendet, ut scias quid facias, scilicet ne tunc dicas: Heu utinam essem confessus, aut tempus haberē confitēdi: ne forte desperas quod ipse cupit, sed confide & dicas: Scio quod omnis uita mea est damnabilis si iudicetur, sed dominus iussit, non in mea uita, sed in sua misericordia confidere, sicut ait: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Psal. lxij. Quoniam melior est misericordia tua super uitas. Sic enim B. Bernardus, quum aliquando mori se crederet: Perdidi tempus meum: quia perdite uixi: nec habeo, nisi quod cor contritum & humiliatum deus nō despicies. Sic sic timor iudicij humiliabit te, sed spes misericordiæ exaltabit humiliatum.

Peccata non manifeste mortalia sūt deo, nō sacerdoti cōfitēda

Bona opera etiā sūt pcta.

In cōfessionē nō cōfidēdū.

Mortis tpe misericordiā dei cōfidēdū

Secundum, uide ne ullo modo te confidas absolui propter tuam contritionem. Sic enim super te & tua opera confides, id est, pessime præsumes: sed propter uerbum Christi, qui dixit Petro: Quodcunq; solueris super terram, solutum erit & in cœlis. Hic inq; confide, si sacerdotis obtinueris solutionē: & crede fortiter te absolutū, & absolutus uere eris: quia ille non mentitur, quicquid sit de tua contritione. Nam sic non crederes sententiæ pronunciatæ super te a deo, qui mentiri non potest: ac si te ueracem, & ipsum mendacem faceres. Nā sententia illa debet esse rata & certa. Ideo multo magis tibi hic uidendum, quomodo nihil huic fidei desit, q; cęteris omnibus: immo esto p impossibile, quod confessus non sit contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absoluat: si tamen credat sese absolutum, uerissime est absolutus. Tanta res est fides, & tam potēs uerbum Christi. Damnabuntur itaq; qui nolunt confidere sese absolutos, donec certi sint se satis contritos: & super harenam, non super petram uolunt domum conscientiæ suæ ædificare. Sic legitur in ecclesiastica historia, quod B. Athanasius ludens cū pueris baptizauit eos, sicut uiderat fieri a sacerdotibus, & baptizatos iudicauit B. Alexander episcopus. Item quidam minus illudens baptizari uoluit ad placendum imperatori: & inter ludendum, uiso angelo cū libro, credidit, & eoipso ludicro baptismo uere est baptizatus. Quare plus est a confitente requirendum, an credat sese absolui, q; an sit uere contritus: sicut

Absolutio fit non propter contritionē, sed propter uerbū Christi.

Confitēs credat.

Credere se absolui, præcipuum est.

Christus a cæcis quæsiuit: Creditis me posse uobis hoc facere? Et merito: quia contritio nunc̄ est uera satis: quod si esset uera, non est tamen certa: & si esset certa, non tamē esset satis. Fides autem & uerbum Christi sunt uerissima, certissima, sufficientissima. Ruit ergo hic error illorum qui dicunt, quod sacramenta nouæ legis sic sunt efficacia gratiæ signa, quod si quis etiam nō sit contritus, sed attritus, modo non ponat obicem actualis peccati, uel propositi mali, gratiam consequatur.

Sacramenta sunt efficacia gratiæ, si creduntur.

Ego autem dico tibi, quod si etiam contritus accesseris, & non crediderís in absolutionem, sunt tibi sacramenta in mortem & damnationem. Fides em̄ necessaria est: quanto minus attritio, uel non positio obicis sufficit. Denic̄ talis nullus est in mundo, qui non ponat obicem, nisi solus is qui credit: cum sola fides iustificet, & accedētem ad deum oporteat credere. Verissimum est enim dictum illud cōmune: Non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat. Et B. Augu. Abluit sacramentū, non quia fit, sed quia creditur. Quod si sacramentū non iustificat, sed fides sacramēti: quanto minus contritio, aut nō positio obicis iustificat, sed fides &c. Ad hic tum quæstio resurget: Quomodo ergo differunt sacramenta ueteris & nouæ legis, si hæc æque non dant gratiam sicut illa? Hæc ad aliud pertinent tempus. Satis sit quod sacramenta nouæ legis sunt efficacia signa gratiæ, si credis, & nō amplius. Hæc de secunda parte.

De satisfactione nihil legimus in scripturis.

Tertia est Satisfactio: de qua quidē nihil legitur in scripturis. Dicunt tamē eam duobus modis fieri. Vno modo, per impletionem operum, quæ sunt eleemosynæ, ieiunia, orationes. Alio modo per indulgentias. Sed de his habetis uulgarem sermonem nuper impressum, ideo ad p̄sens omitto: legibidem.

FINIS.

Reuerendi

REVERENDI PA-

TRIS, AC S. THEOLOGIAE DOCTORIS Martini Lutherij de indulgẽtijs Sermo habitus Vuitten bergæ, in Latinã linguam e Germnica uersus.

SCiendũ primo, quod noui autores, ut magister Sen. S. Thomas, & horum imitatores, tres partes faciunt pœnitentiæ: nempe contritionẽ, confessionẽ & satisfactionem. Et cuius hæc distinctio, ut ipsi eam ꝓponũt, difficulter, aut certe neutiq; deduci queat ex scriptura, neq; etiã ex antiquis Christianæ religionis autoribus: Nos tamen id inconuulsum relinquemus in præsentiarum & ipsorum more loqui conabimur.

Theologorũ Scholastico-rũ studiũ fuit purã adhuc Theologiã dialecticis & philosophicis nugis inuoluere.

Secundo. Dicunt uenias neq; contritionem, neq; confessionem adimere, sed tantum satisfactionem.

Tertio. Satisfactio diuidit in oronẽ, ieiuniũ, & eleemosynã: ubi oratio oẽm animi motum & actionẽ in se complectit ad animã ꝓprie attinentẽ, ut lectionem, meditationẽ, auditionẽ uerbi diuini, declamationẽ ad populũ, doctrinã, & id genus. Ieiuniũ cõtinet omnia opera afflictiua carnis, ut uigilias, labores, duritiem in uestitu, in lectisternijs &c. Eleemosyna est operum amoris & misericordię aduersus proximum exhibitio.

Oratio

Ieiunium.

Eleemosyna

Quarto. Apud oẽs Theologos ꝑsuasissimũ est, quod indulgẽtiæ auferãt huiusmodi opera satisfactiõis pro peccatis debita uel imposita. Nã si absolute oĩa opera satisfactiõis adimeret, nihil boni supesset a nobis agendum.

Opera satisfactionis auferunt indulgentiæ.

Quinto. Multis fuit magna quæstio, sed nõdũ satis excussa atq; definita, immo adhuc cõtrouersa: an uidelicet ultra iniuncta opa satisfactionis, quippiam adimãt indulgẽtiæ: An ne pœnã a deo ꝓ peccatis, aut inflictã, aut infligendã:

Sexto. Eam quæstionẽ intactã ꝑtergredior: sed affirmare possum, q̃d ex nulla scriptura colligi queat, diuinã iustitiã, siue pœnã, siue satisfactionẽ exigere de peccatore: quin uerã tantũ & ex corde ꝓfectã pœnitẽtiã aut resipiscẽtiã, cũ uolũtate ad crucẽ Christi ferendã, ꝑdictaq; opa satisfactiõis exercẽdi, etiam si nemo imponat, q̃a ꝑ Ezech. dictũ est: Quicũq; peccator cõuersus fuerit, & bñ egerit, pctõr̃ suorũ amplius nõ recordabor. Itẽ hoc modo ipse oẽs absoluit, Mariã Magdalenã, paralyticũ, mulierẽ in adulterio deꝑhẽsam &c. Et audire liberet, q̃snã aliter ualeat astruere, tãetsi aliq; ex Doctoribꝰ, in eã partẽ opinati sũt.

Diuina iustitia nullã pœnam siue satisfactionẽ exigit a peccatore.

Septimo. Bene fateor ĩueniri posse, q̃d deus iuxta diuinã iustitiã aliq̃s castiget, aut ꝑ flagella urgeat ad pnĩam, ut Psal. lxxxviij. Si dereliq̃rint filij eiꝰ legẽ meã, si iustitias mes ꝓphanauerint, & mãdata mea nõ custodierĩt, uisitabo in uirga iniq̃tates eor̃, & in uerberibꝰ pctã eor̃: misericordiã aũt meã nõ dispergam ab eo. Sed hãc pœnã amouere aut ignoscere, deo tantũ in manu est, nulli hominũ. Neq; eam ipse omittere uult, sed eam sedulo pollicet sese inflicturũ.

Castigat deꝰ & ad pœnitẽtiam allicit.

Octauo. Propterea illiꝰ imaginariæ pœnæ nomẽ, quã indulgẽtiæ excludũt, nemo explicare põt: neq; quisq; nouit q̃dnã sit, si non est neq; flagellũ modo expositũ, neq; bona opera, quæ satisfactiõis nominantur.

Nono. Finge q̃d ecclesia uel hac tẽpestate decernat & apte declaret, aliq̃d remitti per indulgẽtias ultra prædicta opa satisfactionis: nihilominus præstaret infinitis modis, q̃d nemo Christianꝰ indulgẽtias redimeret, immo ne peteret

Præstaret, ꝙ nemo Christianꝰ indulgentias redimeret.

quidem: quin potius præoptent, tum facta bona, tum illius pœnæ tolerantiã. Quia indulgentiæ nihil sunt aliud, neꝙ aliud fieri possunt, q̃ remissio bonorum operũ & salutaris pœnitẽtiæ. Hæc autẽ amplecti q̃ refugere, multo æquiꝰ est atꝙ honestius. Tametsi ex cõcionatoribus recentiores quidã cõmenti sunt

Somnia recẽtiorũ Theologorum.

pœnas duplices, medicatiuas, ut uocãt, & satisfactorias. Etenim has ad diluendum cõmissum, illas ad sanandũ, & uitam in melius cõmutandã, prodesse pronunciant. Verum nobis maior facultas est istiusmodi nugamẽta contemnẽdi q̃ istis excogitandi. Nam quicquid deus imponit, in emendationẽ est, & compendium Christianis.

Decimo. Friuolum est, quod dicunt, numerũ pœnarum & operum, quibus satisfaciendũ pro peccatis, esse maiorẽ, q̃ homo in omnem uitam tum facere, tum perferre queat, ob exiguum uitæ spatiũ, eoꝙ necessarias indulgẽtias. Re-

Deus & ecclesia neminem grauãt ultra uires.

spondeo, quod totum hoc inane est, fictitium, nulloꝙ fundamẽto nititur. Nã deus & ecclesia neminẽ grauãt ultra uires: quod Paulus ipse astruit. Deus, inquit, uos non permittit tentari supra id quod potestis. Neꝙ exigua est contumelia Christianismo, dicere, ꝙ nobis importabilia onera imponat.

Canones oblitterati.

Vndecimo. Quod si pœnitentiæ per canones antiquatos iniunctæ, adhuc essent efficaces, ut pro quolibet peccato mortali, septem annorum pœnitentia exigeretur: oporteret ab eiusmodi constitutionibus Christianitatem abscedere, neꝙ amplius imponere q̃ quisꝙ ferre sufficeret. Quanto minus putandum est, illis pridem oblitteratis, plus pijs obtrudi, q̃ pro uiribus expediat.

Multa temere & supra fidem ueri asseruntur.

Duodecimo. Dicitur magno consensu, Peccatorẽ cum reliqua pœna, post contritionẽ & absolutionẽ debita, remittendum aut in purgatorium, aut ad indulgentias. Verum multa etiam alia temere, & supra ueri fidẽ asseruntur.

Nemo ꝓ peccatis potest satisfacere.

Decimotertio. Fœdus est error, quod quispiã de peccatis se putet satisfactorum, quæ ex inæstimabili clemẽtia deus & semper & gratis remittit, atꝙ cõdonat: nihil a nobis inuicem requirẽs, q̃ ut in posterum bene uiuamus. Christianitas, bene uerũ est, aliqua exposcit, quæ potest & debet remittere, & nihil imperare ferendum quod ferri nequit: neꝙ quicq̃ molestius.

Indulgentiæ plus obsunt q̃ prosint.

Decimoquarto. Indulgẽtiæ admittunt ꝓpter inertes & pigros Christianos qui nolunt animose neꝙ bona facere, neꝙ mala sustinere. Nã indulgentiæ nihil promouent in melius, sed illorum imperfectionem dũtaxat tolerant ueluti conniuendo. Ideoꝙ ab indulgentijs dehortari non licet. Atqui neꝙ licitũ est ad eas adhortari.

Ad fabricã S. Petri quõ dandum.

Decimoquinto. Tutius & utilius est dare pure propter deum ad fabriam S. Petri, aut ad alia quæ nominantur in indulgentijs, q̃ pro munere uicissim accipere indulgentias. Nam periculum est, ne minus propter indulgentias, & non propter deum impendat.

Tutius multo dare pauperi.

Decimosexto. Multis nominibus est conducibilius largum & munificum animum ostendisse pauperi & egeno, q̃ sic ad structuram profundere spe indulgentiarũ cõsequendarũ. Nã plus momẽti habet pium opus absoluisse, q̃ remisisse: & indulgẽtiæ plurima bona, quæ fieri deberẽt, condonãt, aut certe nihil condonãt. Atqui, ut uere te instruã, animũ aduertas. Præcipue deberis, inq̃ egẽti proximo, si quid es daturus: neꝙ fabrica S. Petri, neꝙ indulgẽtiæ ab hoc euangelico instituto te dimoueãt. Nemine uero oppidi tui, profligata inopia rerũ, opus habẽte auxilio tuo, quod fortassis nũ q̃ futurũ est: ad tẽpla, ad altaria ad ornamẽta, calices, clinodia tui oppidi tũc licet exponere, si lubet: Quo facto si animus te sollicitat, potes impune aut Rhomã, aut alio mittere. Tãta liberalitatis

CHRISTIANA DOCTRINA.

tatis argumenta nemo uetat, modo ne indulgentiarū respectu miseris. quādoquidem Paulus dicit: Qui domesticis suis nō benefecerit, non est Christianus & peior quouis Ethnico. Ita libere & constanter sentiendum. Qui aliter docet seductor est, & animam in crumena sua quærit: inuentosq; nummos omnibus animabus anteponit, & plus amat. Quispiam forte respōdet: Sic nunc̄q; indulgentias redimerē. Prius inquā ita cōtendebam, ita expetiui, orauí, cōsului, ne indulgētias compares. Ea facultate somniculosis p̄missa, tibi recta p̄gendū est

Decimoseptimo. Indulgentiæ neq; præcepti neq; consilij sunt, sed ex illarū rerum numero, quæ permittuntur, & sub p̄missionem cadunt: ideoq; nō sunt factum aliquod obedientiæ, neq; etiam ullo modo meritoriæ, sed tantum excussio quædam obedientiæ. Vnde consequitur, quod indulgentiæ q̄uis interdicendæ non sunt, amoti tamen & subtracti ab eis Christiani, ad opera & pœnas quæ remittuntur, excitari debent. Indulgentiæ neq; p̄cepti, neq; consilij sunt.

Decimooctauo. Quod animæ per indulgentias ex purgatorio liberentur, nondum exploratum habeo, neq; credo: tametsi recentiores id asseuerant, sed probandi facultatem non habent: Neq; ab ecclesia sancitum est. Quare securius est, ut pro animabus ipse preceris, & exerceas opera pietatis: id quidem remedij receptius atq; certius habetur. Animas e purgatorio liberari p̄ indulgētias, incertū

Decimonono. In prædictis nihil dubito, quæ idoneis argumētis omnia nituntur, & scriptura, & euangelicis decretis, longum ualere dicto doctoribus Scholasticis: qui uniuersi neutiq; sufficiūt unam ad populū concionē sacram cōfirmare: eadē mecū amplectamini sine dubitatiōe, sine formidine oppositi. Doctores Scholastici frigēt in cōcionibus.

Vicesimo. Si qui de hæreseos crimine me traducunt, quorum scrinijs potissimum aperta ueritas uehemēter officit, non magnopere curo. Neq; istorū clamosas contumelias magnopere reformido. Obscuri sunt, cerebri tenebricosi Bibliæ gustus inexperti: neq; Christi doctrinas unq̄ legerunt, neq; proprios autores, quos adorant, intellexerunt: quinimo laceris & carioſis opinionibus fere detriti sunt. Etenim suis assertionibus perspectis, cognouissent nequaq̄ condemnandū eum, qui non solum nō peractus est reus, sed ne reus quidem factus. Verum ipsis ac nobis deus mentē largiri dignet̄ sanam ac rectā, Amen. Nihil curat sycophantas

FINIS.

Reuerēdi

REVERENDI PA/

TRIS, AC S. THEOLOGIAE DOCTORIS Martini Lutherij de Matrimonio Sermo habitus Vuit/tenbergæ, in Latinã linguam e Germanica uersus.

PRimo. Cum deus creasset Adam, adduxit ad illũ omnia animãtia: inter quæ cũ non inueniret quodpiam illi cõforme, inqt deus: Nõ est bonũ quod Adã solus sit: faciã ei adiutricem, quæ parata sit ad manum. Et immisit soporem in Adam: cumq; obdormisset, tulit unam de costis eius, & repleuit carnẽ pro ea. Et ædificauit costam, quã tulerat de Adã, in mulierẽ, & adduxit eam ad Adã. Tum Adã: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vocetur autẽ uirago, quoniã de uiro suo sumpta est. Propterea relinquet homo patrem suũ & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Hæc oĩa sunt uerba dei, qbus uiri & uxoris exordiũ describit, & eorũ cõiunctio, & quãobrẽ facta mulier: denicq; quis amor esse debet inter cõiuges.

Secundo. Quãdo deus nõ coniungit matrimoniũ, & non adest ceu pronubus, tum accidit, ut solet, quod hic insinuatur, ex hoc quod Adam nullã inuenit coniugem, donec ei prouideret dominus de Eua: quã cum uidisset, cœpit recte amare, & synceriter cognoscens apud se hanc esse cõiugem suam. Iuuenes ergo, & ij, quorũ animus est matrimoniũ subire, docẽdi sunt, sedulo & diligenter orandum esse, ut dominus deus dignetur disponere felix cõiugium. Ad quod Salomon etiã hortatur, dicẽs: Domus & diuitiæ dantur a parẽtibus, a domino autem proprie uxor prudens. Eua a solo deo Adæ concessa est. Res itaq; magna in conspectu dei matrimoniũ est: tametsi imprudens iuuentus, in qua affectus dominant, plerũq; circa hoc errat. Nam factũ est nõ sine causa, & admirabili quodã consilio, quod dominus deus solũ hominẽ matrimonio copulauit. Reliquis animãtibus tãtũ dixit: Crescite & multiplicamini, nõ adducens masculũ ad fœminã. Vnde & inter bruta aĩalia matrimoniũ nõ est. Adæ autẽ creauit uxorẽ ex ꝓpria costa: adduxit, & cõsentiẽti, acceptãtiq; copulauit

Matrimoniũ res magna.

Matrimoniũ solũ inter homines.

Tertio. Creata est uxor ea causa, ut esset adiutoriũ uiri, cũ in omnibus rebus, tũ præcipue ut liberos generaret: id hodie adhuc obseruat utcũq;. Post lapsum uiri & mulieris affectus corruptissimi sunt, quando maior pars, non ob mutuum auxilium, sine liberorum amore, ut institutum est, conueniũt: quin magis ad explendam carnis libidinem.

Quarto. Matrimoniũ dijudicat inter amores. Viri & uxoris amorẽ maximũ esse oportet iter uniuersos amores. Sic em̃ scriptũ est: Relinquet hõ patrẽ & matrẽ, & adhęrebit uxori suæ: uxor uicissim uiro suo. Boni adhuc hodie obseruãt

Triplex amor, naturalis, falsus, cõiugalis.

Deinde notandũ, qd triplex est amor, Falsus, Naturalis, Cõiugalis. Falsus amor q̃rit pecuniã, honorẽ, opes, mulieres q̃q; ꝓhibitas ex ꝓcepto dei. Naturalis est inter parẽtes & prolẽ, fratres & sorores, & cõsanguineos. Tertius uero, q cõiugalis dicit, duos primos excedens, ceu ignis ardet: nihil quærit, nihil desyderat, p̃ter cõiugẽ. Sic em̃ inqt, Nec argentũ tuũ, nec aurũ, neq; hoc, neq; illud, sed te uolo, & p̃ter te nihil prorsus. Cæteri amores, ultra id quod uidẽt amare, aliud quærit̃: sed, cõiugalis id qd̃ diligit, totũ possidere uult. Quod si Adã in innocẽtia ꝓseueraret, exoptabilissimũ rerũ oĩm ducerẽt, sponsum esse uel sponsam

uel sponsam. Verumtamen ille amor iam impurus redditus est: quandoquidē uterq; coniugum in altero quærit, quo concupiscentiæ malæ satisfaciat. Hinc est, quod hoc tempore status matrimonialis syncerus, & sine peccato esse uix possit. Est enim ceu hospitale infirmorū, quando matrimonio præcauetur, ne corruamus in grauiora delicta. Innocenti Adæ facillimū erat uirginitatē seruare, & castitatē: quod nostra ætate, sine singulari gratia dei, uix possibile fuerit. Quapropter neq; Christus præcepit castitatem, neq; aliquis Apostolorū, cū prædicarēt: Tametsi illam nobis maximopere cōmendent, cōsulentes, & præmio sollicitantes, si quis queat assequi. Qui autem non potest, contrahat legitimum matrimonium: satius enim est contrahere, q̄ uri. Et tamen melior castitas, si cui contingat.

Matrimonij tria bona.

Cæterū Doctores circa matrimoniū tria bona excogitarūt: his cauentes, ne carnalis cōcupiscentia omnino esset mortifera. Primo, quod cōnumeratur inter sacramēta. Sacramentū scilicet rei sacræ signū est, spirituale quippiā significans, cœleste & æternū. Exempli gratia: Baptismus, quo presbyteri pueros abluunt, diuinam sanctam, & æternā dei gratiam designat: quæ simul infundit in corpus & animam baptizati, & quæ purgat a peccato originali, faciens oīa munda, templūq; dei. Hæc inq; spiritualia sunt, & corporalibus, externisq; rebus longe maiora, per quæ repræsentant. Matrimoniū ergo sacramentū dicit. Est nanq; typus rei nobilissimæ & sanctissimæ, hoc est, unionis humanæ & diuinæ naturæ in Christo. Inquit Paulus: Quēadmodū uir & mulier duo quędā unum sunt in carne una, ita deus & homo unus Christus: ita Christus & ecclesia unum corpus: quod profecto magnum est sacramentum.

Matrimoniū est sacramentum.

Omnino itaq; res sancta est & sacra matrimoniū, si rite fuerit obseruatū: in cuius typo significat is, qui cū deus esset, factus est homo: qui cū in cœlis, habitauit in hominibus, semet illis impartiēs: cuius exēplo cōiuges quoq; uiuant.

Sub typo matrimonij humanitas christi repsentat.

Aduertendum est hic, uel propter dei honorem, q̄ sacrosanctam rem repræsentet copulatio uiri & mulieris: certe humanitatem Christi Iesu seruatoris. A quo hoc priuilegij manauit, ne affectus carnis prorsus essent lethales: hi enim in nobis extirpari non possunt penitus: mortiferi tamē sunt quoties extra matrimonium consumantur.

Dignitas huius sacramēti ppendēda.

Quapropter coniuges dignitatē huius sacramēti perpendāt, uenerenturq;. Vxori uir debitā beneuolētiā reddat, similiter & uxor uiro: uideātq; ne ꝓpter importunas cōcupiscētias affectus humanus fiat beluinus, & irrationalis.

Matrimoniū fidei uinculū

Secundū bonū. Matrimoniū uinculū fidei dicitur. Fides enim fundamentū est & summa matrimonij: alter enim alteri sese deuouet & dat, secluſis oībus alijs. Quia ergo copulati matrimonio, cōcupiscentiæ carnali occluserūt oīes uias, & quisquis sua coniuge contentus uiuit, nec passim delitiatur: dominus deus ex gratia concedit, ut huiusmodi delectatiōe gaudeāt, etiam si illa sit citra spem fructus, modo seruet modestia, ne coniugum amor fiat brutorum.

Hic dicendum foret, quibus nam uerbis contrahentes uti possent. Verū res est ita inuoluta & impedita, ut ego iuxta meum captum & simplicitatem intelligere non possum. Verendum quoq;, quod multa matrimonia ad hanc regulam examinata, non sint matrimonia. Tamen cum præcipue constet ex consensu mutuo, nolo ego in præsentiarum definire, sed deo, cuius iudicia sunt incomprehensibilia & mirabilia, committo.

Verba cōtrahentium.

Verba communiter obseruata hæc sunt: Ego sum tuus, Tu es mea. Quanq; acuti quidam opinent nō satis esse, cum dicitur: Ego te accipio, uel accipiā te, uel id

uel id genus alia uerba. Malim tamen ego iudicare iuxta mentem, quam tunc utraq; personarum contrahentium habuit.

Præterea, circa hoc, quod nonnunq̃ tacite aliquis promittit uni, deinde alteram ducit, uel occulte, uel manifeste, nescio an omnia uera sint & recta quæ dicuntur & scribuntur.

Consiliũ Lutherij dignũ notatu.

Hoc meum consiliũ est: Parentes suos liberos instruant, ne uerecundentur ab eis petere coniuges. Item doceantur, ne citra parentum uoluntatem contrahant. Si enim te nõ pudet togam, domum, & alia id genus a parẽtibus petere, cur pudebit coniugẽ petere, rem multo magis necessariã? quod Sampson fecisse dicit: q̃ cũ in ciuitate quadã uideret puellã elegantẽ, & quæ ei placeret, reuersus ad parẽtes: Vidi inquit, puellã quã amo, rogo uos, date mihi illã in uxorẽ.

Fructus matrimonij.

Tertium bonum matrimonij, fructus dicitur, qui finis & officiũ matrimonij præcipuum est. Porro, ut doctores de fructu loquuntur, cum dicunt fructũ excusare peccatũ, nõ satis est accepisse fructum matrimonij, nisi educatur ad laudem & honorẽ dei: alioqui Gentiles hunc fructũ etiã habent. Sunt qui solum hæredes quærunt, uel delectationẽ ex pueris, nihil curantes gloriã dei, ad quã oporteret semper spectare. Et sunt, qui cũ ignorent præcepta dei, ignorent pietatem, pueris inculcandam præcipue, parentes tamen fiunt. Hoc audiant, qui in matrimonio copulati sunt, ꝙ nullum opus deo gratius, Christianæ reipub. nihil utilius, parentibus & liberis nihil salubrius contingere potest, q̃ si pueri pie instituantur. Peregrinationes ad Rhomam, Hierusalem, ad Compostellã S. Iacobi, nihil sunt collatæ ad hoc: quod est ceu regia uia parentibus perueniendi ad regnum dei. Præterea hoc officio carere, tam absurdum uidet̃, q̃ ignẽ non urere, aquam non humectare.

In liberis educãdis meremur uel cœlũ, uel ĩfernũ

Vt ergo in liberis tuis cœlum, sic infernum quoq; citissime meruisti. Nihil abiectius execrabiliusue feceris, q̃ si negligenter pueros tuos educas: quod tũ fit, quando sinis blasphemare, impudenter loqui, impuras cantilenas discere, & iuxta prauam eorum uoluntatem uiuere. Tales sunt quidam, qui pueros indecenti amictu ad mundum alliciunt, ad pompam, & fastum uitæ, ad diuitias instigant, ad honores: magis solliciti de corpore, q̃ anima puerorum: neq; consyderãtes maximã iacturam imminere rebus Christianis, per pueros perperã institutos: quæ si debent reformari, necesse est, ut olim a pueris fiat initiũ.

Hoc tertium bonum matrimonij maximum est & utilissimum: quod non solum debita matrimonij & imperfectiones, uerumetiam omnia alia peccata tolleret, si modo falsus amor lapsæ naturæ, non usq; adeo obcæcaret miseros parentes, qui pluris faciunt puerorum corpora q̃ animos. Hinc Salomon: Qui parcit uirgæ, is odit filium proprium: & qui diligit filium, sæpius castigat Sunt in corde pueri stulta decreta, & puerilia, quæ per uirgam tolluntur. Hinc idem: Si uirga percusseris filium, redimes animam eius ab inferno. Necesse est ut diligentius & frequentius meditentur coniuges, quæ saluti animæ conducunt, q̃ quæ corporis. Itaq; tandem sic tibi persuade, quod puer est ceu thesaurus eximius a deo commissus, magna diligentia custodiendus, ne a diabolo, mundo, uel carne possit furari: & quod hunc thesaurum in morte & extremo iudicio, accurato examine repetiturus sit deus. Vnde enim miserabilis eiulatus & horrendus earum, quæ plangent, dicentes: Beati uentres qui nõ pepererunt, & beata ubera quæ non suxerunt? Proculdubio ex hoc, quod filios commissos a deo pessime educarunt. O sanctam conditionem matrimonij, si recte: miseram, si male fuerit obseruata.

Animę salus magis aduertenda, q̃ corporis.

Matrimonij fctã conditio

Hæc

Hæc si quis animaduerteret, facillime concupiscentiam carnis refrenaret: & fortassis citius arriperet institutum uirginitatis, q̃ matrimonij. Iuuentus cupiditatum sequax hæc ceu parua æstimat: deus autem non sic, qui iuste iudicaturus magni faciet.

SVMMA.

Si uis ueram agere pœnitentiam, summas indulgentias hic & alibi acquirere feliciter mori, tuam prosapiam augeri & amplificari: summa diligentia, totis uiribus conare, ut pueri bene instituantur. Si per te non potes, utere aliorum opera, qui sciant, possint & uelint: nec parce labori, pecunijs, aut sumptui. Hæc sunt altaria, testamenta, uigiliæ & missæ defunctorum: item lumina, quæ tibi lucebunt perpetuo, hic dum uixeris, & alibi post mortem in uita æterna. Christiana doctrina.

FINIS

AD LECTORES.

QVi sermones legetis R.P. Martini Lutherij de decem præceptis, qui proxime sequuntur, meminisse debetis ad populum fuisse dictos: qui nisi rudi, quod aiunt Minerua res tradatur, sic doctorem audit, ut lyrã asinus. Itaq; uel sententiarum acumen, uel uerborum elegantiam ne expectetis. Siquidem hi sermones ea dictionis simplicitate, nimirum extemporali, qua ad populum e sacra cõcione fuere Germanice pronũciati, hic triuiali stilo sunt æditi, nõ ut doctos delectent, sed ut rudioribus cũ laicis tum sacerdotibus prosint: quorum utilitatis præcipue rationem is habuit, qui inuulgandos curauit. Igitur quicquid hoc est tumultuarium concionum, boni consulite candidi lectores, & Lutherium non minus purũ ac syncerũ Christianæ pietatis doctorem, q̃ uitæ prorsus inculpatæ uirum, amate, & Bene Valete. Prouerbium. Laus Martini Lutherij.

O Decem

DECEM PRAECEPTA
VVITTENBERGENSI POPVLO PRAEDICATA, PER R. P. MARTINVM LVTHERIVM AVGVSTINIANVM.

PRAECEPTVM PRIMVM:

NON HABEBIS DEOS ALIENOS.

PRIMVM quæritur, cur nō præcipit affirmatiue, ſic, Habeto propriū uel unū deū, uel adora me unicum deū? Secundo, Cur nō imperatiue magis q̄ indicatiue dicit, non habeto deos alienos?

Præceptum dei.

Ad utrumq; ſimul reſpondeo. Quod omne præceptum dei magis poſitum eſt, ut oſtendat iā præteritū & præſens peccatum, q̄ ut futurum prohibeat. Siquidem iuxta Apoſtolum, Per legē nihil niſi cognitio peccati. Et iterum, Concluſit deus omnes ſub peccatū, ut omniū miſeriatur. Ideo præceptum dei ueniens inuenit peccatores, & auget,

Leges humanæ.

ut amplius abundet peccatū, Romanorū quinto. Leges uero hominū propter futura peccata ponuntur. Ideo ſpiritus, ut eſt benigniſſimus magiſter, magis loquit indicatiue: quaſi dicat, O miſer homo, ecce tuā tibi oſtendo prauitatē. Talis eſſe deberes, qui nullos deos deberes, nō aſſumeres nomē dei tui fruſtra, Sabbatū ſanctificares, Non occideres, Non concupiſceres &c. Nunc autē totus es alius & peruerſus.

Ideo denicq; & negatiue præcipit, quia negatiua eſt uehementior q̄ affirmatiua. Siquidem & Samaritani olim coluerunt unū deum, ſed ſimul deos ſuos. Et nūc Iudæi atq; gentes, hæretici & mali, immo omnis homo mundi, unū deū colit, quem omnes cognouerūt, ut Roma. j. Apoſtolus dicit. Sed ibi peccāt quod hunc ſic colunt, ut ſimul & ſua idola colant. Ita nullus eſt hominum in mundo qui non in aliquo gradu quodlibet præceptum faciat: quia nemo eſt qui nō aliquando nomen dei non in uanum aſſumat, qui non aliquando nō occidat, nō mœchetur, nō furetur: ſed ſimul tamen omnia etiam contraria faciat, ut uidebimus latius infra.

COROLLARIVM.

Idololatria duplex.

Omnes filij Adæ ſunt Idololatræ, & primi huius præcepti rei. Verū ſciendū, quod Idololatriæ duo ſunt genera, Alterum exterius, alterum interius. Exterius quo homo lignū, lapidem, beſtias, ſtellas adorat, ut notum eſt ex Vet. teſt. & libris gentilium. Hoc autem procedebat ex interiori. Interius, quo homo uel timore pœnæ, uel amore commodi affectus, foris quidā omittit culturam creaturæ, ſed intus manet amor & fiducia in creaturam. Quæ eſt enim religio, non flectere genua diuitijs & honoribus &c. & tamen cor ac mentem, nobiliſſimā ſui partē offerre illis? hoc eſt deū adorare in corpore & carne, intus aūt adorare creaturā in ſpiritu. Hæc Idololatria dominat in omni homine, donec ſanet per gratiā in fide Ieſu Chriſti. Sicut dicit Pſal. lxxx. Audi populus meus & conteſtabor in te. Iſrael ſi audieris me, Non erit in te deus recens, neq; adorabis deū alienū.

Quod

Quod est dicere, Tuis studijs & uiribus nunq; eo peruenies, ut deū alienū non adores: quia & si nō coles imagines, corde tamen mihi præferes creaturā. Tunc aūt non adorabis alienum, si me audieris, id est, fides uerbi mei te faciet liberum a dijs alienis, & uerum cultorem dei. Hæc enim abstrahet te a cupiditate & fiducia rerum, & trahet ad creatorem.

Quomodo fiet istud?

Ita fiet, Fides Christi tollit omnem fiduciam sapientiæ, iustitiæ, uirtutis propriæ, docens, quod nisi ipse pro te mortuus esset, teq; seruaret, nec tu, nec omnis creatura tibi posset prodesse: ac sic oritur omniū cōtemptus. At ubi audis, quod pro te passus est, & credis, iam oritur fiducia in eum & amor dulcis, & sic perit omnis rerū affectus ut inutilium. Et oritur æstimatio solius Christi, ut rei necessariæ uehementur, remansitq; tibi non nisi solus Iesus, solus satis & sufficiens tibi, ita ut de omnibus desperans unicum habeas hunc, in quo oīa speres, ideoq; super omnia eū diligas. At Iesus est uerus, unus, solus deus, quem cū habes, nō habes alienū deum. Iudæi uero timētes, ne alienum deū haberent, si hominem Christū adorent, eo peius adorant alienum deum. s. Idola cordis sui, quæ sibi de deo fingunt. Recte ergo dicit. Si audieris me. q. d. impossibile est ut non adores alienū, si non audieris me, quia non humiliaberis, nec auferetur tibi fiducia creaturæ. Non humiliatus aūt, non adorabis me, sed te & tua. Fiducia ī deū

Clare ergo patet, quod nemo implet hoc præceptum, nisi credens in Christū sperans, diligens, nudatus ab omnium rerum affectu. Quod sine gratia dei est impossibile. Qui nā implent primum præceptum.

At sunt multi, qui cum interrogantur, an alienum deū habeant, & idololatrę sint, constanter respondent, quod nequaq;. Hos ut deprehendas manifesto mē dacio, id obserua, Num sint reb⁹ ita mortui, & in Christo ita securi, ut nec diuitijs inflentur, nec paupertate deijciantur, nec honore tumeant, nec ignominia marcescant, nec uita lætentur, nec morte terreant̄, nec uoluptate gaudeant, nec passionibus tristentur. Et prorsus ita sint ad utrumq; immoti & quieti, ut quoquo modo illa cadant, satis eis sit, q; Iesum Christū habeant, immo ut paupertatem, ignominiam, passiones, mortem ament & optent, diuitias, gloriā uoluptatem, uitā fastidiant præ desyderio sui dei Iesu Christi. Sicut ille Psal. xliij. Quēadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarū &c. Et sponsa in Cantics: Filiæ Hierusalem, nunciate dilecto, quia amore langueo. Et Paulus: Cupio dissolui & esse cum Christo. Qui uero hunc in se affectum nondū sentit, confiteatur se nōdū esse purum dei cultorem, sed multa mixtum idololatria: quia dolet, cupit, amat, odit, non sicut debet, nec ea quæ debet. At hic dicit̄, hæc pertinent ad perfectos, non ad omnes: non est necessaria tanta perfectio. Respondeo. Et nos scimus hoc esse perfectorum (id est, non Iudæorum, sed Christianorū) Nō quod damnati sint omnes, qui tam perfecti nō sunt, sed quod ista meta & finis est nobis propositus, a cuius assecutione nemo excusatur, nisi is, qui cū gemitu agnoscit, & confitet̄ sese non esse talem, & quotidie laborat, ut fiat talis. Et quod minus facit, humiliter petit ignosci, dicens: Dimitte nobis debita nostra. Et illud Cor mundū crea in me deus. His inq; timoratis, & confitentibus, quærentibus petentibus non imputatur ista Idololatriæ suæ mixtura, propter Christum, in quem credunt. Illis uero, qui sine timore, sine solicitudine proficiendi in securitate stertūt, omnino imputat̄, & sunt uere idololatræ. Nec excusabuntur, quod non sit necesse esse perfectum: quasi preceptū illud lapidibus, aut lignis, ac non Enitendū ad pfectionem.

potius hominibus sit positū, & ita implendum plene atq; perfecte, ut nec unū iota, aut unus apex sit prætereundus.

Peccantes cōtra primū præceptum.

Pro clariore notitia, ita ut īferiores possint capere, qui & quomodo cōtra hoc præceptum peccent, latissime ponam exempla, non tamen omnia (nisi uelim infinitum numerare) sed multa, ut eorum comparatione possint reliqua facilius intelligi.

Superstitiosi.

Primo. Sunt aliqui adeo rudes, ut uideat diabolus nō serio, sed uelut morio/nes suos ioco illudere, inter quos sunt sortilegi, diuini, malefici, incantatores, superstitiosi. Et horum multiplex species, sed in compēdium eos redigā, atq; ut facilius teneantur memoria, iuxta ætatum differentias distinguā.

Adulescētia.

PRIMA est Adulescētia, per se procliuis in seductionē hostis. Primo sunt qui conceptis uerbis, certisq; signis nouerunt consecrare, id est, execrari gladios, tela, boardas & omne ferrū, ita ut non possent lædi ab illis, siue in bello, siue alias. Vidi ipse ego adulescentē, qui stricto gladio in uentrem nudum fixo, tam ualide urgebat aduersum seipsum, donec capulus reflexus copularetur acumini super uentrem, & nihil lesus, gladium rursum remisit.

Gladius, telū & similia ne lædant.

Destructores.

Secundo. Qui possunt hęc soluere, circulo descripto, ductisq; in puluere signis, & ita alter alterius sacramenta irrita faciens, sese occidunt.

Characteres in uitro.

Puellæ.

Amasij.

Tertio. Sunt qui literas aut characteres super uitrum scribunt, & ad ignē ponunt, torquere soliti hac machina puellas ad sui amorē. At illæ rursum, aliæ ollam ad ignē ponentes, suos Adonides per multa miliaria uocare possunt. Aliæ caput asini in medio foco ponētes urgent ad se uenire quotquot uolunt, sui mysterij uel æmulos uel cōsortes. Et mirū dictu quod nō sit salus nec remissio uenire coactis, donec igne potiri eis licuerit, asinini capitis coctore.

Literæ Leonis Papæ.

Victoriæ forenses.

Quarto. Habentur literæ, multis sacris & uerbis & signis replete, quas Carolo dicunt a Leone Papa missas in bellum, quod ultra uanitatem, etiā mendaciū est, ut ex Chronicis patet, cum nō fuerint synchroni Leo & Carolus. His tamē tantum tribuunt, ut nec occidi, nec lædi, nec iniuriam pati possit, qui illas portauerit, ita ut præsumant & iniquis causis uictorias forenses.

Vxor ducenda.

Quinto. Obseruāt menses pro uxore ducēda. Alij ne nascatur proles, alij cōtra, ut prole abundent. Ita non deo, sed mensibus tribuunt hominis creationem infelici insipientia, & tamen sunt libri his nugis referti.

Cæreo paschalis.

Sexto. Sacra illa cæra, paschalis cerei, a multis furtim abscidit, nescio in quot & quanta uel maleficia, uel superstitiones.

Septimo. Sūt qui accepta aqua benedicta, cum preculis suis sperant se in formicario ouum inuenturos, quod gestantes sint inuisibiles.

Fur.

Octauo. Furem quærunt, dum suspecta nomina in chartulis inscripta, iaciūt in aquam benedictam, ut cuius nomen in ima ruat, ipse sit fur quæsitus.

Vxor ducta.

Illusio dæmonum.

Nono. Vxore ducta, stultis obseruationibus intendunt, uter utri sit superuisturo, ut q prior obdormiat nocte prima, prior morieť. Itē uxor primo ingressu domus uiri sui, superius limen tāgat manu, adiunctis uerbis, quibus se dominā uiri diuinet. Secundum hæc iudicentur similia, quanq; sint stulta magis q̄ mala, & ludus dæmonum, ut dixi, uidetur, sed qui tandem in nimium serium uergat. s. ut assuescāt ijs minutis in creaturam confidere, & inde nec in magnis deo credant. Excusant se sane, quod sint sacra signa, sacraq; uerba, quasi non ideo magis sint accusandi, quod rebus, signis, uerbisq; dei, in re prophana & diabolica utantur.

Virilis ætas.

Secunda est, Iuuentus, & eorum qui coniugio iam sunt astricti, ubi affectus

prolis

prolis & rerũ, mulierculas mire seductiles reddit in hoc opere diaboli.

Primo. Curare nitũtur infantes superstitiosis quibusdam ritibus. Nam sunt qui fascinatos curant pueros (quod malum apud nos frequentissimũ est, adeo abundant pestilentes uetulæ, & dæmonum ancillæ in hunc usum) ignoto quo dã morbo, quem Teu. die elbe, uocant. His quidã sacerdotes & ædituí rustica/ ni a magicis meretricibus edocti, literas scribunt pensiles ad collum. Sed nõ cõ/ muni atramento, neq; papyro, nec omni die, nescio an & calamo & pulpito & loco usuali, habet em̃ res ea sua occulta mysteria: & fit tamẽ quod faciunt, quia credunt. Alij aliũ morbum, quem Teu. das herzgespanst, id est, pectoris disten/ sionem, quem eo probant argumento, s. si mensura a cubito ad cubitum, non sit æqualis mẽsuræ a poplite ad collum pueri. Deinde nescio quot modis murmu randi cingulo metientes, capitis dolorem mitigent, sic & alios omniũ membro rum dolores. Hic ego uellem pueros intelligere, & loqui, ut matres suas, tam in signis stultitiæ arguerent. Non em̃ est dubiũ, quin resisterent, & sapientiores se matribus probarent. Infantes non sũt remedijs supstitiosis curandi.

Dicunt aũt, Quis non misereatur infantis & filij uteri sui? Respondeo. Mise rendum, sed non usq; ad seruitutem diaboli: uel naturalẽ quære medicinam, uel deum exora in simplici fide. Cur eum quem deus creauit, diabolo seruandũ & sanandum offers?

Verũ deus ad tentationẽ ĩcredulorũ permittit talia fieri in infantibus, per ma leficos, ut diabolũ quærãt, qui deũ neglexerunt. Neq; em̃ dubitandũ est, infan/ tiũ eiusmodi uexationes quandoq; non esse naturales, sed dæmones per malefi cos adiurati, ita cruciãt parẽtes eorũ, occulto dei iudicio, sed iustissimo, ut probet fidem, uel illorum uel aliorum, aut utroscq; puniat.

Secundo. Patres insufflãt paruulis in palatum, uel guttur, nescio quo morbo laborantibus, adducunt autẽ uerba ad adiurationem idonea septem uicibus.

Tertio. Qui pecora signant atq; sic seruãt a lupo, peste, aqua, igne, quin totã ciuitatẽ uel domũ ab incendio possunt ita seruare? Infelix lupus, iuste queri po test, portiõem suam a deo datam, sibi ereptam per dæmonum fœderatos. Si Iob ita feciſſet, sua pecora seruasset, sed non a deo laudatus esset. Pecora & fru ges signãtes. ut seruentur a lupis.

Quarto. Eadem religione fructus in agris & hortis cõsignant, adeo stulti, ut qui imbrem & incrementum ex deo acceperunt, custodiam ex diabolo petant. uelut contra deum pugnantes, ne auferat quod dedit.

Quinto. Ignem & aquam, item serpentes nouerunt adiurare, ne pecori noce ant ullo modo, id est, ut res eorum non sit subiecta deo.

Sexto. Infirmi dũ nouent sanctis uota, deinceps peccatũ putant medicinis uti ut scilicet tentent deum suis stultis uotis. Atq; si qua mulier inuncta fuerit olei sacramento, eã per annũ non nisi nigris uestibus oportet uti, n saltõ are in cho rea, non dormire cũ marito. Adeo diabolus familiare habet organũ, sexũ istum fœmineũ, ut ipsum in sua sacra asciscat, per ipsum suas leges dictet, suas superstí tiones seminet, per omnia contrarie deo, qui sacra & sacerdotiũ & uerbũ suũ ui ris imponit. Verũ longe prævalet sacerdotiũ istud muliebre, repleuitq; has ter ras innumeris superstitiõibus, benedictionibus, documentis friuolis. A quibus longe plus timẽt q̃ a legibus & sacris sacerdotij uirilis ac diuini.

Septimo. Huc pertinent, qui omínationes, auguría, ut crocitatũ coruorum & aliorum, Gentilium portentorum reliquias uel exempla, obseruant. Auguría. Omen.

Octauo. Qui dies Aegyptios obseruant, in profectionibus, in reditu, in ædifi ciis, in negocijs, in uestibus nouis induendis. Hi si sic crederent, quod ignis in Dies Aegyptiaci ludun/ tur, qui seruã tur a paucis.

hyeme gratior est q̄ in æstate. Itē quod in æstate cōuenit fœnum facere, fruges colligere &c. recte crederēt. Aut quod omne mane bonū sit exire, si quis sanus sit, & necessitatem habet: malū autem, si egrot⁹ sit. Quid enim aliud meretur illusor ille diabolus, q̄ ut rursum & nos eū rideamus? His non longe iunguntur qui incisionem uenarū, ablactationē puerorū, salubritatem balneorū, & opportunitatē seminandorum, non ex humorū & calorum opportunitate, uel corporū necessitate, sed ex influētijs planetarum & stellarum, nos docent. Cū optimi medici doceant, necessitatem hic esse unicam regulam. Nisi forte parant nos fame occidere, dum nō permittunt nisi paucis diebus nos seminare. Sed bene habet, quod istæ nugæ a nullis uel pauciſſimis (deo melius cogitante pro nobis) obseruantur.

Venarū incisio non fiat iuxta Lunationem.

Nono. Sequitur lauta illa Astrologia seu Mathematica, quæ ualde cupit esse scientia, sed non potest stultitiam ingenitā exuere. Hæc est quę nos docet, quis qualis, quantusue sit futurus, quisquis natus fuerit in horoscopis signorū, conſiliarij scilicet diuini secreti, nec angelis noti. Vnum ego miror, quid nam illis acciderit, ut nō inuenerint stellā quæ portendat, quis iustus, quis peccator sit nasciturus. Quādoquidē suos horoscopos maxime in hominibus ualere uolūt, tū non est res tam parui momenti, iustitia, peccatū, ueritas, mendacium, sed nec tā rara, q̄ sit balneator, cātator, trapezita, piscator, orator, amator, q̄ suos habēt horoscopos. Cur ergo nullū ibi iustitiæ & ueritatis signū? Aut si est, cur nūq̄ sortit effectū? Siquidem omnis homo nascitur peccator, mendax, insipiens, licet nulla stella ad hoc fatum sit conficta, nec mutatur unq̄, nisi super cœlesti gratia uisitetur. Aut est cœlū adeo infestū & incuriosum iustitiæ & ueritatis, ut uilissima balnea influat & ludos & Veneres, iustitiam aūt omnino nesciat? Aut tam inuidus creator? qui nullū signum boni, sed tantūmodo mali constituit? quippe cū nullus homo nascatur bonus, sitq̄ natura sua cū influentijs perseueraturus malus. Hos ego inter subtiles fatuos numerassem, nisi rudibus essent rudiores.

Astrologia uanissima illusio, quæ se scientiā esse frigide ostētat.

Stella nulla prætēdit peccatorem.

Subtiles fatui.

Sed pulcherrime soluunt obiecta, dicentes, Influentiæ non necessitant, sed inclinant ad peccatū &c. quasi non sit idipsum impijssimū sentire, q̄d deus fecerit creaturā ad inclinationem peccati, & nō potius ad erectionē iustitiæ, ut omnia cooperentur in bonū, non in malū, hominibus: Aut quasi ullus hominū necessitate cōpulsus peccet, & nō potius semper inclinatione. Quis inuitū dicet peccare? Omnis mala inclinatio, non extra nos, sed in nobis est. Sicut ait Christus De corde exeunt cogitationes malæ. Non quod intrat in hominē &c. Et B. Iacob. Vnusquisq̄ tentatur a cōcupiscentia sua abstractus & illectus, quæ non fato, sed origine peccati uenit. Omnia em̄ quæ fecit deus, bona sunt, ideo ex natura sua non possunt nisi ad bonū inclinare. Quale est unūquodq̄, tale & operatē. Quod autē ad malū seruiunt, non est natura, sed iniuria eorum: sicut Paulus ait: Omnis creatura subiecta est uanitati nō uolens. Illi autem naturā eorū faciunt uanitatē, uolentes ex institutiōe dei illa habere, ut ad peccādū inclinent. Cur ergo Adam & Heuam ante serpentē nō inclinauerunt? cur non Christū? cur nō Virginē? Pereat ea blasphemans impietas. Vox illa, uox patris Adam est, qui & ipse suā inclinationē ad mulierem transtulit, id est, creaturam dei, dicēs, Mulier, quā mihi dedisti &c. Verū q̄ egregie mihi obstarent, si ullum sanctorū uel martyrum his usum esse, aut scripsisse, aut approbasse possent ostēdere. Nunc autem non modo non approbauerunt, sed etiā reprobauerunt, presertim B. Augustinus in multis locis, tum B. Grego. Et tamen inuenit ista languidula insipientia languidiores qui credant.

Inclinatio mala in nobis est, nō ex astrorum influxu.

Abraham

Abraham, inquiunt, docuit Aegyptios Astrologiam, ut testis est Iosseppus, quasi Iosseppus nusq; excesserit uerum, præsertim tã anhelus Iudaicæ gloriæ appetitor. Abrahã sine dubio docuit Aegyptios deũ colere, & uerã dei sapientiam Sicut & de Ioseph dicit Psal. ciiij. Vt erudiret principes eius, & senes eius prudẽtãi doceret. Nõ est credendũ, sanctos illos uiros, nec astronomiæ, multominus astrologiæ operã dedisse, quæ iuuentutis sunt studia ociosa. Sed Iosseppus uidẽs huius scientiæ opinionẽ apud Græcos extolli, & in gloria esse, fingere uisus est uoluisse, quõ etiã in hac re Iudæi Græcis non impares, sed superiores essent, q̃d in omnibus alijs quoq; facere conatus fuit, quæ ad uanam gloriã pertinent.

Abrahã non docuit Astrologiam.

Deinde est mirũ dæmões nõ fuisse aliqñ mutatos, qui tot seculorũ influẽtijs subiecti, tum propiores q̃ nos, utpote in aere habitantes, sunt. Non aũt uenisse stellarũ influẽtias super eos, aut easdẽ stellas eodem modo eis fulsisse, absurdũ uidetur. Manent em̃ obstinati in sua puersitate, nec ull'o signo mutantur, cũ nostræ animæ breuissimo momento influentiarũ mutari dicantur.

Astra dæmones non imutant, sed aias secundum Astrologos.

Vltimo. Quid ad Mosen dicemus Deut. iiij. Ne forte eleuatis oculis ad cœlũ uideas solẽ & lunã, & omnia astra cœli, quæ creauit dominus deus tuus in ministeriũ cunctis gentibus &c. Si in ministeriũ, quomodo in dominiũ? At subtiliter euadũt, dicentes autoritate sui magistri Ptolomei, Sapiens dominatur astris ideo præuenire & impedire potest influentias stellarũ. Ergo non sunt in dominiũ sapientibus, sed insipientibus tantũ? Quid aũt Moses? cunctis, inquit, gentibus in ministeriũ. Si cunctis, ergo uel cunctæ gentes sunt sapientes, & ita dominantur astris omnes: uel aliquæ tantummodo sunt sapientes, & fiet, ut non cunctis gentibus sint creata in ministeriũ. Vel Moyses uerax & tu mẽdax. Vtomittã quod si etiam uere sapiẽs esset dominus astrorũ, nihilominus falsum dixisset Moyses, utpote quod astra non ministrent sapiẽtibus etiã, sed magis impediũt ita ut nisi illi sapientia præstarent, non possint eorũ fata uitare. Non ergo in ministeriũ, sed in bellum sapientibus, & in dominiũ atq; tyrannidẽ insipientibus dicendæ fuissent stellæ creatæ. Quod est & Moysen mendacij arguere, & deum crudelitatis accusare, omninoq; blasphemare. Sed hęc alij latius tractarũt. Sat sit indicasse uanitatem hanc prohibitam. Hiere. x. luxta uias gentium nolite discere, & a signis cœli nolite metuere. Solus em̃ deus timendus est in omnibus. Cętera omnia ut ministeria in bonũ electis cooperantia esse, debemus intelligere.

Sapiens dñabitur astris.

Astrologia prohibetur.

Tertia ætas prioprie est uetularum, aut similia illis operantium, ut qui cũ dæmonibus paciscuntur, de quibus passim habetur notitia.

Primo. Maleficijs possunt oculos lædere & excæcare, corpora infirmare, sagittare crura, imaginibus deuouere, & prout libet uel occidere, uel lenta & incurabili plaga tandẽ cõsumere: ut uidi plures talia passos.

Maleficia q̃ dicuntur uetulæ inferre.

Secũdo. Possunt tẽpestates, tonitrua concitare, pdere fruges, occidere pecora Itẽ butyrũ, lac, caseũ alijs furari, id est, ex poste, uel bipẽne, ul'mantili mulgere.

Tertio. Huc pertinent, qui scienttiã quærunt per artem Notoriã, de qua in iure fatis dicitur. Itẽ qui occulta quærũt per crystallũ, unguẽ, uel eburneũ capulũ tñ prius consecratũ. Nec id possunt, nisi puellæ uel pueri uirgines, incirculo inclusi, ne desit species bona pessimo illi operi. Dicitur tamen huius inspectiõis mysterium fallacissimum esse. Huius generis sunt, qui uirga diuinationis, occultos querũt thesauros, Maxime aũt ij, quos uulgo uiros & mulieres sapiẽtes (id est, Magos & Phytonissas) uocant, quorum oracula ex diuersis, & longinquis locis petunt, si quis aliquid amiserit uel quodcunque passus fuerit,

Diuinãdi artes uariæ.

Virga diuinatoria.

cuius ignoret autorẽ. Mirũ hos ab episcopis ꝓmitti, ĩpune talia publice audere.

Quarto. Creditur a multis quod equitẽt super scobam, alij super hircum, alij super alias nugas, ad quẽdam locum, ubi ad conuiuium conueniãt eius mysterij consortes: quod non solũ prohibitum est fieri, sed etiam credi uerũ esse, ut infra latius. Sicut & illud, quod uetulæ mutentur in feles seu catos, & nocte uagẽtur, prohibitum est credi uerum esse.

Hulde regina noctu ob ambulans.

Quinto, dicitur apud aliquos, quandã dominam alios Herodiadẽ, alios dominam Hulde, alios Venerem, per annũ circũuehi, ac uelut lustralẽ Februum peragere, quæ hospitibus suis relinquat, uel carbones, uel quisquilias currus sui quæ postea inueniuntur esse aurum & argentũ, ut etiam in latina lingua sit prouerbium de carbonibus & auro, hinc forte natum.

Lares famil.

Sexto. Habent quidam domesticos quosdam dæmones, uelut Lares familiares olim habebantur, qui aliquando per diem apparent. Hos uulgo uocant alij uichtelen, alij helkeppelin. Et creditur domus fortunatissima esse, quæ talibus dæmonum illusionibus occupata fuerit, & plus timẽt offendere eos dæmones, ꝙ deum & totum mundum.

Sacerdotis occursus male ominis creditur.

Septimo. Aliquæ ut diabolum inueniant, ecclesiam circumeunt uersis uestigijs, & contra ꝙ solitum est fieri. Et inuento illis obuio, sese tradunt ei in pactũ Ex horũ genere esse putandæ sunt, quæ malũ omen esse putent, si mane obuiũ habuerint sacerdotem. signant eñ sese cruce, ne mala eius diei incurrãt, quæ primo occursu sacerdotis sibi portendunt, magistro diabolo, futura.

Octauo, sunt Incubi & Succubi dæmonum, de quibus latius statim.

Verbena cõsecratur.

Nono, etiam usq; ad sacramentorum iniuriam proficit ista nequitia Satanæ; Sunt eñ qui baptizandis pueris uerbenã, caseum, nescio denicq; quæ nã alia alligant. Et quidem uerbena illa, nominatissima est superstitionum ministra: miris ceremonijs hanc effodiunt, deinde consecrari faciunt. Et horrenda temeritate tot nomina dei & sanctorũ super eam inuocant, scilicet ex aliquo ludęo præstigioso seducti.

Mẽstrua mudãr, ut illiciãt amorem.

Omitto hic mẽstrua mulierũ, quibꝰ aliquæ philtra insani amoris, sæpius mortis conficiunt. Aliquæ in cibum porcorum miscent, quo saginentur felicius.

Pueros coquũt, ut pinguiores fiãt.

Omitto quod infantibus, tabe uel macie laborãtibus, ita solent consulere, ut positus in caldare, igne suppositio in aqua calida modeste coquãt, alia fœmina astante, alia circum domum ter currente, & per foramen interrogante, quid coquis, illa tũ respondente, coquo carnem ueterẽ, ut noua fiat. Item, quod ablactatos eo periculo timent relactare, quod pueri exinde sint futuri maledici, & linguæ malignæ.

In partu mulierũ supstitiosa ꝙdã fiũt.

Omitto monstra quę agũt in periculo partus. Religiosissimę legendã S. Margarethæ legunt, & ipsi passioni Christi præferunt. Aliæ femorale uiri, parturienti in collo suspendunt, alijsq; nugis delirant.

Mulieres supstitiosum genus.

Sunt præterea stultæ quædã, quæ cũ iocose aliquoties dictũ audierint, si quid amiseris, & repire uolueris, da eleemosynã calidã, scilicet similã, et pone salẽ bñ dictũ desup, & mox inuenies. Quod ille ludẽs sic uoluit intelligi, pone salẽ desuper, scilicet sup rẽ amissam, & inuenies. Illæ uero intelligunt super similã. Non ꝙd hæc magna sint, sed ꝙd indignũ sit, diabolũ sic eleemosynas & salẽ bñdictũ in ludibriũ uertere. Eiusdẽ sapiẽtiæ mulieres sunt illæ ꝙ simili ioco illusæ, frondes illas, ꝙ in die sancti Marci, ꝓ uiã ꝓcessionis ꝓstratæ fuerũt, accipiẽtes, sup sata pisorũ & fabarũ uerrũt, scilicet ꝙ dicit, qñ talibus frõdibꝰ uerrunt sata, saluaerũt, ut gallinę, aut uolucres cœli ea nõ tollãt. No intelligẽtes, qñ (id est, eo tempore

pore quo) uerrunt, non facturas id uolucres. Et quis huius seductilis sexus omnia ludicra, ridicula, falsa, uana & superstitiosa recenseat? Ex prima Heua eis ingenitum est, falli & ludibrio haberi. Ex ijs similia pensentur. Sed quia sunt qui horum aliqua fieri posse non credunt, alij nimis credunt, ideo parumper de ijs uidendum.

Primum. Non credunt aliqui posse Magas & Phytonissas istas tantū, ut tempestates cōmoueant, corpori noceant, pecoribus, rebus, filijs malū inferant &c. Habentes hanc suæ sententiæ causam, quod non credunt eas in creaturis dei habere tantum potestatem, nec dæmonibus tanta a deo permitti. Et tamē cum sic omnia a deo inferri credant, non ad deum confugiunt, talia quædam passi, ideo persuadendi sunt ut sciant dæmones talia omnino posse, permittēte deo. Quod ex scriptura satis probari potest. Dæmones p̄ mittente deo nocere p̄ñt.

Primo. Iob. j. Vbi ignis de cœlo cecidit, & pecora cum seruis occidit. Et uentus irruit, & domum euertit, filiosq; eius oppressit. Item tādem in corpore eius percussit ulcere pessimo. Nouissime aūt in anima eū tentauit, grauissima desperatiōis tentatione. Et tñ textus ibi clare exprimit utrūq;, scilicet q̄ diabolus hæc operatus fuerit, accepta licētia a deo. Et quod deus hæc eadm fecerit, sicut ibidē dicit. Ignis dei cecidit de cœlo &c. & ipsemet infra: Dominus dedit, dominꝰ abstulit &c. Cum tamen dominus ibi dicat ad diabolum: Ecce in manu tua sunt omnia quæ habet, & ipse, Tantum ne in animam eius extende manum. Si ergo ignē & fulgura de cœlo potest Satan facere, & tanta mala facere, deo permittente, cur non & nunc idem non possit, ad pactum suum adiuratus? Iob.

Secūdo. Aegyptiorū plagas per angelos malos esse factas, testat Psal. lxxvij. Misit iram & indignationem, immissiōes per angelos malos. At illę plagę fuerunt maiores, q̄ nunc faciunt ullæ maleficæ.

Tertio. Quot obsessi recitātur in euangelio? quot animas quotidie occupat erroribus & peccatis? An minus est animam immortalem perdere, q̄ membrū moriturum aut aerem uexare?

Quarto. Nōne omnes sanctos martyres ipse p̄secutus est & occidit? Denicq; ipsum dominum assumpsit, & de deserto in mōtem, de monte in pinnaculum templi transtulit. Item cum Michaele & angelis eius pugnat,

Quinto. Passio Christi hæc omnia fortius probat. Si enim filius dei tanta sustinuit a dæmonibus & membris eorum, quid mirum, si horrea nostra possit destruere, & membra percutere, eadem permissione dei?

Sexto. Illud uide, quomodo deus dat tā multis malis hominibus potestatem abutendi rebus, diuitijs, potestate, domino, in aliorū perniciē & suum peccatū multo magis dæmonibus permittit rerum abusum contra nos, siue ut puniat, siue ut erudiat nos. Verum est autem, quod sine dei permissione nec folium arboris mouere possit, quia ut Christus ait, Sine uoluntate patris sui, nec arboris folium cadit in terrā. Ideo Christianos oportet nosse hæc mala per dæmōes & magas suas quidē inferri, sed tamen a deo sic ordinari. Bonū facit deus per seipsum malū per malos. Vnde Iob (ut B. Aug. ait) non dixit, dominus dedit, diabolus abstulit, sed, Dominus qui dedit, idē abstulit. Sed de ijs latius infra. Dæmoni cō/tra nos multa p̄mittūtur

Secūdū. Nimiū credūt, q uetulas mutari in catos posse credūt, autquascūq; alias formas, & ad cōuiuia uehi nocte. Et ad hoc est exp̄ssus text. xxv. q. vi. c. Nec mirū, ne ull credat. Sūt em illusiōes diaboli, non aūt res uera. Sicut pulchre patet ex q̄dā exēplo, q̄d Io. keyl. recitat, q̄d quędā uetula ut p̄dicatorē argueret mē dacij, q talia docuit esse falsa, sero eo uocato, & ī oculis eiꝰ sese ungēs, sedēsq; in lintre Mulieres in catos nō uertuntur. Io. Geilerus.

lintre pistorio, iamq; uolens uehi, ecce statim obdormiuit, & quibusdam gestibus mouebatur, donec caderet de scamno, & uulnus in caput acciperet: tandē reuersa ad se, conuicta est de illusione ex uulnere & casu, quantumlibet uidisse se iactasset mirabilia sua.

Præstigiæ fiunt.

Idem patet ex Vitis patrum, de uirgine a parentibus ad S. Macariū ducta, quę ab eo uisa est esse puella, cū alijs uacca uideretur. Et tales præstigiæ plures hodie quoq; fiunt, ut ille qui Iudæo debebat, & dormiens, passus est sibi crus totum a corpore rapi, ut Iudæum confunderet. Idem de monacho quodam refertur, qui plaustrū fœni prope consumpsit &c. Multa de ijs ubiq; referuntur.

Potest ēm diabolus se mutare de persona in pſonā, & miris modis ludere sensum, de q̄ in legenda S. Martini. Vbi un⁹ oīm sensus illusit, cœleste quadā uestę a diabolo sub nomine Christi donatus. Simile de quadā moniali, quæ in suo cubiculo sedens, uisa est ab alijs lacinioso pallio seminuda, & bubalo stercore caput uelata, quæ tamen sese credebat in fulgentissima uestę ac aurea corona sedere, a Christo decorata. Item & illud in legenda S. Andreæ, quomodo in forma speciosæ mulieris tātum uirum illusit. Item de equestre illo, qui sero in hospitiū ueniens, iucundo conuiuio inter puellas & choreas & epulas sibi usus, mane iacuit in profundo luto, & equus eius ad arborē ieiunus ligatus. Sed omniū efficacissimum est, quod in legenda S. Germani Altisiodorensis episcopi legitur (uide Catalogum sanctorū li. vj. c. ix.) Cū ēm aliquando hospitatus fuisset & iam dormituri adhuc mensam pararent suis (ut requisiti ab eo dicebant) uicinis in nocte futuris. Tandem ille uenientes adiurauit, excitato patrefamilias cum suis, percontatus an nossent istos: illis uero asserentibus iussit, ut ad uicinos irent uidere, an domi essent: & inuenti sunt omnes dormientes in lectis suis, & sic euidenter illusio dæmonū & patuit & disparuit eo iubente.

Mulieres in spē catorum uulneratæ. sunt aliqñ.

At ut contentiosis quoq; satisfaciam. Dicunt enim mulieres in catos fuisse mutatas, eo argumento uerum esse, quod quidam audaculus in uacua domo dormiens, plures uulnerauerit tales catos, mane aūt facto, multæ uetulæ sint in uentæ sic uulneratæ. Vel enim id fictū est, uel dæmones uere uetulas ipsi uulnerauerunt, ut rei mendaci fidem faciant, ac si uere uetulas ille uulnerasset, qui catos (id est, dæmones) uisus est uulnerare: potest inq̄ fieri, ut uetulæ in somno, uel extasi discurrere, uulnerari sibi uideantur, cum tamen in lecto iaceant quietæ & uere uulnerent̄ a dæmonibus, ut postea credant sese uere discurrisse, & ab alio uulneratas esse. Tale est quoq; de equitando super scopam.

De Herodiade & Laribus satis manifestum est, scilicet esse dæmones.

Incubi & succubi fiūt dæmones.

Tertio de Incubis & Succubis tradūt insignes autores, quod potest Satan in specie mulieris succūbere uiro, & accepto semine, rursum incūbere fœminæ, & ita generare. Sic ēm sollicitauit quēdā eremitam usq; ad obscœnitatē, & postea euanuit, ut recitat S. Ioan. primus eremitarū apud Hieronymū. Quin dicit, quā doq; diabolus in specie infantis fuisse, & uix quinq; nutrices ei satis fuisse.

Superstitiosum q̄ i pallio qs uehatur.

Quarto de ijs qui uehuntur pallio prope dubito, potest fieri ut uehantur parūo spacio, nescio an in longinquo, saltē tam breui tempore, ut dicitur. Hoc scio etiam, si non uere uehantur, posse eum ludere omnē sensum, ut ille qui uehitur sit quietus, & tamē existimet se uehi ad dominam suam, atq; cum ea omnia per agere: quæ tamen mera sint phantasmata.

Cibos arte dæmonis afferunt.

Simile iudicium mihi est de afferentibus a longe cibos, & potus, nec obstat quod postea agnoscāt uere loca, ubi fuisse se dicant, quia potuit similes species sensibus ingerere.

Sic

Sic etiam de ministris quos adducit, cuius id indicium uidetur, quia non permittitur aliquis eos alloqui, ne uide licet euanescant sicut fumus. *Ministri dæmonum sunt illusiones.*

Vltimo de ijs, quæ in crystallis uel ebore uel ungue uidentur, certum est esse præstigium diaboli, figuras fingẽtis in crystallis', quantum sibi permittitur: nõ enim semper nec coram omnibus id potest, ut satis compertum est. *Imagines in crystallo non oĩbus nec ſp apparent.*

Sed ex ijs cætera iudicentur. Infinita eñ sunt, & quotidie augescunt eiusmodi portentorum genera, defectu operariorum in uinea domini.

Hæc aũt omnia faciliora & leuicula sunt apud diabolum, puta quibus carneos sensus & phantasias illudit, ínfimas partes hominis. Sed maiori subtilitate, ut & maiori piculo illudit mẽtibus & intellectibus. Et quanq̃ sunt plurimi, quorum sensus illusionibus eius patent, tamen multo plures illudit mente, scilicet doctos in scripturis, sanctos in operibus, ita ut ab Apostolo proprio titulo insigniatur, Corruptor mentium, sicut Heuam seduxit astutia sua, adeo ut in angelum lucis sese transfiguret. unde & B. Ambrosius ser. de pont. Supplantatores inuisi per omnes uias extendunt laqueos, innumerabilibus mortibus expauescendos, Animalia pusilla cũ magnis, & reptilia, quorum non est numerus. Ita ut impossibile sit ullũ hominẽ esse tutũ in quocũq̃ opere, sensu, intellectu suo, nisi qui assidue sibijpsi suspectus timet in omnibus, & cũ Iob omnia opera sua ueretur. Sed heu & prochdolor, q̃ securi sumus hodie tam infimi q̃ summi, docti & pariter indocti, tãq̃ diabolus sit mortuus, adeo ut ꝓ nostris opinionibus etiam cruentissima geramus bella, aut sine fine litigemus & contendamus. Sic meruit iniquitas nostra, ut in sensum reprobum traderemur. Igitur de rudioribus & sensualibus hęc sint satis. Sequitur aliud genus transgressionis, nempe eoꝝ, qui specie bona illudunt. Quorũ rursus duæ sunt species. Altera eorũ, qui circa reliquias & ueneration em sanctorum excedunt. Altera eorum, qui sapientia & iustitia propria superbiunt contra deum. *Diabol⁹ etiã menti illudit.* *Illusio specie bona fit dupliciter.*

De priore, prius.

Duobus modis colunt a nobis, & inuocantur sancti. Primo ꝓpter tẽporalia & corpalia dũtaxat. Et ij falsè colũt sanctos, ímmo magis seipsos in illis, qa sua quærunt, nõ ea quæ dei sunt. Ac ideo sanctos prope in idola sibi transformant. Hos sane B. Augustinus non penitus reijcit, sed ita duntaxat cõmendat, ut eos meliores asserat, q̃ eos, qui per pacta diaboli temporalia quærũt. Melius est enim etiam temporalia a deo petere, q̃ a diabolo. Sed per hoc non sunt commendati immo nec Christiani. Modica laus est, immo magnum uituperiũ, non esse bonos, nisi pessimis omnium comparentur. Et tamen deus, qui dat etiã pullis coruorũ escas, in hoc cultu eos exaudit, & largit petita, ut per scripturã probatur. *Sctõs colentes ꝓpter tpalia paulo meliores sunt illis qui propecunia cũ diabolo paciscũtur.* *Sctõrum etiã inepte cultores exaudiuntur.*

Primo per Naaman Syrum toti Syriæ salutem dedit, licet ille esset Idololatra, tamen magnus apud regem Syriæ.

Secundo, Samaritani ubi cœperunt deum colere, simul cũ ijs suis (quod impossibile est placere deo) liberati sunt a leonibus, quibus deuorabantur.

Tertio, Achab & alijs multis regibus Idololatris & malis dedit multiples uictorias, & beneficia propter aliqua opera externe hominibus apparentia. *Achab.*

Quarto, B. Aug. li. j. ciui. viij. differt Rhomanis concessum a deo tã ingens imperiũ, ꝓpter insignes quasdẽ eorũ uirtutes, cũ tñ deo placere non potuerint, sed apud hoĩes id tantũmodo merebant. Quinto, Iudæis solo timore pœnæ peccatum uitantibus sæpe pepercit, licet essent populus semper errans corde, & displicens deo.

Sexto, & nũc quoq̃ pestes, bella, fames sæpiꝰ auertit deus ꝓpter emendã solo timore

Pœna coacta sæpe exaudi tur adeo.

timore inceptam, cum tamen non placeat deo coacta pœnitentia, quæ minus est q̃ dimidia pœnitentia: quod sane patet, quia remissa plaga, mox redeunt ad ingenium & mores priores, immo peiores. Ii omnes sicut deum colunt & bene uiuunt propter temporalia, ita receperunt mercedem suam. Ita & cũ sanctis dei

Falsum cultũ deus in suam gl'am uertit.

agimus, quos non ultra colimus q̃ pes aut caput dolet, aut marsupium eget. Et quanq̃ hæc sint nobis inutilia & stulta apud deum, nec deo, nec sanctis placita tamẽ prosunt ad gloriam dei, qui ex omnibus potest elicere bona. Cuius deniq̃ naturæ est, etiã stultis, immo inimicis & blasphemis benefacere, pluere sup gratos & ingratos: ut eoipso nos doceret, hæc non esse ea, propter quæ sit colendus ipse uel sanctus quisq̃, cum uiderimus ea non rogatum neq̃ cultum pessimis quibusq̃ copiose largiri.

Atq̃ quo hæc clarius intelligantur, aliquot enumeremus sanctorum, quorũ superstitiosus cultus omnibus notus est.

Primus est S. Anto. qui pro igne sacro a multis, alioqui nunq̃ cognoscẽdus colitur, & ita colitur, ut eo prope uentum sit impietatis, quod ipsum sanctũ uirum posse credãt suis uiribus seu dono sibi a deo collato, istas curatiões tribuere. Adeo nõ a deo per intercessionem sancti Anto. sed uelut ab ipso solo Antonio petunt quod uolunt, nihil memores intercessionis. Deinde hanc gratiã curationis ita apud hunc solum querunt, ut aut nescire aut non credere uideantur deũ posse idem per quemlibet alium conferre. Interim aũt nullus plane auditur qui id a B. Antonio imploret, ut & ipse mereatur lætitiam spiritus, cæteraq̃ uirtutes Antonij imitari: de quibus tamen in legenda eius memoria est, nihil prorsus de igne.

S. Anto. non deũ inuocant

Morbi cuiuslibet remedium deus per quẽlibet conferre potest.

Secũdus est sanctus Sebastianus, unus omnium, qui propter pestem colitur, nisi quod nuper socium admisit S. Martinũ, & S. Rochiũ, non ingratæ prorsus uitæ & autoritatis. Horũ triũ sanctimoniam & fidem, prorsus nemo est qui curet postulare. Et sane ut & ego ineptias suspicionis meæ effutiam, uideri potest nonnullos sanctos mera nominum allusione præ cæteris in hæc officia inuocatos. Siquidem S. Tonij Italica allusione prope sonat, ac si sanctus ignis, id est sacer ignis diceres: quasi is propter nomen suum, sacro igni sit remediabilis patronus: quo modo & Gentiles Rho. Febrem & alias allusiones rerum, dijs tribuerunt. Sic & Sebastianus sanct pastian, quasi pro peste, idem ualeat solus: cum nihil in eorum uita de pestilentia legatur. Vnde & in Italia, ij duo præ cæteris nõ secus honorantur, ac si inter gentes uideres numina læua placari.

S. Sebastia. S. Martinus.

Itali superstitiosissimi.

Iam sanctus Rochius nomen habet, quod Germanice uindictam sonat, & iram, quasi ipse ideo utilis sit uindictam dei auertere, quia Rochius uel uere uocatur uel fingitur. Huius tamen legenda, si recipitur, talia quædam narrat

S. Rochius.

Tertius Valentinus, morbi caduci prefectus, quem cum nihil legimus egisse cum hoc morbo, prope iurarem ex allusione Germanica, eum in huius auxilij sortem uenisse. Nam cadere uallen significat, quod ad Valentinum q̃ proxime alludit. Nec mirum cum & sanctum Vincentium superstitiosæ mulierculæ deputauerint rebus perditis inueniendis, eadem ductæ allusione. Germanice enim inuenire, uinden dicitur: Atq̃ ideo Vincentium seruũ perditarum rerũ & custodem constituerunt.

S. Valenti.

S. Vincen.

Nec est magnum, nec mirum, quod deus hæc fieri permittit, & continuis adhuc beneficijs eadẽ prosequitur, & ecclesia similiter approbat, præsertim de S. Antonio: quia, ut dixi, deo parum cura est de ijs tribuendis, quæ etiam hostib⁹ tribuit. Et sinit uel stultos uel infirmos in fide, interim istis gaudere bonis, dũ

Cultũ uanũ pmittit ecclesia & Christus.

non

non sunt melioribus digni, uel donec meliorum capaces fuerint.

Quartus est Christophorus, ex legenda non tam apocrypha q̄ suspecta, tantum tamen habens honoris ut nullus Apostolorum sit cum eo conferendus, etiam si in media Biblia eius gesta scribantur, nec tamē ideo honorat̄, quod hominibus remissionem peccatorum, & fidem gratiamue dei impetret, sed sicut extant uersiculi hoc cultu dignissimi. S. Christophorus.

Christophore sancte, uirtutes sunt tibi tantæ,
Qui te mane uidet, nocturno tempore ridet,
Nec Satanas cædat, nec mors subitanea lædat.

Primum, uide ut hic impius uirtutes tantas, non deo, sed imagini ligneæ & pictæ tribuat, non saltem fidei tribuit, quæ sola facit, si quid impetrant sancti, ut accipiamus.

Secūdū, uellē doceri, qua scriptura, q̄bus miraculis, p̄batū sit, id posse imaginē Christophori præstare. Ita sub pietatis specie, dū sacerdotiū ecclesiæ dormit, aut lucris inhiat, ingressum est ingēs pelagus superstitionum, nemine p̄hibēte. Eporꝝ & sacerdotū negligentia.

Tertium, cur potissimū uesperi ridet, qui mane spectauerit? Quid si uesperi spectaret? Adeo ne uirtutem suam matutinæ inspectioni alligauit, ut qui mane fuerit oblitus aut tardius uenerit, quocunq̄ deinceps diei tempore spectauerit, frustra spectauerit?

Quartū, cur nō qui fidem tuā imitatus fuerit, semper ridebit? Qui passus fuerit tecum, tecum gaudebit? Sed absit ut imitari uelint, qui illa quærunt. Absit etiā ut illa quærant, aut ita quærant, qui imitari nolunt.

Quintum, cur nō crux Christi inspecta facit ridere inspectores, quæ habet autoritatem scripturæ? nisi melior forte imago Christophori q̄ Christi, cum crux Christi ipsa sit uere sola quidam Christophorus. Crux Christi Christophorus est.

Sextū, omniū pessimum, quod hac ratione homines plus diligunt, plus colunt, diligentius inspectant, plusq̄ in ipso confidunt, q̄ in ipsum Christum, ut ostendant se nō laudare deum in sanctis eius, sed seipsos: quia nō gloriam dei, sed suum cōmodum, atq̄ id palam perfricataq̄ fronte plane cōfitentes se morborum gratia quærere. Melius erat sanctos imitando, subita morte præuentū saluari, q̄ nō imitando naturaliter morientem damnari.

Videtur & hic sanctus a militibus & nobilibus & generosis primo repertus quippe quibus in bellis mors subita, Teu. geende todt, est formidabilis, maxime repertis bombardis. At non cogitāt quod frequentius ibidem moriuntur stante morte, Teu. des steende tods, & nō solum des geende tods.

Septimum. Quod homines ex hoc securi quærunt esse, & sine timore dei uiuere, cum omnis cultura sanctorum pro timore dei sit instituta, ut homines ad pœnitentiam prouocet, memoriam mortis suggerat, uitam futuram ostēdat. At illi solum ut fugiant hæc & teneant illa. Quare dicendū est Christo, ut uerbum suum retracter, quādo dixit: Vigilate, quia nescitis diem neq̄ horā. Quia inuenimus Christophorū, qui pro nobis stertentibus uigilet, & integrū diem securi habeamus, nedum horā nesciamus. Quod si & Christophorus alium inuenisset Christophorū, quo inspecto & ipse tutus fuisset, ne deus eū percuteret, quomodo ad martyrium peruenisset? siquidem eo usq̄ tandem hæc iam non infirmitas, sed impietas procedit, ut etiā deus suo imperio priuetur, ut qui inspectores Christophorinos nec aqua, nec igne, nec ulla creatura possit eo die occidere. Sanctorꝝ cultus contra timorem dei.

Quintus est sanctus Laurentius, quem ut seruet domum ab igne, ieiunio S. Laurētius

primum honorant, deinde in festo eius, nec scintillã ignis tota die in domo patiuntur: in alijs tamen domibus utuntur igne, quo cibos coquant. Ac sic non Laurentium, sed ignem potius timent & colũt. At forte tam stulti sunt, quod ignem S. Laurentio inuisum credunt, quia sit in illo adustus & tostus, ut ubi ignem uiderit, recordatus iniuriæ irascatur in eos qui eum habent. Quod si ita esset, nullum Christianum liceret aliquo die ignem habere. An quia superauit ignem, ideo dominus ignis factus est? Quod quidem uerum est, immo & diaboli, peccati, mũdi & carnis & omnium malorum. Cur ergo pro solo igne colitur? Aut cur non eundem colis, pro impietate & furore, ira, superbia, quibus in Decio & ministris suis operãtibus, igne tostus est: quas deniq; superauit, & adhuc in te superare potest precibus suis? Sed hæc etiam alibi q̃ in sancto Laurentio queri poterãt: ideo sit ipse tantum ignis obseruator. Cui adiunctus est socius S. Florianus, & ipse ignotæ uitæ & nominis, nec apud ipsos ullo modo cognitus, q̃ quod in papyro uident eum pictum, effundere aquam in ardentem domum: hoc enim contenti sunt, quia & hoc solũ in eo quærunt.

Florianus ignotæ uitæ.

S. Vitus.

Reliquos breuiter transimus. Sanctus Vitus suam sortem habet in misera illa saltatione. Sanctus Erasmus auarorum patronus, sic tamen ut certo numero orationum & cereolis colatur, tum sane inundabit diuitias. Quid enim aliud ageret tam ociosus? Sed & S. Luduicus de ordine Minorum, quoniã semel cereuisiam curauit in uita, iam mortuo & beato, aliud agere nõ licet penitus.

S. Erasmus.

S. Luduicus.

S. Vuendeli.

Sanctus Vuendelinus pastor, iam utilior est omnibus canibus aduersus oẽs lupos. Et uiuus sua unius hominis pauit pecora, mortuus omniũ cogitur pascere. Adhuc non pudet nos Christianos ita in sanctos partiri negocia rerum temporalium, ac si essent nunc facti serui, & mancipia artificũ, ita ut prope redierit ea Lerna superstitionum, ut rursus Romanorum illud chaos deorum, & quoddam Pantheon, denuo extruxerimus: atq; hoc ipsum nõ pro alia causa, q̃ ut hic tantummodo bene habeamus.

Sanctos facimus nobis seruos.

S. Anna.

Iam aliquot etiam fœminas sanctas subiungamus, inter quas ut recentior simul & antiquior, ita merito prior est S. Anna, cuius legẽda cum sit dubiosissima, hoc tamẽ fuit & est nomine uel gratissima, quod noua uenit, quia fastidire cœpimus uetera, & ea quæ certissimam habent autoritatem. Sed multo gratior, quod non uenit uacua, sed diuitijs plena, nihil prorsus promotura, si paupertatem adduceret.

Noua festa ueteribus p̃feruntur.

Secũdo, quod ipsa pene supra q̃ b. Virgo extollit̃, sic semp̃ noua festa derogant pristinis, & extollim⁹ recẽtia, magis ducti uulgi cõcursu, q̃ fideli deuotiõe

S. Annæ legẽda apocrypha est.

Tertio, quod planum & apertũ est, eam cœpisse coli propter diuitias ex apocrypha illa & uehemẽter suspecta legẽda, ubi lusor ille depauperatus, rursum etiam de cœlo, curatus est, ut diues fieret. Hoc enim solum in tota ista legenda notauit oculus nequam auaritiæ. Et ob huius sanctæ matris festum, nũc omnium aliorum sanctorum festa, non nihil obscuritatis accipere necesse est, præsertim Apostolorum, forte quia paupertatem docuerũt. Atq; utinam S. Annam ita pro diuitijs colerent, ut & alia quæ spiritus sunt quærerent, quo modo ecclesia facit, ut collectæ quas uocant eius diei ostendunt. Sed pro his credunt se satis multa festa habere, usq; ad fastidium etiam iam diu frequentata.

S. Barbara.

Secunda est sancta Barbara, ad cuius legendæ similitudinem multæ aliæ fabricatæ, ut Catharinæ, Dorotheæ, Margaretæ. Eam uero qui religiosissime colunt, id quærunt, ne sine sacramento moriantur: quod non adeo damnabile foret. Alij ne prægnans periclitetur in partu.

Hæc

Hæc enim & alia legitur eadem S. martyr in trãsitu suo orasse, ut si quis eius memoriam ageret, hæc obtineret. Primum, omniũ testimonio, legẽda illa & apocrypha est, & suspecta, præsertim cum scribatur fuisse discipula Origenis, & tantæ uirginis non meminerit Eusebius. Denicꝙ in legendã S. Catharinę multa esse uel intermixta, nemo nõ sentit, nisi cui nullus est nasus. Id uero ego miror pro mea temeritate, an sanctæ illæ martyres pro Christo morientes, tantam arrogantiã uel habuerint uel simulauerint, ut optarint ab hominibus coli aut certæ fuerint, futurum, ut colerentur. Sed & illud uide, ipse moriẽtes nõ orant pro suis cultoribus, ut iusti & salui fiant, sed ut diuitias, sanitatẽ, securitatem, quæ omnia per mortem ipsæ contemnunt, obtineant: fortasse non eadem bona alijs prouidentes, ad quæ ipsæ iam pergunt. Inde nimirum factum est, ut memoria passionis Barbarinæ, & similiũ diligentius peragat̃, cꝙ ipsius Christi, quæ uirtus est omniũ illarum passionum. Sed sine, cæci esse studio conamur, alioqui palpare possemus & agnoscere, quod hodie in ecclesia hi sancti plus habent honoris, quorum legendæ plus habent fabularum, aut lucri, aut cõmodi. Feramus ergo nos quocꝙ illorum infirmitatem, donec erudiantur & formentur in meliorem sensum,

Vita Barba.

Vita Catharinæ.

Sctī nõ sperarunt futurũ ut essent i memoria hoim nec uidentur orare nobis pro his rebus quas in uita cõtẽpserunt.

Tertio, Sancta Iuliana & Othilia ophthalmicæ sunt, quia a nullis coluntur, nisi qui oculis laborant, nec plane propter aliud cꝙ oculos: uolẽtes ex semel facto miraculo ius naturale, & infallibilem consequentiã facere, quod certe nõ longe mihi a tentatione dei uidetur abesse.

S. Iuliana. S. Othilia.

Sancta Apolonia ꝑ dolore dentiũ, ꝑpetuo cultu honorat̃, atcꝙ pro alio nullo. Annosam eius uirginitatẽ & ardentissimã fidẽ, nemo est q̃ meminerit.

S. Apolonia

Sancta Scholastica, domina facta est tonitruũ. Et plane hanc fidem in mulierculis scio regnare, quod in quacũcꝙ re audierint aliquem sanctũ uersatũ, hũc in eadem credunt plurimũ ualere, ac uelut dominũ constitutũ. Et sacerdotes aliquot hanc superstitionẽ nõ reprimunt, maxime si & lucrum odoretur.

S. Scholastī. Sacerdotes cõniuent falso sanctorũ cultui ꝓpter quæstum.

Igitur sicut dixi, permittit hæc deus, & largitur ea quæ petuntur, nõ quod magna sint, sed quia bonus & clemens tam infirmos ita fouens, cꝙ indignos ita remunerans: quorũ ignauus animus nescit meliora & æterna petere, quę uerum deum decet & delectat peti & largiri. Nam qui rite deũ & sanctos colunt, quæ rentes primo gloriam dei in illis, & imitationẽ, sicut facit ecclesia in suis collectis, talia nõ petunt, immo si habent, auferuntur ab eis, ut sola sapiant spiritualia. Nec meliori signo cognoscunt̃ & discernuntur, ueri cultores a falsis, cꝙ si illis auferantur, istis conferantur copiæ temporaliũ. Sicut enim deus iustitiæ exteriori confert exteriora bona, & aufert interiora: ita iustitiæ interiori cõfert interiora, & aufert exteriora. Quod in omnibus sanctis patet, quibus si non in effectu, tamẽ in affectu abstulit temporalia. Ideo licet tales nihil mereantur in cœlo, tamẽ merẽtur in terra. Et in hoc bene faciunt, quod non a diabolo hæc petũt. Sic enim & sacerdotes & religiosos multos, pinguiter & suauiter pascit, qui tamẽ in tota uita nihil agunt, cꝙ quod horas canonicas & frigide & inuite legunt semper, & orant nuncꝙ: in quo ut sibi satisfeciſſe uidentur deo, ita deus sibi quocꝙ satisfeciſſe uidet̃, si eos uelut altilia saginet in hac uita. Sed oggan/niunt hic aliqui cõtentiosi, me temerariũ esse, qui pro necessitate corporali sanctos inuocari prohibeam, cũ ecclesia quocꝙ oret a periculis mentis & corporis per eorũ intercessionẽ liberari, ut ibi: Et ab aduersitate liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente, & similia.

Sctõꝝ cultus uerus & pius

Sacerdotes & monachi ex falso cultu sctõꝝ saginantur.

Sctõꝝ superstitiosis cultus his argumentis fucatur.

Deinde adornant suam piam, ut uocant, intentionem, quod temporalia nõ

quærunt, nisi quatenus per ea cõmodius spiritualia quęrere possint, & diutius ideo uiuere uolunt, & sani, ut pœnitere, & boni fieri possint.

Tertio, quod nonnullis sit persuasum, ut Ioã. Gerson sentit, sanctis in cœlo sic esse distributa dona eiusmodi, sicuti in terris habuerũt dona diuersa spiritus iuxta illud. j. Cor. xij. Alij gratia curationum &c.

Ad hæc.

Responsio Scti pronũc debent inuocari ꝓ tpalibus.

Primo illud Christi oppono, Primum quærite regnum dei & iustitiam eius & hæc omnia adijcientur uobis. Et iterum: Hæc enim omnia gentes inquirũt. Si Christus eos appellat gentes qui talia quęrũt, spero mihi licere eos infirmos Christianos appellare, aut certe ignauos & pusilli desyderij homines.

Secũdo, Nec prohibeo sanctos inuocari pro temporalibus, sed quod solum pro temporalibus id faciant damno, neglectis eorum uirtutibus & exemplis. Ostende tu unum ex omnibus sanctis, qui pro humilitate uel alia uirtute, tantum habeat concursum cultu & nomine, quantum habet sanctus Valentinus pro morbo caduco.

Tertio fateor, quod ecclesia in litanijs a fulgure & tempestate, alijsq; corporalibus necessitatibus se liberari orat. Sed ordine recto id facit, primũ misericordiam, & remissionẽ peccatorum. Nam & Paulus iussit orari, ut pacem & tranquillitatem haberemus in uita. Sic tu quoq; fac, & uiues, atq; ex me nihil audies contrarium tibi.

Sanitatẽ petere a deo nõ est utile.

Quarto, fateor, infirmis in fide licere, ut sanitatẽ, & uitam petant, quo deinceps melius uiuant. Sed duo hic dicam. Quis scit, aut de seipso audet affirmare tam purum se habere cor, ut tam simplici intentione illa petat? Quod maior pars simulet potius emendationẽ uitæ, exitus probat. Nam fere & semper efficiuntur peiores, qui ex plaga, aut castigatione dei liberant̃ importunis suis uotis, ut hoc ipso deus stultitiam nostram uideatur testari, scilicet nos non intelligere, quod dum flagellat, sanat; & dum remittit manum ad nostrum uotum, potius magis sinit ægrotare.

Vitæ emẽdatio fit optie, tpe tribulationis.

Passiua uita est Christiano potius q̃ actiua.

Secũdo, si uis uitam emẽdare, nunq̃ id melius feceris, q̃ si in flagello, id est, uerissima emendatiõe, & medicina uitæ, cœpto perseueres usq; ad mortẽ. Hæc enim emendatio uitæ, tanto est solidior, & cõstantior, quo nõ ex te, sed ex deo longe uotum tuum præueniente cœpit. Aut quomodo possum nunc recitare omnem gloriam & dignitatem uitæ passiuæ? Stulti sumus om̃es qui uitã præsumimus emendare in bona ualetudine, quom in egritudine nõ intelligamus eam esse emendari cœptam, & longe esse excellentiorẽ, q̃ omnem uitam actiuam. Quare Christianis id potius suadendum esset, ut non modo ægritudines libenter ferrent, sed & ipsam mortem quantocyus optarent uenire. Nihil utilius Christiano, q̃ mori felicissime, ut S. Cyprianus docet. At nos Iuuenalem magis audimus: Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. non sic B. August. Quando nos sumus sani, tunc maxime concupiscentiæ morbus est insanus: nõ quod quærenda sit mala ualetudo, sed quod illata per deũ, ut optimus nuncius dei sit excipiẽda, quia nullũ bonũ sine uoluntate dei quærendũ est.

Christiani pleni fiducia

Quinto, hoc ipsum quoq; deus optime prouidit, ut aliqui sancti habeantur formidabiles, & uelut uindices, ꝓpter obstĩatos & duras ceruices. Sicut S. Anto. & nõnulli alij. At nos Christianos docemus, quorum est fiducia, ut sanctorum consortio aliquando copulentur.

Sexto, scio nouam illam opinionem eorum, quod sicut in uita sancti diuersis donis spiritus erant dotati, ita & nunc in cœlo eosdem habere differẽtes gratias

tias auxiliandi, sed ego non uideo quomodo id possint probare, nisi arguendo a simili: quod argumentum in ijs quæ sunt fidei, est nocentissimum. Quid ẽ aliud facit diabolus, quum in angelum lucis sese transfigurat, ꝙ quod arguit a simili? aut quot errores in ecclesiam inundauerunt sub nomine Christi & sanctorum eius, sub specie sanctitatis, sub pia, ut dicitur, intentione, & zelo catholicæ fidei, id est, a simili? immo quot ueritates reijciuntur sub pietate aurium nimis tenera sub nomine scandali?

Aures pias dũ timemus offendere, multas ueritates reijcimus.

Id ego uideo, quod ecclesia nõ dicit, Sancte Paule cura mea utulnera, sed ora pro me. Ideo sciendum est, quod omnes sancti omnia possunt, & tantum per eos tibi a deo dari, quantum credis te accepturum. Quare omnia tua commendes ei, in quem magis es affectus, primũ peccata tua & necessitatẽ animæ, sicut sancta Cecilia fecit in nuptijs suis: Omnes sanctos per ordinem inuocans, pro sua castitate seruanda apud deum.

Sctõ cuilibet ꝑ quouis te cõmendes.

Quod sane etiam b. Augu. in quadam epistola sentit, quod uidelicet deus ꝑ unum sanctum, immo in uno loco facit, quod in alio non facit, non improbo Quis cõsilium dei nouit? si ipse distribuerit, recte distributum est. At nõ ideo tibi salutare est in sanctos partiri negocia pro tua sumptione, unde non dixit, quod martyres alia & alia dona acceperint in gloria, sed ait: Non uoluit fieri in omnibus memorijs sanctorũ ista, quæ in illo fiunt &c. Et si, ut dixi, deus ita suffert infirmos, qui talia solum quærunt in sanctis, donans pro sua uoluntate, quod quærunt: nostrum tamẽ est Christianos erudire, & ad perfectionem inducere, & ea quæ sunt salubria, & meritoria docere, ne aliquãdo ad id labantur erroris, ut ex sanctis dei sibi idola fingant. Neq; enim est meritũ sanari corpus, aut pecuniam augeri, sed infirmari & egere: id demum est pulchrũ, si meritum prudenter tuleris.

Concionatores ad ꝑfectionẽ erudiant

Hæc de honore sanctorum primo, id est,
corporali, & exteriori.

Secundo coluntur sancti uere & interne. Hic autem cultus consistit in laude cordis primum, deinde in uoce & opere foris: id est, quando deus laudatur in sanctis, & sancti laudantur in deo, sicut scriptum est: Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum secundum multitudinẽ magnitudinis eius. Sic Paulus Gal. j. fecisse scribit primitiuos Christianos, & in me, inquit, clarificabant deum. sic facit Psal. cx. Confitebor tibi domine in toto rorde meo, in consilio iustorum & congregatiõe. Magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Vult enim dominus enarrari gloriam suam, & annunciari opera manuum suarum. Sicut dicit, Vt annunciẽt in Sion nomẽ domini, & laudẽ eius in Hierusalem. Et rursus, Narrabo omnia mirabilia tua. Item, Vt enarrem oẽs prædicationes tuas in portis filiæ Sion. Et multa alia in psalterio, ideo eñ operatur tot & tanta in sanctis, ut ipse glorificetur. Rursus dicit, In domino laudabitur anima mea. Et alibi, Laudamini in nomine sancto eius. Et Psal. xvj. Lætabimur in salutari tuo, & in nomine domini dei nostri magnificabimur. Sic enim Apostolus docet, Qnod qui gloriatur, in domino glorietur. Quare non est dubiũ, quin sancti nolint in seipsis laudari & glorificari, sed in domino, & dominum in se. Et iste modus colendi nõ modo erit deo gratus, & ipsis sanctis acceptus, uerum & tibi salutaris, & incõparabiliter utilior, ꝙ si propter te & tua eos colueris, immo solũ ille est salutaris, & alius quilibet noxius.

Sctī colũtur in deo, & deus in ipsis.

Vnde ut pro rudibus demus modũ, ille scilicet colit uere sanctos dei in deo, qui opera & gratiam dei in illis intuitus, & meditatus, mouetur & soluitur in

dulcem affectum erga deum, quod tanta & talia largiri in illis dignatus est, ue lut diceret: Benedico te & gratias ago tibi pijssime deus, quia æterna misericordia tua. Sanctũ enim hunc præuenisti, & de peccati pditionisq; massa, tam exímium gloriæ uas tibi perfeciſti. Sic deũ laudasti in sancto suo. Rursum & sanctum suũ ipsum in domino ita laudabis, O sancte dei. N. benedictus tu in filijs hominũ, qui dignus deo uisus es, tam ineffabilis gratiæ, & gloriæ dei donis ornari. Quẽadmodũ S. Elizabeth benedixit beatam uirginẽ, dicẽs: Benedicta tu in mulieribus. Beata quæ credidisti, perficientur in te, quæ dicta sunt tibi a domino. Oportet enim ut diuinæ gratiæ odorem, effusum in sanctos eius percipias, & guttulas bonitatis eius prægustes, ut & tu in amorẽ dei succẽdaris. Quid em aliud sunt sancti, nisi uelut guttulæ roris, seu guttæ noctium in cincinnis & capite sponsi, sicut dicit: Aperi mihi soror mea sponsa, quia caput meũ plenũ est rore & cincinni mei guttis noctium. Sic enim Micheæ. v. sanctos appellat rorem, dicens: Erunt reliquiæ Iacob in medio populorũ multorũ, tanq; ros a domino. Quia totũ quod sunt & faciunt, ros & gratia cœlestis est, spirans suauissimam dei misericordiã super filios hominũ. Sic sic oportet omnem gloriã sanctorum referre in deum, qui dedit eis hanc potestatẽ. Vide ecclesiam, quæ de B. Virgine canit, Benedicta filia tu (sed) a dño, qui nõ a te, sed per te fructũ uitæ cõmunicauimus. Et in omniũ sanctorũ festis, ecclesia orationem dirigit nõ ad sanctos, sed ad deum cum nominibus sanctorũ, eorum merita ex deo uenisse protestans, deinde per eadem preces suas deo cõmendans. Isto em sacrificio laudis primũ rite peracto, tunc demũ subnectenda est petitio nostra, primum pro simili dei gratia, nouissime pro temporalibus. Si tamen temporalia petere potest, qui sitit spiritualia.

Sctī uirtus in laudẽ dei sic uertitur.

Petendorũ ordo.

In sctis tantũ consyderare q̃d boni nobis faciãt, est impium.

Verum ista inuocatio, & cultura sanctorum adeo est neglecta, ut nõ solum non meditentur opera misericordiæ dei in sanctis suis, sed etiam nesciant eorũ gesta, immo & nomina, sicut ille qui sanctã trinitatẽ nominauit dreyfalcken, adeo nõ quid deus boni in illis fecit, ut glorificetur, sed quid boni nobis faciãt ut nos lætemur, consyderamus. At spiritus sanctus & ecclesia Christi id intendunt certe in omni cultu, & festis sanctorũ, scilicet eleuare cor nostrũ in deum & diuina opera, & parare fiduciam ex cõtemplatione gratiarum in illos collatarum, sicut Christus Matt. v. Sic luceant opera uestra bona. Ad quid? ut crus meum non doleat? non, sed ut glorificẽt patrem uestrum qui in cœlis est. Hic B. Augu. ut nõ desperent, inquit etiam sibi, si uoluerint, posse præstari. Et sancti quidem hac regula, & eo fine, uixerunt & bona fecerũt, ut lucerent ad gloriam dei. Et fit diabolo operante, ut eorum uita & opera nõ eo fine prædicentur aut celebrentur. Ipsi per omnem uitam quæsierũt, quæ dei sunt: nos uero non solum in nostra, sed & in sanctorum uita, non nisi quæ nostra sunt, quærimus, nihil solliciti de gloria dei. Et passim prædicatur solum quid & quantum possint in nostris commodis, nõ quãtũ fuerit misericors deus in ipsis. Inde proceditur ad extremam temeritatẽ & audacem cõtentionem, uter sanctorum in cœlo sublimior sit corã deo, quasi ipsi aliquid fecerint, ac nõ potius deus. Oculos omnino in carnem mersimus, & a deo auertimus.

Festi dies sanctoꝝ ad quid instituti, itẽ eorũdẽ cultꝰ.

Sctõꝝ ordinem in cœlis temere discutimus.

Immo nostra ætate (quod detestabilius) eo redactus est cultus sanctorum, ut melius fuerit, neq; festa sanctorũ agi, neq; nomina eorũ sciri. Quod ut cognoscas, percurre supstitiones stulti uulgi, & uide patrocinia illa diuersa diuersoꝝ artificum. Aurarij fabri sanctũ Elogium, sutores Crispum & Crispinianum fullones S. Seuerũ, pictores S. Lucam, medici Cosmam & Damianum, iuristę S. Iuonem

Sctõs nesciri q̃ sic coli melius esset.

S. Iuonem, artistæ S. Catherinam, aliquando & Aristotelem habent patronos. Alij alios. Et Franci suũ Kilianum, quælibet natio suũ. Sed quomodo hos honorent, aduerte. Primũ nihil eorũ opera uel exempla curant: deinde quãdo ad summũ honoris itur, mane missam celebrant, & eo toto die feriantẽ, nec alio quoq; indicio nisi ueste & ocio, tantũ feriam simulantes potius q̃ agentes: cæterum lasciuijs, cantibus, moribus, corde nunc̃q; tam alieno a deo q̃ eo die, tempus perdentes, immo sanctos illudentes, ac si Bacchanalia uel Saturnalia agerent, atq; hæc usq; in alterũ diem potando, ludendo, & breuiter usq; ad cædes aliquãdo insaniendo perdurant. Hæc em̃ est gloria festorũ dierum his perditis temporibus. Ita ut nec Anubis aut ullum portentum Gentilium deorũ sit fœdius dehonestatũ, immo nec porcus tuus ita se coli sustineret. Sed ita p̃ualuit ira dei, & tradidit in sensum reprobũ, ut sint omnia peruersissima.

Festũ die sic celebres.

Quanto rectius erat humili & quieto corde, pacataq; domo parce refici, & pauperibus uocatis ministrare prandium, immo melius erat laborare, & om̃ia opera seruilia perficere, q̃ ita feriari. Non enim eo tumultu pompæ & luxuriæ sed quietudine (unde & sabbatissare dicitur) & charitate in proximũ seruitur sanctis. Quod si turpissimum tu ipse iudicares, si quis in festo Paschæ uel nati Christi talia perpetraret, cur patronum tuum eo honoras, quem tunc maxime proposuisti honorare? An qui totum annum fuit quietus & securus a tuis irrisionibus & ignominijs, hoc die, quo minime oportuit, eisdẽ uexat? Cur execramur Turcas, quod imagines Christi & sanctorum fœde conspurcare dicuntur? An nondum intelligimus, quod illorum figura ostendit nobis deus q̃ sibi displiceat, quod nos Christiani sanctos suos in ueritate & fœdius conspurcamus? Quã pulchra religio & pietas, sanctos dei nemo fœdius blasphemat, q̃ ipse cuius est patronus: nec id alio die magis q̃ eo, qui cultui eiusdẽ sacratus est. Finge an tu talem sustinere possis ab infimo homine cultum, id est, illusionem.

Festi dies SS. ecclię opprobrium.

Hic itaq; pontificibus esset summe uigilandum, immo saluberrimum foret omnes dies festos abrogare, paucissimis seruatis, in quibus mane uerbũ dei audiretur & missa. Nihil enim sunt sabbata nostra, nisi opprobriũ ecclesiæ, & nõ eusebia, sed asebia in deum, ut satis nimis ualde docet experiẽtia. Potest & nobis deus multo amplius q̃ Iudæis dicere: Odi & proieci solẽnitates uestras, & illud Esa. j. Sabbata uestra & Neomenias uestras odiuit anima mea.

Supereſt adhuc geminus abusus in cultu sanctorum.

Primus est in superbia & abusione per gloriam uanam, qua inuicem quidã concertant etiam de sanctis, dum quisq; eum qui uel sui studij uel ordinis fuit, nititur ita celebrem facere, ut eum cæteris omnibus præferat: nõ tam quod uelint sanctos dei honorificari, q̃ se ipsos qui tales habeant patronos. Horũ uanitas & si late patet, & plurimos occupet, non tamẽ audeo latius ꝓsequi, tum quod pulcherrima specie adornati facile me temerariũ iudicẽ proclamare auderẽt, secq; purissime excusare: tũ quod ipsos proceres & optimates eccl̃iæ q̃q; ea res tangit, qui sunt multo impassibiliores, q̃ cœlũ ipsum. Nam cœpit & hĩc ferme turba fraternitatũ quædã oriri, & nescio an tot fraternitatibus tandẽ efficiant, ut nec fratres nec sorores retineãt. Sed sit hic aliorum iudiciũ. Species est bona, nõ licet acrius taxare, donec clarius seipsum prodat negociũ.

Fraternitates faciũt, ut nec fratres nec sorores retineamus.

Huc dicerem pertinere eos, qui festũ Cõceptionis beatæ uirginis uolũt esse primum & summum omnium, & qui nouorum festorũ dignitate, priuilegijs indulgentijs, replẽt totos sermones. Nec frustra nos quoq; uixisse uidebit posteritas

Festis nouis ueteraobliteramus.

ſteritas, quia nouis feſtis fecimus uetera uere ueteraſſe, ſi nihil aliud fecimus, hoc unum ſatis eſt dignum æterna memoria.

Spero futurũ quod adhuc feſtum Abraæ etiam celebrabitur, quia in fide eius fuit origo ſalutis & promiſſus Chriſtus. Si enim Abraæ non promiſiſſet deus, non fuiſſet Chriſtus natus. Et forte, diem Adæ & Heuæ quoq; celebrandum eſt prædeſtinatum. Itaq; uenerũt dies in quibus omnia libentiſſime docemus & audimus, præter ea quæ ſunt antiquæ & ſolidæ ueritatis, ut Apoſtolus ait, A ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur, coacer-uantes ſibi magiſtros prurientes auribus. Non quod damnem affectum pium ad noua feſta, ſed quod uideam non pauca agi & extolli, ad inuidiam uſq; alio rum. Non egent ſancti noſtra ſuphia & diſcordia, immo non ipſi: ſed nos ido-la ex nobis facimus, & ſub nomine ſanctorũ noſipſos colimus.

Audimus hoc ſeculo quiduis poti us q; ſolidã ueritatem.

Alter abuſus eſt auaritiæ. Eriguntur paſſim erectæq; ſunt eccl'iæ ſup imagi-nibus nõ conſecratis, præſertim ubi concurrit ſeductilis turba uulgi, nec ipſæ eccl'iæ conſecrant, in quibus præter ſpeciem & nomen pietatis, nihil niſi que-ſtus quærit. Si em ſub nomine Chriſti diabolus mittit Pſeudochriſtos, quan-to magis ſub nomine & imagine Mariæ, aut alterius ſancti, poteſt operari erro rem & illuſionem? Atq; eo liberius, quo neglectius nos Pauli cõſilium habe-mus: Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Et illud Ioan. Probate ſpiritus utrum ex deo ſint. nos uero ſpecie bona cõtenti, ſtatim ſine probatione accur-rimus. Facit hos diſcurſus diabolus.

Quæſtus fa-cit ut multæ eccleſiæ con-ſecrentur.

Diſcurſus ad ſctõs ſunt ex diabolo.

Primo, ut populum a locis ſacratis trahat, & affectum eius alienet a ſacris, p phaniſq; diſtrahat, dum nouis ſemper & alienis accẽdit, curioſumq; facit. Hoc enim meruerũt, qui faſtidiunt eccleſiam ſuam domeſticam.

Secundo, ut per hoc accipiant occaſionẽ uelut iuſtam, negligendi uerbi dei & parochialium officiorum. Omitto quod per uias perdũt tempus, & ſubſtan tiam profundunt, peccatis multis ſeſe onerant, dum uana fabulãtur, uel audiũt uel uident, & domum, rem, familiã negligunt, hoc eſt fruſtra laborant, & mul ta mala committunt.

Peregrinati-ones pernici-oſiſſimę ſunt

Quod autem tales cõcurſus ſint ex diabolo, præter ea quæ dicta ſunt, ipſe eti am præceps concurſus uulgi declarat. ferunt enim uxores & famulos inter la-borandum aut operãdũ raptos fuiſſe, ac uelut relinquere opus coactos: quod a ſpiritu ſancto ſit nequaq;, ſed eſt euidentiſſima dæmonis illuſio. Spiritus ſan ctus non eſt ſpiritus temeritatis & præcipitationis, ſed ſpiritus conſilij: nec re-uocat præceptum ſuum, quo præcepit mulieri eſſe ſub poteſtate uiri, ſine cuius conſenſu etiam uota ſua nulla ſunt. Et ſeruis, ut dominis ſuis fideliter ſeruiant nihil fraudantes, quomodo ergo nunc eoſdem raperet ad inobedientiam tam rigide prohibitam? Vnde audiui, ubi tales eccleſiæ fuerunt conſecratæ & legi-timo dei cultu ordinatę, ceſſaſſe talem concurſum. Sed & nunc dicunt aliquæ ideo non conſecrari, ne deſinat concurſus, & areſcat lucrum. O Chriſtianos, qui ea impietate lucrum quærunt. Hoc ne ex deo eſt, quod crucem & benedi-ctionem ſuſtinere non poteſt? Quis unq; crederet poſſe Chriſtianos, uel ab aſtutiſſimo dæmone in hunc erroris barathrum præcipitari?

Ad peregri-nandũ uidẽ-tur cogi a di-abulo.

O Chriſtia-nor impietatẽ

Sed & ego noui hominem, qui ſimile excelſum illuſionis cœpit proſtituere, ſub nomine uirginis Mariæ, quæ ſibi in ſomnis apparuerat (adeo ſancta & di-gna ſibi ſuperbia uidetur) ſed a maioribus eccleſiæ prohibitus, ſtatim ibi quie-uit diabolus, & migrauit alio, & ibidem prævaluit erigere lupanar ſuum. Ve-re hæc ſunt ſigna & idola ꝓſtitutionis, quæ domin⁹ p ꝓphetã arguit, in qbus

Hiſtoria.

fornicant

fornicantur animæ fideles a suo Christo, qui prohibuit ne crederemus ijs, qui cum obseruatione locorum nobis prædicant. Ecce hic est, aut illic est Christus. Nolite inquit, credere, ecce prædixi uobis. Quare tibi sit merito suspectũ tanq̃ negocium perambulãs in tenebris, quantũlibet speciosum fuerit, quod in locis illis prophanis agitur. Non enim frustra ecclesia instituit, ecclesias & loca earum sanctificari per uerbum & orationẽ. Quod si cuius uxor uel seruus uociferetur, sese arripi tali peregrinandi spiritu, audi consiliũ, arripe & tu quernam aliquã crucem, & sanctifica dorsum eius aliquot ictibus fortiter, & uidebis quod hoc digito dei ejcietur dæmoniũ illud. Mulieres enim, ut sunt seductiles, solet familiarius istis nugis illudere.

Locorum obseruatio suspecta est.

Mulieres q̃ cõtendũt peregrinari, debent querna cruce prius a uiro sanctificari.

Tertio. Vbi non habet potestatem (sicut uere non ubiq̃ habet) in locis prophanis, facit hoc in locis sacris. Hoc autem facit quando relicta matrice eccle/sia, peregrinari sollicitat ad dedicatiões & patrocinia aliarum ecclesiarum, uel in deserto, uel pagis positarum: ubi tamen uideas tot tabernas & ganeas, ut Babylonem credere possis (sic enim hodie agunt dedicationũ & patronorũ festa) uesperi uero domũ redeunt pleni indulgentijs, id est, cerimonia, luxuria, & alijs portentis peccatorum, quibus ibidẽ seruierũt. Si tamẽ redeunt, nam ferme est uelut regulare aliquos occidi, aut saltem grauiter uulnerari in dedicationibus, adeo ut in prouerbiũ transierit: Indulgentias dedicationis distribui sero, cũ sese trucidauerint, aut saltem læserint. Has diabolus miserrimas nobis assidue auget ignominias, & adhuc melius ducimus esse tales dedicationes nõ tolli, q̃ illas fieri. Det dominus Episcopis nostris aliquando gratiam, ut has indulgentias una cũ dedicationibus reuocẽt, & non sinãt diabolũ etiam de cæde nostra nobis illudere, cui nimis fuerat permissum, quod erroribus nos illuderet. At hic mihi obijciuntur receptæ illæ peregrinatiões ad S. Petrum in urbe, ad S. Iacobum, ad Hierusalem, ad Treuerim, deniq̃ in diuersa loca ad honorandas reliquias sanctorum & indulgentias obtinendas.

Dedicatiões uisitantes relicta ecclesia propria.

Indulgentiæ dedicationũ abrogandæ.

Respondeo. Non peccaret, qui omnes eas omitteret, & domi maneret: non præceptæ sunt, sed uoluntarie assumptæ. Tamen ego non resistam tanto iam usui & consuetudini prævalidæ: eant sane qui uolunt, dummodo id discant sese interim eisdem sumptibus posse incõparabiliter melius deo seruire, & salutem suam operari, si domi seruiant pauperibus, immo sibi cõmissis, ut uxori, filijs, familiæ, dominis: deinde si flagella dei patienter tulerint, & quascunq̃ aduersitates. Quasi uero non satis nobis pugnæ relictum sit domi cum diabolo nisi & foras cum Dina egressi plus occasionũ corruptionis quæramus. Quãti enim resistunt cauillationibus & curis, q̃bus in domestica ecclesia impugnat corda nostra? deinde crapulis, lusibus, & ocijs p̃ omnes dies nos uexat, omnia tentans, ne purus sit apud nos dei cultus, & integra salus nostra.

Peregrinationes ad S. Iacobũ sunt minus utiles, q̃ uera opa pietatis.

Christiana doctrina.

Id quoq̃ nuper inuentum est a nostra philargyria, quod septem aureæ missæ (scilicet, ab aureo nũmo sic dictæ quo p̃soluunt) certis cereolis, certisq̃ alijs ritibus celebrant, nescio pro quo certissimo euentu, ita iniquissim⁹ hostis, nec hoc saltem sacrificium nobis reliquit syncerum.

Missas aureas inuenit auaritia.

Quid si saccus ille auaritiæ pertusus & insatiabilis huc pertineat? ubi ad structuras ecclesiæ offertur, mendicatur, corraditur thesaurus sine fine, & reliquijs & indulgentijs in hanc rem uaferrimæ utuntur, ut ubi congesta fuerit pecunia nec structuræ, nec pauperibus, sed pro bello, aut litibus uel præsentibus expendantur, uel futuris reseruentur?

Saccus auaritiæ sacerdotalis pertusus ad structurã colligit.

Sic enim & clauos Christi fecerũt auaritiæ ministeriũ, tamẽ sub sanctissima pietatis

Auaritia oĩ/ busabutitur ĩ suũ quæstũ ꝓtextu pieta/ tis.

pietatis specie, ut aureos & argenteos nummos perforent. Cur si sola deuotio quæritur, nõ potius papyrum aut tabulã perforant? Sed quid ego Lernam auaritiæ in ecclesia describere tento? de qua propheta ipse desperans, omniaq; in unum cocludens dixit: Omnes sequunt auaritiam a maximo usq; ad minimũ

Sit tandem summa sumarũ: Omnes ij sanctorũ cultores contra hoc primum peccant præceptũ, quia non quæ dei, sed quæ sua sunt, in ipso etiam deo & sanctis eius quærunt, suntq; sibiipsis huius operis sui ultimus (ut dicitur) finis, & idolum, utentes deo, fruẽtes seipsis, de quibus potest illud dici Psalmo. lxxvij Cum occideret eos, quærebant eum & reuertebantur: & diluculo ueniebãt ad eum, & rememorati sunt, quia deus adiutor est eorum, & deus excelsus redemptor eorum est. sed quo corde id fecerint, sequitur: & dilexerũt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum nõ erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Et illud Christi, Ioannis. vj. Amẽ dico uobis, quæritis me, non quia signa uidistis, sed quia manducastis & saturati estis Eadem causa & illum repulit, qui dixit: Magister, sequar te quocũq; ieris. Ipse uero: Vulpes, inquit, foueas habẽt, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis nõ habet ubi caput suũ reclinet. scilicet, ostendens, quod nõ propter Iesum tantum, sed propter suam cupiditatem hæc dixisset ille.

Abnegatio suiipsius præcepta est, nõ ut iuocemus sctõs ꝓ sanitate.

Stat ergo sententia fixa: Qui uult uenire post me, abneget, non pecuniã, nõ uestem, non deniq; sanitatem, sed seipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Item: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Item, Qui nõ odit patrem & matrem, adhuc autẽ & animã suã, nõ potest meus esse discipulus.

Porro cum illi etiam corpus suum quærant, & quæ corporis sunt, certũ est, quod non sunt digni Christo, sunt tamen digni aliquibus donis mercenariorũ, sicut filij Abraæ ex Cetura, sed nõ hæreditatẽ cũ Isaac. Si autẽ nõ sunt digni Christo, clarũ est, quod nõ faciũt uoluntatẽ eius, ergo nec seruãt mãdatũ eius.

Sctõs ꝓ tpalibus inuocãtes, indigni sunt Christo

Non hæc dico, quod uelim omes esse damnatos, qui tales sunt, sed ut discant solum suam miseriam, & non sese ideo Christianos esse confidant, quia sic honorant & colunt deum, & sanctos, immo imperfectũ suũ uidentes intelligant quid ille gemitus significet, quem nos Christus docuit confiteri: deinde iussit orare nos: Dimitte nobis debita nostra. Et, Fiat uoluntas tua &c. quia scilicet tales nõ sumus, cum tamẽ esse debeamus.

Bona tpalia quo consilio det deus.

Ideo si cõsilium dei liceat capere, nõ ista bona dat, ut ijs uelit satiare, sed magis irritare paruis ijs ad maiora petẽda, uel ipsos imperfectos, uel saltẽ filios suos, quibus talia nõ tribuit. Et hæc sat sint de hac materia.

Pighardi nos accusant idololatriæ.

Verum ne Pighardi hæretici infelices, suas partes a me adiutas confidant, q̃ præ nimia ruditate nobis Teutonicis (superbissimo fastidio indignati) imponunt, quod sanctos dei colamus, & idola faciamus, & ideo contra nos aceruũ uersuum scripturę congregant, in quibus prohibetur, ne adoret quis nisi unũ deum, & ut nobis apud suos iustissimam inuidiam conflare uideãtur, insidiosissime omittunt quod scribit rex Dauid & Salomon, & multi alij adorati, simul impij peruersores scripturæ, & subdoli calumniatores nostræ pietatis. Ita enim rustici illi nos tandem docent, quod solus deus sit adorandus, & glorian tur, ac si nos idipsum negauerimus unq;, cum tamẽ negare nõ possint, trequẽter aulicos regios honorari, ac uelut adorari, ut facilius ad regem perueniatur Propter horum itaque rudissimam & insulsissimam rusticitatẽ, Dico ego ad sanctorum suffragia recurrẽdũ omni modo, sicut in Iob dicitur, & ad sanctorũ

aliquem

aliquem conuertere. Et sicut Salomon suum patrem allegat: Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sed & Iacob patriarcha dixit de Ephaim & Manasse: Inuocetur nomen meum super pueros istos, & nomina patrum meorum Abraam & Isaac. Sed de ijs suo tempore, si deus uolet.

Hic fiducia quoq; indulgentiarū taxanda fuisset, nisi iam plus satis illa multis modis a me taxata esset.

Nunc de altera specie transgressionis dicendum, scilicet eorum, qui proprio deo idolum sapientiæ & iustitiæ suæ colunt. Hi sunt filij superbiæ, quorum rex Behemoth ille diabolus, uocatur a deo. Iob. xlj. Horū est libero arbitrio cōfidere, non esse male habentes, non egere medico. Is solis Christus gratis est mortuus, quia sine ipso possunt bene uiuere. Sic olim Pelagiani præcipue, deinde hæretici omnes perditi sunt. Porro hodie quoq; sunt, qui Pelagiani quidē non sunt, sapiunt tamen idem uel peius, q̄ Pelagiani. Nam Pelagiani deo saltem id tribuerunt, quod per doctrinam legis erudiret liberum arbitrium. Hi uero habent dictamen rectæ rationis, quæ deprecatur ad optima, ut legis eruditione nō pro necessitate, sed pro commoditate tantum utantur: dissentiunt tamen a Pelagianis, quod sine Christo non posse bene uiui meritorie concedūt. & ita Christus non est mortuus propter peccatum, sed propter non meritum. Non fuisset necesse eum mori, ut inferni pœnas solueret, sed tantum ut mereri cœlum contingeret. Nam finge paruulum adolescere sine peccato mortali actuali (id enim, & si difficile, tamen asserunt possibile) huic non est necessarius Christus redemptor de potestate diaboli, sed adiutor dūtaxat ad cœlum, quia si is moreretur, nec ad infernum, nec cœlum ueniret. Qua theologia mihi uidentur asserere, neminem nasci filium iræ & filium diaboli: nisi filium iræ, diabolicq; dixeris id esse, quod nō meritorium. Et dum sacerdos exufflat Satanam in paruulis baptizandis, ut locum det spiritui sancto, intelligitur solum facere ex uase non meritorio meritorium, sic enim uasa iræ Apostolus cogitur nunc demum intellexisse. Et baptismi sacramentum cōfert gratiam, nō in remissionem peccati, sed initium meriti duntaxat. & illud symboli: Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorū, noua glossa oportet intelligi, non de peccatis damnationis, sed de peccatis non meritorijs. Ac sic peccatum originale nullum damnum intulit mundo, nisi quod priuauit merito & uisione dei. Et ea priuatio uisionis, id est, omnium bonorum, nō est malum, nisi uoce tantū, scilicet priuatiue. Sic enim theologizamus hodie. Et Christus p nobis factus maledictum & peccatum, ut de maledicto & peccato nos liberaret, non aliter intelligitur, q̄ quod est factus non meritorium, ut de non meritorio nos liberaret. denicq; uocabulum illud, pecatum, per totam scripturam, nouam accipiet significationem, id est, scriptura inducet confusionem. Sed mittamus has tenebras, alijq; tēpori reseruem⁹. qa & alias sepissime de his diximus & egimus.

Igitur, sicut supra diximus, Cum simus iuxta B. Augu. una massa perditionis, nemo iustificatur, nisi per puram sine meritis gratiā Christi. Ideoq; necesse est, ut superbiat, sibiq; aliquid esse uideatur, qui nōdum de se, sua ratiōe, pia intentione, suis operibus internis & externis desperauit, & ad thronum gratiæ tremens & miser accessit. Nam omnes illæ uirtutes morales, & scientiæ speculatiuæ duplo malo cōficiunt hominē. Primo, quod non sunt ueræ uirtutes & scientiæ, sed peccata & errores, quia fiunt necessario ex corde malo, & nondū sanato per gratiam, quod non potest nisi seipsum quærere in omnibus, & sic faciunt hominem uacuum & inanem.

Dictamini rectæ rōnis cōfidētes Pelagiani sunt.

Christum dicunt mortuū ꝓpter meritum nostrū.

Virtutes morales & scīæ speculatiuæ sunt peccata.

Altero

Altero, quod fallunt & inflant, ut homo sibi nō malus nec stultus uideatur Quibus fit, ut sit securus, & nihil, uel minus sollicitus de gratia quærēda, dum scit se nihil mali facere, licet fateatur se nihil meriti in tot bonis facere.

Inde procedit malū latius, ut omnes despiciat, iudicet, damnet, mordeat, zelet, arguat, detrahat, qui sibi dissimiles fuerint: quia cum pharisæo non est sicut cæteri hominum, nec unus ex ipsis. Hi sunt qui domum suam super harenā ædificant, horrendo periculo & ęterna ruina casuram.

Iusti nō timere iudicāt ꝓximum.

Veri autem serui iustitiæ, sciunt & confitentur se totos esse peccatū, totumq; suum bonū, non intra se, sed extra se, in deo & misericordia eius situm esse uolunt: quia iustus ex fide uiuet: non autem iustificatur in conspectu dei omnis uiuens. unde suis malis pressi, neminem iudicant, nisi seipsos, nulli detrahunt, neminem cōtemnunt, nisi seipsos, & implent hanc definitionem iustitiæ: Iustitia est accusatio sui in principio, & iustus primum est accusator sui. Hi habent uere unum deum, ex quo, per quem, & in quem iustificātur, & sunt sine peccato per misericordiam dei ignoscentem, nō per suam iustitiam operantē. Sic glorificatur deus, & colitur uere, dum eius operibus tribuitur quicquid sumus, immo dum opera nostra nō sint nostra, sed dei, sicut Christus ait: Doctrina mea non est mea: ita nihil nobis relictum est, nisi peccatū, stultitia, malitia, perditio, & confusio, ac per hoc non possumus nobis in ullo placere, aut idolū facere, redacti in nihilū, ex quo & uenimus, remanēte solo deo oīa in oībus

Sed quādo hæc dicimus, obijciunt, ergo non sunt facienda bona? Sicut Apostolo quoq;, hæc ipsa docenti, obijciebantur, faciamus mala, ut ueniant bona, quorum damnatio iusta est.

Bona sunt facienda.

Ideo illis respondendum. Primum, quod nō prohibentur, sed q̄ maxime docentur bona fieri, controuersia duntaxat in uocabulo bona consistit. Nam sine fide impossibile est placere deo, & omne quod nō est ex fide, peccatum est.

Bona opera moraliter facta mala sunt coram deo.

Illa sane bona, quę illi uocant, naturaliter & moraliter facta, ideo sunt mala coram deo, quia non fiunt ex deo, nec propter deum, id est, nō cognoscunt nec referuntur in deum, sed homo sibi ea tribuit, & in eis tanq; suis placet cum nō sint sua. Illud enim additamentum Leuiathan facit, ut omnia sint apud deum mala, quantumlibet speciosa sint coram hominibus: unde Paulus libera uoce tam super gentes q̄ Iudæos clamat: Non est iustus, non est qui facit bonū, oēs declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Vt autem homo agnoscat opera sua esse dei solius, gratia eū illuminat, natura nō docet. Inde fit, ut talis homo sit patiēs & mitis, siue uituperētur, siue laudentur eius uerba & opera, sciens quia nihil amittit, cum non sint sua. At natura furit ubi uituperatur, & insanit ubi laudatur. Ratio omniū est, quod fides & spes nō habet aliud fundamētū, nisi solum deum Iesum Christum, petram ipsam, & nullam prorsus creaturam. Ratio autem & natura habet fundamentū harenam, opera sua bona & sapientiā suam. Inde fit, ut homo ruentibus suis operibus bonis, si per diffamiam irascatur, si p conscientiæ & iudicij diuini reuelationem, desperet in æternum. Iustus autem etiam si cadit resurgit, & contra cōscientiā in dei misericordia nititur: sicut scriptū est: Quoniā rex sperat in dño, & in misericordia altissimi nō cōmouebit.

Bonus moraliter tm̄, si uituperatur ira scitur.

Merita ex spe ueniunt, nō e diuerso.

Quocirca definitio spei apud magistrum sententiarū, uel est falsa, uel est obscure, & non intelligibiliter posita: quia spes non prouenit ex meritis, sed contra, merita proueniunt ex spe: quia sicut fides, ita spes, ita charitas, necesse est, ut sint ante omne opus meriti priores. Prouenit enim spes nō nisi ex miserente & infundente deo. Nec habet obiectum uel materiā seu fundamentū aliud,

q̄ ipsam

q̄ ipſam nudam dei miſericordiam, nequaq̄ opera noſtra, quæ ſunt potius obiectum, & ex quibus prouenit deſperatio. Chriſtus nobis uixit, & meritū noſtrū eſt, ſi credimus in eum. Credentes autem in eo, iam non ſibi uiuunt, nec ſua merita cumulant, ſed Chriſto ſeruiunt, & uiciſſim Chriſto merentur. Sic ēm Apoſtolus docet Rom. xiiij. Siue uiuimus, domino uiuim⁹, ſiue morimur, domino morimur, ipſe ſpes noſtra, & nos (ut ita dixerim ſpes) ſeu expectatio eius: ſicut filius eſt ſpes patris, & pater ſpes filij, cui omnia prouidit & theſaurizauit.

Quomodo autem de ſuperbia rerum ſpiritualium dixi, ita & de corporalium rerum ſuperbia intelligatur, ut ſunt diuitiæ, forma, gloria, potentia, fauor, genus, uoluptas, & ſimilia. In ijs enim qui confidit & ſuperbit, alioſq̄ faſtidit ſui diſſimiles, manifeſtum eſt, quod hæc ſua facit, deoq̄ rapit, & ſibi in idola tranſmutat. Quæ ſi ſolius dei eſſe cognoſceret, non diſtingueret inter ſe, & quemlibet perditiſſimum hominem, nihilq̄ plus ſeſe habere fateretur, niſi quod ſolus Ieſus Chriſtus eius fiducia eſt. Sic fieret, ſi hoc præceptum ſeruaretur, ut nulla ſuperbia, id eſt, nulla radix, nullum initium peccati, ac per hoc nulla peccata eſſent, ſed pax, amor, mititas, largitas, patientia, & omnium uirtutum plenitudo: quod nō in hac uita ſperandum eſt, ideo ſemper manemus peccatores, & huius præcepti tranſgreſſores, ſolo hoc ſacrificio ſalui, quod hanc tranſgreſſionē nō ignoramus, neq̄ negamus, neq̄ cū impijs uerbis malitiæ in peccatis nos excuſamus, ſed cōfitemur, & gemimus auxiliū gratiæ, & regni futuri acceleratione. Qua humilitate meremur nobis ignoſci, in ijs quæ minus facimus, ſicut B. Auguſti. ait, Omnia mādata implentur, quando quicquid nō ſit ignoſcitur. Ignoſcit autē confitentibus, quia humilibus deus dat gratiam.

Confidere in corporalibus rebus eſt impietas.

Superbiæ remedium efficaciſſimum.

Vnde cauēda eſt illa pernitioſa & adulatrix gloſſa, immo totius humilitatis expultrix, & uaſtatrix, qua dicitur: Deus non requirit hoc præceptū impleri in hac uita, facit enim hæc gloſſa ſecuritatē nocentiſſimā, diſſoluit man⁹, & remittit genua ſtrenuorum bellatorum. Et eſt unū de puluillis, & ceruicalibus, quæ in Ezechiele damnat dominus niſi: ſane intelligatur, ſcilicet quod nō requirit quidē ab ijs, qui ipſi a ſeipſis requirunt eiuſmodi plenitudinē, & dolent, atq̄ cōfitentur ſeſe nō implere, & ideo feſtinant egredi, & cupiunt diſſolui, ne ſint diutius cum peccato, & in obediētia huius præcepti, ſed cum Chriſto & iuſtitia, & plena obedientia præcepti. Iis inq̄ non imputat nec requirit. Verū qui ipſi non requirunt & exigunt a ſeipſis, ſed conſtituunt ſibi puluillos ſub manibus, & ſine timore incedunt certi, quod non requirantur: ab ijs certe exiget uſq̄ ad nouiſſimum quadrantem. De ijs dicit Pſal. ix. Propter quid irritauit impius deū? dixit enim in corde ſuo, non requiret. Qui enim non agnoſcit ſe præceptum non debere, quomodo ſe agnoſcet eſſe peccatorem? Qui autem nō agnoſcit ſe peccatorem, quomodo timebit deum & iudicium eius? qui autem non timet, quomodo humiliabitur? qui non humiliatur, quomodo gratiam conſequeur? qui gratiam non conſequetur, quomodo iuſtificabitru? qui non iuſtificatur, quomodo ſaluus erit?

Amoris præceptum a nobis deus exigit totaſr, qđ tū iplere non poſſumus.

SECVNDVM PRAECEPTVM.

NON ASSVMES NOMEN DOMINI DEI TVI INVANVM

HOc præceptum, sicut & omnia alia fluit ex primo: seruato enim primo & hoc facile seruatur, immo seruatum est. Quia ideo ponitur, ut cæcitati nostræ manifestetur insipientia nostra: cum non esset necessarium, si Adam stetisset, omnia enim illa sciuissemus. At nunc nec ipsa scimus, quæ necessaria sunt foris fieri, nedum intus. Igitur in primo præcepto, cor & interior homo erga deum institutus est, in hoc os instituitur. Tribus enim rebus peccamus, corde, ore, opere, contra deum, ideo super singulo singulum est præceptum, & sunt omnia tria negatiua siue prohibitiua. Nec est in toto decalogo, nisi unum præceptum affirmatiuum, scilicet, Honora patrẽ & matrem &c. Nã tertium, quod est, Sabbatum sanctifices, ipse dominus exponit negatiue, dicens Non facies omne opus in eo: quod & nomen indicat, sabbatum, id est, requies, id est, uacatio ab opibus. Nullum enim opus in illo præcipitur, unde & solum lectioni legis intendebant illo die. Igitur malum in omnibus prohibet, ideo & nullum aliud habet promissionem, nisi unum, scilicet affirmatiuum de honore parentum. Cætera uero, quia malum prohibent, pœnam minantur.

Præceptũ affirmatiuũ tãtum unum in decalogo.

Sabbata sanctifices.

Ideo sicut q̃ corde nõ peccat, nec ore, nec ope peccat: Ita qui corde peccat, nec ore, nec opere iuste facere potest. Qui primũ præceptũ non seruat, nec secundũ, nec tertium seruat. Qui uero primum seruat, & secundum & tertium seruat. Nõ enim est metuendum, quod qui in deum suam fiduciam posuit, deum super omnia diligit, sperat, quærit, sitit, nomen eius inuanum & irre uerenter nominet. Sicut non est timendum, quod subditus principem diligens, non etiam nomen eius uelit ubiq; clarũ facere & habere. Vnde & pro maiori parte, in primo mandato dicti sunt, qui contra illud peccant, scilicet duplicis generis homines rudissimi & stultissimi, per omnia similiter hic dicenda sunt. Hoc enim præcepto nõ prohibetur maledictio, nisi quando fit per nomen dei, sed nec blasphemia in hominem, nisi fiat per nomen dei. sed infra, Non occides.

Id autem in primis notandum, quod hoc præceptum subindicat affirmatiue, nomen dei esse assumendum in os uere, uel in necessitate salutis, & quod solum ibi prohibetur, ne in uanum assumatur.

Superstitiosa fiunt in hoc noĩe Tetragrãmaton.

Vnde in scripturis frequenter præcipitur nomẽ domini inuocari, laudari, cõfiteri, benedici. Sic Rom. ix. Omnis quicunq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Videamus itaq; primum rudiores, inter quos primo occurrunt superstitiosi, sortilegi, & quidam ex Iudaicis fabulis superstitiosa quædam de nomine tetragrãmaton fingentes. Quod ij nomen domini in uanum assumant, patet, quia nec ad salutem animæ, nec ad gloriam dei assumunt nomen dei. Sed ad curiositatem suam, ad pactum dæmonum, in signis, uerbis, gestibus, ut supradictum est. Non enim id curant an salutem animæ inde consequantur, multo minus an deus in hoc glorificetur, sed tantum ut suæ satisfaciant concupiscentiæ. Igitur sicut illi deũ abiecerunt de corde suo, & uanum fecerunt in semetipsis contra primum: ita & nunc nomen eius polluunt in ore suo, & frustra assumunt.

Nomẽ dei assumendũ tm ꝓpter honorem dei.

Frustra autẽ & uanum dicitur, quod sine necessitate & causa fit. Est autẽ necessitas uel utilitas nominis dei assumendi duplex, scilicet salus nostra, & gloria dei, immo sola gloria dei, quia nec salutem nostram debemus per nomẽ eius quærere nisi ad gloriam ipsius. Assumere autem intelligitur, ut cum aliquis sumit uel intendit facere, uel dicere, & adhoc adhibet nomen dei. Sicut in corde assumit per fidem gratiam dei ad salutem suam, ita in ore assumit, per reuerentiam

am nomen dei, ad salutem suam & aliorum. De istis ergo satis persuasum est, ut abstineant in præcepto primo. Nec per hoc sese excusent, quia sancta uerba & orationes adhibent, cum per hoc magis turpiter peccent, ut in simili. Nonne furiosum putes eũ qui sacris uestibus, officijs diuinis aptatis, ad choreas, spectacula uel bella procedat, & iocum huiusmodi ex eo serio faceret. Si ergo hunc grauissime reprehenderes, cur non multo magis reprehendis te, uel illum, qui sancto plus ꝙ omnes uestes, immo quo sanctificantur & uestes & omnia, nõ ad choreas, sed ad stupra, ad dæmonica opera abutaris, uel saltem ad corporis salutem, cõtempta anima? Talis est ergo illorum excusatio, qualis est eius, qui sic sacris abusus corripitur, & dicit, Eia res tamen sacra & bona. Quid enim huic dicetur, ꝙ illud, quasi ego nesciam eam esse bonam & sacram? hoc me nunc doces? cum ideo te arguam, quod sacris ita abuteris. At nos nunc ij sumus Christiani, qui calceos nouos ne polluamus, calopodia emimus, & uestes bonas nullo modo in lutum trahimus, nec aureis uasis cõtumeliã facimus cum urina, immo aqua immunda. At sacrum dei nomen ad quæcunq; indigna trahimus, sine omni fronte. Quod si hoc nullus in suis facit, finge aliquem ita furiosum, ut in suis idipsum faciat, quid si de alienis, & eius qui uult sua munda haberi? Quãꝙ gratam rem faceret, qui principis titulũ, & nomẽ & insignia ad lutum traheret, & inuolueret, ipso scilicet uidente & prohibente, immo præcipiente in sublimi loco statui? At nos cum audimus Turcas templa prophana re, altaria, & oĩa sacra polluere, mire stupore accẽdimur ad iram, & cogitamus iniuriam bello uindicare & querimur, quod principes nõ contra Turcam bellant; sed palpa sinum tuum, & Turcam palpasti. Interim deus eo magis in pœnã, principes in mutua bella tradit, ut nos magis, ꝙ Turcas puniat, quia peius polluimus sacra ꝙ illi.

Iurandum temere non est.

Turcã quisq; in sinu suo palpat.

Secundo, nobis occurrunt periuri, mendaces, dolosi, fraudulenti, & quicunq; ueritatem relinquunt, ubi deum testẽ adhibent & nomen eius, immo & per deum maledicentes; iniuste excõmunicantes, iocosi quoq; ac blasphemi in deum, de quibus supra aliqua dicta sunt, & infra plura dicentur. Hic uero uideamus qui iurando peccent in nomen domini. Notandum itaq; quod duplex est iuramentum. Bonum, de quo Deus, vj. &. x. Dominum deum tuum timebis, & ei soli seruies, & per nomen illius iurabis. Ita enim deus ipse iurat sepius in Prophetis, dicẽs: Viuo ego dicit dominus. Et Psalm. cix. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. &. cxxxi. Iurauit dominus Dauid ueritatẽ. Sic Christus iurat in euangelio, & patriarchæ, prophetæ, apostoli, & omnes sancti iurant, ac iurauerunt. Et hoc est opus meritorium, quia fit in ijs quæ pertinent ad salutẽ. Vnde quoties aliquis dicit uel facit, quod expedit ad salutem, ut credatur, ubi timetur non credi, debet iurari. Sic iurat Apostolus ad Roma. quod sæpe proposuit uenire ad eos. Quæ ratio iurandi? nisi quia expediuit eis id credere ad salutẽ, ut eum fidelẽ pastorem, non quæstuarium agnoscerent, & charitatẽ uerã in eo esse considerent. Sic Psal. lxij. Laudabuntur omnes qui iurant in eo.

Iurare q̃ꝙ bonũ & meritorium.

Ratio, quare hoc iurare placeat deo, quia per ipsum inuocatur ueritas eius, & creditur in eum, ac propter eum fit pax & concordia iurantium: ideo sancte colitur in eo opere, quia destruit opus diaboli, scilicet dissensio & lis. Quia qui tibi non credit, nec quiescit, propter nomẽ dei tibi credit, quod inuocas & quiescit. Ideo hunc honorem soli deo debemus. Vnde Apostolus Heb. omnis cõtrouersiæ finis est iuramentum.

Iuramentum malum ex cõ suetudine.

Aliud est malũ, Et hoc duplex. Aliud eñ est quod ex cõsuetudine fit, & hoc est malum, quia sic uilescit assiduitate reuerẽtia nominis dei, Sic Teu. Bey Gor, werlich, fur war, als war als got im hymel ist, Bey gott vnd allen heyligen, per deum uium, per deum sanctum, auff mein teures creutz, auff mein teures bluot Bey dem creutz gottes. Es ist marter groß, marter schon, id est, per passionem Christi ita est. Itẽ sic detestari, der teuffel hol mich, brech mir den hals, got helff mir nymmer mer, als mir got helff, Auff mein seel, In conscientia mea, bey meiner treuw vnd eer, bey meiner priesterschafft. Ista & multa similia heu prohdolor, tam sunt assidua multis in ore, ut prope secundum uerbum sit iuramentũ huiusmodi. Hic patres & matres familias uigilare super liberis, & seruis, ac familia deberent. Quia est pessima consuetudo, & contra hoc præceptum.

Sed propter rudes quæritur. An nomen dei tangatur, quando iuratur in hæc uerba, uere ueritatem dico &c. Respondetur quod sic, Quia ueritas est nomen dei, cum ipse sit ueritas. Sic enim Apostolus iurat Ro. ix, per ueritatem & cõscientiam suam. Et quãuis hoc ideo possit uideri prohibitum, quia conscientia nõ est nomen dei, cum æque sit peccatum iurare uane, & non iurare per deum, seu per aliud q̃ deum etiam uere: tamen Christus Math. vij. hoc totum refert ad deum, quando dicit: Neq; per cœlum, quia thronus dei est: neq; per terrã, quia scabellum pedum eius: neq; per Hierosolymam, quia ciuitas regis magni est: neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum facere album aut nigrum. Ex quo patet, quod qui iurat per ea quæ dei sunt, uel ei applicata, etiã per deum iurat: ex quo, in quo, per quem omnia sunt.

Iuramentum falsum etiam hic punitur

Alterum est iuramentum falsum, Vbi quis ex proposito iurat & scienter falsum, secundum formas prædictas, hoc est uehementer graue peccatum. Et raro transit hoc peccatum impunitum, etiam in hac uita. Quod si dubitas, interroga periuros. Sed grauissimum est, quando hoc fit in facie ecclesiæ, cum sollennita/te & præscripta forma, ut faciunt cõtrahentes matrimonia clãdestina, & in pœnam peccati, postea odientes sese separantur periurio: horribilis culpa, sed horribilis & pœna. Vnde inter omnia mandata, solum hoc habet additã pœnæ minationem, dicens: Nõ enim habebit insontem dominus eum, qui assumpserit nomẽ domini dei sui frustra. licet & primum habeat comminationem, quod in quartã generationem uisitet iniquitates eorum qui oderunt. Sed quia Apostolus promissionem, quæ in hoc continetur, non numerat, sed q̃ in quarto, quã dicit primam, ergo & hæc comminatio primi præcepti non uidetur numerãda.

Periurij grauitas late ostẽditur.

Et grãde peccatum est profecto periurium, quod primo patet ex detestatione scripturæ, quia præcipit dominus in lege, nõ peierabis. Et prophetæ uehementer periurium arguunt, unde Osæ. iiij. non est ueritas, non est misericordia, non est scientia dei in terra, maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Denicq; adeo sanctũ id uoluit, ut etiam regi Babylonis non seruatum a Zedechia uindicaret. Itẽ nec Gabaonitis licuit nocere, licet falsi ab eis iurassent. Item nec filijs Beniamin filias suas dari ausi sunt, propter iuramentum: & potius gẽtilem sanguinem permiserunt misceri fraterno sanguini, quam iuramentum soluerent.

Secundo ex re ipsa. Quia iurare est deum testem adhibere, & mediũ, quo uniunt sese discordes. At sic falso iurans, deum ludibrio exponit, immo quod horrẽdum est, qñ dicit, Sicut deus est, uiuit, uerax est, corde dicit quod non sit ita uerum. Ac per hoc deum negat ore, immo & corde, quo consentit in negationem oris. Et

oris. Et ista negatio est pessima, quia scit deũ esse, & corde credit, & tamẽ simul etiam corde consentit in negationem eius, quia non negaret foris, nisi uellet negare. Et tamen contra cor suum, & conscientiam negat: ideo grauissimũ est hoc mendacium & directe contra deum, quia uult eum non esse, ut suum mendacium stet firmum.

Tertio a simili, Si principem permoueres, ut pro fide tua literas & sigillum suum appenderet, in tua causa, ut sic pro nomine eius tibi crederetur, & tu postea nequiter denegares, & principẽ in confusione relinqueres, quid putas de te cogitaret? An putas, quod fideiussorem habeas? Aut si, ut adesset pacto tuo cum alio, rogares, & in faciem ueniẽtem neges esse principem, & proijcias? At deus quanta maiestas, solus dominus est.

Periuriũ i curiẽ dupliciter

Pro planiori intelligẽtia notandum, contra hoc mandatum in iuratione dupliciter agi. Primo, in iurãdo. Secundo, in soluendo iuramento. Iurãdo, ut qui scienter in actu peierant, dolose dicentes se facere quod nolunt facere, ut liberentur: uel negãtes dolose quod sciũt, ut fit in negocijs, depositis, quæstionibus iudicialibus. Hi grauius peccant, q̃ superstitiosi illi, quia ij nomen dei assumunt in uanum, hi autem ad mendacium, quod longe grauius est: & hoc in negationibus fit potissimũ. Psal. xxiij. Nec iurauit in dolo proximo suo.

Mortis uitandæ causa non est iurandum

Soluendo, ut qui sine dolo quidem iurauerunt, sed tamen postea mutãtur, & non soluunt, quod in affirmatiõibus fit, ut Psal. xiiij. Qui iurat proximo suo & non decipit. Verum si non potest soluere, non ideo periurauit. At dicis, Quid? nisi iurem, damnum uel periculum, uel mortem incurrã, uidetur quod redimendus sim, ut si latro uel hostis cogit fateri quicquid habes. Respõdetur, Nullum peccatum est faciendum pro quacunq; re, neq; pro æterna, quantominus pro temporali. At dicis, quis mihi reddet? Respondetur, deus, pro quo ueritatem dixisti. Sed non omnes casus huius monstri percẽsere possum, quia uere hodie inundauit, & nihil curatur. O si paucitatem saluandorum attẽderemus & timeremus, q̃ cito ista securitas de salute cessaret a nobis.

Non iurandũ omnino.

Dicit itaq; dominus Math. v. Audistis, quia dictum est antiquis, Non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis, Non iurare omnino. Hoc loco sudatũ est a multis, an liceat iurare. Et alij quod a malo pœnæ, alij a malo iurantis sit, si iuretur. Sed inspiciendo Christi sensum, uult utiq; nequaq; iurari, quia dicit, Nõ iurare omnino. Est ergo sensus, Iudæis præceptũ est ne periurarẽt. iurare autem permissum est ad libitum. uobis autem præcipio nullo modo iurare, neq; per cœlum &c. In quo utiq; hoc uult, ut nullus uoluntate sua iurare debeat unq̃: libidinem scilicet & uoluntatem propriam iurandi prohibuit, & inquãtum in eo est, non debet iurare quis: ideo si ultra dicat q̃ est, est, non, nõ, peccat, & malum est.

Iuramẽti causæ licitæ.

Per hoc tamen non prohibet, quin exactus iurare debeat quilibet fidelis, siue inquam exactus ui alterius, aut necessitate fratris. Quin potest ex me extorquere ul' hostis, uel amicus, ut iurem, ut faciam omnia quæ uult, dummodo sint licita: sicut dixit consequenter, quod auferenti pallium, & tunica dimittẽda, & etiã alia duo milia passuum eunda. Iam enim non ipse iurat, quia non est suæ uoluntatis, sed seruit per humilitatem alienæ uoluntati, uel per charitatem alienæ necessitati. Cessantibus ergo ijs, nullo modo licet iurare, quin sit peccatũ & a malo, quia ex mera uoluntate iurat sine necessitate. Christus enim eo in loco instituit hominem interiorem, qui non tantum periurium, sed etiam iuramentũ uitare debet. Iudæis prohibetur, ne falsum iurent, Christianis autẽ etiam ne uerũ

iurent: quia perfectior & integrior esse debet honor nominis dei in noua lege, quam ueteri.

Secundo. Quia Christianus temporalia nō debet amare, ideo propter ea nō debet iurare. Quoniam qui non debet quærere quæ sua sunt, quomodo etiam pro eis iurare permittetur? pluris itaq; nomē dei q̄ sua ęstimare debet, quod tūc apud Iudæos dissimulatum est. Vbi uero alteri seruiendum fuit, ibi sine scrupulo, tamen cum timore dei, frater fratri tenetur facere, quę sunt pro eius necessitate facienda. Et ratio est prohibitionis, quia scit quod nos non assumimus nomen domini, nisi in uanum semper, præterq; ubi in charitate & humilitate pro alijs, uel sua salute assumitur, quod fundamentū est huius prohibitionis .j. Corinth. vij. Nemo potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto &c. Vel melius, Non iurare omnino, dicitur contra eos, qui effugium quærunt, quia iurāt, sed non per nomen domini, sed per cœlum, terram, Hierusalem, caput animam quasi ideo non sint rei, si periurent, quia non per nomen dei iurant, ac sic iurare eiusmodi, quasi pro non iurare reputāt. Quod hæc sit mens Christi, uidetur ex hoc, quod statim secutus exponit, quomodo non uelit iurari omnino, scilicet neq; per Hierusalem &c.

PRAECEPTVM TERTIVM.

MEMENTO VT DIEM SABBATVM SANCTIFICES.

HOc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Io. xv. Charitas plenitudo legis, ait Apostolus. Qua habita nulla est lex necessaria: sine qua nulla lex satis est. Igitur in hoc tertio præcepto, iam opus præcipitur, immo quies, ut non offendatur deus operibus. Neq; enim aliquod in eo præcipitur opus. Quare hæc tria præcepta parant hominē deo, uelut puram materiam, ut quiescat corde, ore, opere, id est, interiori & exteriori, & medio homine, qui sunt sensualis, rationalis, spiritualis, & sit pura quies. Hic ante omnia duo notanda sunt.

Seruilia opa sunt opera peccati.

Primū. Quod sabbatum fuit Iudęis præceptum in figura, sicut expresse significat Apostolus Colo. ij. Quæ sunt umbra futurorū, corpus autē Christi. Vnde opera seruilia seu manualia, cum sint utiq; bona, significant opera peccati, & illicita ueteris hominis. Nam sicut quædam animalia erant immunda, tantum significatiue, in seipsis bona, munda, sana, quia creata a deo, & tamen immunda & mala significabant: Ita & opera corporalia, quę de se sunt bona, tamen prohibita sunt ad significationem futurorum, id est, malorum reuelandorum. Sic sabbatum significat ipsum spirituale tempus, quod sol iustitiæ Christus illuminauit, quod nō habet noctem. Vnde Esaiæ. lxvj. Erit mensis ex mense, Sabbatum ex sabbato. Et Apostolus Galatas arguit, quod dies & menses obseruarent, & tempora & annos secundum ritum ludaicum, id est externe tantum. Ideo istud præceptum cessauit proprie immo omnia, quo ad perfectos Christianos, quia iusto non est lex posita.

Festi dies instituti ppter imperfectos.

Veruntamen ecclesia festa retinuit propter necessitatem uerbi dei pro imperfectis, nam iustus uerus sic deiformis est, ut sicut deus indifferēs est ad omnem diem,

diem, omnem locum, omnẽ personam, ita & ipse, omnis dies est illi festus. Verum infirmis, qui nondum sunt mortificati secundum ueterem hominem, illis opus est, ut certis officijs, diebus, modis occupentur, uigilijs, ieiunijs, laboribꝰ orationibus, disciplinis, & similibus, quibus perueniant ad profectum interioris hominis: ut ubi corpus castigatum, & in seruitutem fuerit redactum, & mortificatæ passiones, tum ipsa cessent paulatim, & tantum minuantur, quantũ profecerit interior homo, adeo ut si perfectus fuerit, illa omnino cessare debeãt, hoc est, quod Apostolus ait, Lex pædagogus noster fuit in Christo. Nihil enim ad perfectum duxit lex. Ioannes aũt præcessit parare domino plebem perfectã.

Proinde, qui illis operibus factis, uelut magnum aut totũ se fecisse putat, & ibi stat confidẽs in illa, securus, nec aliud per ea quærens, ipse est uetula Ephraim docta diligere triturã, qui hoc putet esse bonum hominem, bona operari, scilicet cum hoc sit, hominem parari ut bonus sit. Est enim baptismus aquæ tantum. De quibus in tota scriptura multa, immo fere omnia dicuntur, sunt enim hypocritæ, iusticiarij, qui & scripturam ad hæc torquent, nescientes (ut ait Apostolus) neq; de quibus affirmant, neq; quæ loquuntur. Sicut artificij cuiusq; discipulus, ea facit, quæ artifex non nisi libeat facit, sed per hæc ad magisteriũ proficit, quod si in ijs stet, uelut omnia sciens, stultus & ridiculus omnibus erit. Sic hic per bona opera nõ efficimur boni, sed præparamur. Non eñ operando, sed patiendo boni sumus, cum patimur diuinas actiones, quieti ipsi. Bona opera nos prꝑarãt

Igitur hoc præceptum ecclesia, & multa alia figuralia tenet pro infirmis exercendis, ut proficiant, non ut ibidem stent, ijs factis securi.

Secundo notandum, quod B. Grego. hic quærit. Quare dominus id unũ mãdatum adducat, cum omnia scripta plena sint mandatis. Verum omnia mandata (ut dixi) requirũt charitatẽ, cũ sine charitate, id est facili, prompta, hilari, liberte uolũtate, si implentur, nõ ipleñ, manet eñ inuita, ideoq; & rea uoluntas, licet opus faciat manu & extra. Sic enim, Qui offendit in uno, factus est omniũ reus. Sic Psal. j. Beatus uir dicitur, cuius uoluntas in lege domini sit (id est, qui habet charitatem, & diligit proximum.) Et Psal. cix. Populi tui spontanei. Et Apostolus, Hilarem datorem diligit deus. Non enim placent deo coacta seruitia, sed libera & uoluntaria: ut Psal. liij. Voluntarie sacrificabo tibi. Volũtas ipsa est charitas, secundum beatum Augustinum.

Quare ergo non dedit, & suffecit in uno illo?

Respondeo, sufficit quidem, sed ostẽdendũ fuit homini, in quibus charitatem habere deberet: Ne falsa opinione & fiducia seipsum seduceret, charitatem se se habere putans cum non haberet. Facile enim optima de nobis, & pessima de proximo sentimus, cum debeamus contra. Ideo decalogus præceptorum uelut speculum est, in quo homo seipsum consyderet, in quo & quantum deficiat aut proficiat. Nam in illis omnibus, nõ oportet attẽdere, ut faciat, sed omnino, quo corde & uoluntate faciat. Data sunt inquam, in cognitionem nostræ uolũtatis, deinde & in exercitationem eiusdem: quæ omnia fiunt in onus ijs qui inuiti, & & difficiles sunt. Nam ecce ut idipsum declaremus, primum mandatum omnia alia in se continet. Qui enim hoc seruat, omnia seruat, & qui aliquod nõ seruat, hoc non seruat, quia cor eius aliud q̃ solum deum respicit. Aĩus faciẽtis nõ opus penſitatur. Præceptum primũ nõ seruatur, nisi alia seruentur omnia.

Verum Adam ille uetus noster adeo peruerse superbus est, ut sæpius uelit sapiẽtior & sanctior uideri, quam omnes sancti. Idcirco fronte posita audet dicere, se primum mandatum seruare, & sibi non esse conscium: non idolũ habere, nihil iuxta deũ amare, ideo remittẽdus fuit ad opera & uerba, quæ ei testimo-

nium perhibeant de seipso, & eum conuincant superbæ temeritatis, uel menda dacij. Vt si præsumit quod non habet deum alienum, quærat linguam, si iuret? si in uanum assumat nomen dei? Quia ex abundãtia cordis os loquitur, facilis est error in opiniõe cordis, & lubrica temeritas. Neq; facile potest sciri an seruet primũ, nisi opera & uerba interroget. Igitur, si iuret, aut uane deum nominet, sciat se mentiri, aut falli. Si dixerit se deum amare, & primũ præceptum seruare, non recte discussit & probauit cor suum. Sed ecce, seruare uideatur sibi & secundum. Non est sibi cõscius, interroget se in tertio, an prompte sanctificet sabbatum, an auide uerbum dei audiat, oret, meditetur, legat, disputet de deo, intersit diuinis. Si hæc nõ facit, uel difficili⁹ facit, q̃ alia sua, si dixerit se seruare primũ & secundũ, fallitur: opera enim testimonium perhibent de eo. An potest fieri, ut quis assumat nõ uane nomẽ dei, qui ipse uanus est? Quomodo uanus aliud agat, q̃ uanum? uanum loquitur, uanum cogitat, etiam si deum cogitet, loquatur. Vanus aũt est, qui alia agit, q̃ quæ dei sunt, & inuitus quæ dei sunt, præ ijs, quæ sua sunt. Et omnis homo uanitas.

Tertio, uideatur sibi & hoc seruare, crassius signũ probet, uideat quomodo suscipiat uicarios dei, quos uidet, parẽtes inquam, & præsidentes: si hos uiliter æstimat & contemnit quos uidet, quomodo audet dicere se deum æstimare, & non aliud præ illo, quem tamen non uidet?

Quarto in ijs, quæ ad proximũ, quem diligi utiq; est uoluntas dei, quæ in primo præcepto intelligitur semper. Si dicis quod diligis proximum, & eum odis mordes, detrahis, lædis, despicis, occidis, maledicis, contumeliaris, ecce opus tuum testimonium dat contra te. Itidem, si non defendis læsum, excusas, benedicis. Quia dilectio facit hæc, si est uera. Vide ergo hoc speculum bene.

Quinto. Si i nec ex illo te cognoscis, sicut uere nõ satis ex illo cognosci potest quia uaria est concupiscentia, & nulli satis etiam suipsius cognita, ideo ꝑ multa, immo per omnia ducenda, examinanda. Igitur non læsisti proximum in corpore & persona, quid si in corpore uxoris suæ, quæ eadem caro est? Si eam concupiscis, impudice inspicis, tractas, alloq̃ris, aut talia facientẽ non reuocas, adiuuas, reducis, quomodo diligis eum quæso, sicut teipsum? cũ hæc omnia uelis tibi ab illo fieri, quia sic utiq; te diligis, tibi faues.

Sexto. Esto & hic tibi non sis conscius, & Adam tuus sibi totus integer uideatur, sicut solet secundum cæcitatem suã, cũ in nullo sit purus, cogita quid in bonis eius externis pecces, scilicet an fureris? id est, quacunq; fraude ad te aliquid perducas? falsaq; merce pecunia, mensura, usura, dolo, rapina, furto, consilio cõsensu ei noceas, aut nocueris.

Septimo. Quid in bonis famæ? An detrahas, mordeas, & nullo linguæ peccato in eum reus sis? An gaudeas alios facere, quod ipse omittis?

Non concupisces, p̃ceptũ est maximũ.

Octauo. Si in operibus & uerbis integer es (quod rarissimũ est) intra nunc, discute cordis secreta, & pondera desyderia eius. Et nisi mentiaris, inuenies, q̃d sis plenus concupiscẽtia. Nec dicas tibi, non concupisco, quia contra scriptura dicit: Quis gloriabitur se mundum habere cor? Nullus est mundus intus: nam nõ satis est ut concupiscentiã frenes, sed & non concupiscere debes: de quibus suo loco lati⁹. Ideo ultima duo pręcepta sunt maxima, quę sola Apostolus ad Rho. adducit, dicẽs, Non concupisces. Quare qui dilectionem habet. i. sanam & plenã uoluntatem in legem dei, & diligit eam, hic implet legem dei. Non enim est timendum, quod diligens deum, nomen eius inhonoret, aut alium deum quærat, aut polluat sabbatum. Et qui diligit proximũ, nõ est timendum, quod

contem

contemnat parentes, occidat, mœchetur, furetur, falsum testimonium dicat, aut etiam concupiscat, Cum potiº quærat, ut benefaciat proximo. Dilectio, inquit Apostolus, proximo malum non operatur, neq; uerbo, neq; facto, neq; uoto.

Verum ad materiam huius præcepti tertij reuertamur. Sabbatū dixi olim fuisse sicut & nunc, figurale & ceremoniale propter infirmos. Nunc uero omnem diem esse festum, in quorum nullo sit peccādū. Quia si ille olim lapidibus obrutus est, qui ligna collegit in die sabbati, Num. decimoquinto: quid erit, qui in tempore gratiæ, enormia perpetrāt crimina? maxime etiam festis diebus. In terrorē nostrum hoc scriptum est. Quia ligna colligere, non est malū tantum, sed significat malū, sicut & alia opera eiusdem diei seruilia. Festus dies q liber, cuiuis Christiano.

Primi igit̄ sunt, qui crasse & ruditer peccāt in die festo, scilicet luxuria, ebrietate, ludis, ira, homicidijs, maledictis, rapinis, insidijs, fraudibus, dolis, & similibus, de quibus dicit Mala. ij. Dispergam super uultū uestrum stercus solennitatum uestrarum, & assumet uos secum. Vide stercus appellat solēnitates talium quia & stercorant in illis, sicut porci immundi. Et Amos. v. Odi & proieci festiuitates uestras. I

Hi enim similiter cū ludæis (de quibus hic loquitur) totum decus festi statuunt in ornatu uestium, & uictus splendore, & ocio laboris. Quę tria si sola sunt sine eo quod significant, ludaicam solennitatē faciunt, & non nisi prouocamēta sunt libidinis, & uitiorum. Nam uenter repletus, & anima ociosa, deinde obiectis ornamentis coram oculis quid faciant, nisi ut in luxuriam ducant & mala desyderia? Et nō cogitāt, qui sic sabbatissant, quod si hoc esset sabbatissare, quę libet meretrix hoc posset, & quilibet Turca, aut paganus, immo equus & sus, scilicet comedere & bibere, deinde ociari, tandem pompose adornari. Festi celebratio non est in ocio & ornatu corporis.

Hic inuenias aliquos, qui uigiliā ieiunent, nonnunq; in pane & aqua, sed dīe in crapula & luxuria cōsumunt. Et factū est uniuersaliter, ut sabbatū celebrius agatur, q̄ dominica, quia abstinetur a carnibus saltē & ocio, & pompa, quę in dominica prodige aguntur: & uniuersę uigiliæ sunt sanctificatiores, q̄ ipse dies celebritatis, mera scilicet peruersitate. Vigiliæ festis p̄honorātur.

MYSTERIA.

Ocium corporale significat ocium spirituale, ut cesset a cupiditatibus & cogitationibus malis, ut capax possit esse uerbi dei, quod requirit animam uacuam. Quare quilibet Christianus se debet interrogare, quare hodie ociaris? & sic monimentū & memoriale sibi habere, quod uacandum ei sit, ad deum audiendū.

Ornatus uestimentorum, significat bona opera, ut audire missam, orare, eleemosynas dare, & alia misericordiæ opera facere, ut Christus contra Pharisæos docuit, de quibus latius infra. Ornatus uestium.

Lautus uictus significat meditari, legere
- Beneficia dei.
- Passionem Christi, & ruminare uerbum dei.
- Peccata propria. De quibus infra.

Victº lautior

Secundi sunt, qui operibus alias licitis, operātur ut sunt opera necessitatis & substantiæ nostræ parandæ. Et ij minus peccant q̄ præcedentes, & adeo minus quod etiam in multis casibus excusentur. II

Quorum primus est Necessitas. Hæc aūt necessitas quō Intelligenda sit, ambiguū est, q̄ mire uariat. Est aūt nō melius æstimāda, q̄ secundū regulā saluatoris, qui in Euangelio dicit, non esse peccatum, asinum uel bouem de puteo leuare & adaquare. Ex quo sumitur talis regula. Quod si damnum immineret tantum, Laborantes i die festo qua necessitate excusentur, Regula.

tantũ, uel etiam minus, quantũ asinus uel ualor eius pensatur, potest opus fieri, quo tale damnũ cauetur. Quod tamen intelligitur, si tale aliquid, non uolunta/te eligente, sed necessitate casus accidente contigerit. Hoc enim additur, ne aua ri sibi licentiam datam arbitrentur uendendi, uel emendi: quia scilicet si nõ uen derent uel emerent, eius diei tantũ lucrum periret. Sic enim nullus esset ponen/dus dies festus, quia quilibet fraudat lucrũ, dũ impedit negotia lucri & labores. Probatur regula: Quia si illud Iudæis permissum est, & non fuit peccatũ, quan tomagis Christianis, qui liberiores sunt a ceremonijs iusticialibus. Ex ijs nũc particularia æstimentur. Vt si mercator in die festo emerit uel uendiderit, quod altero die uel hora, non sine magno dãno emere uel uendere potest, ut quia em ptor aut uẽditor transitorius est, nec expectare uult: hic ideo excusatur, qui nõ quæsiuit opus & lucrum, sed oblatũ accepit, ut damnũ caueret, alias non factu rus exintentione, malens quod altero tẽpore offerretur. Tũc enim sicut oblatũ est insperate, ita potest & cito expedire, & ad feriandum reuerti. Par ratio est de quibuscunq; alijs damnis etiam minoribus, sub ea tamen conditiõe, ut diuina scilicet missa & uerbum dei non omittantur, nisi sit necessitas magna, quam ar/bitriũ boni uiri excuset. Sed ut dixi, de damnis intelligitur, quæ nõ propter non usum negocij ueniunt, seu propter intermissionẽ negocij, sed casu. Nã dãnum intermissione negocij, potest omni hora fieri.

Coci excusan tur de uiola/tione sabbati

Secundo, de coquentibus, & parãtibus uictum, hæc enim necessaria sunt, & non est hic Iudaica superstitione insaniendum: qui non coquunt die sabbati, li cet uorent, crapulentur & luxuriẽtur. Sic etiam afferri potum & cibum licet, & ut nostris moribus accedam, Vas cereuisiæ in cellarium locare, nõ est pecca/tum. hoc autem magis est peccatum, quod tot modijs & cantharis educitur, ut etiam usq; ad uomitum inebrientur. Sic maius est peccatum, ex coquina & cel/lario nimis afferri, q; inferri. hoc Iudæi non curant, illud autem curant, quos se/quũtur multi. Mira aũt stultitia, quod cibũ nõ parant. Cur non & amictũ omit tunt, & nudi incedunt? quandoquidẽ induere est labor & opus. Deinde cur am bulant & uadunt, stant? cur non sedent, dormiunt? cur comedunt & bibunt? An hæc non sunt opera? Quomodo ergo sabbatisant, id est, quiescũt? Deinde non est paruus labor, stare ad missam & sermonem, & diuina officia: quod pro bo per omnes, qui inuite hoc faciunt quorum multi sunt, hic & alibi. Ergo di/cunt illi, feriandum mihi est, non laborandum. Et ex præcepto contra præceptũ agunt. huc enim peruenit sapientia Iudaica.

Iudæi culicẽ colant, & ele phantem de/glutiunt.

Sic enim aliqui descenderunt ad minuta, ut etiam serta facere dicant prohi/bita. Quod si intelligant de ijs, qui uendunt illa, uerum est. Virgo autẽ bene po test mane facere sertum suum, pro decore suo: quia potest illud ruptum reficere ergo & efficere. Immo uestes induere & ornare se, uestes excutere & purgare pro induendo, componere peplum, & alia ornamenta, non est contra hoc præ/ceptum, nisi fiat more quarundam, quæ a speculo non possunt recedere, & sic per hæc diuina negligant. Quæ uero ad superbiam, uel concupiscẽtiam sese or/nant, non contra hoc peccant præceptum, sed tanto grauius peccant, quod cõ/tra aliud præceptum dei, in die sancto peccant.

Tertio, de animalibus prouidendis in uictu & strato, mũlgendo, pascendo, curando &c.

Opificia ne/cessaria oĩa excusantur.

Quarto de tabernarijs, lanijs, pistoribus, piscatoribus, & alijs artificibus, pro uictu & amictu aliorũ agentibus, non peccant ij, nisi ubi ebriosis & ludentibus per hæc patrocinentur, & auxilientur, aut faueant.

Quinto

Quinto, in cõmuni utilitate, ut in reficiendo ponte, prohibendo fluuio, repugnãdo hosti, incendio extinguẽdo, & alijs publicis necessitatibus prouidendo.

Sexto, de medicinis, cursoribus, nũcijs necessaria ferentibus, fabris equos suf ferrãtibus, molendinis &c. Hæc omnia in necessitate excusantur, dummodo tamen per hæc diuina non negligantur. In necessarijs occupati.

Septimo, de nundinas quærentibus, quia alio tempore nõ possunt. Et ex his iudicetur de similibus. Nundinæ.

Verũ hic mouetur quæstio, An Vuittenbergenses sint excusati, q̃d die festo exercent balistarum artẽ pro aue deijcienda de hastili erecto, cum id æque possint alio die facere, cumq̃ non sit hic necessitas, nec pietas, nec modicitas, ac dimidius ille dies festus post prandium, possit deo dari, sicut & ante prandium. Balistarij.

Simile iudicium de armorũ ostensione, quasi non & alia die fieri possit æque bene. Hic domini consules uigilare deberent. Armilustriũ.

Alterũ est modicitas seu paucitas. Ergo omnia opera hic facere licet, quę alijs diebus, dummodo sint pauca. Vt si sutor par uel duo paria calceorum scinderet, sartor tunicam, mercator uenderet aliquid, quod non exposuit uenale. Sic de similibus per omnia officia & opera curre. Paucitas excusat.

Tertium est pietas, ubi subuenitur pauperibus & indigentibus, itẽ ecclesijs. Sic enim balneare infirmum, lauare immundum, uestes, lectum eius lauare, parare, seruire in uictu, & obsequio, est etiã sanctũ: alioquin & eleemosynas petere & dare nõ liceret, cum id fratres mẽdicantes nunc̃q̃, nisi in diebus festis agãt, similiter & alij omnes. Sic uehere eis frumentum, ligna, potum, cibum, est licitũ dummodo tamen fiat ex pietate, & non ex cupiditate retributionis aut gulæ, ut nunc passim habetur mos. Pietas.

Tertij sunt, qui sanctificant diem literaliter, sed non spiritualiter, ut qui faciũt quidem opera externæ sanctificationis, sed sine corde. Et quanc̃q̃ satisfaciant ecclesiæ, & minus peccent, c̃q̃ præcedentes, tamen sunt Cainistæ, offerentes non personam, sed opus personæ, tantum cauent scandalum, & utinam tamen omnes tales essent, qui peius agunt. III

Sunt autem quinc̃q̃ facienda pro sanctificatione festi, ut colligitur ex decreto, scilicet audire missam, audire uerbum dei, orare, offerre secũdum aliquos, & cõteri de peccatis. Festi celebratio est in quinc̃q̃ rebus.

Primum, Audire missam. Hic nimium stulte quidã interpretantur canonem uolentes ideo missam legendam altiore uoce, quod nõ uideri, sed audiri sit præcepta, quasi non magis præceptum sit, Canonẽ missæ, qui solus proprie est missa, pressa uoce legi, ne audiatur: cetera aũt sunt orationes, & paramenta ad canonem missæ. Quod si propter euangeliũ uolunt eam altius legẽdam esse, cur non cogitant, quod aliud est præceptum de uerbo dei, & aliud de missa. Sed cessent ista uana somnia, cum per omnẽ ecclesiã nullus nisi sacerdos sõlus missam audiat totã, magno scilicet eo sacramento, quod Christus uerus sacerdos, quanc̃q̃ multa operatur in ecclesia, per externa sacramẽta, & uisibiles ceremonias, in quibus ei fideles concinunt & cooperanẽ, sicut clerus nũc facit sacerdoti, in cãtu, oratione, responsione: tamen plurima agit inuisibiliter pro nobis apud deũ, quæ populus & ecclesia eius non uidet, neque percipit: Missa audienda ĩ die festo.

Deinde anceps quæstio est, an satis sit audire missam maturam. Item, an satis sit in monasterijs eam audire. Hic distinguitur.

Si est necessitas (de qua supra dictum est) tunc satis est audire maturam priuatam, uel etiam monasticam missam.

Quia

Quia necessitas non habet legem.

Vbi autem non est necessitas, distinguitur fere semper, quod si nō omittatur parochia ex contemptu, sed ex deuotiōe petitur monasterium, licet in monasterio audire. Sed meo iudicio dicam, saluo uniuscuiusq; sensu, in hac perdita temporis miseria, prorsus non est tutū, relinqui unū quenq; pīsertim simplicioris & rudioris animi hominē suæ deuotioni & discretiōi cōtra apertos canōes. Cuius ratio est, quia ideo sunt positi Canones patrum, ut dirigant populum. Et debet unicuiq; sua deuotio semper esse suspecta, & tanto magis, quanto magis placet cum est contra communem usum, uel decretū patrum. Cum sciamus quod angelus Satanæ in lucis angelum sese transfigurans, summe sit timendus & cauendus. Qui sub specie deuotionis facile omnia decreta solueret. Et illud Deut. xij. & Iud. xix. ubi præcipitur, immo prohibetur, ac reprehenditur, ne quilibet faciat, quod sibi rectum & bonum uidetur. Alioquin primo aufertur timor ab hominibus, & reuerentia ecclesię suę, & communitatis. Deinde nutritur securitas etiam paulatim ad maiora alia permittenda.

Deuotioni suæ simplices non sunt relinquendi.

Tertio, Redit illa antiqui populi licentia in excelsis & lucis, & extra templū religio, quæ summe prohita fuit. Nam de facto uidemus hac deuotionis licentia permissa, non tantū parochias, sed etiam monasteria ciuitatis dimitti, & ecclesias campi & uillarum, eadem deuotionis simulatione præferri. Et sic ecclesiæ cultum in tabernarum redigi frequētiam, ac nundinarum negotiationē, prę textu dedicationis, patronorum, uotorum &c.

Dico igitur mea sententia, Quicquid sit de alibi audiēda missa, nulli esse licitum in hoc ipso suum iudicium, suam opinionem, suam deuotionem sequi, sed autoritatem ecclesiæ, & captiuandum sensum in obsequium Christi: quia scriptum est, stultus est qui confidit in corde suo. Et ecclesia non potest errare, quilibet autem potest in sua deuotiōe errare: cum & multi prophetæ, sancti, reges similiter errauerint, nobis in monitionem & terrorē. Ne ergo ullas credas glosas super decretum istud: qui enim sic glossat ignarus est in lege dei, & nondum cognouit quid sit diabol⁹ & homo, multo minus quid sit deus. Et mira peruersitas glossæ, quæ uagam concedit deuotionis licentiam, quam textus data opera uoluit coercere. Immo semper, quicquid tibi teipsum dederit ac permiserit, te ne suspectū, quia facit ut inueniatur uolūtas tua in ieiunio tuo, ut dicit Esa. Sic illusit Michæas Achab dicens, ascende &c. Quicquid autem tibi teipsum abstulerit, hoc sequere. Mathe. vj. Esto consentiens aduersario tuo &c. Mich. vij. Ab amico custodi te. Item, Omnis amicus fraudulenter incedit.

Audire uerbū dei in parochia.

Secundum est audire uerbum dei, quod iterum sub præcepto est, in parochia audiri, sicut & missam, nisi ubi intermittitur propter dedicationem aliarum ecclesiarū, uel monasteriorum. In quibus post prandium audire, est de cōsilio quidem ecclesiæ, sed tamen de præcepto dei, qui uult uerbum suum omni deuotione ubiq; audiri.

Et hoc secundum est magis necessarium, q̄ primum, immo primum est propter hoc secūdū, ut ex Christo patet, qui dicit: Quotiescunq; hęc facietis, in meā memoriam facietis. quasi diceret, non celebrabitis missam, nisi prædicetis euangelium. Et Apostolus. Quotiescunq; enim manducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortem domini anunciabitis &c. Ideo non licet missam perficere sine Euangelio, priuatam priuato, publicam publico. Immo in primitiua ecclesia, etiam excommunicati, pœnitentes, catechumeni, energumeni, intererant missæ usq; post euangeliū: quæ & missa catechumenōn uocabatur, ut ex Dionisio patet,

Excōmunicatio nō excludit audire uerbum dei.

patet, quod utinam adhuc hodie fieret, ut saltem uerbū dei audirent excōmunicati, quo facilius intelligerēt, ac cōpungerent. Atrox esset nimiū excōmunicatio, etiā ab auditu uerbi dei: quod tamē oībus creaturis præceptū est p̄dicari.

Hic iterum quæstio est.

An satis sit audire euangeliū missæ priuatæ. Respōdetur, quod sit satis, si est intelligēs simul, & coactus proficisci. Alioquin etiā si intelligat, tenetur tamē audire uocale solenniter, alioqui cuilibet liceret publicam prædicationē relinquere, & fieret ipsa contemptibilis. Immo si fuerit necessitas proficisci, etiam si non intelligit, immo si non audit, est excusatus. Debet tamē quilibet nō solū cogitare, quanta necessitate cogatur absens esse, cum sit corporalis, sed etiam quāta necessitate uerbum dei sit habendum, cum sit spiritualis. Ideo pietas cœlestis debet semper uincere cupiditaten terrenam. An satis sit audire euangeliū missæ priuatæ.

Hic tamē notandum, quod si populus tanto rigore ad audiendum uerbum dei est astrictus, quāto quæso sunt astricti sacerdotes, ut etiam uerbū dei dicāt, & dici procurent? Quod cum sit super omnia præcepta instantissime mandatum, nescio qua miseria hodie nihil minus curatur, in multis locis penitus obmittitur, in pluribus ea prædicantē, quæ obmitti salubrius erat. In alijs locis p̄dicantur humana, & doctrinæ iuris ac philosophorū: EVANGELIVM, id est, memoria Christi tam rara, ut horror sit hoc attendere. Cogitur populus ad parochiam, & non obedit, quia coguntur sacerdotes euangelizare, & non faciunt. Quid ergo mirum, si uagentur populi licētia superstitiosa ad alias ecclesias, quando sacerdotes nugantur, crassa ignorātia, per fabulosas & uanas doctrinas? Tu non prædicas euangeliū, & grande crimen putas, quod populus discurrit ad idolorum excelsum? Cum tu absis ecclesiæ & officio & uerbo, q̄d sequetur, nisi ut populus absit & obsequio & auditu? Tu ad literā es intus inutilis, spiritu foris. Ideo & populus corpore migrat foris pariter & spiritu: tanto minus peccans q̄ tu, quanto promptior est audire euangeliū si diceres, immo si didicisses. Tui occasione igitur euacuatur ecclesia, & pascua & uictum ouibus, dum cogis pecus in caulas, negas. Ideo dispersuntur oues Christi in montibus, quia non erat pastor, dicit dominus. Euāgelia nō docētur hac tempestate, sed humāna iura & philosophia.

Tertium est, Orare. de oratione multa sunt dicenda, hic tamē de uocali uult intelligi, quod nō est negandū, sed tamē ea debet esse minor & modica ad orationem spiritualē. Oratio enim est ascensio mentis in deum, uerba sunt scalæ, sed uox est apparatus scalarum. Ideo dixi, quod hi sanctificant diem literaliter & male, qui uoce tantū orant, immo non orant, sed orationes tantū proferunt aliorum, nō aliter q̄ sicut liber, alterius scriptiōes & uerba ipse mortuus nihil intelligens. Vel sicut organum profert cantū cleri, ipse nihil sentiens aut intelligens illū, quod hodie magnū est mysteriū: quale est enim organum, talis & clerus, id est, boator sine sensu, uox sine uerbis, sicut organū nō nisi uelut mutam & elinguē uocē, ac sonū refert. De spirituali aūt oratione postea in quinto. Orare uoce tm̄, non est orare. Organa musica clero cōferuntur.

Quartum, secundum quosdam est offerre, sed hoc abolitum est, licet in ecclesia primitiua fieret hæc oblatio panis & escarū in cōmuni, de quo offerebat & reliquū in pauperes conferebatur. At nunc uice huius, dotatæ sunt ecclesiæ monasteria, hospitalia &c. pro pauperibus. Oblatio ueterum qualis fuit.

Quintū, quod est maximum & omnium primum, scilicet reconciliari deo, per examinationem conscientiæ, & contritionem peccatorum. Hæc autē contritio sic paranda est, ut non tantum ex odio, quantum ex amore procedat. ex amore autem procedet (ut rudibus exempli gratia dicam) si homo secum ru- Cōtritio peccatorum ex amore ꝓcedat hoc mō.

minet beneficia dei in se per totam uitam collata. Tum illis opponat suam in gratitudinem, & uitia, in abusu talium bonorum, ut quod dedit. v. sensus, tot periculis seruauit, tot bona corporis, mentis, rerum dedit. Quæ omnia non bestijs, non lapidibus, non denique plurimis hominū dedit. Post hęc fiat ascensus ad spiritualia, quod filium suum misit in carnem, crucifigi, mori, & alia infinitæ dignitatis, tandem promissa æterna bona. Hæc omnia ruminata, & peccatis composita proprijs, mire excitant odium, ac detestationem sui, amorem uero & laudem dei. Hæc est uerissima contritio, uiua & efficax: ubi illa de timore inferni, & peccati turpitudine, est literalis, ficta & breui durans, quia nō radicata amore, sed incussa timore tantum. Sic de quodam legitur, qui per totam uitam pessime uiuens, miris tamen beneficijs, ac donis dei prouehebatur, tandem etiam ad episcopatum prouectus est. Tunc ad se reuersus, & admiratus dei benignitatem erga suam indignitatē, exclamauit: Vicisti domine, & conclusisti me nimia bonitate tua, id eoq; ecce amodo totus tibi seruiam. & ita fecit. Neq; contemni debet rudis ille ascensus a primis corporalibus bonis &c.

Historia de duobus epis

Nam legitur in historijs, quod tempore concilij Constañ. duo Card. ad Concil. equitantes, pastorem in agro flentem uiderunt. Vnus autem eorum animo misericordiore, non possum (ait) abire, nisi audito illo homine & consolato, & accedens causam fletus perconctatur. Ille dissimulat tristis, instat Card. & cogit fateri. Tandem, ecce inquit, hanc bestiam (buffonem intuitus) tam eximiam creaturam fecit me deus, hominem erectum, decorum, rationalem, & nunq; gratias egi, quod non me quoq; tam deformem buffonem fecerit, hoc est quod amare fleo. Tunc Card. insolita contritiōe hominis percussus, & sua maiora beneficia, maiore ingratitudine sua, subito cōspiciens, de mulo exanimis cecidit. Tandem leuatus cura famulorum, & in ciuitatem perductus, semper exclamauit: O Augustine sancte, q; uere dixisti: Surgunt indocti & rapiūt cœlum, & nos cum doctrinis nostris uolutamur in carne & sanguine.

Hæc sunt opera ueræ sanctificationis, quæ significantur omnibus exterioribus. Sic Treñ. iij. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Sine ijs duobus non accenditur mens & cor: corde autem non succenso, omnia alia frigide, uane, & noxie fiunt, quia sine fructu. Et hæc duo debent ex euangelio audiri, auditaq; ruminari. Sunt enim hæc duo, scilicet dei bona, & nostra mala, scala ipsa in deum, in qua descendimus in nos, & ascendimus in deum, sicut figuratum est Geneſis. xxviij. Sunt etiam duo illa sacrificia, laudis & cōfessionis, de quibus: Sacrificium laudis honorificabit me. & quod ille sit ascensus in deum, sequitur: Et illic iter, quo ostendam illi salutare dei, id est, reuelabo ei æternam salutem. De altero, confessionis scilicet: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicies. Et hæc duo simul oportet offerri, ut sint eo perfectiora.

Bñficia dei & nostra mala sunt scala in deum.

QVARTVM PRAECEPTVM.

HONORA PATREM ET MATREM, VT SIS LONGAEVVS SVPER TERRAM.

Hoc

HOc præceptū Iudæi fecerunt irritum per traditiones suas, sicut & oīa alia: quia honorem hunc exponebant solum in uerbis & signis, irritatores facti uerborū legis. Quia enim honorare significat signū reuerentiæ exhibere, acceperunt illud secundum huius significatiōis corticem, ut solo exteriori signo honorandos docerēt. Sed ut sæpius dixi, Lex domini est spiritualis, immaculata, cōuertens animas, ac interiorem instituēs hominē. Ideo cor primum obligat & requirit. Quare ꝓcedamus secundum hunc duplicem sensum, scilicet literæ & spiritus.

Honor parentum spiritualis, est exhibitio cordis, & reuerentia promptæ uoluntatis. In quo includuntur duo. Honor parētum spūalis obediētiā & ueneratiōē includit.

Primo, prompta obedientia ac uoluntas ad omnia, quæ uolunt parentes.

Secundo, digna æstimatio & opinio parentū. Honor enim cordis est magna pietas, & maior ꝙ charitas in proximum, quia charitas solūmodo diligit prompta seruire proximo, & precioſum eum existimans. Ideo istud præceptū statim post præcepta primæ tabulæ ponitur, quia est de illis, qui sunt uicarij dei, quare sicut deus colendus est honore & timore, ita & uicarius eius. Patet itaq́, quod qui spiritualiter honorat parentes, exhibet eis primo promptam obedientiam & uoluntatē. Ac per hoc nō solum succurrit eis in necessarijs, sed etiam in omnibus obedit eorum beneplacitis. Et qui tale cor suis parentibus nō exhibet, sciat se non implere hoc præceptum: quanq́ & nunc quoq́ in ista intelligentia cæci, in nuda superficie uerborum laborent plurimi. Ergo honora dicit, scilicet corde intimo, & affectu pleno, parentes tuos &c. Quomodo enim parentibus inobediens sit, qui cor eis non solum obtulit, sed & cum honore obtulit.

Secundo (quod maius est) exhibet reuerentiam (nō in litera foris, sed in spiritu intus) id est, magnificam opinionē in corde de illis habens. Et hoc potissimū in hoc præcepto cōmendat, per quod & differt (ut dixi) a charitate, qua quilibet alteri obedire & seruire iubetur Gal. v. Sed unde nascitur illa sublimis opinio de parentibus in filijs? Maxime, cum quandoq́ sint pauperes, ignobiles infirmi, deformes, aut alias minus reputabiles. In ijs enim multi offenduntur, ut fastidiant, & erubescant parentes suos, dolentes, quod non de diuitibus, potentibus, nobilibus &c. nati sunt. O cæcitas magna. His tradenda est regula. Parentū ueneratio unde nascatur in nobis.

Opinio parentum grandis sit respectu dei, & uoluntatis eius. Sic enim pius filius cogitabit. Ecce si summæ maiestati nō fuit indignum uisum, quod talem hominem uoluit parētem meum esse, cur mihi indignū uideatur? Si deo summo placuit in illo operari, & me creare, cur mihi displiceat in illo fieri, aut factum esse? Nam quid faciunt parentes ad formationem filij? qui nec si sit masculus, fœmina, oculatus, auritus, pedatus, uiuus, mortuus, albus, niger, capillatus, siue non, futurus unq́, cogitant. Ergo officinā dei mei, artificis mei uerebor. Non aduertam oculos in paupertatem, deformitatem, ignobilitatem parentum, sed in deū operatorē. Sic sic fluit reuerentia ex deo in parētes, non ex parentibus, dum altius intuētur, ꝙ ut sunt caro & sanguis, sed ut officina summæ maiestatis. Quis enim cōtemnet officinam principis? quod fabrefactum opus odit officinam suam in qua factum est? Cum igitur deus uelit parentes honorari, & iustissima sit causa, scilicet, quia uicaria & officina dei est, solo hoc differt istud mandatum a præcedentibus, quod deus in illis honoratur ut in seipso, in isto, ut in alio, scilicet regentibus, qui sunt sedes, officina, altare, propiatorium eius. Hic ergo est uerus honor.

Parentū honor literalis est ex timore

Honor parentum literalis, est inuito corde, & contemptore animo, sola scilicet formidine pœnæ, exterius signo honorare parentes. Nam qui sola formidine pœnæ honorat, scilicet ne confundatur coram hominibus, uel puniatur hic, aut in futuro, tamdiu honorat, ꝙdiu timet, & pœnam cogitat. Semper autem intus corde contemnit, oblitus autem pœnæ, etiã opere foris contemnit, ut in multis exemplis probatum est, & quotidie experitur.

Parentū in filios diligẽtia

Dictum est, quo modo se filij debeant habere erga parentes. Sed oportet, ut illi rursum se exhibeant parentes, ut digno nomine sint parentes, ne honor filiorum conferatur in idola, & mortua simulacra parentum. Immo forte sunt peiores aliquãdo ꝙ latrones, quia fouent carnẽ illorũ, & interficiũt aïas eorũ.

Sæpius enim fit, ut filius in patre peiorem homicidam habeat, & utilius fuerit filium a latrone occidi, ꝙ a patre foueri. Aut cur putatis, quod pestis potissimũ sæuit in paruulos? nisi quia deus implet in eis, quod Sap. iiij. ait: Raptus est ne malitia mutaret intellectum, aut ne fictio deciperet animam illius, propter hoc properauit illum educere de medio iniquitatũ. Et infra: Condemnat enim iustus mortuus uiuos impios, & iuuentus celerius cõsummata, longam uitam iniusti &c. Sed de ijs latius postea.

Nunc ut uideamus, quid eis debeant, ut sint parentes. Apo. Ephe. vj. postꝙ filios iussit, ut parentes honorarent, & præceptum illud cõmendasset, atꝙ interpretatus fuisset, dicit: Filij obedite parentibus uestris in domino. Vticꝙ uolens, ut sint non tantum in carne parentes, sicut gentes, sed in domino, & illi obediant etiam in domino, Statim de parentibus dicit: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros (quod Coloss. iij. exponit, Ne pusillo animo fiãt) sed educate illos in disciplina & correptione domini.

Caueant in primis parẽtes, ne nimia seueritate filios suos pusillanimes & timidos reddant.

Primum, quod eis impendi uoluit, ad animum scilicet pertinens (nihil eñ de corpore eorum prædicauit) ut non prouocent eos ad iram & deiectionem, hoc est contra eos, qui furiose regunt filios, & dum animus adhuc mollis est, in totum timorem & pusillanimitatem uertitur, ita ut odio parentum tandem aufugiant, & faciãt, quæ alias nunꝙ fecissent. Quæ enim spes hominis, qui diffidentia in parentes & odio, de illis desperat. Non enim uult Apostolus, ut filij non offendantur, aut uerberentur, sed ex amore castigentur, non ut illi furiosum animum expleant, nihil solliciti quomodo emendent filiorum errorẽ. Factus enim pusillo animo, ad omnia inutilis & desperatus efficitur, timidus oïa agere & aggredi. Et quod peius, quod talis timiditas, teneris annis imbibita, uix unꝙ postea eradicabitur, quia enim ad omne uerbum parentum didicerũt terreri, ideo postea etiam ad folium arboris timent sonantis. Sed & illæ nutriculæ, quæ pueris illudunt terribilibus formis & gestibus, præcipue de nocte sunt compescendæ. Omni studio puer est formandus ad timorem bonum, ut timeat quæ timenda sunt, non autem ad esse timidum, sicut parẽtibus quibusdam satis est, si timidos tantũmodo habeãt, quod est nocentissimũ futurę ætati

Ex amore castigent filij.

Hoc pro declinatione ad siniſtram, nunc ne etiam in alteram partem peccetur, dicit Secundo: Sed educate eos in disciplina & correptione domini, id est, docete eos docenda, & corripite nõ seruantes ea. Vtrunꝙ illis necessarium, & eruditio eorum, quæ ignorant de deo, & correptio, si cognita non sequantur. Vide itaꝙ ut ante omnia filios uelis instituí in spiritualibus, ut prius deo tradantur, ꝙ mundi negocijs. Et heu ꝙ ista nunc sunt omnia peruersa. Nec mirũ quando nec parentes ipsi sunt eruditi, aut correptione probati. Fuit autẽ una spes reliqua in scholarum magistris, ut saltem ibi sub literis erudirentur in pie-

tate

tate, sed & hæc perijt. Omnes gentes, præsertim Iudæi, diligentius instituunt pueros suos, & Christiani. Ideo & ecclesia pessime habet, quia tota eius uis cõsistit in successoribus, qui in prima ætate negligunt, sicut hortus in uerno tpe

Igitur in eruditione domini sunt educandi. Est autem eruditio domini, qua docentur cognoscere dominum Iesum Christum, infigere eis recenti memoria, quomodo ipse pro nobis passus sit, ac quæ fecit, quæ promisit, sic ut filijs Israel præceptum fuit, ut nota facerent filijs suis, ut cognoscat generatio altera mirabilia, quæ fecit cum patribus eorum in Aegypto. Et hoc cognito, si non discant amare dominum, & gratias agere, & orare, & sequi Christum, adhibetur correptio domini, id est, terror iudicij dei, & minationes iræ dei super malos. Hoc enim qui ab ineunte ætate didicerit, scilicet beneficia dei & promissa unde diligat, deinde plagas & comminationes, unde timeat dominum, facile hæc tenebit factus maior. Nam in ijs duobus uult dominꝰ coli, amari, ut pater ex beneficijs præteritis, præsentibus, & futuris: Timeri ut iudex, ex plagis præteritis, præsentibus, & futuris: sicut dicit: Si ego sum pater, ubi est amor meus? si sum dominus, ubi est timor meus? Sic ergo discant filij domino cantare misericordiam & iudicium. Hæc duo enim Apostolus intendit, quando dicit, in eruditione & correptiõe domini. Ad eruditionem pertinet ut dicas ei, quomodo deus omnia creauit, ei sensum, uitam, animam dedit, quotidie omnibus bonis iuuet, quę creauit, pro eo passus est, & mirabilia fecit, prędicauit, adhuc maiora promisit, ut pro his gratus sit deo, & patrem agnoscat, ac diligat. Ad correptionem pertinet ut ei dicas, quantis olim plagis percusserit Aegyptios, gentes, Sodomitas, filios Israel, denique omnes in Adam. Item quot adhuc ante oculos percutit peste, patibulo, gladio, aqua, igne, bestijs, morbis, & quanta comminetur in futuro, in geenna cum diabolis. Et uult hæc potius adhiberi, & correptiones hominum, id est, proprias. Non sine causa, scilicet ut discant semper sursum ad deum aspicere, & non homines, sed deum timere. Ne si parentum rugas timeant, tandem etiam in ijs, quæ dei sunt, homines timeãt, hoc est, ne pusillo animo fiant. Hoc enim agendum est cum filijs, nõ ut parentes timeant, sed deum offendere se sciant, si parentes non timeãt. sic enim non fient pusillo animo, quia ubi parentes etiam proprios, non nisi deum timendo, timere didicerint, postea etiam in aduersis & prosperis nõ a deo recedant, timore uel amore quocunq;.

Eruditio dñi instilletur pueris & correptio.

Quod autem gratum sit hoc deo sacrificiũ in filijs erudiendis, patet in Genũ. ubi dominus Abraam non potuit celare, quod facturus erat, sola de causa motus, dicit: Scio enim quod docturus est filios suos, ut timeant dominum. Ecce quomodo correptionem domini super Sodomas dicit profuturam per Abraam in educatione filiorũ, ad timorem eorum. Similiter Ionadab pater Rechabitarum eximie laudatur, & in filijs benedicitur, quia eos pie & religiose educarat in timore domini. Sic Thobias, Ioachim, uxor Susanna educati sunt.

Educatio puerorũ est deo sacrificium.

Econtra Heli. j. Regum. iij. quid meruit, filios suos negligendo, ibidem patet. Item, quid ille puer quinquennis apud beatum Gregorium?

Et uere stultissimi sumus. Ecce in propijs filijs possunt mereri, uel uitam, uel mortem, & non aduertũt. Nam quid prodest, si tua culpa malos filios educes, etiam si tu sis in te ipso irreprehensibilis?

Multi alienis studijs deo seruire præpostere nitũntur, ieiunando, uestes portando asperas, & alijs affectatis obseruantijs. Et hãc domesticam pietatem cæci non minus transeunt, & olim Iudæi, relicto templo dei, in excelsis immolabant.

bant. Primum erat attẽdere, quid dominus a te requirat, cuius officij tibi onus impoſuit, ut Apoſtolus ait, in qua uocatione uocatus quiſq; ſit. Hoc enim ante omnes indulgentias, orationes, eccleſiarum uiſitationes, uota quæcũq;, curandum fuit & agendum.

Parentes indulgentiores filios pdunt.

Dictum fuit, quomodo parentes ſe gerere erga filios debent, ut digno nomine parentes uocentur, ne ex parẽtibus fiant perdentes, & pereuntes ſimul cum filijs. Videamus igitur qui ſunt iſti perdentes, ac perditores filiorũ. Primi ſcilicet, qui omittunt, & ſcienter ſinunt eos creſcere ſine eruditione & correptione domini: quanq; nullo malo exemplo noceant, tamen permiſſione eos perdunt: ut qui nimis carnaliter eos diligunt, ac tenere fouent, dicẽtes, pueri ſunt, nõ intelligũt quid faciunt. Et uerum dicunt, ſed nec canis, nec equus, nec mulus intelligunt quid faciunt. At uide, quomodo diſcunt ire, uenire, ſequi, facere, omittere, quæ non intelligunt. Sed nec lapis, nec lignum intelligit cũ ſit inepta res ad domum, ſed formatur ab artifice, & ſtatim intelligit, quanto magis homo. Aut ſi aliorum pueri intelligunt, cur tui non intelligunt? Hi ergo peccata filiorum portabunt, quia faciunt eadem, ut ſint ſua. An nõ puer ille quinquennis, de quo B. Greg. fuit non intelligens?

Pueroſ malo exemplo perdentes.

Secundi, Qui uerbis impudicis, & maledicis, deinde exemplis, ac geſtibus malis, eos præcedunt. Sunt reperti, & utinam nuſq; adhuc ſint, ſicut ego noui qui proſtitutarum filiarum lucro uictitabant, & iuſſu parentum, filiæ ac uxor fornicabantur. Quis dubitet, ijs filiabus pro parentibus utiliores fuiſſe latrones? Sunt adhuc tam ſtulti, quibus mire placet, ſi filios habent Mauortios, & percuſſores faciles, tanq; laude digniſſimos, quod nullos timeãt. Horum ſtultitiæ præmium finale ſolet eſſe luctus & dolor, de ſubita filiorum occiſione, & iuſte. Nunc filij (ut iuuentus fert feruida) proni ſunt ad concupiſcendum & iraſcendum, ideo cauenda exempla parentum, in uerbis & geſtibus. Quid eñ filius diſcat maledici ac impudici, cũ maledicere & impudice loqui?

Pueroſ ad luxum quidã alunt.

Tertij: Qui occaſionem dant filijs ad mundum diligendũ, ut qui nihil ſunt aliud ſolliciti, cũ quomodo diſcãt incedere, ſaltare choreas, ornari, hominibus placere, concupiſcentias irritare, mundo cõformari. Vbi ſunt noſtra ætate, qui tanta cura filijs prouident deum, quanta prouidẽt ueſtes, luxus, diuitias, honores &c? Mare hic plenũm reptilium maiorum & minorum occurrit. Vide quę portenta ueſtium, hæc licentia attulit in utroq; ſexu, præcipue in mulieribus: deus cuſtodiat uiros, ne lineum peplum portent, quia mulieres birrheta nudis capillis portant, ſicut maſculi, forte in uindictam, quia uiri portare cœperunt reticula capillaria, quæ mulierum erant, ideo mulieres receperunt a uiris birrheta. Et quare utrunq; mundus pulchre decere putat, niſi quia placet nouus mos? Sed cogita tecum, quid ſit uiri caput inuolui reticulo muliebri, & myſterium ſimul, quod Apoſtolus tetigit, quando caput uiri nõ uelari uoluit.

Mulieres ſe ornant aliqñ ex conſenſu uiri.

Sed primum diſtinguamus. Aut ornatus eiuſmodi fit uolentibus maritis ac iubentibus, hic poſſunt mulieres certe excuſari, ſi tamen inuite faciunt, ſolum ut placeant uiris, uiris inquã ſenſatis & habentibus, ut S. Cecilia foris in aurea ueſte incedebat, intus induta cilicio ad carnem. Et Anaſta. ſimiliter. Item Heſter olim in Vete. lege. Quin S. Auguſti. grauiter arguit quandam Editiam, quod abiecerat inuito uiro, ueſtes matronales, & habitum uidualem ſumpſerat. His ergo omiſſis, quia uiro obediendũ eſt in ijs, quæ ſine peccato fieri poſſunt: de ijs uideamus, quæ inuitis & coactis maritis expoſtulant hos luxus, de quibus non me, ſed primum Apoſtolũ Petrum audite, qui paſtor fidelis oĩm

conſtitutus

cõstitutus est, primæ Petri. iij. Similiter & mulieres uiris suis subditæ sint, ut si qui nõ credunt uerbo, per mulierũ conuersationẽ sine uerbo lucrifiant, consyderantes in timore sanctam cõuersationẽ uestram (spiritualiter & corde subsint, quod est timore seu reuerentia subesse, ut magnifice opinent de eis) Quarum nõ sit extrinsecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumenti uestimẽtorum cultus, sed qui absconditus est, homo cordis in incorruptibilitate, quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. Sic em̃ aliquãdo & sanctæ mulieres, sperantes in deo ornabãt se, subiectæ ꝑ prijs uiris. Sicut Sara obediebat Abraæ, dominum eum uocans: Cuius estis filiæ benefacientes, & non pertimentes ullam perturbationem.

Mulierũ præcepta uiuẽdi.

Hęc uobis lectio recitatur mulieres, hoc latinũ (ut pueris) uobis proponitur discite & aduertite: Episcopus, Papa, Apostolus, pater, pastor uester, hoc dicit & seruandũ tradit. Postea & uiris quid tradat, audiamus.

Ac primum, ne quis de mulieribus in hoc præcepto non dicendũ putet, sciat quod omnis superior potestas humana hic præcipitur honorari, ut & antea dixi. Vir autem caput & dominus mulieris est, ac superior. Sicut ecõtra potestas omnis hic monetur, ut se dignam honore præstet. Quare post filiorum eruditionem, immo cum eorum eruditione, recte ac proxime de coniugatis etiam inter se dicendum est.

Apis suauiter docet.

Vide autẽ quanta suauitate & modestia, quanta quiete & lenitate docendi procedat pijssimus Apostolus: Non est turbulentus, nõ fulminat, non minat, sed leniter ac suauiter docet, ita ut uel ipsa dicẽdi gratia ꝑmouere debeat ad seruanda ea quæ docet, nedum utilitate rerũ, quas docet, ac solũ docere intendit.

Coniugatorum regulæ.

Primum uult, ut mulieres sint subditæ uiris suis, cui consonat Paulus Col. iij. Mulieres uiris subditę sint, sicut oportet in domino. Et Ephe. v. Mulieres uiris suis subditæ sint sicut domino, quoniã uir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse saluator corporis eius, id est, non corruptor. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. Ista autem subiectio quid sit, satis exponit sequenter, quando cõuersationem eorum in reuerentia & timore erga uiros cõmendat utilem ad uirorum salutem. Ergo subditas esse, est reuereri uirum, & honorare, in omnibus obedire. Nã ad hoc inducit exemplum Sarę, quod subdita uiro suo fuerit, quia dominũ eũ uocauerit, ac per hoc eum timuerit, ac reuerita fuerit, parata in omnibus obedire & cedere. Quod si Petrus maritis infidelibus sic subdi præcipit, quanto magis id fidelibus præstandũ. Sicut & rursum Paulus: Vxor uirũ suũ timeat, id est, reuereat Ephe. v. Contra hoc agunt cõtemptrices, contentiosæ, pertinaces in uiros suos, quæ nouissimũ uerbũ habere uolunt, aut quæ agunt sine scitu & uoluntate uirorũ, dispensantes &c. Hæ omnes huius præcepti sunt reæ, quia nõ sunt subditæ suo maiori: nam Apostolus. j. Corin. xiij. dicit, quod mulieres subdi uiris lex dicat. Lex quidẽ Mosi in multis locis hoc habet, sed prima est Gen. iij. præceptũ dei ad Heuã: Sub potestate uiri eris, & ipse dominabitur tui. hic expressa est diffinitio domini super mulierẽ. Sicut ergo nõ licet filio cõtra patrem, seruo contra dominum, populo contra principem, aut sacerdotem cõtendere & erigi, ita nec mulieri contra uirum. Et notate hoc primum, grande enim est, & rarissime tenetur. Sic sancta Monica faciebat, & suo uiro tacuit & cessit. Alijs uero quæ a uiris uerberabantur, dicebat oportere memores conditionis suæ, non superbire contra dominos suos, quando recitatis tabellis matrimonialibus intelligere debuerãt, se ancillas esse factas. Igit̃, aut subdita sit uxor, aut nõ nubat

Rixosæ mulieres agunt cõtra præceptum Pauli.

Si non uult habere dominum desistat accipere uirum, quia sic deus in Apostolis & scriptura sua præcipit, & ordinat.

COROLLARIVM.

Virũ morosum lenitate uincant.

Quæcunq; habet morosum uirum, nõ præsumat par pari, uim ui repellere, sed moribus contrarijs ac placidis mutare. Sic enim hic docet Apostolus, ut ad fidem conuertantur uiri per bonam conuersationem mulierum. Quod autem de fide, hoc de quolibet alio minore bono faciẽdũ est. Sic & Paulus. j. Cor. vij. Sanctificatus enim est uir infidelis per mulierem fidelem. Malum enim malo non uincitur, sed augetur & roboratur, uincitur autem bono.

Secundum, quod ornatus earũ non sit in exteriori capillatura, aut auro, aut indumentis. At iste nũc est potissimũ ornatus Christianarum mulierũ, & usq; ad mõstra perductus hodie, quod dicit Apostolus: Iste externus cultus sit gentilium mulierum, Christianæ alio ornentur. Quis autẽ potest in tanto abusu tacere? Primũ, Scio aliquot mulieres (nam non sunt omnes stultæ illius uanitatis cupidæ) quæ coguntur inuitæ se ornare istis cultibus, ac mire fastidiunt sicut Hester regina, sicut S. Elizabet regina: Et frequenter illæ sunt tales, quæ abundant ut possint ornari. Illæ enim magis cupiunt, quæ non possunt: Sicut nũc nobiles, & ciues, quo sunt egentiores suis auis, eo sunt in cultu effusiores. De istis itaq; dicamus.

Ornatus mulieris sũptuosissimus, a uiro & magistratibus permittitur.

Sancta Agatha cum esset ex nobili genere, non tantum in uelo sicut mulier incessit, sed etiam in seruili ueste, & de hoc reprehensa gloriabatur sese ancillã Christi, ut patet in eius legenda. Ac primũ, nescio magis ne maritos an uxores arguam, aut certe magistratum ciuitatis, quod mulieribus talia permittant quibus extenuentur eorum res scienter ac uolenter. Cur enim ille non ponit leges, ut alibi fit? aut cur maritus uxorẽ non compescit, cum sit dominus eius? Aut si hoc sustinet uolens, quid miratur exactionem principum? Et uidete, nisi mutaueritis, non cessabit, sed crescet exactio, de quo uos uolo certificare, quia ista finita, ueniet maior alia, quia sic prouocastis deũ & prouocatis. Non ne debet pudescere honesta matrona, quod tanti precij habet uela, & calyptra, ut modesto ciui ad integram rem familiarem sufficeret? Quid dicam de tunicis & sumptuosissimis abusibus sericorum, purpurarum, auri, & argenti? Et sane mitius damnũ est, quod in fibulas, catenas, & annulos uertitur argenteos, q̃ quod in aureas uitas, reticula, fimbrias, texturas, plumaria, ac polymita fit ex serico. Hæc enim usũ consumuntur, illa permanent utibilia, & si nondum utilia. Sed quid de illis nouis, nescio an quæstus, an damni magistris, qui ad plananda uela & cætera linea, rotarum sumptuosas machinas ædificant, ut. xviij. xx. florenos constent uela. xl. uel. l. constet machina planatoria? potuit fulmen rotas sanctæ Catharinæ paratas perdere, & non potest & has uanissimas ac mundanissimas machinas tangere? Sed hæc omnia sunt signa, quod interior cultus displicet, qui non ita displiceret, si exterior nõ ita placeret: facile contemnit honesta matrona externũ cultum, quæ studiosa est interni cultus: neq; possunt uterq; ex æquo curari.

Redijt itaq; tempus Synagogæ, quod Esaias cap. iij. describit, dicens: Pro eo quod filiæ Sion eleuatæ sunt, & ambulabant extento collo, & nutibus oculorũ ibant, & plaudebãt, & ambulabant pedibus suis, & composito gressu incedebant, decaluabit dominus uerticẽ filiarũ Sion, & dominus crinẽ earũ denudabit, in die illa auferet dominus ornamẽtũ calciamẽtorũ, & lunulas, & torques & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & ꝑiscelides, & murenulas

& olfacto

& olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & syndones, & uittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fetor, & pro zona funiculus, & pro crispāti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium &c. Ecce quot & quanta mulierę luxus congregauit. xxj. ornamenta mulieri non satis sunt. Quis non horreat uxorem ducere? nonne optimo uocabulo tam Græci q̄ Latini, ornatum muliebrem appellant mundum? quia uelut cōgeries rerum, ita illa mundū quendam constituunt. Lege etiam Theophrastum, B. Hierony. contra louinianū, & Plautum in Aululatia, & uidebis quod mulieri, si licentia detur, infinita cupiditas est ornatus, ideo non explenda, sed præcidenda omnibus uiribus. Et quid agit honesta Matrona, aut uirgo, ut tanto studio cupiat meretricibus conformari? aut quid quæris ornatu tanto, ut irrites animos alienorum uirorum? An significas, quia inuitam habes castitatem? An meretrix optas fieri? Quid queris alij placere q̄ uiro tuo? Quis non habeat suspectum hoc uotum placendi? Mulier satis abunde placet, si ita est ornata, quod uiro placet, huic enim soli debet placere, huic data est & subiecta. Similiter & uirgines, cur stulte cupiunt placere iuuenibus? An non cogitas, quod terreā ducere te, si cogitet quod tanto sumptu te cogatur ductam ornare? Si uis iuuenem amore capere, audi utilissimum consilium: Esto pudica, paucis ornata, paucis uerbis loquens, nec oculos aliquando in faciem eius iaciens. Maximus cultus uirginis & mulieris est pudica uerecundia: hæc enim prouocat & capit animos uirorum, super omnem ornatum. Insuper neq̄ stabile facit matrimonium, ubi amor carnis, ornatu excitatus, cito fastidire facit nuptias: quia non moribus bonis, sed futili nixus est ornatu. Sic fac, & uirum acquires (etiam deo benedicente) citius, q̄ dissolutissimæ illæ uoragines rerum, lupis & meretricibus simillimæ, de quibus Psal. cxliij. Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi, id est, præ alijs eminenter decoratæ, sicut templum præ cæteris domibus eminet, ornatur & spectatur &c.

Mundus mulebris, quia multas res requirit.

Verecundia pudica ornatus mulieris.

Dictum est, quo modo mulier se erga uirum habere debeat, ut honoret suū maiorem, secundum hoc præceptum, duplici scilicet cultu, obediētiæ & reuerentiæ, ut sit prompti cordis, ad eius uoluntatē agens, deinde honoret eum ex corde, magnifice de eo sentiēs. Si quærat autē, quomodo possit uirum habere in honore, qui sit difformis, morosus, ac prorsus nec amore quidem dignus, nedum honore. Respondeo, sicut de parentibus dixi, quod deus in illo suspiciendus est, quia deo placuit, ut uir eius sit, & uices eius gerat, ut ait apostolus, Vir imago dei est, & gloria dei, Mulier autem gloria uiri. Ideo non debet sibi displicere, quod deo cernit placuisse & placere. Magna dignitas uiri, quod nomen dei & officium participat, ideo honorādus est ab uxore. deus enim uir est omnis ecclesiæ & animæ, quod sacramentū maximum, etiam causa est, cur uirum honorare debeat mulier, timere, & audire. Auerte ergo oculum a carne, & deum in uiro agnosce, & cole, & facile erit honorare eum.

Maritus deformis amādus propter deum.

At contra, Vt uiri etiam se præbeant dignos uiri & maioris nomine, nunc dicendū est. Sequitur ergo B. Petrus ubi supra: Viri similiter cohabitēt secundum scientiā, quasi infirmiori uasculo impartientes honorē, tanq̄ etiam cohæredes gratiæ uitæ, nō impediant orationes uestræ.

Viri erga uxores sic se gerant.

Primum docet uiros, ut non simpliciter cohabitent mulieribus, sed secundū scientiam, id est, non secundum passiones & sensum tantummodo, uoluptatis causa, nihil discernens inter uxorem & meretricem, nam sic & bestiæ cohabitant

bitant, & gentes. Erudit itaq; oculũ uiri, quo uxorem inſpicere debet, nempe non oculo concupiſcentiæ, ſed ſcientiæ & cogitatiõis: Qua ſcientia duo iubet ſcire & agnoſcere uirum in uxore. Primum, inquit, quali infirmiori uaſculo. Secundum, tanq; cohæredes eis ſint mulieres. Et ſic ſeipſum exponit, quid uelit per cohabitationem ſecundum ſcientiam intelligi, ſcilicet ut uir agnoſcens uxorem, & infirmius uaſculum, & tamẽ cohæredem gratiæ habeat eam in honore, & non in paſſione deſyderij. Declaremus autem latius.

Honor uaſculi, caſtus amor cõiugij.

Scire debetis uiri, quod mulier ſit infirmius uaſculum q; uir, ideo ſecundum hanc ſcientiã eis cohabitetis. Vaſculum uocat, & quo ad corpus, & quo ad animam, nam & uir eodẽ modo uaſculũ eſt, ſed firmius. Mulier eñ ſicut eſt mollioris corporis, ita & animi, ideo ei impartiendus eſt honor a uiris firmioribus Vaſculum omnes dicimur propter animã in corpore, ut in uaſe morantem. Eſt autem iſte honor uaſculi, honor corpori muliebri impartitus, qui nihil eſt aliud, niſi caſto amore uxorem diligere, ut. 1. Theſſ. iiij. Vt ſciat unuſquiſq; ueſtrũ, uas ſuũ poſſidere in ſanctificatione & honore, nõ in paſſione deſyderij ſicut & gentes, quæ ignorant deum: hoc eſt, abſtinendum ab uxore eſt, & non eſt ſatisfaciendũ cõcupiſcentiæ: Sanctificatio enim illa eſt caſtitas. Sed Apoſtolus hæc docens, per obliquũ etiam uxores uiris cõmendare uolens, ut patientiam cum ipſis habeant, uelut epitheto breuiſſimo patientiam uirorum tangit, dicens, infirmiori uaſculo muliebri. q.d. Mulier eſt, infirma eſt, uaſculũ eſt, habens animam nobiliſſimam. Hæc igitur ſcientes impertite eis honorẽ propter eas, tum etiam propter uos, ne impediantur orationes ueſtræ. Paſſiones enim concupiſcẽtiæ, quẽ ſinunt orare? immo aliquod honeſtũ agere? Cũ oratio maxime requirat animum abſtractum a paſſionib⁹ carnis. Sed cum ſit infirmius uas mulier, etiam ferenda eſt, & diſſimulanda eius culpa, & non exacte ſemp puniẽda pro rebus leuibus, ſicut aliqui uiri nimis tempeſtuoſi facillima cauſa tragœdiam agunt. Sicut Pſal. dicit domino: Si iniquitates obſeruaueris domine, domine quis ſuſtinebit? Ita impoſſibile eſt in re familiari, durare pacem inter uirum & mulierem, ſi alter alteri nihil condonet ac diſſimulet, ſed oñia ad unguem obſeruet. Quis enim non offendit aliquãdo? Ideo diſſimulanda ſunt multa, ignoranda plurima, ut pacis ratio poſſit cõſtare. Igitur uirum moueat ad uxorem caſte ſeruandam, quod eſt infirmius uaſculũ propter corpus, ſcilicet mollius, & animũ molliorem: deinde magis, quia eſt cohæres tantæ gratiæ. Tertio maxĩe ne & uiroꝝ ſalus ipſa impediat, uide efficax pſuaſio & uehemẽs

In re familiari multa condonanda, nõ nulla diſſimulanda.

Similiter Apoſt. Paulus Ephe. v. Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam. Et unuſquiſq; uxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: Vxor autem timeat uirum ſuum, id eſt, honoret ac reuereatur. Pulchre diſtinxit, uir diligat, uxor timeat, utrunq; caſte, caſtus amor deſcendat, caſtus timor aſcẽdat hunc inferior ſuperiori, illum ſuperior inferiori debet. Et Col. iij. dicit. Viri diligite uxores ueſtras, & nolite eſſe amari ad illas: hoc eſt, quod ſupra dixi, ne nimis exquirant & obſeruent materiam obiurgandi.

Vxor timeat uirum.

Quomodo ergo Chriſtus dilexit eccleſiam? utiq; ſpiritualiter, cum non inueniret quod amaret, ſed quod odiret in illa, tamen tradidit ſemetipſum pro ea ſanctificans illã &c. Ita uir ſi inueniat in uxore minus amabile, oportet ut ipſe mutetur, & tradat ſe, id eſt, relinquat ſuum deſyderium, quod non impleẽ propter defectum uxoris, ut ſic tantummodo ea in illa aſpiciat, quæ amabilia ſũt, & ſic mundet eam ſibij ipſi, ut exhibeat eam ſibi abſq; ruga. Quod non fit, niſi, ut dixi, in bono uicerit malum, & diſcat diligere etiam nõ diligibilia, ut fiant

Maritus.

diligibilia

diligibilia, uel ipsis mutatis, uel ipso. Nam cum omnes res sint indifferentes, possunt tum diligi, tum odiri, secūdum quod mutatur animus: ut honor mundi idem manens, diligitur & oditur ab eodem homine auerso & conuerso. Et iste est modus optimus mutationis, ubi non res & obiectum, sed potentia mutatur, hoc enim est stabile. Christianorum est hæc mutatio, & dexteræ excelsi, sed mundanorum est solum quærere mutationem obiectorum.

Satis de isto. Nunc de familia.

Honora patrem & matrem, quod sub patre etiam intelligatur dominus domus, patet ex. iiij. Regū. v. ubi serui Naaman uocauerūt eum patrem. Inde denicq; est nomen paterfamilias. Quare honorandi sunt seruis sui domini, eadē expositione, qua supra, scilicet honore spirituali intus prompte eis obediendo & sublimiter de illis sentiendo propter dominum, cuius & nomen & officium in illis lucere uident, cuius & uoluntas hoc uult, ut. j. Pet. ij. Serui subditi sitis, (ecce obedientia) in omni timore (ecce reuerentia) dominis: non tantū bonis & modestis, sed etiam discolis, id est, difficilibus, prauis, morosis, obliquis, tortuosis &c. Quanquā hic Apostolus de seruis proprie loquitur, non conductitijs, tamen eosdem tangit idem mandatum. Igitur serui qui res dominorum suorum fraudant studiose ac uiolenter, non secus q̄ fures reputandi sunt, & tenentur ad refusionem, quia mercenarij sunt, ut sint fideles. At nunc tota querela totius mundi est contra familiam. Ideo hoc præceptū eis diligentissime est notandum, quia hoc non est honorare dominos, appellare eos dominos, sed ex corde obedire & timere. Et pulchre isto uerbo Apostolus cōsolatur familiam, quæ de dominis suis queritur, quod sunt mali seu discoli, id est, difficiles, dicens: Hæc est enim gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ enim est gratia, si peccantes colaphizamini, & tūc sufferetis? Et Paulus Coloss. iij. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculū seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes dominum: quodcunq; facitis, ex animo operamini, sicut domino & nō hominibus: Scientes, quod a domino accipietis retributionem hæreditatis, domino Christo enim seruitis. Ecce q̄ pulchre ducit Apostolus hoc præceptum in spiritualem intelligentiam, quod ex corde honorandi sunt domini: quia nō illis, sed domino seruitur in illis. Si ego hæc tam expresse dicerem, nemo crederet. Sed sequitur quoq; consolatio eorum, sicut & Petrus fecit, dicens: Qui em iniuriam facit, recipiet id quod inique gessit (ecce patientiam eorum format) & non est acceptio personarū apud deum, id est, non uos turbet, quod illi sunt domini, uos serui. Idem est apud deum, qui bene uel male operat̄, accipiet. Eadem Eph. vj. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis uestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi (id est, quia Christo seruitis) facientes uoluntatem dei ex animo, cū bona uoluntate seruiētes, sicut domino & nō hominibus (in hoc enim non hominū, sed dei uoluntat̄ facitis, & deo seruitis) Scientes quoniā unusquisq; quodcūq; fecerit bonum, hoc recipiet a domino, siue seruus, siue liber. Et Tit. secundo. Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, nō contradicētes, nō fraudantes, sed omnem fidem bonā ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus.

Serui dños honorent.

Serui fraudulenti.

Seruorū cōsolatio, quia mercedem a dño suscipiēt

Contra, dominos oportet etiam se non tyrannos exhibere, quia ut supradictum est, impossibile est, ut seruus non aliquando obmittat aut cōmittat: oportet multa dissimulare in bono seruo. Nam si illi debent obedientiam & reuerentiam

Dñi nō sint tyranni.

rentiam, utiq; domini etiam debent clementiã & beneuolentiã. Vnde Ephe. vj. Et uos domini eadem facite illis, remittentes minas. Scientes quia & uester dominus est in cœlis, & non est personarum acceptio apud deum. Quis enim potest seruire ei, qui ad omnẽ auditũ increpat, iurgat, totusq; turbulentus est.

Mercenarij mali.

Hos sequunt & alij mercenarij & operarij, ut manuales murarij, fabri ligna rij, & similis generis, de quibus & fraude eorũ ubiq; grandis est questio: multo precio conducunt, pigre operantur, & maiore parte fraudant dominos quibus seruiunt: & heu nullam conscientiã sentiunt in hocipso, quasi non manifeste sint latrones & fures alienæ rei, quam iniuste accipiunt, dum non satis laborum pro ea faciunt.

Magistratibus nõ obloquendum.

Nouissime huc pertinent episcopi, & principes, plebani, & senatus, utrũq; scilicet dominium: qui sunt q̃ maxime timendi, quia gladium domini portãt, quibus cauendum est, ne obloquatur ullus, quia lex dicit: Principi populi tui ne maledicas. Et iterum: Diis tuis nõ detrahas. Et heu nullis liberius detrahit q̃ illis: Nullus timor est dei in illis præsidentis. Omnis em̃ potestas a deo est, & licet exactionent & premãt rusticos, aut ciues suos, aut sacerdotes, tamen sunt ferendi, non secus ac manus domini prementis peccata nostra, & demerita. His quia præpotentia non possunt nocere in operibus, nocent in uerbis ideo lex præcipit, ne detrahatur eis, neq; male dicat. Hoc est enim iudicare suũ superius, quod omnino repugnat ordini. At quo illorũ uita magis est in luce, eo magis iudicatur & repræhenditur, sed minus catholice, immo orthodoxe.

Concludamus.

Iudæi hoc præceptum irritum fecerunt, quando pro sua auaritia docebant: Munus quod per me tibi prodest, id est, si obtulero illud pro te deo, erit utilius q̃ si tibi dedero. Quãuis & nunc illa stultitia passim regnet, agente eadem auaritia sacerdotum, ut plus tribuant ad mortuos lapides & ligna, & paratiore animo, q̃ proprijs parentibus, ac proximis uiuentibus. Quare (ut dixi sæpius) ne cum Iudæorũ uanissima hypocrisi, legem dei obliti, arguamur. Primũ honoremus dei præceptum, & sic honoremus, ut spiritualiter illud operemur, & intelligamus. Hoc est, ut ante omnia istis externis bonis, seu corporis, seu rerum (quia deus illorum non eget, nec ullum uerbum de ijs sibi cõferendis, in primis præceptis posuit, ut dicit apud Hier. vij.) parẽtibus obsequamur, si egeant, deinde propinquis, postea pauperibus & egenis. Tandem quibuscunq; opus fuerit, mutuo uel gratis demus, proximis & fidelibus. Et non sic, ut illis prætermissis (ut nũc furor regnat) templa, imagines, uela, uasa, in illis sumptuose comparemus. Hæc sint nouissima & modica, quia non necessaria. Necessarijs enim caremus, quia superflua struimus. Nõ enim necesse ut superfluis studeamus, cum tot sint necessaria ad salutem, ut nemo sufficiat ea perficere. Alioquin si illa sunt necessaria ad salutem, ubi pauperes saluabuntur, qui hæc non habent? Sed nunc miserrimo tempore ita illis instatur, tanq̃ hæc sint & necessaria & sola ad cultum dei pertinentia, cum ad hominum consolationem data sint, & deus non egeat, sed homo illorum, & non dantur hominibus, sed deo, mira cæcitate. Et sunt qui dicant: Scimus quod non eget deus illis: sed non respondent, si dixeris eis: Cur ergo das illa deo non cupienti, & subtrahis eadem fratri indigenti, contra uoluntatem dei præcipientis? Et tantum de illo præcepto quarto.

Auaritia sacerdotũ pietatem oppugnat.

Christiana doctrina.

Tẽpla nimiũ ornantur.

Præceptum

PRAECEPTVM QVINTVM,

NON OCCIDES.

Dictum est de præceptis, quę respiciunt deum tam in seipso, q̄ suis locū tenētibus. Iam sex sequentia respiciunt proximum. Et uide mirum & aptum ordinem. Incipit enim prohibitio a maiori usq; ad minimum: nam maximum damnum est occisio hominis, deinde proximum uiolatio coniugis, Tertium ablatio facultatis. Quod qui in ijs nocere non possunt, saltē lingua nocent, ideo quartum est læsio famæ. Quod si in ijs nō prævalent omnibus saltem corde lædunt proximum, cupiendo quæ eius sunt, in quo & inuidia proprie consistit, de quibus uidebimus. Talis processus est & in primis. iiij. Nam maximum est corde, ore, opere abijcere deum. deinde saltem ore in uanum nominare, quem corde & ore confiteris. Tandem, quem ore & corde colis, opere non colere. Et nouissimum, in suis uicarijs despicere, quod licet leuius sit inter quatuor illa, tñ est maius, q̄ cætera quæ sequuntur, eo quod nō deus proprie in illis impetitur, sed homo & proximus. Hoc autem præceptum sicut, & omnia alia, ad literam traduxerunt pharisæi: tanq̄ nullus contra ipsum faceret, nisi manu propria occideret alium. Sic docebāt, & ita quoq; uiuebāt. Quod aūt sic docebāt, patet per omnes prophetas. Vnde & Psal. xvij. intuitus, quod docerēt opera illa externa tantum, non ex corde, tædio affectus, dicit. Cœli enarrant gloriā dei, & opera manuum eius annunciat firmamētum. q.d. isti solummodo docēt opera hominum, non opera dei: Quibus fit ut legem dei corrumpant, quæ est immaculata, cōuertens animas, sed illi solas cōuertūt manus. Et ratio est, qa lex est spiritualis. Et hic notandum, quod quādo lex dicitur spiritualis, intelligitur non quod sit mystice intelligenda, sicut intelliguntur figuræ & mysteria: aliud enim est mysticum, & aliud spirituale: sed spiritualis dicitur, quia solo spiritu impletur, & spititum requirit: hoc est, nisi corde, & hilari uoluntate impleatur, nō impletur. Sed talis spiritus non est in nobis, sed datur per gratiam spiritussancti quæ facit uoluntarios in lege domini. Vnde quando auditur lex quæcunq;, precipiens illa uel illa, semper oportet cogitare & subaudire, quia precipit uoluntate talia facere, id est, libere sine timore pœnæ, & ex hilaritate: quod cum in nobis non sit, statim intelligitur, quod lex cogit ire ad gratiā, ut impleat. Sic Psal. j. Sed in lege domini uoluntas eius. Qui autem mysticum & spirituale idem intelligunt, oportet ut decalogum legis non spiritualem intelligant, sed tantū ceremonias legis, cum nullum sit mysticum præceptum in illo. Ac per hoc Apostolo resistant Ro. v. Lex spiritualis est. & loquitur de lege decalogi, ut patet expresse in textu. Quare mysticum & spirituale differunt, sicut superius & inferius. Omne spirituale est mysticum, sed non contra, quia spirituale est nihil aliud, nisi quod est uel significat uiuam uoluntatem ad facienda uel obmittenda. Mysticum autē sæpe significat externas operationes, ut immolatio passeris significat carnis maceratiōem: sed hæc est adhuc literalis, licet mystica, quia potest fieri sine spiritu & uoluntate: quia & euangelij præcepta sæpius in litera seruantur ex timore & non ex uoluntate, q̄q̄ uere secundum euangelium uiuere sit præcepta ex uoluntate libenter facere. Et qui aliter uiuit, non secundū euangelium uiuit, sed secundum literam legis. Quocirca qui intelligentiam spiritualem, & doctrinam spiritus intelligunt ipsum euangelium, & hoc secundum opera exteriora, prope sunt Pelagiani: quia talia opera etiā ab impijs fiunt. sed

Damnū oīne prohibetur.

Lex spiritualis est.

Mysticum sæpe externa significat.

Vere secūdū euangelium uiuere.

Opa euangelij ab interiori dicũtur, ab exteriori opera hominum

opera euangelij non nominantur secundũ suum exterius, sed secundum suũ interius. Ideo sunt opera abscondita, licet foris luceant, uoluntas tamen latet. Eadem causa etiam uocantur opera dei, quia sunt opera gratiæ & spiritus, cum homo ex se non habeat uoluntatem istam, ac per hoc nec opera ipsa. De istis ergo operibus in scriptura frequens est mẽtio. Et opera hominum acriter arguuntur quod sunt similia quidem ueris, sed uera non sunt, quia sine uolũtate gratuita fiunt, sed semper habent uel timorem pœnæ, uel amorem cõmodi pro fine. Ta

Pharisaica opa facimus nos.

liter enim Iudæi uiuebant & docebant, ut dixi. Nam cum Christũ ad Pilatũ ducerent, nolebant eum interficere, ne peccarent, sed tradiderunt eum ad occisionem. Sic Saul quoq; de Dauid, Non sit manus mea in illum, & tradidit illum in manus Philistinorum, quasi ideo esset innocens: quia non manu occideret, sed corde.

Quocirca Christus Matth. v. Nisi abundauerit iustitia uestra plusq; scribarũ & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorũ. Et quare hoc? quia accipiebant legem secundum dicta & sonum syllabarum, id est, non secundum intentionem legislatoris. Ideo dicit, Audistis, quia dictum est antiquis. q. d. dictum, sed non intellectum: uerba tantum audierunt, intellectum autem non cognouerunt, ideo secundum literam uixerunt, & hoc totum, quia fuerũt antiqui, carnales, Adamitę, terreni. Ego autẽ dico uobis. quibus uobis? utiq; non antiquis sed nouis cœlestibus, Christianis, spiritualibus, spiritualiter dico. Igitur audiamus, quomodo Christus hanc legem spiritualiter exponit. Et uidebimus quot genera contra hoc mandatum peccent.

Primi itaq; sunt, qui irascuntur in effectu, qui occidunt ad literam & in opere: de quibus dicit, Qui autem occiderit, reus erit iudicio, uel potius, reus erit iudicij, aut iudicio, in dãdi casu, pro eo quod est obnoxius iudicio. Hoc facile omnes intelligũt, nisi quod sub opere illo cõprehendũtur omnes qui hortati sunt consilium, auxilium, aut quocunq; alio modo causam mortis dederunt, aut socij & participes fuerunt.

Occidentes in uerbo qui sint.

Secundi sunt, qui irascuntur in uerbo, de quibus dicit: Omnis qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit geennæ ignis. In uerbo autem fatue, intelliguntur omnes maledictiones; contumeliæ, blasphemiæ, quæ procedũt ex ira deliberata. Tales enim & si opere non occidunt, tamen uerbis ea super ipsum dicũt; quæ si fierẽt, utiq; ille moreretur. Quomodo enim uiueret, si diabolus auferret, si pestilentia occideret, si fulmen percuteret? immo aliquando usq; ad animæ mortẽ maledicunt, dicentes, ut absorbeat te ignis inferni. Assumit autẽ Christus uerbum modestius, scilicet fatue, ut intelligamus quid sit de illis, qui durius maledicunt, & hoc ex ira plena, & quæ optet interitum illius, quem maledicit.

Irascentes in signo.

Tertij sunt, qui irascũtur in signo, de quibus dicit: Omnis qui dicit fratri suo racha, reus erit concilio, in quo intelligũtur omnia signa alia, quæ ex eadem ira mortali procedunt, ut sunt auerti facie, tacere salutationem, aut responsionem, gratulatorijs uerbis malũ eius protestari, & indignabundis prospera eius prosequi: de quo philosophus. ij. Ethi. fecit uirtutem Nemesim. Nam hoc signum leuissimũ Christ⁹ ponit, ut iudicandũ relinqueret de prioribus, immo quia parce & uerecũde exprimit spirit⁹ mala hominũ, sed profunde uult intelligi. Racha certe, si meo iudicio sentire liceat, etiam usitatũ uidetur apud omnes linguas, nã & nos cũ indignamur, fragore quodam gutturis proferimus, uelut caninũ arch seu rach. Talem ẽm fragorem & asperitatem gutturis, puto dominũ significare uoluisse per dictionẽ istam, & hoc esse quod alij interiectionẽ indignantis exponunt

ponunt. Non est enim alia interiectio indignantis & quidem uehemẽtior, rach seu rarch, ut notũ est. Talis itaq; licet nec uerbo, nec opere occidat, tñ id signat, quo cupit eũ non esse, ira motus, ideo occidit signo.

Quarti sunt, qui irascuntur affectu, & is gradus est causa, qua supradicti sunt peccata: quo sine, si etiam fierent, & possent fieri, non essent peccata. Ipse enim affectus iræ est caput & uita iræ uerbalis, signi & operis, sine quo nõ essent ira, de quibus dicit: Omnis qui irascitur fratri suo, reus est iudicio. Tales em̃ licet nõ occidant opere, uerbo, signo, tamen corde: de quibus Ioan. in Ca. sua. Qui odit fratrem, suũ homicida est, quare? quia non fauet ei uitã, sed mortẽ: ideo quo ad cor, est occisor fratris coram deo. Irascentes affectu.

Igitur hoc præceptũ, est profundissimũ, nec ullus est qui id impleat sine gratia, cũ nullus sit, quin habeat cui irascatur, si recte seipsum consyderet, alioquin falsa erit oratio dominica, quæ dicit: Sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. Sine gratia nõ possumus hoc p̃ceptum adimplere.

Sine charitate em̃ impossibile est, ut hoc præceptũ nõ transgrediat̃, aut em̃ diligit, aut odit homo proximũ suũ: licet nunc nati sint neutrales quidam, dicentes, quod potest nec diligere, nec odisse. uerũ tu ne illis confidas suadeo.

Quare qui uult hoc præceptũ implere, studeat omnibus modis omnẽ hominẽ dulci effectu diligere, immo petat a dño gratiã dilectionis. Et non sibi frustra palpet, quod neminẽ odiat: ualde em̃ mitis, & humilis est homo, qui hoc p̃cepto non peccat: Quia spiritualis illa ira, quę prohibetur in isto affectu, ita profunda est, ut etiam foris non apparente signo uel uerbo, intus uehementissime uiuat. de quibus Esa. x. Væ uobis, qui profunde estis corde, & quorum sunt in tenebris opera eorum.

Est aũt & ira alia spiritualis & bona, quę uocatur zelus dei. Nã nisi dñs etiam uellet significare irã bonã, absolute dixisset, Omnis qui irascit̃. nunc dicit. Omnis qui irascitur fratri suo, ne contradicat sibiꝑsi, ubi ait. Qui odit animã suã in hoc mundo &c. Quare ira & odium suiꝑsius est nobilissimum, de quo alias.

Sufficit itaq; nobis huius præcepti ista expositio domini, præter hoc quod & multos mouit, cur dominus hunc ordinem fecerit, ut simplicem iram iudicio, Racha concilio, fatue geennæ deputarit? Nam id facile patet, quod per iudiciũ, quod dicit lex, Qui autem occiderit, reus erit iudicio, intelligantur hæc omnia tria in spiritu, sicut ipse dominus legem interpretatur: quod sicut sub, Non occides, comprehensa est uniuerso prohibitio iræ, ita sub iudicio uniuersa pœna irę Cur ergo nunc iudiciũ distinguit a concilio & geenna? Primus Lyra, sentit q̃d textus sit transpositus, cum concilium prius uideatur q̃ pœna. B. Aug. lib. j. de ser. do. dicit, quod ordo grauitatis hic ostẽdit̃ in pœna, sicut & est in ordine culpæ. Sed quomodo id peragatur inuisibiliter in animabus, non posse dici. itaq; relinquit incognitũ, solũ hoc asserens, quod grauior, & grauior pœna illis gradibus est expressa. Nam in iudicio adhuc datur defensioni locus. In concilio uero tractatur de conuicto, qua sententia sit plectẽdus. In geenna uero est certa & definita damnatio rei. Per illũ itaq; processum iuridicum exprimitur grauitas differentium criminum, quæ quo modo uindicentur, cum id B. Augu. non expresserit, nec posse exprimi dicat, ego quoq; desistam exprimere. Nam si dominus differentes pœnas uellet illis gradibus significari, ita quod reus iudicio, nõ sit reus concilio, aut geenna: sequitur quod mortalis inuidia non sit rea geennæ ignis, neq; maledictio, neq; detractio, quod est falsissimũ. Immo sequit̃, quod occidens opere, peius mereatur supplicium q̃ geẽnam ignis, quia peior & grauior illis tribus est, cũ tamen non sit peius supplicium. Iudiciũ, concilĩ, geenna gradus pœnæ significãt.

Quare ut meditari liceat sine temeritate omniũ istorũ quatuor, seu sint plures gradus occisionis, etiam in opere. quod utiq; uerum est, quia grauius occidit, q̃ patrem & matrem aut uxorem occidit, q̃ alium hominẽ: una est pœna, scilicet æterna dãnatio, & geenna ignis, sed differentibus gradibus inferenda. q̃d significatur illis ordinibus graduũ. Nã sicut remotior est a pœna, & tardius ad eã uenit, qui iudicio tantum sistitur in temporalibus: ita tardius, id est minus intense ac leuius ponitur in inferno, qui solum iratus fuit. Nam quod in tempore est tarditas aut celeritas, hoc in ęternis est intensio, aut remissio: immo tarditas & celeritas in corporalibus proueniunt ex intẽsione & remissione spiritualium, ut patet in feruidis & ignauis animalibus, quæ multa breui, & modica longo tẽpore perficiunt. Segnis eñ anima, modica agit, ubi intẽta facit plurima. Ita sicut qui concilio reus est, propior est malo suo, q̃ qui iudicio, & tamen remotior, q̃ qui geennæ, ita intensius in illa punitur hic q̃ ille. Reus uero geennæ sine mora est id est, intense nimis punitur, & nõ remisse. Qui uero occidit & peius q̃ occidit utiq; intensissime punietur. Hęc ita dixerim, ut nihil affirmauerim.

Sed sunt quidam occulte superbi, qui secure sibi persuadent sese nõ esse reos huius præcepti, quia nõ occidunt, nõ irascuntur, nec cõscij sibi sunt odij: quod potest fieri & uerum esse, sed nõ in hoc sese iustificatos putare debẽt, & hoc præceptum penitus euacuasse ac implesse. Quia lex immaculata, & igne examinata, ac septuplum purgata. Idcirco non ante se quis glorietur non peccare in ira contra fratrem, q̃ se senserit ita mitẽ, & pacatum, ut si auferãtur ei etiam omnia cum uita, non uelit irasci contra auferentẽ, ac non irascatur cum fuerit ita factũ. O q̃ grande & profundum est uerbum hoc. Facile est non irasci pacificis, & ijs qui non lædunt, hoc & gentes, hoc bestiæ quoq; faciunt, & bestiæ etiam immaniores. Quã egregia ergo est iactantia iustitiæ, quod non irasceris pacificis, scilicet usq; ad serpentum & leonum peruenisti mansuetudinem. Verum si auferat tibi pecunia, domus, pater, mater, frater, soror, filius, ager, corporis membrũ, & ipsa uita, hic uide si possis, non solum non irasci, sed etiam gaudere, & benedicere deum, ac benefacere hæc facientibus. Si hæc potes, gratias age, quia gratiam dei habes. Si non posse te inueneris, intellige radicalem illam irã, ipsam spiritualem occidendi uoluntatem intus latentem. Hanc eñ lex prohibet & expugnat ideo gratia hic opus est, quam sic cognita impossibilitas per legem cogit quærere. Dicis itaq; mihi, ita ne purũ esse oportet hominẽ, ut ne uelit irasci quidem in omnibus malis sibi illatis? Respondeo, ita purum utiq;, quia nihil inquinatum intrabit in regnum cœlorum. Quã diu enim ista manet uoluntas in nobis, quę data occasione ruit in iram, sumus immundi. Oportet ergo ita mũdam fieri, ut non solum, sicut dixi, non irascatur, sed etiam benedicat maledicentibus, benefaciat persequentibus, gratias agat deo in aduersis, & optet plus aduersitates, ut solum peccatũ odiat, & non pœnam, secũdum illud: Benedicite lux & tenebræ dominũ. Et, Benedicam dominũ in omni tempore, semper laus eius in ore meo Ideo quod ludæorũ sancti tales nõ essent, dictũ est de eis Psal. viij. Destruas inimicũ & defensorẽ. Ideo dixi, quod lex est spiritualis, qui eñ aliter hoc præceptũ intelligit, Iudaice & literaliter intelligit, & non abundat iustitia eius a iustitia pharisæorum.

Irasci, ne uelle quidem debemus.

Oderit pctũ nõ pœnam.

Ledendi gradus exponuntur.

Inde B. Augusti. lib. j. de ser. do. sex gradus colligit in hoc mãdato. Primus est, lædere etiam si non sis læsus, quæ est summa iniustitia. Secundus est, lędere grauius q̃ sis læsus, quod accedit ad legem Mosi. Tertius est, lædere tantũ quãtum sis læsus, hucusq; lex Mosi processit, quæ dicit, Dentem pro dente, oculum pro

lũ pro oculo. hæc em̃ donat aliq̃d, cũ maiori pœna dignus sit nocẽs, q̃ꝫ innocẽs omni iure. Quartus est, læsus non lædas tantũ, quãtũ sis læsus. Quintus est læsus omnino non lædere. hic appropinquat præcepto domini, sed nondũ est ibi. Sextus est, læsus, paratus ut sis amplius lædi, hoc est, alterum maxillã præbere. Vide itaq̃ꝫ q̃ꝫ funditus iram extirpari uelit, ut non solum non irascatur, sed etiam optet lædi. hic enim mundus est. Nonne qui hæc audis, cogitas illud Psal. Latũ mãdatum tuũ nimis? Quod si quis nõ læditur ab alio, necesse est, ut seipsũ lædat, & irascatur sibi multis cõtritionibus. Ideo nõ est melius, nisi ut sicut præceptum est diligi proximũ sicut seipsum, ita quisq̃ꝫ odiat seipsũ sicut proximum, ut sic omnia reducantur ad iustam formam.

Quocirca, uis irascibilis, quæ hoc præcepto occiditur & mortificat̃, ipsa est inimica crucis Christi. Ideo quoniã ipsa est homicida, & occidit, oportet ipsam quoq̃ꝫ non uulnerari, sed prorsus occidi & mortificari, & legem talionis in illã exerceri. Qui em̃ occidit, occidetur, occiditur autem ista lege, id est, significatur occidenda, gratia aũt sola occidit eam in effectu. Qua occisa, homo fit mitis, patiens, suauis, ad quoscunq̃ꝫ etiã paratus inimicos diligere, & eis benefacere, gaudere in tribulationibus. Quæ omnia impedit impatiens illa, ac cruda, uis irascibilis, quã heu q̃ꝫ pauci attendunt, securi de alijs suis bonis operibus, ignorantes q̃ꝫ uehementer sit spiritualis, & immaculata lex domini.

Igitur qui amat crucem, & gloriatur in cruce domini, hic est qui non occidit, nõ irascitur. Nã hæc est uera differentia spiritualis iræ bonæ & malę. q̃d ira mala propter mala pœnæ tantũmodo irascatur: Bona aũt solum propter mala culpæ, ideo sibi tantum displicet, & seipsam odit propter peccata, omnes alios diligit & non odit ullum propter res ablatas. Irascendum propter malum culpæ.

At dicis.

Si hoc ita esset, nullus saluus fieret, uel nimis pauci. Respondeo, ideo dixi, q̃d ualde spiritualis est lex, & eo conandũ ut sic impleatur. nec mirum quod pauci saluantur, nec tamẽ ideo desperandũ, quia quod impossibile est nobis, deo possibile est, ut Luc. xix. Quæ ĩpossibilia sũt apud hoĩes, possibilia sunt apud deũ, hoc est quod dixi, lex recte & spiritualiter intellecta terret hominẽ, & cogit humiliatũ ad gratiam confugere, ac de seipso desperatum, oculos in cœlum leuare, & dicere: At te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis, &c. Et iterum Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Quia hic nulla est fuga huc enim oportet hominem uenire, ut sit ita mundus, siue hoc fiat in uita, siue in morre, siue in purgatorio. Noli ergo superbire, quod non pecces, si sentis te irasci pro temporalibus, quia nondum es in spiritu iustus cnm Christo, sed cum Mosaicis in carne. Quod autem de isto pręcepto dixi, de omnibus intelligẽdũ est simili modo. quodlibet em̃ illorum est spirituale, immaculatum, fidele, probatum, purgatum septuplum, licet raro sic exponatur. ut Psalm. xj. de eiusmodi conquerit̃. Vnde quod in Græc. dicitur, Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, merito per B. Hiero. iubetur eradi. tollit̃ enim (ut ipse ait) omnis occasio iræ in isto præcepto. Et illud additum est, quia in ueris libris non habetur. Pauci saluantur. Irascẽs ꝓ tpalibus nondũ est in spiritu iustus. Sine cã, adiectitia particula iuramenti.

At obijcitur. Tu de perfectis loqueris, non autem omnes damnantur imperfecti. Respondeo uerum est. Sunt gradus in isto & quolibet præcepto, ut isti quatuor a domino in euangelio isto destincti, & sex per B. Augu. ut uisum est Primum est enim, ne occides opere, tamen prospiciendum ne etiam uerbo, ac deinde ne signo, inde nec corde. Quod si nunc mereri etiam uolueris, oportet ut etiam libenter optes aduersa, & feras cum gaudio. Scio non oportere statim

Conandū ad perfectionē Christiano.

esse perfectum, sed gradatim ascendendum. Verum oportet tandē perfici, & tē dere semper ad profectum, & non stare ac contentum esse in aliquo graduum prædictorum, sicut multi faciunt, peius peccantes propter non proficere, q̄ alij propter non incipere, eo quod illi superbiant de incepta iustitia.

Inde denicq; sæpius uenit, ut pessimi peccatores, ac meretrices, compuncti sta tim ita perficiantur, ut in supremum gradum euolēt, parati omnia amittere, & sustinere cum gaudio, ubi alij multis annis laborantes, nec secundum attin gunt.

Quod si dixeris, non mirum quod magni peccatores sic cōpungantur. Ecce ecce, hic te audio pharisæe, tu non es magnus peccator, non es sicut cæteri ho minum, inuenisti uias tuas bonas. Et cæcitas nimis profunda & lata, quasi ista superbia non sis peior illis omnibus. Igitur cogitandum semper, ut non tan tum ira, sed fomes ipse iræ, & totus Adam occidatur, arbor cum fructibus & ra dice. Ira enim uiri iustitiam dei nō operatur. Non enim præcepta sic tantū sunt

Fomes pcti p confessionem non tollitur.

discenda, ut scias confessionem facere, quia iste fomes non pertinet ad confes sionem, sed tantummodo opera, neq; tollitur per confessionem, quia neq; per baptismum. Sed cognoscendum peccatum, & quid faciēdum tibi sit, & quid a deo petendum: per legem enim cognitio peccati. Quia præceptum dei plus re

Præcepit ul tra uires no stras, ut nobis misereat.

quirit, q̄ possumus. Sed hic clamāt, ergo impossibilia præcipit? hæc est blasphe mia, ergo iniuste damnat. Respondetur, non, sed ideo præcipit, ut miseriatur & humiliet ad gratiam quærendam. Qui enim solum discit ea, ut possit confiteri, uadit præsumens facere quæ didicit, & peius semper ruit, nihil aliud faciens, nisi quod conscientiam auget & magnificat.

Corollarium.

Pctm est non esse perfectū, sed nō oibus imputatur.

Quod homo non est perfectus, si { cut debet esse, peccatum est, sed } alijs { imputatur, non imputatur.

Imputatur ijs qui stant, quia tales peccatū suum non odiunt, quod est in eis, scilicet fomitem, ac per hoc diligunt, & fœdus cum gentibus Cananæis ineunt Non imputatur eis qui studio assiduo illud expugnant. propter hunc enim fer uorem & profectum non imputatur eis, licet sit in eis: quia licet sit in eis, tamen non est in eorum uoluntate, sed contra uoluntatem in carne. Ideo nō est in eis, quod est in eis. Vnde Aposto. dicit: Scio quod non habitat in me, id est, in car ne mea bonū, habitat in eis, sed non regnat in eis, sicut lebusæi inter filios Israel sed non regnabant. Et Rho. vij. Nihil damnationis ijs, qui sunt in Christo Iesu qui non secundum carnem ambulant. Quare? quia qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentijs suis. Ambulant enim assidue cōtra car nem, non secundum carnem, id est, expugnant fomitem, quem illi stertentes se cure omittunt, de operibus contenti bonis.

Quid enim putas significat passio & mors Christi, nisi mortem ueteris homi nis ac totius Adam? qui licet non subito occidatur, tot tamen alapis, colaphis,

Fomes pcti totus extin guendus.

flagris, spinis, tandem clauis pungendus & fodiendus, donec expiret inclinato capite. Caput est ipse fomes intima radix iræ & concupiscentiæ, qui non occi ditur nisi multis aduersitatibus fractus, tandem quiescat mortuus.

Idem significatū est, quod olim filij Israel omnes mortui sunt in deserto, præ ter Iosue & Caleph, & non nisi alia generatio intrauit terram promissionis, quæ secundam circumcisionem in spiritu figurabat, ut non tantum a tempora libus, sed & a spiritualibus bonis abstineretur.

Nunc

Nunc uideamus Theologos nostros, quid de præceptis istis sentiant. Dicũt itaq; quod intentio legislatoris non fuerit, ut in charitate seruẽtur, nisi quis uelit uitam ingredi, secundum illud: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Alioqui (inquiunt) sequeretur quod peccaret, qui non occideret, & hanc obmissionem sine charitate præstaret. Ecce hæc dicunt ij, qui nobiliores in Theologis. Quid aũt dicunt, nisi quod iudæi etiam sapiunt & dicunt, scilicet literam & traditionem facientes ex spiritualissimo mandato dei? Non occides eñ, intelligũt id est, non facias opus homicidij: quod utiq; cum facile contingat obseruari, statim irruunt & dicũt, præceptũ esse seruatum, nisi forte non in charitate: sed hoc nõ est peccatum, nec transgressio huius præcepti. Quid faceremus istis pharisaicis interpretibus, si non ipse dominus hoc præceptum exposuisset? prompti eñ essent negare, quod in illo ira cordis etiam prohibita sit, nisi quando non irritatus, ex malicia iraſceretur homo, quod tamen nescio an huc pertinere sentiant. Si ergo scirent, quod ista malignitas irę radicalis radicitus hic prohibetur, utiq; non negarent præceptũ in charitate fieri iussum esse, nisi dixerint aliquẽ, suis uiribus posse iracundiam in mititatem mutare sine gratia. Præcepta sũt in charitate perficienda.

Secundo, illud quoq; uel somniãt, uel somniare cogunt. Quod non occides &c. referatur ad tempus quietis, in quo si quis iraſceretur, peccaret, quod ille nimirum uult, qui glossauit, sine causa. q.d. si fuerit non pulsatus iniuria &c. qua si non peccet, si læsus indignetur lædenti. non eñ hucusq; intrãt in præcepti cognitionem, ut uiderent, quoniã omnia referũtur ad tempus tentationis & probationis, ut homo ibi agnoscat spiritum eorum, & carnalitatem suã, dum senserit sese rapi uiolenter ad peccãdũ, & non inuenit in carne sua bonũ, ut gemat ꝓ gratia sanitatis, hic enim sine gratia homo non potest iram obmittere, & impatientiam: ut patet experientia. Alioqui non doceretur homo hic aliã irã ponere ꝯ diabolicam, quæ est, nõ irritatũ iraſci ac nocere, quæ nullis ferme bestijs inest aut ꝯ paucissimis. Similiter somniant de actu diligendi deum super omnia, scilicet in tẽpore quietis, & non cogitant ꝯ impossibile sit in tentatiõe & passione. Sine cã male exponunt.

Hoc totum illi pulchre abscondunt, quando disputãt solum de operibus præceptorũ secundum faciem syllabarũ. tunc eñ inueniunt ludaicæ illius cæcitatis monstra, scilicet quod gratia non est necessaria, nec intenta in præceptis, nisi cõditionaliter, & hoc non propter defectũ hominũ, sed propter intentionem præcipientis, ut gratia fiat odiosa cunctis, dum potius uelut noua exactio imponit supra legẽ, & impossibiliorem faciat salutem, ꝯ lex ipsa, & non sit potius adiutorium & consolatio ijs, qui legem debent implere. Sic sic cogunt imaginari Theologi monstra ignorantiæ, & prodigia tenebrarũ. Igitur in gratia fieri præcepta, non solum est intentio præcipientis, sed indigentia facientis. Nam uerũ est, quod ille peccat, qui non occidit, existens extra gratiam. Nõ autem peccat, quod non occidit ad literam, sed quia intus occidit corde, in spiritu, ubi sine gratia, non potest esse sine ira & fomite indignationis, ut patet experiẽtia tentationis & occasione data per aduersitates, hoc eñ latens malum iræ facit, ut nõ possit nõ occidere, ergo reus est præcepti spiritualis, licet sit nõ reus eiusdem præcepti literalis. Patet ergo quod de lege loquuntur ad literam. Gratia est adiumẽtũ legis adimplendæ.

Tertio, ex eadem caligine concludunt, quædam esse præcepta tãtum negatiua, quędã affirmatiua, hoc iterũ nõ est uerũ, nisi corticẽ syllabarũ teneas. Nã illo præcepto, Nõ occides, exprimit uehementissimam affirmatiuam, scilicet illam, Esto mitis, & ex corde mãsuetus ac patiens, & ꝙetus ac pacificus. Negatiua eñ Præcepta nulla sunt negatiua.

in ſcripturis ideo ponitur, quia affirmatiua non eſt tam uehemens, ut ibi: Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea, id eſt, in æternũ ei cumulabit. Et Pal. cix. Iurauit dominus & nõ pœnitebit eum, id eſt maxime & æternaliter placebit ei. Et illud Pſal. j. Beatus uir qui non abijt, id eſt, maxime hic inter pios profecit. Et ſic de multis alijs. Nam & Apoſtolus Rho. vij. exponit illud, Non concupiſces, affirmatiue dicens: Quod uolo bonum, id eſt contrarium concupiſcentiæ (ſcilicet caſtitatem & amorem) non facio, facere enim poſitiue ſignificat. Igitur hoc præceptum eſt quidem negatiuũ ſecundum literam, ſed affirmatiuiſſimum ſecundũ ſpiritum, quia dominus requirit, ut ſint mites & pacifici. Illi autem relinquũt internã fœditatẽ, quã Synagogę improperat dñs, dicẽs: Sordes in pedibus eius, Tren. j. & Deut. xxij. Peccauerũt ei, & nõ filij eius in ſordibus.

Sic & illud, Non mœchaberis, negatiuũ eſt, ſed ſecundum literam, habet autẽ hãc affirmatiuã ſpiritualiſſimã. Eſto caſtus, cõtinens, tẽperãs, ſobrius, modeſtus. Et hoc ex intimo prompto, gratuitoq; corde. Hic aũt gratia utiq; opus eſt, non ꝓpter deum intendentẽ præcipiendo, ſed propter carnalitatem noſtrã impotentem faciendo.

Sic illud, Non furtum facies, litera eſt negatiua, ſed ſpiritus affirmatiuus, ſcilicet, eſto pauper ſpiritu, contentus præſentibus, ac modeſtus &c.

Quin & illud primum, Non habebis deos alienos, eſt affirmatiuum, ſcilicet, dominum deum tuum diliges & coles, unũ, ſuper te, & omnia, alioqui non erit unus, ſi aliud cum eo diligitur.

Et illud ſecundum ſimiliter, Non aſſumes nomen domini dei tui in uanum. Hæc eſt litera, ſed ſpiritus dicit: Sanctum & terribile nomẽ eius. Et iterum, Omnis qui inuocat nomen domini, ſaluus erit. Vult ergo aſſumi nomẽ dei aſſidua reuerentia, & timoroſa inuocatione, magis autem glorificari, & benedici humili ſuæ ignominiæ confeſſione.

Et illud tertium, Sabbata ſanctifices, id eſt, ad literam nullum opus in eo facias: litera eſt negatiua, cum ibi affirmentur nobiliſſima, & maxima operadei, in audiendo, docendo, meditando uerbo dei in ſpiritu intus, foris quies, intus maxima actuoſitas dei operantis. Et ſi hæc tria præcepta exponas ſpirituali-

Præcepta primæ tabulæ ſunt de tribus uirtutibꝰ theologicis.

ter (id eſt, de internis operibus) inuenies, quod primum ſit Charitas dei, Secunda fides, Tertium ſpes. Nam non habere alienum deum, eſt deũ diligere ſuper omnia. Non aſſumi nomen eius in uanũ, eſt credere in nomen eius, & ipſum in ſpiritu dei intus inuocare & glorificare. Quomodo enim inuocabunt, in quem non crediderunt? omnis enim qui inuocat nomen dei, ſaluus erit. Porro ſanctificare quietẽ eſt ſeſe paſſibilẽ deo prẽſtare, ut in illo deus ſolus operetur, hic patientia & ſpe eſt opus. Nam hic in caliginem intratur, ubi homo non operat̃, ſed ducit̃ uia paſſiõis mirabiliter. Quoties ergo pateris, toties oparis nõ tu, ſed quieſcis, & deus operat̃ in te, ſed tu neſcis quid, quia pateris & es nuda materia. Hoc eſt quod ait, uacate & uidete, quoniã ego ſum deus. Spes ſola hic regnat in charitate per fidẽ. Recte itaq; B. Aug. dicit, quod cultus & latria dei eſt in fide, ſpe, & charitate. At hæc ſunt affirmatiuiſſima, & tres Theologicæ uirtutes, ſub literam iſtorum trium uerborum ſignificatę negatiue.

Homo patitur a deo, nõ agit bonum.

Vnũ reſtat affirmatiuũ, Honora patrẽ & matrẽ, ſed & hoc quõ ſit ſpirituale, dictũ eſt ſupra. Licet litera ſolũmodo honorem ſigni externi docere uideat̃, ſed ſubtus affectũ timoris & obedientiæ promptitudinem requirit, quæ ſine gratia non eſt poſſibile fieri ut patet in probatione tentationis, ubi occaſio uenit ipm obſeruandi, contra uotum uniuſcuiuſq;.

Iam

Iam illud quartum satis notū est, Non falsum testimoniū dices, literā esse negatiuā, sed affirmatiuā esse in spiritu, ut proximo tuo sis ex corde paracletꝰ, excusando, defendendo, & oīa, quæ tibi uelles fieri in famæ periculo, & conscientię.

Reliqua duo similiter nota sunt, quod non concupiscere ad literā, hoc sit ex corde fauere proximis omnia bona, & nolle ullū malū. Ex quibus omnibus patet, quod decalogus ad literam sonās, recte in spiritu exponit a Christo & Apostolis, ubi docent fidem, spem, charitatē, obediētiā, reuerentiam, humilitatem, mansuetudinē, pacem, patientiam, modestiā, castitatem, paupertatem, bonitatem, benignitatē, hilaritatem, mutuam beneuolentiā &c. Hæc quidē sunt affirmatiua, sed sunt spiritūales sermones decalogi omnino. Catalogum exponit christus spiritualiter.

Reuertamur itaq; ad propositum.

Incipit aūt a mansuetudine ac suauitate spiritus instruere hominem, ut deo similis esse studeat homo erga proximū, sicut uult deū erga se esse. Nam bonitas summe cōmēdat deum, ideo ut homo sit mitis, benignus, suauis, māsuetus, clemens, facilis, tractabilis, bonus, id est, deo simillimus, dicit: Non occides, non sis occisor, non sis crudus, asper, durus, amarus, difficilis, indignabundus. Hoc aūt efficit spiritus gratiæ, qui hoc præcepto quæri & peti cogitur. Hoc idem dicit dominus Matth. quinto. Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terram.

Corollarium.

Frustra sibi blandiuntur, qui non occidunt, & tamen ut sint benigni ex corde, non quærunt, quia per hoc solum speciem præcepti, & literā habent mortuā, quibus uelut umbris protegitur interior umbra Behemoth. Cordis beneuolentia reqritur erga proximum.

Et demus simile.

Calx apparet frigere, ac sine calore, sed effusa aqua, furit ardore, solo autē oleo quietissime extinguitur. Sic homo adustus fornace maternæ cōcupiscentiæ, occultam habet radicē iræ, quæ erumpit data tentatione, nec sanatur nisi per oleū gratiæ.

Aliud.

Latro uel homicida, aut alius grassator, si non occidit, aut pcutit de facto, nūquid contentus est in eo princeps, si arma non ponat? suspicabitur enim, quod data occasione percutiet. Ita homo, & si non irascatur de facto, tamē habet intus gladiū iræ, & si in uagina reconditum, sed nō placet deo, nisi ponat gladium & abijciat. Nec satis est quod in uagina sit, timor est de futura occasiōe. Nam iste est gladius, quo occisus est filius dei. Ideo etiam si non occidas, tamē coram deo occisor es, quia in armis occisiōis filij sui inueniris. Quis enim corā principe securus gladiū portet, quo constiterit filium principis occisum? ideo iram tam lōge fieri oportet, & ex intimo corde, ut non possibile appareat aliquando ipsam erumpere. Sic canis, etiam si opere non mordeat, nūquid ideo nō est mordax? immo eo peior, quo insidiosior. Sed heu has insidias nostras cordis q̄ pauci obseruant. Vnde Psal. v. Interiora eorum insidiæ, quod nos (cor eorum uanum est) habemus.

Igitur incipientium gradus primus est proprius, scilicet, abstinere a facto homicidij, seu per se faciendo seu consentiendo, consiliando, auxiliādo, ut solet tertia lingua, & susurro, autor cædium, facere, miscere iras & dissentiones, rixas, insidias, homicidia, ut Gal. v. docet Apostolus. Hic gradus uidet facilis & exiguꝰ sed est grādis, si recte inspiciat, & pauci sint īnoxij, quia pauci sic linguā temperant, ut nō seminēt discordias, ac per hoc quantū in eis est, homicidia incipiūt. A quo malo magno & frequenti liberam fuisse matrem suam Augustinus dicit ex singulari gratia dei, ix. Cōfess. Neque enim ab eo facile se liberum sentiat Gradus in peccato.

nisi

nisi qui pacificus ac mediator utilis est, ut ea tantum narret, quæ concilient ac placent iratos ac discordes, aut magis concilient concordes, tacẽdo mala, & prædicando bona utriusq; apud utrunq;. Sicut legitur exemplum quoddam de nũcio prudentiq; seruo, missso a domino ad quendã, ut migrare iuberet de domo eius. Ille autem salutari dixit eũ a domino suo. Et ad dominum rursum reuersus dixit, illum uelle migrare, donec mira (ut nunc omitto) ordinatione dominus mitigatus, intelligeret prudẽtiã serui. Quapropter recte dictum est, quod susurro seu detractor est ter homicida, tres enim uno ictu occidit, primo seipsum, deinde eũ cui susurrat, tertio cui detrahit: quia os quod mẽtitur, occidit animã. At excusant se, dicũtq; se uera dicere, sed male, quia uerum debet uere dici, secũdum illud: Quod iustũ est, iuste exequaris. Ergo etiam uerum sit mendaciũ, dũ non ubi, quomodo, qnando, cui, quantũ dici debet, dicitur. Hinc & B. Bern. dicit, quod detractor habet diabolum in lingua, qui auscultat in aure. Secũndus occisus est ipse auditor detractoris, quia similiter peccat, præter hoc, quod ad irã id est, mortem, eum inducit. Tertius ipse passus, qui cognito isto malo, similiter ruit in iram, id est, mortem, quod si non ruit, non est detractoris beneficiũ, sed dei, fecit detractor, quantum in eo fuit. Cætera mala detractoris alibi. Et epistola Iacobi de malo linguæ tractanda foret, ut appareret, q̃ latus sit iste primus gradus huius mandati, & q̃ pauci in illo sint. Et breuiter id faciemus. Dicit primo capitulo: Itaq; dilectissimi fratres, sit omnis homo uelox ad audiendum, & tardus ad loquendũ, & tardus ad iram. Ira enim uiri iustitiam dei non operatur. Istis uerbis ad mansuetudinem monet, unde sequitur: Propter quod abijciẽtes omnem immundiciã, & abundantiam malitiæ, susципite in mansuetudine insitum uerbũ &c. q.d. ne perfeceritis omnem immundiciam, & abunde nimis malitiam, hoc est, ne tradatis uos immunditiæ & malitiæ, ut omnem expleatis, sed satis est, quod resistentibus, & abijcientibus adhuc tamen adhærebit uobis immunditia & malitia. Omnem, &, abundantiam, addit ad significandum, quod qui contra pugnant, non sine immũditia & malitia tamen sunt. quanto magis omnem & immunditiã habent, qui non pugnant, sed obediũt, secundum illud Psal. Astitit omni uiæ non bonæ, quia sequitur, Malitiam autem non odiuit.

Detractor ter homicida est.

Concupiscentia immunditia dicitur.

Porro immunditiam seu sordiciem uocat concupiscentiam, quæ est sordicies animæ & spiritus, quæ & causa est irarum inter homines: ideo enim inuicẽ irascuntur, quia alter alterius concupiscentiam impedit, ideo hanc uelut immunditiam totalem & capitalem abijciendam docet.

Ira dicitur malicia.

Malitiam autem ipsam iram dicit, quæ & ipsa est abundantia & superfluitas quędã spiritus, sicut fœda corporis superflua sunt. q.d. stercus & superfluitatem malitiæ, id est, maliciam, quæ stercus & obscœnum est animæ, abijcite & nolite fouere.

Hoc autem fit, si uelox sit quisq; audire, tardus loqui. Irati eñ sunt nõ tantũ ueloces ad loquendũ, & tardi ad audiendũ, uerumetiã impotẽtes ad tacendũ & audiendũ, quia uelox ad iram, uelox etiam est ad loquendũ, & econtra. Quare optimũ remediũ frangendi irã est, ut homo sibi uim faciat & asuescat. Primũ tardus esse ad loquẽdũ, qñ fuerit iratus. Secundũ, quod est perfectius, tardus ad irã, ut proponat in corde nõ uelle moueri ad iram, & uelle aliqñ experiri, an possit tacere offensus.

Tardus ad loquendum.

Ira uiri iustitiam dei non operatur.

At excusant se quidam, quod propter deum & iustitiam irascuntur, & loquunt̃, quibus occurrit, dicens. Ita uiri iustitiam dei non operatur, impossibile est, ut deo placitũ faciat opus, qui iratus, & exira facit: cum sit deus pacis & suauita

ſuauitatis, cui nullum turbulentum placet. Memorabilis ſententia, quam multi nimis ignorant, qui contra iniuſtitias indignantur alienas, ſuas autem etiã palpant, & iactitant quandoq;.

Ita & infra. Si quis uidetur religioſus eſſe inter uos, non refrenãs linguam ſuã ſed ſeducẽs cor ſuum, huius uana eſt religio. O magnum uerbum, q; multi ſunt uerboſiſſimi: At etiam (de quibus hic proprie loquitur) amari, iracũdi, & aſperrimi, & tñ uolũt religioſi & ſancti uideri. Idẽ ergo eſt, quod religio linguoſi uana eſt, quod ira uiri iuſtitiam dei non operatur: ita ira facit per linguam religionem, & omnem iuſtitiam uanam, id eſt, foris ſpecioſam, ſed intus nacuam: ideo & ſeducit, non alios, ſed cor ſuum: putans ſe religioſum, cum non ſit. Religio linguoſi uana eſt.

Et capite. iij. pericula linguæ & mala deſcribens, ait.

Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſciẽtes, quoniã maius iudicium ſumemus. Nolite, inquit plures, id eſt, nolite omnes uelle docere, & prompti eſſe ad loquendum, ac docendum, & tardi ad audiendum, ſed quilibet optet ſe diſcipulum poſſe fieri, & alteri cedat magiſterium ſui, ne fiat turbulentiſſima diſſenſio, ut ubi plures ſint qui doceant, nulli qui audiant, & quilibet cõtra alium, omnia repleant diſſenſiõibus, ſicut fecerunt hæretici in eccleſia. Magiſtros fieri nõ eſt malum, ſed quod multi uolunt fieri, id eſt, quod uolunt eſſe diuerſi, neuter neutri audiens, hoc eſt, quod maius iudicium ſumũt. Et hoc diſſuadet tali periculo, quia etiam abſq; illo maiori iudicio, quod tales accipient, iam ſatis offendimus. Non eſt neceſſe occaſionem peccati quærere, & maioris iudicij accipiẽdi. Quia in multis enim offendimus omnes. Omnes tales ſumus, quod offendimus, & hoc non tantum in uerbo, ſed in multis. ſ. oculis, auribus, manibus, ac omnib⁹ ſenſibus, deinde cogitationibus. Et iſtæ offenſiones debent nobis ſufficere, ne & maioribus nos offeramus. Deinde hoc etiam perſuadet, ne alter alterum ſuperbe præſumat docere, quaſi ipſi nõ offendat in ullo. q.d. ut quid aſpere uos in uicem reprehenditis: & unuſquiſq; alterius magiſter fieri nititur? An ignoratis, quod omnes, nullo excepto, offendimus, non in uno tantum, ſed in multis. Magiſtri fieri nõ debetis. Superbe alter alterũ nõ doceat.

Quod ſi quis in paucis uel in opere non offendit, quid de uerbo ſentiet? Si qs in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir. q.d. hic ſe perfectũ & nõ anteq;, etiã in uerbo non offendit. q.d. talis nullus erit inter uos, quia in multis offendim⁹ omnes, multomagis & in uerbo: ut quid ergo contra inuicẽ ſuperbitis & eleuamini, ac non potius in mãſuetudine inuicem monetis & portatis? Hic inquam perfectus uir. Poteſt etiam freno circũdare totum corpus, id eſt, ſi poteſt linguã domare, poteſt etiam totum corpus ſuum a peccato cuſtodire: quia qui nõ peccat in lingua, ſine dubio & alia mẽbra iã domita, & obedientia habet ſub freno. Inquiſitores hæreticæ pra uitatis.

Deinde tres proponit ſimilitudines, aquarum una iam cœperat. Ecce equis I frena in ora mittimus, ad conſentiendum nobis, & totum corpus eorum circumferimus.

Secunda.

Ecce naues cum tantæ ſit, & a uentis ualidis minentur, circumferuntur aũt a II modico gubernaculo, quo impetus dirigentis uoluerit: ita lingua modicũ membrũ eſt, & magna exaltat, ſeu iactat. q.d. equos frenare, & dirigere poſſumus, & naues: immo, ut infra & beſtias. Lingua aũt cõtra, cũ ſit modicum membrũ debuit maxime poſſe comprimi, & dirigi. At ipſa magna potius iactat ac mouet, quæ alias reguntur bene, mouet & iactat omnia, ſicut uentus naues, recte contraria gubernaculo: quod frenat naues, ſimilis eſt in quantitate clauo nauiũ, & in effectu tamen contraria, ſimilis potius uentis & turbinibus. Lingua gubernaculis confertur.

Tertia

Tertia similitudo.

III Ecce quantulus ignis, quantam syluam, id est, fit ut paruulus ignis magnam materiam succendat, totam scilicet syluã. Et lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis. Grec. mundus iniustitiæ. q.d. tot parat iniustitias, ut quasi mundus putari possit, quia ignis est, & multa incendit.

Lingua ignis est.

Lingua maximus hostis noster.

Istis omnibus & sequẽtibus uerbis id agit, ut nos moneat & doceat, quia maximus hostis noster est lingua propria, atq; ab ea non minus cauendũ, q̃ ab inimico maximo, & quo est minor, eo nocentior: minor in re, sed maximus in uirtute. Nihil enim facilius lædit conscientiam q̃ lingua, ideo enim & in monasteriis silentium instituitur: licet contra illud diabolus Logicam quoq; illuc introduxerit, garrulitatis garrulosissimam magistram. Eadem causa, ut uelocitatẽ locutionis compesceret, dominus minatur, de quolibet ocioso uerbo rationem reddendam: dura sed necessaria sententia aduersus tam lubricam pestem, ac præsentissimum uenenum.

Logica garrulosissima.

Itẽ id & philosophi uiderunt, quod homini ideo sunt duæ aures datæ, sed una tantum lingua Atq; aures ipsæ non tantum patulæ, ac apertæ foris, sed etiam auriculis circumamicientibus, ut facilius audiat, denicq; tortuosæ & uerbo quodãmodo obiectæ, ne facile uerbum præteruolet. Lingua autem non tantum clausa, & latens, uerumetiam osseo muro circumcluſa, scilicet dẽtibus: deinde uallum carneum, id est, labia, præter hoc quod tantum a pulmone distat, & corde tot requirat instrumenta, cũ aures nullo indigeant, adhuc ipsa uelocior est omnibus sensibus.

Quinq; sensus instar quinq; nauium.

Ecce quinq; sensus uelut quinq; naues natant in rebus istis corporalibus, & inferũt in memoriam res innumerabiles, scilicet uisu, auditu, tactu, olfactu, gustu. Nec tamen tot inferre possunt, quin illa plus efferat. Sæpissime loquens cõiecturas, suspiciones, opiniones, somnia temeraria, friuole ficta, quæ nec sunt, fuerunt, nec erunt.

Ranarum immissio loquacès significat

Item inde secunda statim plaga Aegypti fuit, ranarum immissio, quæ lingua citatem significant sterilem. Quia prima fuit sanguis, significans, quod quãdo homo fit caro & sanguis, totus fit lingua, & non nisi uana loquitur, & quo uanior est, eo plus uult plus loqui. Atq; fideli signo uanum hominem per hoc cognoscas, si fuerit multiloquus, & ecõtra. Quo fuerit homo solidior, & grauior hoc signo cognosces, si fuerit parcus in uerbis, largus in opere: nã tales fastidiũt loqui, nisi dum obediẽtia aut necessitate coguntur, ut Psal. lij. Obmutui & silui a bonis. Sicut em̃ eos tædet uitæ suæ, ita & loquelæ. Econtra, In multiloquio non deerit peccatum. Et ibidem, Vbi plurima sunt uerba, ibi frequenter egestas. Iob iiij. Nunquid qui multa loquit̃, poterit iustificari? Et Psal. Vir linguosus nõ dirigetur in terra. Sed hæc maxime sunt mala, dũ ira magistra loquitur. unde Aesopus dicitur linguas emisse, cum iussus fuisset optimas carnes, & postmodum pessimas emere.

Quin multi timore infamiæ sibi mortem conscisciuerunt, & Poetæ dicunt Lycamben uersibus iambicis Archilochi adactam ad laqueũ. Quod siquis adhuc dubitat, interroget eum, qui amarã habet mulierem ac litigiosam, & uerbosam.

Denicq; quod bestijs dentes, ungulæ, rostra, cornua, aculei, uenenũ, aut quæcunq; arma, immo quod malis hominibus tã uaria uasa & arma, hoc lingua est animabus. unde Psal. Filij hominum, dẽtes eorum arma & sagittæ. Item lxxiij. Nolite extollere in altum cornu uestrum &c. Vnde arcus gladius. Recte itaq; mundus iniquitatis, & modicus ignis magnam syluam succendens.

Et sequi

Et sequitur. Sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totũ corpus. q.d. Nonne est mirum, quod illud maculat, & totum corpus maculat, quod adeo non est extra nos, immo adeo intra nos, ut sit inter propria mẽbra? Monstri hoc simillimũ, quod membrũ non tantum membro, sed toti corpori officiat, cum se mutua membra sollicitudine foueant. Hæc sola inter ea maculat totum corpus, id est, reum facit peccatorũ, ut propter ipsam totus homo sit odiosus deo & hominibus: quia adeo infamis & abominabilis est linguosus, ut etiam si toto corpore sit formosus, aptus, diues: nihil tamẽ in eo nõ uelut fœdũ fugitur ab hominibus. Quis enim libenter cũ loquacibus ac garrulis cõuersatur, ac non potius abhorret ac nauseat, & dicit: Ey wie weschig ist der? Et inflammat rotam natiuitatis nostræ, & inflãmatũr a geenna. Videtur Apostolus natiuitatem intelligere, id quod nati sumus, ut supra c. j. Similis est uiro cõsyderanti uultum natiuitatis suæ in speculo. Et iterum: Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis, ut essemus aliquid creaturæ eius. Igitur natiuitas, generatio seu creatio ac creatura, in quã nati, producti, creati sumus. Ergo rota natiuitatis dicitur tota essentia, & quicquid creati sumus, sicut totum corpus. Et hãc rotam natiuitatis, totumq; circulũ nostræ essentiæ, seu eius quod sumus, hoc ipsa inflammat. Ignis scilicet est & uniuersitas iniquitatis, ideo succendit nõ partem nostri, sed totum quod sumus, ac uiuimus. Nam forte etiam ideo rotam appellauit, non tantum propter totale esse, sed etiam totale uiuere, & operari in hoc tempore. Vita enim nostra rota uolubilis est.

Addit autem inflammata a geenna, ne bona flamma hic inflammare intelligatur, quia ipsa infernali igne accensa, id est, odio & ira, totũ quod sumus accendit ira & odio, dum prouocat & permouet ira, ut patet in iratis, qui intus & foris tremunt & feruent. Quarta similitudo.

Omnis enim natura bestiarum & uolucrum & serpentium, & cæterorũ domantur, & domita sunt a natura. Linguam autem nullus hominũ domare potest. Vide quãtis uerbis & sensibus linguam incessat, ut eam igni inferno similem, ac feris inferiorem ponat. Quis a seipso non timeat, qui nocentiorem & feriorem bestiam apud se habet, q̃ totus mundus? quis non odiat linguam suam? quis non uereat̃ loqui, qui tantis nominibus fœdari audiat suam linguã? Linguã nullus domare potest.

Sequitur: Inquietum malum, plena ueneno mortifero: parum est quod sit inquieta, quod per se malum est, sed inquietum malum, id est, semper nocens, neq; a nocendo quiescens. Deinde plena ueneno mortis, id est, quod occidit, non tantum inficit, hoc est, præsenti ueneno, non lento aut tardo. Hoc sane patet q̃ profunde penetret susurronum uenenum, quod illis, quos intoxicarint aduersus inuicem, uix tota uita remedium prouideri potest, ubi usq; ad medullam processit inuidia & odium. Sæpius cum odio moriuntur potius q̃ concilientur. Emphaticoũs itaq; & Epitaticũs dicit, ueneno non infectorio, sed mortifero. In ipsa benedicimus deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem & similitudinem dei facti sunt. q.d. Non potest simul utrũq; facere, nisi ficte: ideo ne se qsq̃ fallat, q̃d deo bñdicit, si hoĩem maledicit, nec deũ bñdicit, cuius hõ factura est. Quis em̃ picturã, aut statuã rep̃hẽdere ac maledicere põt, ut maledictio eiusmodi non redũdet in pictorẽ, & artificẽ? Sic Hiere. xv. de ijs, qui operibus dñi maledicunt, dicit: Omnes maledicũt mihi. Et Esa. viij. Cũ esurierit, irascet̃, & maledicet deo, & regi suo. inde præcipue in lege prohibitum fuit & est: Dijs tuis non detrahes, & principi populi tui ne maledicas. Et Apostolus: Maledici regnum dei non possidebunt. Inquietũ malum. Plena ueneno mortis.

Maledicens hominē, deū maledicit.

Quod si homines id attenderent, quod maledicendo hominibus, deo quoq; maledicunt, cuius opus & facturam maledicunt, utiq; nō ita prompti essent maledicere. Sicut Prouerbi. xiiij. Qui calumniatur egenum, exprobrat factori eius. Quid enim facit, qui maledicit, nisi quod dicit: Vah quod nō aliud & aliter formatum? cui potius deberet misereri, & dicere orando: O domine, fac eū alium, sicut artificē licet monere & orare non maledicere, ut ibidem. xiiij. Prouer. Honorat autem eum, scilicet factorem eius, qui miseretur pauperis.

Quod si B. Petrus prohibet, ne maledictum pro maledicto, nec malum pro malo reddatur, similiter & Christus: Orate pro calumniantibus & persequentibus uos. Et Paulus Rho. xij. Benedicite maledicentibus uobis, benedicite & nolite maledicere: quid illis fiet, qui maledicūt nō maledicentibus? ideo Psal. xxxiij. Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua non loquantur dolum, diuerte a malo & fac bonum, inquire pacem & psequere eam, id est, a malo, non tantum ferendo, sed etiam referendo, seu reddendo, & bonum non tantū reddendo, sed etiam conferendo pro malo accepto: alioquin non inquiritur pax, aut persequitur, si malum malo reddas.

Iste ergo gradus est secundus, a domino prohibitus, ne quis maledicat, uitu peret, detrahat proximo suo, & sicut in primo gradu plures sunt rei q̄ credāt, ita & isto. nam tria maxima uitia linguæ hoc præcepto prohibētur, scilicet maledictio, detractio, susurratio, sed istud tertium in primo gradu: Ac per hoc uniuersa mala linguæ prohibentur per. iij. &. v. &. vj. &. vij. mandatū: per. iij. periuria & blasphemiæ, ac aliæ offensiones cōtra deum quæcūq;, sed per. v. offensiones erga proximū, per. vj. uerba impudicitiæ, per. vij. uerba deceptionis & fraudis in negocijs seu iudicijs, nam & in ipso. vij. etiā detractio est, sed publica, ac coram iudice, hic autem alia. Igitur maledictio & detractio, & susurratio sic differunt, quod maledictio est in ipsum præsentem, uel tanq̄ in præsentem & in faciem, sub qua omnia contumeliæ, blasphemiæ, criminationis, uituperij, agnominationis uitia comprehenduntur. Detractio est de absente ipso ad alium, & sequitur maledictionē, quia mala in aliquem, uel foris præsentem, uel intus memoriæ obiectum congesserit, & hoc ad alium detulerit, iam maledictio facta est detractio, quare nullus est detractor, quin sit & maledicus, saltem apud se: & hęc duo pulchre expressit uersus: Prohibe linguam tuam a malo (id est, ne ulli maledicas, siue uoce, siue tacito murmure) Et labia tua ne loquantur dolum (id est, detrahere caue) Nā dolus est, siquis in tergum loquitur, nesciente illo cui nocet: non autem econtra: omnis maledicus etiam detractor est, saltem hominis eiusdem, licet detrahat deo quando maledicit hominem. Quod si ulterius detulerit mala duorum contra inuicem, uel unius ad alterum tanq̄ alterius amicus, & alterius inimicus, iam bilinguis susurro est, & discordiæ seminator, peior istis duobus, ideo extra istum gradum in primo cum homicidis collocandus.

Maledictio, detractio, susurratio.

Mansuetudo hoc præcipiē

Concludamus itaq; hunc. Sicūt primum gradum huius præcepti nō implet, nisi qui non tantum nō occidit aut lædit, aut non discordias seminat (quia & omittendo potest cōmittere) sed etiam ita mitis sit, ut potius uiuificet, ac foueat operibus misericordiæ & beneuolētiæ. Et ita pacificus, ut mitibus ac dulcibus uerbis etiam conciliare studeat discordes, quantum potest, & mediare ne fiant discordes. Hi enim audiēt: Beati mites, beati misericordes, beati pacifici, quoniam ipsi possidebunt terram, misericordiam consequentur, filij dei uocabuntur. Ecce istæ tres beatitudines in isto præcepto sunt comprehensæ.

Ita

Ita secundum gradum non implet, nisi non tantum nō maledicat, detrahat aut uituperet, sed etiam in omnibus benedicat persequentibus, & excuset accusatos, oret pro omnibus, & resistat detractoribus, quantum potest. Ecce hæc est spiritualis intelligētia huius præcepti. Nunc similiter de tertio gradu.

Tertius gradus iræ.

Est, dicere fratri suo Racha seu archa, asperando gutturis halitum, uelut fremitum arteriæ formando. In quo dixi omnia signa iræ præter uerba, immo & uerba præter maledicta & detractiones comprehendi, ut sunt ironiæ in uerbis torsiones labrorum, rugæ frontis, ac nasi, ac excandescētia uultus, deinde silentium, auersio uultus, dirus intuitus, quę omnia sunt indicia animi irati & odio pleni. Adde clamorem & stridorem dentium &c. Iræ signa omittenda.

Hic aliqui dicūt, quod necesse quidem est rancorem dimittere, sed nō signa rancoris. Quæ sententia & si sit in aliquibus uera, non tamen uniuersaliter, & multo melius sic poneretur: Signa rancoris aliquando utile est exhibere, non quod sint signa rancoris, sed similia signis rancoris: alioquin signa uere rancoris non sunt, aut nullo modo retinenda sunt, si uere sint. unde adhuc optime diceretur, quod signa charitatis aliquādo omittere, & signa iræ exhibere oportet. Nam si signa rancoris licet non deponere, ergo propter aliquem fructum. Quare ergo non potius exhibenda? ne scilicet sola licentia quæratur omittendi bonum.

Exhibere itaq; melius est, q̄ non dimittere, quia qui exhibet, non ex ira facit, sed ex zelo bono, ideo manet sine suspicione mali. Qui uero non omittit, prius arguitur ex ira fecisse talia signa. Et ideo si non deponat illa, relinquit fratrem in suspicione iræ, ac per hoc impedit ueram & integram pacem ac concordiam, cū ille nō credat cor eius esse mitigatum, & offenditur rursus ad similia.

Quare tales doctores sunt remittendi ad illud pręceptum naturale, quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris, &, Quod tibi fieri uis, alteri facias. Et gentilis, Si uis amari, ama. sed non est dubium, quin omnes uelint, ut ille quem offensum & iratum habuimus, non tantum signa ponat iræ, sed eo magis contraria exhibeat, ut certi fiant de eo. Ideo largiora petuntur signa, q̄ si nō fuisset offensus. Sic enim & deus largius benefecit post peccatum humano generi, q̄ ante peccatum fecit, eo quod filio proprio nō pepercit &c. Quod si signa tāta omisisset, quis eum propitium factum credere posset, aut auderet? Filij ergo dei, deum patrem suum imitentur. Istis autem dictis docemur, q̄ sit difficile mandatum dei seruare: nam experientia patet, q̄ difficile sit hominibus hæc signa mala ponere & bona ostēdere, q̄ se uertunt & reuertūt, anteq̄ induci possint ut simulate saltem faciant: nam uere & ex corde nunq̄ nisi gratia dei adiuti, facient: dicunt enim, non possum tibi fauere, & amicabilis esse. Et infelices non cogitant, quod nollent ipsis ita fieri neq; a deo, neq; ab hominibus. ideo uidet in hoc monstro, quid sit futurus infernus, & quid sit præsens mundus, scilicet regnum diaboli, in quo tantum malum inuenitur in hominibus, contra naturam & naturale proprium dictamen pertinaciter obdurans. Signa rancoris & iræ deponere difficillimum.

Quo circa ira & inuidia differunt non aliter, q̄ sicut uinum nouum & uinū uetus: nam inuidia seu odium est inueterata ira, ut B. Augu. in regula: Ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca. Nam ira quæ cito transit & non fit odium, uix ira dicenda est, nam statim traditur obliuioni. Sed inueterata fit tenacissimum malum, quia spirituale malum, adeo ut prouerbiū sit: Nihil tardius obliuisci, quā iniuriam, & nihil citius abolescere, q̄ beneficium: utrunq̄

sit uitio naturalis prauitatis, cum contra fieri debeat. Nam bona natura hominis in hoc notatur, si cito obliuiscitur offensam, & beneficium semper memoratur, adeo ut non sinat sibi libenter benefieri, cernens quod obruitur multitudine debitarum gratiarum actionum, & uicissitudinis sibi impossibilis. At contra malæ naturæ ingenium, semper retinere offensam, semper exprobare & obijcere diu præterita.

Iram ostēdere quando liceat.

Igitur exemplis demus, quando licet signa ostendere iræ seu asperitatis: ut si quis ita pertinaciter malus sit, ut semel & bis aut tertio monitus nolit desistere non solum licet, sed oportet signa iræ in illum ostēdere, unde pri. Corin. quinto. Si is qui nominatur frater inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax. Et .ij. Thessal. iij. Si quis nō obedierit uerbo nostro, notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur, & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. ecce non ut inimicus, sed ut frater emendādus est. Ista est ira sancta & bona, in scripturis uehementer laudata. Ideo distinguendum est.

Primo, ut moneatur, secundū illud Christi: Si peccauit in te frater tuus: alioquin prima uice non est abijciendus, sed monendus. Si enim septuagies septies ueniam petierit, non est ei neganda.

Corrige ꝓpeccatū fecit

Secundo, discerne utrum ideo sic facis, quia te læsit, uel quia peccatum fecit. Si enim deum plus diligis ꝙ teipsum, debes irasci magis quod deum læsit, ꝙ te: deinde æque misereri quod seipsum peius læsit intus, ꝙ te foris. Quibus respectibus factis, facile doceberis, quomodo & quo corde ei signa charitatis neges, uel non neges. Sed ne te fallat cor tuum, & dicas, ita facio, propter deum irascor, & non propter me, & forte mentiaris: Hoc etiam proba apud te, & uide, si tantum doles & moueris, quod uel si alium læderet, quantum quia te lædit. Si enim illic nō moueris, signum est quod teipsum quæris & uindicas, nō autem mederis. Et quid moror? Frustra est disputatio, an signa rancoris sint ponenda, quia prorsus sunt ponenda: Si autem est causa quare sint ostendēda hic penitus irascendum ex corde est, non tantum signa exhibenda. Signa rancoris si sunt rancoris, prorsus sunt omittenda: Si autem non signa rancoris, & dignum est pro emendatione fratris ea ostendere, etiam ira perfecta est addenda, ut uideat, quod ex corde ostenduntur sibi, & ex qua causa. Et non sic incedas tacēs & simulans, ut frater nesciat quomodo tecum habeat. Mala est talis doctrina, & penitus contra charitatē, docet enim simulationem.

Signa rancoris sunt prorsus ponenda

Præcepta per charitatē optime pernoscuntur.

Sed longa & multa sunt præcepta, quæ omnia cito uideret & faceret charitas, quę si desit, nihil est quod satis doceri potest. Ipsa em̄ docet, quomodo homo ipse uult diligi, foueri, sustineri, benefieri, nihil sibi simulari, ita & idē docet proximo exhibere. Non enim amicus fraudulenter debet incedere, ut Be. Hiero. Vera amicitia impatiens est simulationis. Si est rancor, ostende: Si non est, iterum ostende, & hoc uel signis clementiæ uel seueritatis.

COROLLARIVM.

Patet quod nec iste gradus seruatur, nisi quis studeat nō tantum omittere signa, sed etiā ex benigno corde cōtraria signa ostendere. Ad omnē enim mitita tē nos isto format præcepto deus. Et uniuersam irascibilis uirtutis radicē extirpare intēdit, ut nō nisi dulcedo cordis ibi relinquat̄, q̄d gratia opat̄, nō natura

Ira cordis cauenda.

Quartus gradus est irasci corde, & hic est primus & omnium aliorum radix Hunc enim ipsa lex maxime tangit, quando dicit: Non occides. Cor em̄ mundum quærit, non tantūmodo manū, ut Iudæorū hypocrisis, ut Psal. xxiij. Innocens

cens manibus & mundo corde. Quare ferme omnes beatitudines Matth. v. in isto præcepto includuntur, ipsumq; exponunt. Nam, Beati mites, beati misericordes, beati pacifici, beati pattentes, beati mundo corde, hic manifeste includuntur. Quod si beati pauperes, beati esurientes iustitiam, beati lugentes, eos significat, qui se agnoscunt non implere hoc mandatum, & ideo lugere & cupere ac esurire, quis dubitet quin sint hic, aut saltē tales esse oportet, ut hoc præceptum & quodlibet aliud impleant? Esurientes iustitiam Lugentes.

Igitur in hoc gradu sunt omnes cogitationes malæ cum ipsa radice earum, scilicet irascibili uirtute prona ad uindictam, ut sunt iræ, inuidiæ, suspiciões malæ, amaritudines, rancor &c. Et sicut hic est primus, ita habet pauciores species, & proximus post eum. Nam homicidiū in opere habet plurimas, ut homicidium, fratricidiū, uxoricidium, parricidium, sacrilegium &c.

Ac per hoc patet, quomodo in isto præcepto sunt quatuor gradus, & in singulis gradibus adhuc mihi gradus: & ideo nullus est in hac uita, qui non sit in aliquo illorum. Beatus autem qui in supremis, infelix qui in infimis. Nam mititas est cœlum, ira est infernus, medium autē ex utroq; est hic mundus. Ergo illuc ascenderunt tribus, tribus domini, hic descenderunt in lacum & infernū uiuentes, quanto propius mititati, tanto & ipsi cœlo &c.

Quare non satis est pro hoc quarto gradu, esse non irascentem fratri, nisi simus etiam mitissimi in eum affectus & suauissimi cordis. Quod cū non simus ad gratiam Christi fugiendum est, ut de sua plenitudine nostrū suppleat interim defectum, donec & ipsi perficiamur.

PRAECEPTVM SEXTVM,

NON MOECHABERIS.

O Breuissimum uerbum, sed latissima sententia, ideo interpretatione opus habēs, quare Christum audiamus, qui Matth. v. dicit: Audistis quia dictū est antiquis, Non mœchaberis, ego autē dico uobis, quicunq; uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Breuiter ipse quoq; loquitur, quia relinquit ex præcedenti præcepto eādem graduū fieri distinctionē, ponēs eū tantūmodo, qui est in corde. Quare & nos hic eosdē quatuor ponemus, scilicet in affectu, signo, uerbo, opere. Hoc em̄ præceptū ideo exposuit dominus, quia antiqui (id est, Iudæi) ipsum accipiebāt secundū uim & rigorē uerbi, ac ita docebant, & irritum faciebant hoc mandatū, sicut & omnia alia: Quod nō esset adulter, nisi qui opere id implesset: nihil de cōcupiscentia, signis aut uerbis soliciti, ideo immundi facti sunt. Et in hac sententia sua ita steterūt, ut cōtra eos Hieremias diceret: Vnusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat, & facti sunt sicut equi emissarij. Nouis itaq;, id est, nobis aliter dicit, ut omnis cōcupiscentia hic euacuetur.

Dicit enim B. Augu. hoc loco de ser. do. in monte, quod nomine mœchantium, qui hoc capitulo cōmemorantur, omnem carnalem & libidinosam concupiscentiam oportet intelligi. Mœchia omnē affectū libidinosum includit.

Primus itaq; gradus est opus ipsum foris, quod sine dubio ex cōcupiscentia intus p̄cedit, ut ibidē p̄bat B. Aug. Si aūt oīs cōcupiscētia carnalis ibi, phibet. ergo & oīne opus quod ex illa p̄cedit, idcirco ponunt multę differētiæ operū.

1 Fornicatio ſimplex, ſolutus cũ ſoluta, a quo diſtinguunt alij
2 Meretricium, quod illa ſit unius conſuetudo mulieris, hoc autem in multis, uagus ardor libidinis.
3 Stuprum, quod eſt uiolatio uirginis.
4 Raptus, quod eſt, cum rapitur filia uel filius, in quo & furtum ſimul eſt, & maximum furtum.
5 Adulterium, quod quandoq; eſt ſimplex, quandoq; duplex, ſecundum quod uel ambo fuerint coniugati, uel unus tantummodo.
6 Inceſtus, eſt contra ſanguinitatis honorem.
7 Sacrilegium, quod eſt, cum religioſus, ſacerdos, monialis, & omnes alij qui deo continentiam uouerunt, fornicantur.
8 Exceſſum in matrimonio quidam addunt.

Hi gradus in opere ſic uariant̃, & ſunt inuicem excedẽtia & exceſſa, ſecũdũ quod circũſtantiæ mutant̃. Nã ſic & in homicidio p̃cedenti præcepto, phibitę ſunt multæ operũ differẽtiæ, ut dictũ eſt, ſecundũ differẽtes circũſtantias.

Lex eſt lux qua uidet humana miſeria.

Quamuis autem omne præceptũ dei ſit uelut lux, quo cognoſcatur quid ſit homo, mundus, & caro, & quantũ a deo ſimus remoti, tamen hoc præceptum præcipue illud oſtendit. Apoſtolus enim dicit, per legẽ cognitio peccati, ergo lex eſt lux, qua lucente uidemus innumerabilẽ miſeriam humani generis.

Nõ deeſt pñs perpetui luctus cauſa.

Quis enim tam eſt lapis, ut ſi audiat hæc præcepta dei, & illis eũ illuminantibus, immo mundum totum oſtendentibus, ſi etiam attendere uelit, cę infinitus numerus hominũ extra præceptorũ uitam agant, poſſit ſaltem a gemitu & lachrymis cõtinere? ſi nulla alia eſſet cauſa, quare nunc̃ gaudere deberemus, ſed ſemp lugere: hęc ſola ſatis eſſet, ſi hominũ uitam cũ ipſis præceptis dei ante oculos cõpararemus. Ibi ẽm uideremus, quomodo humanũ genus ſit miſerrima perditionis maſſa, cum tam rari appareant, qui in præceptis dei uiuant & agant, & præcipue in iſto præcepto. Nonne horrendũ eſt tot gradus operũ eſſe quibus contra hoc præceptum agitur? Et homines ſine ullo timore in illa ruere ac perire? Et adhuc ridemus talia. Igitur uelut lucernam hoc præceptum attendamus, & per ipſum infinitos caſus hominum. Tum uidebimus quod mundus iſte ſit horrenda Lerna, & inferno proxima, & parum iuſtitiæ & ueritatis in eo, immo ſcriptura dicit, quod omnis homo uanus & mendax ſit: quare uere infernus eſt in mundo.

Simplex coitus.

Prima itaq; miſeria hominũ eſt ſimplex fornicatio, in qua peccant non tantum ij qui faciunt, ſed & qui fouent, auxiliant̃, conſiliant̃, non reſiſtunt, ridẽt copulant, mediant, ac maxime qui occaſionem dant.

Fouentes.

Fouent autem, qui uel hoſpitantur in domibus ſuis, uel ſi principes & maiores ac iudices nõ prohibẽt, ſed permittunt. His nihil proderit, quod ipſi non fornicant̃, dicetur enim eis. Si uidebas furem, currebas cũ eo, & cum adulteris tuis portionem tuam ponebas. Hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti inique, quod ſimilis ero tui, arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.

Et iſta miſeria, heu quãta peſtilentia nũc regnat, ubi æquales ab æqualibus erudiunt̃, ducuntur, perduntur tam inter iuuenes, uirgines &c.

Mediantes.

Mediant, ut qui ſunt internuncij & copulatrices, de quo uide pulchram hiſtoriã diſtin. v. c. lxxx. ſpeculi exemplorũ. Hi autẽ propriũ opus agunt diaboli. Nam quod diabolus nõ poteſt, nec poſſet per ſe, efficit per illas.

Nõ reſiſtẽtes

Non reſiſtunt autem, qui nec monent aut corripiunt ſecundum mandatum Chriſti, nec̃ compatiuntur animæ eorum: nec pro eis orant, ſicut decet Chriſtianos.

ſtianos. Inſuper & recitant & rident, iocantes in perditione proximorũ, cum ut dixi, iſte ſit ut magnæ miſeriæ ſtatus inſpiciendus.

Occaſionem autẽ dant, qui lubricis geſtibus ac uerbis impudicis, aut exquiſito ornatu irritant cõcupiſcentias aliorũ, maxime ſi id intentione faciãt: nam ornatio illa immoderata ſemper eſt cauſa, licet per accidens concupiſcentię, ut in choreis, plateis, conuiuijs &c. Væ autem illis, qui impudicis uerbis innocentiũ corda uulnerant, ut nunc horrẽdus mos eſt, in hoſpitijs publicis, negociatoribus cõuenientibus. Non eſt, ut aiunt, neceſſe pediculos in pellicium ſeminare, qui ſponte ſua naſcuntur. Cultus immodicus.

Nam caro noſtra in primo peccato duplici uulnere eſt grauiſſime percuſſa. Primũ eſt offenſibilitas, alterum cõcupiſcẽtia, quæ duo unlnera per præcepta nobis manifeſtanẽ, ſed per gratiam ſanantur. Sed peius eſt uulnus cõcupiſcentia, quo minus dolet & affligit, ſed delectabiliter mouet, ideo a ſtultis nõ reputatur malum, cum ſit duplo peius q̃ alterũ, ita ut ſcriptura dicat: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo in umbilico uentris eius. Ante enim peccatum nihil erat quod offendebat, nihil quod libebat. Nunc autem utrunq;.

Quapropter Chriſtianus homo debet hoc ſcire, quod quando ſentit ſe ad iram moueri, uel ad concupiſcentiam, non ſecus putet q̃ ſi mortiferum uenenum ſentiat, & ulcus peſſimũ, & gemat pro illo ad dominum ut ſanetur. Nam ueriſſimũ eſt, quod hæc titillatio licet iucunda & ſuauis ſit, tamen eſt ignitiſſimus ſerpentis antiqui morſus, horribilẽ cõſcientiæ paritura cõfuſionẽ & amariſſimam amaritudinẽ. Atq; per hoc mouetur ad gratiam quærendam, ſicut habet figura Numeri, quod morſi ab ignitis ſerpentibus ad æneum ſerpentẽ ſuſpicientes ſanabantur. Ita & titillatus carne, ad Chriſtum crucifixũ debet reſpicere. Nam hinc redditur ratio, cur dominus non contentus, quod per ſeipſum homo pronus eſt ad malum, adhibet tentatorem & impulſorem diabolũ, ſcilicet ut quia homo negligens eſt in quærẽda ſanitate ſua apud deum, ideo urget eum tentationibus, ut cogat eum quærere miſericordiã & gratiam dei. Concupiſcẽtia ſuborienti homo timere debet.

Secũdo etiam ideo, ne forte in donis ſibi datis extollatur. Sic Apoſtolo Paulo, ſic S. Hierony. fecit, ſic multis alijs uſq; ad mortem. Vide in ſpeculo exemp. Litera, Tentatio.

Sunt autẽ alij qui uehementiſſime rapiuntur hoc malo: Alij uero mitius, alij modico. Nullus tamen ſine gratia dei cõtinet, ut Sapiẽ. octauo. Et ut ſciui, q̃a aliter non poſſum eſſe cõtinens, niſi deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum, alij dominũ &c. Ecce quõ a morbo iſto p̃ orationẽ, curationẽ quærere oportet: & magna ſapientia eſt, agnoſcere hoc malũ ſuũ & remedij locum. Sic & B. Chryſantus martyr dicit: Errat qui ſe ſuis uiribus putat caſtitatẽ obtinere poſſe. Vnde B. Augu. lib. j. de ſer. dñi in mon. Quiſquis carnalem delectationẽ aduerſus rectã uoluntatẽ ſuam rebellare ſentit, per conſuetudinẽ peccatorum, cuius indomitæ uiolentia rapitur in captiuitatẽ, recolat quantũ poteſt, quantã, qualemq; pacem peccando amiſerit, & exclamet. Infelix ego homo, quis me liberabit de morte corporis huius? Gratia dei per leſum Chriſtũ dominũ noſtrũ. Ita em̃ cũ ſeſe infelicem exclamat, lugendo implorat cõſolatoris auxiliũ, nec paruus eſt ad beatitudinẽ acceſſus, cognitio infelicitatis ſuæ. Aurea hæc ſentẽtia. Nõ em̃ dicit q̃d ridere, placere, gaudere debeat in titillatiõe, ſed lugere, q̃a uenenũ mortis in ſe ſentit. Deinde: Vbi ſunt q̃ liberum arbitrium iactant? cur nõ ceſſant ſtatim ut uolunt? immo cur, non uolunt nec poſſunt uelle? Cur S. Hiero. & Paul⁹ nõ potuerũt ceſſare a ſtimulo carnis? Nullus ſine gratia dei continet.

Cõtra libidinẽ, remediũ oratio.

Si enim uoluissent, utiq; factum fuisset, sed nō potuerūt etiam satis uelle, ideo contra suum uelle uolebant. Eadem ratio est & de ira: cur enim nō mox quiescunt, qui irascuntur si possunt, immo si uolunt: sed neq; possunt, neq; uolūt eo p uoluntas eorum iam alio est rapta & captiua ducta.

Gratia dei ubiq; indigemus.

Tertio consolatorium est: Quod qui lugent hic, consolabuntur. Sic enim sapientissima dei misericordia nos mirabiliter deducit, dum ex ueneno ipsum uenenum expellit, & de ipsa luxuria nobis efficit emplastrū castitatis, dum ideo illam sinit irrūere, ut homo eam sentiens gemat, lugeat, gratiā queˢrat. & sic eo maiorē affectū castitatis acquirat, tanto enim castior est, non quo quietior, sed quo dolentior se castū nō esse posse, ut uult. Atq; ex hinc, licet hæc oīa ad quartum gradū infra ptineant, tamē ne excidant, occasiōe data accipimus, quod cōsolandi sunt, qui sentiunt sese uexari talibus stimulis, ut nō stulta opinione statim datis manibus sese tradant desperationi, quasi nō sit castus, qui æstuat medullis & cogitationibus. Periculosissima est hæc cogitatio, & in oīne peccatū operis inclinatissima, ꝓpter desperationē. Sic enim iuuenis prius cogitatiōes carnis nō expertus, cum credat, castum esse nō posse, nisi nullas habeat, statim dicit: Quid differo opus, unum est si & facio, quia amissa tamē est in corde castitas. Non sic o miser, non sic, non est perdita castitas cogitationibus talibus: Immo nunq; castior fuisti, si tamē sentis te inuitum illas habere. Nam castitas sicut & omnis alia uirtus uiua, ita est abscondita, ut non possit cognosci ab eo qui habet, sed a solo deo. Abscondit enim deus omnem uitam sanctorum ita profunde, ut ipsi eam scire non possint, secundum illud Psal. j. Quoniam nouit dominus uiam iustorum. Igitur sicut uiua & uera gloria iusti, est in ignominia, uera sapientia in stultitia, uera quies in tribulatione, uerum gaudium in luctu, uera libertas in captiuitate, ueræ diuitiæ in paupertate. Ita & uera castitas est in luxuria, & quo fœdior luxuria, tanto speciosior castitas. Heu quod hęc sapientia incognita hominibus est, quantum damnum facit. Verūm autem signum uiuæ castitatis est hoc, si se sentiat homo habere displicentiam in præsenti, non quod tota sit displicentia, tunc enim non staret titillatio, sed mixta, nunc uult, nunc non uult, nunc infra, nūc supra, ita quod sicut rota uoluitur cogitationibus in luto, & tamen manet propositū castitatis. Nam nisi esset ibi castitas uiua & uera, non persisteret, nec resisteret, sed libere daret habenas cogitationibus, & non sentiret molestiam: quia enim uult & delectatur in cogitationibus, & tñ simul sentit se nolle, fiunt ei mixtim dulces & amaræ, & p hoc molestæ, cum in neutram partē liberū sibi sit ire, sed medio rotatur statu.

Qui hic lugent, consolabuntur.

Tāto castior quāto magis dolet se castū esse nō posse

Castitas immūdis cogitatiōibus nō perditur quę inuito obrepunt.

Spiritualis enim ille homo, id est, affectus castitatis, ipse manet & seruat castitatem, licet exterior in membris & corde miras excitet procellas. Ideo in castitatis pugna non secus agitur, ꝙ si nauicula in mari iactetur fluctibus, dormiente Christo in illa. Curandū est ergo solum, ut ipse suscitetur, & imperet mari (id est, carni) & uento, id est, diabolo.

Immittit enim & sacerdotibus sæpe tales immundicias, ut retrahat ab altari. Qui est despiciendus, nō solū in nudis obiectis turpibus cogitatis, sed etiam si inclinet uoluntatē in illa, & suscitet malos motus, immo eo magis ad sacramētū est currendū pro gratia & auxilio. At nūc multos nouī, qui nō accedere uoluerūt, nisi non solū quieti essent ab inclinationibus, sed etiā ab ipsis obiectis turpibus. Nimis stulti obsequutores diabolicæ fraudis & nequitiæ.

Sacerdotum tentationes.

Igitur sic utitur dei misericordia & bonitas malo nostro, ut per ipsum magis promoueat bonum nostrū, ut omnia cooperent electis in bonū, etiā peccata.

hoc totum

hoc totum, ut uitam & gratiam quæ in nobis est, abscondat ac tegat, ne cogni-
tis contenti tepeamus, sed potius ignoratis eis tanq; pro non habitis magis su-
spiremus & gemamus.

Quo autem modo dictum est de castitate, ita & de omnibus uirtutibus, quæ tunc maxime donantur, quando denegantur, & tunc assunt quãdo nimis ab-
esse putantur: neq; aliter tunc potest homo credere, quin absint & sit perditus Inde procedit gemitus, odium sui, desyderium earum, & imploratio. Tunc hu-
milibus dat deus suam gratiam, quã postea iterum abscondit & aufert, ut addat maiorem. Semper sub cõtrario abscondens contrarium. Ideo hæc est sapientia quæ trahitur ex occultis, & est in absconditis. Virtutes ad-
sunt dum nõ putantur.

Hæc autẽ castitas aurea est, respectu eius quæ sine malis cogitationibus est, sicut patientia & mititas extra irritamenta qualis est? Nam etiam bestiarũ hæc est mititas & saltem gentium. Ita & castitas, quæ est sine luxuria & cogitatio-
nibus in quiete, etiam meretricum est & lenonum pessimorum, quia tunc ca-
sti sunt, quãdo caro expleta quiescit. Cæterũ hæc quies futuræ uitæ est. Qua-
re castitas est periculosa ad superbiam, dum patet (id est, est quieta) sed est etiã periculosa ad luxuriã, dum latet (id est, est tentata) dum utrobiq; periculũ, sed superbiæ maius q; luxuriæ. Igitur utrunq; fit. Castitas ab-
scõdita, uera castitas.

Præceptum non impletur spiritualiter, dum adhuc cõcupiscentia in nobis est, qua fit, ut de castitate præsumere, ac præcepti impletione nullus omnino possit, sed tantũ accusare sese & confiteri peccatũ suum.

Rursus eo impletur quod spiritus odit hanc concupiscentiam, ideo ipse est purissimus ab ea, & uere impletor præcepti, quia cõsentit per omnia legi, eam-
q; approbat & diligit, dum suam miseriam odit.

Alij uero luxuriosi, nõ abscondũt suam castitatẽ, sed extinguunt potius. Ni-
hil est ergo quod glorientur sese nõ nosse castitatẽ suam, nõ huc pertinent.

Secunda est meretricium, quod est magnum malum, ubi libido transit in ha-
bitum & cõsuetudinem, qui difficillime curantur. Nam scriptura dicit: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Qui autem paruulos suos sinit crescere, in magnos gigantes inueterascere & confortari, quomodo tunc alli-
det, & non potius illidetur? Scortatio pe-
riculosa pro-
pter consue-
tudinem.

Et hanc nobilissimam spiritussancti doctrinam deberent parentes filijs suis infundere, ut non tantum ui coercerentur, sed etiam uoluntate ducerentur ad castitatem.

Frustranea enim est pugna castitatis, nisi hæc regula seruetur spiritus sancti scilicet petra est Christus, paruuli nostri sunt mali motus, mala desyderia, quæ cũ quis senserit, quid faciet? quomodo uincet? audi, non aliter nisi eos ad petrã allidendo. Quomodo hoc? quia sicut qui manu ad lapidem terit uermiculum, sic uoluntate & cogitatiõe tangẽdo Christũ, statim conterit mala cogitatio, so-
lum tenta & uidebis q; iucundũ sit sic desyderia conterere. statim enim ut cor passum Christum tangit, oñe malum recedit. Sic figuratum fuit olim in le-
ge Numeri quarto. Quando a serpentibus igneſcentibus percussi, per aspectũ ænei serpentis in ligno pendentis, liberabantur. Porro igneſcens serpens, est lubrica illa, molliterq; reptans libido cogitata. fuge, fuge, tam immanem colu-
brum: accendit enim & mire facit carnem prurire & ardere. Sic etiam Gene. iij Ipsa conteret caput tuum (id est, initium & primum motum fidelis anima con-
terit) alioquin grandis factus, aut totus illapsus inficit & interficit. O si in tempore libidinis mouentis, tantum possemus figuram reptantis uenenati Fugienda libido.

serpentis

serpẽtis cogitare & applicare mysteriũ, facile fugeremus cogitatiõe ad Christũ

Stuprum. Tertia species est Stuprũ, quod est uirginis corruptio, quod olim in lege mitius puniebatur, ꝙ fornicatio aut meretricium, quia tenebatur eam dotare, aut in uxorem ducere. Verũ nunc est uehementer magnum, quia tunc uirginitas summũ erat opprobriũ, nunc autem summa gloria: tunc damnabile dedecus, nunc incõparabile decus, ijs saltẽ qui nõ ꝓposuerunt nubere. Nã qui ꝓponũt matrimoniũ, nõ habent actuale tm̃ decus, sed possunt habere, si ad uirginitatẽ animẽt: de qua multi multa & magnifica scripserunt, quia uere nulli uirgini potest fieri restitutio. Sane tamẽ hoc intellige, quia uolenti nõ adeo tenetur, in uitæ autem non potest tolli, potest autem induci & sic tolli.

Virginitas incompabile decus.

Raptus. Quarta species est Raptus, hoc plectitur capite in iure, quod est nõ tm̃ uirginis, filiæ, aut ancillæ, sed etiã uxoris, aut alius ad suã curam ꝓtinẽtis, sed maximum est raptus uxoris. Fit autẽ raptus qñ ꝙ cõsentiẽte puella, puta inducta blandicijs: aliqñ inuita, hoc maximũ est. Sed leguñ multa exempla, ꝙbus nõ prospere cessit. Guarinus Veronensis de quadã Alda uirgine miserabilem casum elegiaco carmine composuit, quæ secuta raptorẽ, relictis parentibus, tandem ab eo in sylua constuprata & abiecta, cum puderet ad parentes reuerti, petijt gladio percuti ab eo. At ille sic fecit, & occidit eam. Hoc peccatũ etiam furtum includit, & quidem grauissimũ omnium.

Adulterium Quinta Adulteriũ, quod est perplexissimũ & grauissimũ quo ad pœnã, sed negligitur hodie nimis. Hoc uitium est causa multarũ quæstionũ, de possessione, utrum filiũ spuriũ debeat marito prodere. Vide Angelum in Summa, tradentẽ regulas. Sed qs audebit credere regulis, aut casum in terminis dare põt: uarij sunt animi uirorũ, & aliter hodie, aliter forte post annũ cogitabunt, etiã si hoc anno patientiã haberent in uxore adulteriũ cõfitente. At certe amaritudine dignũ est, quod uir corpus suũ dedit pro corpore mulieris, & alius utitur corpore, pro quo ipse suum propriũ dedit: ꝓpter quod sedet in arte sua, ꝓpter quod omnia facit, patitur: deniq; seruũ se fecit, & alligauit ad multa, qui uxori sese alligauit. Et ecce alter hæc omnia cõtaminare audet, quis digne ferre possit? Vide etiã legem zelotypiæ olim, qua nunc mulieres sunt leuatæ & exoneratæ, ideo eo gratius uiris suis adhærere deberent.

De puero in adulterio cõcepto, stultissime cõsulũt summistæ.

Incœstus inter cõsanguineos. Sexta Incœstũs, quod uulgo bluotschand uocatur, quia ignominia consanguinitatis & propinquitatis est, cui eo maior debetur honor, quo propinquior. Nam & in lege dominus certos gradus ꝓhibuit, Et quondam. vij. gradus erant prohibiti. Nam in lege fere secundus tantũ gradus prohibet cõsanguinitatis & affinitatis: quia nondũ erat gratia sanans concupiscentiã, sed regnabat lex irritans & augens eam.

Sacrilegium. Septima Sacrilegium est, ubi iam non tantũ castitas polluitur, sed etiam quæ deo soli fuit oblata, tollitur, & sanctũ prophanat. Verũ hoc ex institutione ecclesiæ magis ꝙ ex deo est in sacerdotibus, sed in religiosis grauissimũ est, quia sponte sese cõsecrauerunt dño, & sese subtrahunt rursum.

Excessus cõiugum ex nimio amore. Octaua additur, Excelsus coniugum, quod ut Be. Ambro. allegatur lib. secundo, contra Iul. Be. Augusti. Ardentior amator propriæ coniugis, adulter est. De quibus Apostolus. j. Thessa. iiij, Hæc est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatione (Hoc primum) deinde, ut sciat unusquisq; uestrum, uas suum (coniugem suam) possidere in sanctificatione & honore, & non in passione desyderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Et. j. Pet. iij. Viri similiter secundum suam cohabitantes, infirmiori uasculo mulie-

bri impar

bri impartientes honorem &c. de quo satis supra. Sed difficile est eis regulam tradere, nisi quod uitiosum est ad omnẽ motum carnis, satisfacere libidini & concupiscentiæ, hoc est enim in passione desyderij esse.

Sequuntur nunc tres aliæ species.

Mollicies, qũa quisq; uigilando polluitur apud seipsum. Zodomia, qua uir uiro, mulier muliere abutitur, uel etiam uir muliere, & mulier uiro, quę omnia turpiora sunt, q̃ nominare liceat. Bestialitas, de quibus Leuiti. xviij. uide, cętera ad confessionem pertinent. Mollicies Sodomia Bestialitas

Vltra hæc sunt pollutiões nocturnæ, quæ de se non sunt peccatũ, licet lex Deu. xxiij. Si quis inter uos fuerit homo, q̃ nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra, & nõ reuertetur, priusq̃ ad uesperam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Hoc est mystice, sic pollutus (licet & ipse aliud significet) debet abstinere a cõmunione sanctorum, id est, sacramento, donec sol (id est, æstus & ardor relictus ex pollutione) sedatus fuerit, & sic lotus humili confessione accedere. Habet enim sæpius sui causam, quæ peccatũ est ut sunt crapula, ocium, sexus alterius conuersatio aut memoria. Pollutiones nocturnę nõ sunt peccatũ

Denicq; sunt etiam pollutiones uigilantiũ & diurnæ, sed inuoluntariæ, quæ irruunt multis, dum longe aliud agunt, ut dum fricantur, equitant, uehuntur, id est, sine causa sua, quos scriptura seminifluos uocat, ut Leui. xv.

Sequitur alter gradus mœchorum.

Qui est in uerbis, ut quidam turpissime loquuntur de carnalibus peccatis, contra Apostolum Ephe. quinto: Fornicatio autẽ & omnis immundicia, aut auaritia, nec nominet in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aũt stultiloquium, aut scurrilitas, qũæ ad rem nõ pertinent, sed magis gratiarũactio, id est, ne sit fama uos tales esse. Mœchi in uerbis.

Tria posuit uitia linguæ secundnm concupiscibilem, scilicet turpitudinem, quæ est ipsa obscœnitas, impudicitia, & inuerecundia uerborum. In qua dupliciter peccatur.

Primum ab ijs, qui de istis turpitudinibus uelut risum & consolationem in uicem sibi præstant, tanq̃ sit iucunda res, de qua loquũtur. Hic alius nihil aliud facit, q̃ ut ostendat q̃ obscœnus & ipse possit esse, omni turpitudine nomi/nans membra & opera membrorum. Alius uero historias ad hanc rem pertinentes, omni licẽtia recitat, tum ridetur, res optima uidetur, donec monachi & sacerdotes etiam adducantur cũ suis peccatis. Qui morbus heu q̃ dire hodie regnat in hospitijs & tabernis, ut piculosum aut saltẽ pœnitendũ sit aliquẽ religiosum uel pudicũ hominẽ peregre proficisci. Spurciloqui peccant

Obsecro per deum, uidete tamen quid isti faciant. Primum, si sunt Christiani, ut nominari uolunt, ita deberent diligere uerecundiam, ut nec paterentur ea nominari inter se, si prohibere possent. Secundo saltẽ dolerent, si nõ possent. Tertio super historias lapsorum, uel sacerdotum, uel religiosorum, uel principum, uel magistratuum (horum enim eo iucũdius recitantur uitia, quo efficacius & licentius præbent exemplum imitantibus) non secus dolere, q̃ suo proprio casu, sic enim requirit charitas, immo quo altior esset status, eo magis gemere & deum pro eis orare. Hoc enim esset Christianũ. Lapsis cõdolendũ ex charitate, non recitanda sunt uitia eorum.

Iam nunc uide q̃ longe sint a moribus Christianissimi, insulsissimi homines Primo non solũ hæc non faciunt, sicut certissime debent Christo: Verum secundo sese mutuo in rebus pessimis lætificãt. Tertio seipsos ad concupiscentiam fricant & prouocant his ignitis iaculis. Spurcarũ fabularũ narratores.

Quarto

Quarto alienam uitam ac famam polluunt detractione ista grauissima, mortuos putres reuelantes, qui mortuos sepelire debuerãt. Quinto, alienam & suam miseriam ac ruinam irrident, ac lætantur in sua perditione & aliorum.

Libidinans animus uulneratus est, & ridemus i sani.

Obsecro cogitate, si dominus dicit, quod de omni ocioso uerbo, quod locuti fuerint homines, rationem reddent in die iudicij, ubi isti quæso apparebũt? Væ uæ q̃ late regnat ista pestis. Similes sunt isti, Primo furiosis, immo quis tam furens in sua miseria & plaga rideat & gaudeat? Nonne miseria miseriarũ est? dolet ulcus, aut oculus, & non cessat querulus gemitus, & adeo nullus ridet, ut etiam ridentes uelut pessimos omniũ odiat ac detestetur, quæritur compatiens & adiuuans, aut consulens. Ecce autem titillat caro, immo grauissime dolet conscientia, deinde ruit ipsa uel anima alterius proximi, & adeo non quæritur compatiens aut consulens, adeo nõ doletur ac gemitur, ut etiam qui condoleat ac cõsulere uelit, aut prohibere, irrideatur, despiceatur, odiatur. Magne deus quando aperiemus oculos, ut cognoscamus quid sit mũdus? Nonne ista est peruersissima peruersitas? an non libido est uulnus supra omne uulnus? Nonne ulcus & plaga super omne uulnus & omnẽ plagam? Sicut Hiere. decimo dicit: Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autẽ dixi plane, hæc est infirmitas mea, & portabo eam. Et Esaiæ primo de populo Israel dicit: Vulnus & liuor & plaga tumens, nõ est circũligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Et iterum: A planta pedis usq; ad uerticem, nõ est in eo sanitas. Hæc sunt plagæ & uulnera non ab homine, sed a diabolo inflicta Vide itaq;, uulnus quod facit homo, ploratur: quod facit satan, ridetur, & dulcissimum habetur. Sed heu dulce pũtatur. Beatus autem ille, qui ipsum intelligit & aduertit esse uulnus amarissimũ, sicuti uere est. Nam licet eius amaritudo non sentiatur, sentietur tamen inæstimabiliter tandem in conscientia. Vnde Prouerbiorum quinto. Ne intenderis fallaciæ mulieris, (id est, carnis & sensualitatis) fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara quasi absynthiũ, & acuta sicut gladius biceps. Et uicesimo tertio: Ingredit blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut Basiliscus uenena diffundet. Ideo discamus per deum, quod in talibus uerbis ludere, ridere, iucundare, hoc idem est, quod de ꝓpria morte & miseria gaudere, quod nullus facit, nisi furiosus uel plusq; furiosus.

Prædicãtes uitia sua.

Secundo similes sunt ei, qui Marci quinto, Lucæ octauo, scribitur possessus a legione, qui sine uestimẽto, neq; in domo manebat, sed in monumentis, & catenis uinctus ac custoditus rupit catenas, & agebat a dæmonio in desertũ, & die ac nocte in monumẽtis & in mõtibus erat, clamãs & cõcidẽs sese lapidibus

Spero, quod si intelligerent turpiloqui suum uitium in isto describi, magis timerẽt. Quid est enim quod nudus erat, nisi quod turpiloquus etiam propriam ignominiam uerbis nudat? cum debuerit potius tegere, ut sanaretur. Deinde non manet in domo, scilicet cum uiuis, de rebus uiuentium agens, sed in monumentis cum mortuis agens, hoc est, quod uitia & mala aliorum recitat, & in illis totus uersatur: Nam monumentum mystice est memoriale mortui, (id est, fama & historia fœtida peccatoris, scilicet principis, religiosi, sacerdotis &c.) Item, Concidit seipsum lapidibus clamans, id est, quod sibiipsi nocet, ubi sibi uidetur plurimum, iucundeq; prodesse. Sic Esa. tertio: Peccatum suum non absconderunt, sed sicut Zodoma prædicauerũt, licet hoc de Pharisaica iustitia dictum sit in spiritu, tamen in litera etiam huc pertinet. Item legionem habet, ut nemo possit illic transire præ eorũ sq̃uitia, hoc est, quod illi multorũ dæmonum

dæmonum officium agunt, dum multis nocent. Et ubi sunt blādissimi, ibi sunt sæuissimi, ut nulli sit sine periculo, cum eis conuersari, ut & supra dixi. Scio autē quod nullus tam stultus sit & insensatus, quod si talem hominem uidisset ridere potuisset, sed potius fugisset quantū potuisset. Et tamen ridet & ridetur ille, cuius iste figura tm̄modo fuit. Deniq; & hoc ibi dictum fuit, quod nec catenis, nec custodijs potuit retineri, quin ageretur ruptis uinculis in deserta, nemo potuit eū domare. Hic prope consentit cū apostolo Iacobo, Nullus hominū potest linguam domare, ita nullius prohibitione, nullis uerbis euangelij coercentur illi, quin lingua indomita erumpant atq; uagentur, ubi solent, nudi, laceri, nudantes, laceranteſq; cæteros similiter. Et ut in detestabilissimum uitiū, etiā impure loquar, Nonne sues sunt bestiæ immundæ, quod stercora hominum deuorant? At illi in stercore suo & alieno linguam & dentes uersant. An est stercus corporis peius c̄q; stercus animæ? Oportet enim corā suibus suillū loqui, ut intelligant. Si ergo uideris porcum uorare oletum, intellige ecce, talem esse obscœnitatis & turpitudinis fabulatorem.

Apostolus sane dicit, quod inhonesta nostra abundantiūs honestamus, illi uero etiam honesta per inhonesta inhonorant. Quis autem ferat, ut alius reuelet cum risu sibi posteriora, aut pudenda seu ignominiā? At quæ ignominia maior, c̄q; sordes peccatorum in nobis & proximis? lex aūt prohibuit, ne proximorum ignominiam reuelemus.

Secundo etiam peccatur, obscœnitate, quando talia corā pueris & puellis innocentibus nominantur & dicuntur. Rei aūt sunt ommiū peccatorū, & mortiū quæ ex illis sequuntur. Aetas em̄ mollis & inexperta harū rerum, facillime polluitur, & quod peius est, tenacissime seruat audita turpia, sicut macula in purū & tenerum pannū cadēs tenacius hæret, c̄q; impurum aut rudiorem. quod & experientia didicerunt Gentiles, ut Horatius. Corā pueris & puellis parce loqui.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu. Et Iuuenalis.
Maxima debetur puero reuerentia, siquid
Turpe paras, huius tu ne contempseris annos.

Quid autem faciunt qui hoc agunt? Primum, utiq; cum magnum bonum sit ætatem teneram fouere, custodire, promouere in pudicitia & uerecundia, sicut dicitur, quod gratissimum sacrificium deo, est zelus animarum: omniū studia deberent eo uigilare, ut pueros & puellas custodirent & seruarēt, ne quid discerent, uiderent & audirent obscœnitatis, qui per se ardent medullis, nō cogitandum quomodo igne adiecto accendantur, sed potius aqua apposita extinguantur. Nō solū id nō faciūt, sed etiam proprijssimo dæmonū officio usi, corrumpūt innocuas animas suis pestiferis fabulis turpitudinis. Diabolus enim cotruptor mētium dicitur, sed non corrumpit, nisi ministerio linguæ illorum qui sunt ex parte illius & imitantur eum. Quomodo em̄ potest puer aut puella rursum eradicare uerbum turpe, quod semel audiuit? sed semē iactum est, & radicat in corde eius etiam inuito, deinde crescit in miras & incognitas cogitatiōes, quas nō audet confiteri, & tamē nescit eis carere. Væ autē tibi, qui huic simplici & ignarę huius rei mēti, hunc laborem, hoc periculum, & hoc uenenū infudisti, Corpus non uiolasti, sed animam incomparabiliter nobiliorem (quātum in te fuerit) constuprasti. Nam per aurem infudisti & impregnasti eam fœtu nocentissimo. Vnde Bapti. Mantua. Pueri & puellæ ardent.

Per sensus quasi per riuos, Venus acre uenenum,

Influit in mentem, quod si male cauta recepit,
Vulnus agit sola diuum medicabile dextra.

Igitur obscœnitas istorum maior est q̃ illorũ, quod iam non sit tantummodo obscœnitas, sed cedes innocẽtium animarũ, & de familia Herodis, qui occidit multos pueros in Bethleem Iudæ. Sed uide, nõne ita est, quod nullus pater possit sustinere, ut filij sui occiderentur corpore? quod ergo tibi in corpore tuorum filiorũ fieri nolles, quare id audes in animabus filiorum alterius, immo dei, perpetrare? Recte S. Lodouicus rex Frãciæ a sua matre didicit, quod filios suos mallet corporaliter uidere occidi, q̃ mortaliter peccare. Sic enim & mater quoq; ad eum dixerat. Sed satis dire illis dominus minatur Matth. xviij. terribiliter dicẽs: Qui aũt scandalizauerit unũ de pusillis istis, qui credunt in me, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vide quanta cura sit Christo de parruulis & innocentibus, quod nouam pœnã illis decernit, qui eos offendunt, de nullis enim alijs talem pœnam dictauit. Nimirũ uolẽs, q̃d noua & singulari pœna præ cæteris sint cruciandi. denicq; sequit̃ Væ mundo ab scandalis. Necesse est enim ut scandala ueniant, uerũtamẽ uæ homini per quem scandalum uenit. Et infra, Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis, dico enim uobis, quia angeli eorum in cœlis, semper uident faciẽ patris mei, qui est in cœlis. Ecce saltem angelorũ intuitu uult parci pueris, & reuerentiam illis haberi. Quod si illos ideo castos dixerit quis, quia uerbis ludunt, re sunt casti, sicut eorum pater Ouidius quoq; mentitur,

Crede mihi mores distant a carmine nostro.
Vita probata mihi, Musa iocosa mihi.

Respondet Christus, os eorũ compescens: Ex abundantia cordis os loquitur, Qualis arbor, talia & folia.

Puerorũ ętas reuerenda.

Hæc est etiam ecclesiæ ruina tota, si enim unq; debet reflorere, necesse est, ut a puerorum institutiõe exordium fiat. Hæc de obscœnitate dicta sint. De stultiloquio uero & scurrilitate ad hunc locũ nõ pertinet, quam q̃ illa duo nũc apud honestissimos & religiosissimo adeo dominent̃, ut eo ipso uelint honesti uideri quo stultiloqui & scurriles sunt.

Eccl̃iæ reformatio in pueris incipiẽda.

Stultiloquiũ aũt est uniuersæ ociosę fabulæ, in quibus nihil eruditionis & scientiæ, ut ipsemet exponit, quæ ad rẽ (inquit) nõ pertinẽt. idem uocat Christus uerbũ ociosum. ideo non nisi utilia, aut necessaria sunt dicẽda. Tales sunt fabulę aniles, & neniæ puellares, Historię plebani de Calẽberg, Dietrich von Bern Et disputationes de rebus longinquis & extra nos positis. Quod genº sunt etiã opiniones philosophorum, & glossæ super Aristotelem, Garrulitates dialecticæ, somnia Astrologorum. Stultiloquium enim uocat, quia non sapientiæ, sed stultitiæ uerba sint.

Stultiloquiũ est Aristotelis studium.

Facetiæ non uituperantur

Eutrapelia seu scurrilitas, quæ est facetia seu urbanitas, quã Aristoteles uirtutẽ esse putat, qñ scilicet nõ turpia neq; stulta, sed iucũda & erudita simul dicunt̃ ut utilitas intret sub dulcedine comitatis. Itaq; comitas seu affabilitas, seu urbanitas, seu facetia talis quæ fit, ut tristes atq; tentati in spiritu recreent̃, laudabilis est. uerum quæ fit sine causa, tantum ad consolatiunculam uanitatis & carnis, præsertim cũ huius semper non sit nisi leuitas causa, & sola libido fabulãdi atq; ridendi moueat ad illam, non conuenit Christianis. Sic em̃ & B. Aug. in cõfess. confitetur, Quod nugari cum amicis sit parum Christianum, q̃ Christianorũ res & uerba habere debeant solida & magna seria, plenamq; grauitatẽ, & autoritatẽ, ut Psal. ait, In populo graui laudabo te. Porro hæc ipsa nugacitas & eutrapelia

Christianos seria decent, nec inter amicos nugæ.

trapelia, tanto fit peior, quanto fit in rebus sacratioribus, ut nõnulli importunissima leuitate, abutunt sacre scripturæ dictis ad eã leuitatẽ, & ridicule iucunde eã torquentes illuc, ubi suam quærũt uanitatem, cum sacris illis uerbis summa & reuerẽtia & terror debeatur semper & ubiq;.

Tertius gradus Mœchorum, qui est in signis, quorũm unũ domin⁹ expressit dicens: Qui uiderit mulierem ac concupiscendum &c. Ecce uisus ipse, qui signum sit concupiscentiæ, adulteriũ est. Nõne durissima lex Christi? sed ideo saniſſima & immaculata, conuertens animas. In hoc autem omnia alia signa cõprehenduntur, cũ uisus sit minimum & subtilissimum, unde posuerunt aliqui quinq; lineas amoris, Videre impudice.

Visus, colloquium, tactus, post oscula, factum.

Atq; hic colloquium etiam aliud intelligitur, q̃ id quod est turpiloquiũ, & tactus similiter, item & oscula. Sed de singulis latius. Sunt autẽ plura, ut uisus, auditus, colloquiũ, literæ, internũcia, tactus, amplexus, risus, oscula. Nõ q̃ tot sint adulteria singillatim, quot signa quis fecerit, potest eẽ uno adulterio hęc omnia signa facere, alioquin opus ipsum semper esset triplex adulterium, cum sine tactu & concupiscentia non fiat.

Visus itaq; primum, Hoc autem est uelocissimũ & frequentissimum omniũ illorum signorum, quia longius, latius, citiusq; officium suũ agit, pleraq; & clarius percipit. Ideo tam multa in scripturis de oculorum custodia dicuntur, cum nullus sensus tam facile & tot obiectis irritetur, nec aliorum sensuum aliquis tã atrociter uulnerat animam: tanto enim profundius figit in cor, quanto clarius cognoscit, ita ut sit prouerbium: Quod oculus uidet, cor non fallit. Et Horatius Segnius irritant demissa per aurem, Oculorum custodia.

Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Et iterum,

Valdius oblectant &c.

Vt patet experientia, quia nunq; sic mouetur qui de morte audit, sicut qui uidet, nec tantũ mouetur qui turpia audit & carnalia atq; mundana, quantũ qui uidet. Exemplum esto Alipius S. Augu. contubernalis, de quo. vj. Confess. scribit: Quod cum inuitus duceretur ad spectaculũ clausis oculis despiciens, tñ postea apertis, ita raptus est, ut multos quoq; adduceret postea & ipse. Visu uincuntur & fortes.

Quo circa in iuuenibus & uirginibus ut summus decor est, oculorum inclinatio & depressio, ita summũ uituperium euagatio & incustodia, ita ut aliqui si gnũ corruptionis dent, oculorum euagationes, & uerũ est. Eccle. uicesimosexto: Fornicatio mulieris in extollentia oculorũ & in palpebris illius agnoscetur &c. Vide ibidem. Aut est signũ iam corruptæ, aut facillime corruptibilis mulieris. Nã quæ syncære casta est, non intendit in uultũ uiri, sed confunditur, ut de Rebecca Gene. uicesimoquarto dicitur, quod conspecto Isaac sponso suo tulit peplum suum, & operuit sese. Oculorum iactus corruptiõis signũ.

Item igit̃ de quodã sancto uiro, qui cũ S. Antonio uenisset Rhomam oculis clausis, nihil de tanta ciuitate uidere uoluit, nisi ecclesiam sancti Petri.

Item de Syluano legitur similiter, quod semper uelatis oculis incedebat, neq; solem hunc uidere uoluit.

Itẽ Iob. xxiij. dicit: Pepigi fœdus cũ oculis meis, ut ne cogitarẽ de uirgine (id est, iuuencula.) Econtra Dina egressa ut uideret mulieres regiõis illi⁹, corrupta est. Et Bern. dũ quãdã fœminã fixe fuisset intuit⁹, graui ultione seip̃m coercuit Et B. Benedict⁹ ex uisa in seculo fœmina, grauissime fuit tentatus. Itẽ quid contigerit Dauid ex aspectu Bersabeæ, & filijs Israel ex Moabitarum aspectu: Nu-

me.xiij.Item alius tentatus a muliere uisa, cum mortuam audisset,de putredine cadaueris illius sanauit concupiscentiam.Idcirco uisus nō tantū in præsenti cōcupiscentiā mouet,sed etiam memoria fixus ex præteritis diu,mirandas suscitat tentationes. Ideo dicit Hiere. Treno.iij. Oculus meus deprædatus est animā meā. Et iterū Hiere.ix.Mors intrauit per fenestras nostras.Et.ij.Per.ij. Oculos habentes plenos adulterij.Ecce quomodo adulteriū in oculos ponit. Itē Eua primo mota est uisu pomi,quod esset pulchrum &c.

Et de filijs dei Gene.sexto scribit,quod uisu ceciderūt:Vidētes filij dei, filias hominum,quod essent pulchræ,acceperūt sibi uxores, quascunq; elegerant.

Vnde & sapiens docet:Noli intēdere in faciē uirginis,ne cōfundat te uultus eius. Item econtra:Nec puella in faciē iuuenis,propter simile periculum.

Hinc dicit Ioannes,Quod omne quod est in mundo,est concupiscentia carnis & oculorum,& superbia uitæ.Concupiscentia oculorum intelligitur curiositas,multa experiendi & cognoscendi per sensus.

Mulier amari quærit.

Legit de S.Elisabeth,q̄ maritū suum in ecclesia q̄ndoq; iucundius intuita subito fuit a dño correpta. Quid illis fiet,qui in ecclesia fere nihil aliud agunt, q̄ illud Ouidij, Spectatū ueniunt,ueniunt spectent ut ipsæ,nihil nisi uidere,uideri,concupiscere,cōcupisci.At sane quodam uelut naturę ingenio, proprium est mulieribus,quod amant concupisci & amari,uiris uero cōcupiscere & amare,licet & utrunq; fiat,ut mulier insaniat cōcupiscendo,& amando,& uir quærendo concupisci & amari.

Sensus nostri noxij sunt.

Mira itaq; miseria,quod sensus proprij sunt tā noxij nobis,ita ut uere dixerit Christus:Inimici hominis domestici eius(.i.sensus) Et psalmo. xxxvij.Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterūt. Quid ēm facit oculorum curiositas,nisi quod aduersus animam pugnat?

Sensualitas serpens.

Vnde & B.Augu.uocat sensualitatem serpentē, quod sit lubrica & mobilis multis obiectis,figurata per serpentem in paradiso. Vide itaq;,quomodo odiū nostri & abnegationē nostri nō gratis docuerit Christus in euangelio ut odiamus oculos & omnes sensus, omniaq; membra, quoniā captiuam ducant animam in legem peccati,præsertim oculos. unde Ecclesiast.triceſimoprimo:Ne quius oculo quid creatum est?

Oculus insatiabilis est.

Verum non hoc tantūmodo malum est,quod per oculum facit concupiscentia,sed etiam quia non saturat, ut Eccle.primo.Non saturat oculus uisu.Et prouer.uiceſimoseptimo:Infernus & perditio nunq; implentur. Similiter & oculi hominū insatiabiles.Quid ergo ꝓdest oculorū cupiditatē irritare,& finito initio uidendi,infinitū desyderiū,& nullū finē prouocare?Melius est statim ab initio uisum coercere,anteq; dilatet uoraginē suæ cupiditatis,quā explere nō possis.

Igitur ut B.August.in regula:Nec uos dicatis habere animos pudicos,si oculos habeatis impudicos.Impudicus enim oculus,impudici cordis est nuncius. Nullus ergo p̄sumat,quod non sit adulter,si opere cesset,oculo tñ cōcupiscat.

Hæc de primo & maiore signo.

Auditus impurus.

Aliud est auditus,quo indicat concupiscentia intus ardens,ut qui uel prouocant dici nel cantari turpia (& ij sunt peiores)uel qui tacite & libenter audiunt etiam si non prouocent,delectantur enim in illis,neq; auertuntur, ut ab immū dicia & nocumento. Tertij etiam possunt esse qui nō prohibent, nec arguūt huiusmodi audientem,aut melioribus instruunt,neq; coram eis increpant atq; abominantur talia,ut terrerent audientes,omissiōe scilicet ij peccant, quod nō sunt sollicīti salutis proximi, & perditionis eius negligentes, atq; minus q̄ debent cu/

bent curiosi. Tertium, est colloquium, scilicet cū muliere uel uiro: nam concupiscētia id agit, ut fabulentur, salutent, tractentq; secū, licet honesta quādoq; sed non causa honesta. Inde eñ risus, ioci, fabulæ, colloquia, tantūmodo ut placeant sibi mutuo, & sese prouocent ad amorem sui mutuum. Et hoc uitium mulieres impense laborant, dum amant. In puella autem non tantū hęc, sed omnis prorsus uerbositas turpissima est. Nec est signū constantis uirginitatis aut castitatis, si sit puella loquacula & garrula, præsertim cum iuuenibus. Nam ecce B. Virgo quāto textu angeli conuēta, nō tñ nisi id dixit: Quomodo fiet istud &c. sed neq;, ut ait beatus Ambrosius resalutauit salutantem. Proinde quæ libenter uolunt audiri in cantu, aut loquela, rursumq; audire cantum, uel colloquiū alterius sexus, quid aliud nisi eiusdem sexus concupiscentia sese ardere probant? Si non arderent, nihil colloquium aut aspectum curarent, sicut alia non curant quorū affectu non tenent. At nunc puellæ plurimę tota leuitate huc feruntur.

Colloquium incendit amorem.

Puella loquacula.

Quartū, tactus, ut sunt manuū traditio & amplexus, quę & honeste quidē fieri possunt in specie, tamen cū concupiscentia intus mouēte. Hic iam ignis libidinis acriter incendit, ut etiam B. Hierony. dicat, quod tactu ipso statim sexum intelligit concupiscētia, ideo q; longissime fugiendus tactus, sicut legit de quodā Papa (non memini nūc nomen) quod data manu pro more osculanda, cū ex osculo mulieris sensisset titillationem, manū pręcidi sibi permiserit.

Tactus miri/fice inflāmat.

Quintū, est osculū, quod transeamus: hæc aūt signa nusq; aguntur & fiūt uehementius, q; in choreis publicis: mirū, quot & quanta ibi fiāt peccata, quid ibi uisus & auditus hauriat, quid tactus & colloquium pariat, breuiter mūdus est mundus, immo immundus, & inimicus dei: nec est quærēdum bonū quod deo placeat in mundo, peccatum super peccatū ibi urget & addit, ira dei ibi cernitur intensa nimis, & tamen ridet, saltatur, gaudetur tanq; in rebus parum nocentibus, immo bonis & utilibus.

Osculum: Chori saltatium.

Sextum signū & quidem non leue, est ipse ornatus peregrinus & nouus, qui nunc tot inuentionibus, artibus, studijs feruet, ut nihil nisi furiosum possis dicere mundū: cum tamen nulla sit causa, nisi ut placeant & conforment sese mūdo Necessitas eñ aut utilitas, immo & honestas (quæ solæ sunt causæ iustæ) nō requirit talia, modicisq; contenta est: quis aūt satis de illis potest dicere, cū sint inaudita genera sumptus & uestiū? sed acre malum & fomes libidinis sunt ista, licet nihil curent: credo q; tandem nudi incedent, cum iam seminudi incedant: sed sine, dabitur nostris sua moribus ætas: peruenit ita dei super mundū in finē, & beatus qui intelligit, quoniā uere ira dei in illos peruenit. Omitto hic etiā amantiū, id est, amentium furores, qui nocturnis officijs, amatriculis suis, ludo cantu, musica seruiūt, & omnia tentant, ut placeant: hic etiam ipsi mundo stultas stultitias agunt, ideo transimus illa.

Vestes & cultus nouus & pegrinus arguitur.

Quartus demum gradus est, ipsa interna concupiscentia de qua satis supra dictum est, qua nemo caret in hac uita, sed tamē hoc ipso saluamur, quod ei nō consentitur, ut Rhoma. vj. Neq; exhibeatis membra uestra seruire peccato, ut obediatis cōcupiscentijs eius: quanq; enim lex dei immaculata requirit, ut prorsus nulla sit concupiscentia, sed tota & omnino immaculata mundicia, tamen misericordia dei interim sustinet, & gratā habet dissensionem noui hominis intus, ne dominetur nostri omnis iniustitia. Hæc iugiter est mortificanda, gemitu, uigilijs, labore, oratione, humiliatione, & alijs partibus crucis, tandem ipsa morte.

Interna cōcupiscētia mortificanda.

Ex quibus omnibus patet, quod hoc præceptum nō solum nō est negatiuū,

Non mœchaberis, præceptū est affirmatiuum.

nisi in facie tātum uerborum & litera, sed maxime affirmatiuum, quia præcipit scilicet Castitatem & continentiam purissimam intus & foris: quis aūt sapiat tā stulte, ut castitatem neget esse rem affirmatiuam? sed negatiue præcipitur, dum prohibetur libido, ut purissima sine omni mixtione libidinis pręcepta intelligatur, ut Psal. xj. Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatū, probatum terræ, purgatum septuplum.

Ac per hoc iam patet, quomodo per legem fit cognitio peccati, quia concupiscentiā nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret, non concupisces, Roma. vij. scilicet quia solum opus peccatum putabatur. Igitur non satis est, ut opere non mœcheris, non satis, quod uerbo sis pūdicus & aspectu, aut alio quouis signo, immo nec hoc satis, quod corde nō consentias, nisi etiā tandē purus fias ab ipsis motibus malis, intus ebullientibus: ideo non nisi gemitus pro gratia dei sup est cum Apostolo Roma. septimo: Infelix ego homo, quis liberabit me de morte corporis huius?

PRAECEPTVM SEPTIMVM,

NON FVRTVM FACIES.

Spūalis intelligentia.

AVdiuimus quod præceptum quintum, Non occides, prohibuit offensionem proximi in sua propria persona. Sextum autem, Non mœchaberis, offensionem eiusdem in persona sociali, eademq; carne. Et utrunq; tam in opere q̄ corde, tam affectu q̄ effectu: ita ut satis constet, q̄ spiritualis intelligentia istorum præceptorum negatiuorum sit ista affirmatiua, ut mites & casti simus, intus & foris, prorsus sine omni, tam amaritudine iræ, q̄ dulcedine cōcupiscentiæ. Quæ duo sine charitate spiritus haberi prorsus nō possunt, quia sunt fructus spūs. j. Corin. xiij. & Gal. v. Ideo plenitudo legis est dilectio. Hæc enim est mitis, & nulli nocet, immo omnib⁹ prodest, & prodesse cupit. Est etiā casta & sancta, ideo neminem polluit.

Duplex intellectus.

Sequitur nunc prohibitio offensionis in rebus proximi, quod æque sine charitate fieri non potest, saltem in spiritu. Vnde & hic quoq; notādum, quod hoc præceptum dupliciter intelligitur.

Literalis.

Primo ad literam & secundū sonū uocis, sic solummodo opus ipsum furti hic prohibetur, quia dicit: non facies furtum, non utiq; ait: Non doceas, non ostendas, non cupias, sed, non facies. sic Iudæi intellexerūt, & superbi facti sunt in iustícia sua, tanq̄ non essent rei præuaricationis. Vnde cum ipse Lucæ. xvj. huius præcepti ueram daret intelligentiam, dicens: Non potestis deo seruire & mammonæ. &, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: audiebāt hæc omnia pharisæi, qui erant auari, & deridebāt eū. & ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est apud deum. Ecce quomodo corda requirit in iustificatione præceptorum suorū: deniq; sequitur ibidem, quomodo spiritualis sit lex, dicens Lex & prophetæ usq; ad Ioannem: Ex eo regnum dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit. facilius est autem cœlum & terram pręterire, q̄ de lege unum apicem cadere. Ecce uiolentia opus est in dei præceptis, quia tantum cortex uerborum, sed nec unus apex præteribit &c.

Iudæi.

Deus cor requirit in præceptorū iustificatione.

Spiritualis. Pauper fidelis intelligunt.

Secundo ad spiritum & secundū intentionē præcipientis, sic omnem cupiditatem hic prohibet cordis, ita quod sit impossibile impleri illud, nisi sis pauper spiritu

ſpiritu, ut Mathæi.v. Beati ſpiritu pauperes. proinde in Pſalmis, proprio uelut nomine, fideles Chriſti uocantur pauperes. Pal'.ix. Dum ſuperbit impius, incendit̃ pauper. Et iterũ: Et factus eſt dñs refugium pauperi. &, quoniam nõ in finẽ obliuio erit pauperis, patientia pauperũ nõ peribit in finẽ. Igitur ſpiritꝰ huius literæ eſt paupertas in ſpiritu. quare manifeſte patet, ꝙ ſine gratia dei nullus implet hanc legem, cũ ſit homo naturaliter cupidus uitio primi peccati. Paupertas in ſpiritu.

Corollarium ſequitur.

Quod legis huius in litera ipletio, eſt nihil aliud, niſi decipula quædã. Pſal.v. Quoniã non eſt in ore eorum ueritas, cor eorũ uanum eſt. Heb.ſic: Qm̃ nõ eſt in ore eorũ rectũ (quia docet. ſ. umbrã & literã operis tantũmodo in præcepto) interiora eorum inſidiæ (quia decipiuntur, dũ ſeſe iuſtos credũt, falſi ſpecie operum, ut non agnoſcant malũ ſuæ cupiditatis) ideo non gemunt pro gratia, nec peccatum confitentur, ſed ſtant ſecuri. Ideo Rho.ij. contra eos dicit: Qui doces non furandum, furaris, ſcilicet cupiditate, licet non opere. Cupiditates ſuas neſciunt

Iuriſtæ aũt hoc præceptum non adeo late exponunt, ſed manent in limitibus furti, uerum coram deo, quicquid agit uoluntas, facere dicitur, etiam ſi opus nõ ſequatur. Scrutatur em̃ deus renes & corda, Pſal.vij. Ideo nos in totam latitudinem operũ eamus, quæ cupiditas perficit: ſed heu quãta eſt latitudo deus bone Quis enim auariciæ & ſpecierum eius uituperia non audiuit. Igitur primum opus eſt ſecundum ſonum textus, ipſum furtum. hoc rurſum in quinq; ſpecies, ſcilicet furtum ſimplex, ſacrilegium, peculatus, abigeatus, plagiatus, de quibus Iuriſtæ. Nam hoc præceptũ ſecundum literam copioſiſſime & diligẽtiſſime tractant in omnibus ſpeciebus, teſte proprio eorum ſermone, quod iuridica facultas ſit de pane lucrando: tolle meum & tuũ, & nullo iure opus fuerit, & ſane inſi nitum negocium præbet iſta cupiditas hominibus eiuſmodi. Igitur furtũ eſt rei alienæ uſurpatio, domino inuito & ignorante: quod ſi ſit in rebus priuatorũ eſt furtum ſimplex: ſi in rebus ſacris, ſacrilegiũ: ſi in republica, peculatꝰ: ſi in ablatione iumentorum & pecorũ, abigeatus. ſi in ablatione hominũ, plagiatus. Voluntas coram deo perpẽditur. Furti uaria genera. Iuridica facultas. Furtum. Sacrilegium. Peculatus. Abigeatus Plagium.

Hos quinq; gradus dire puniunt leges hodie, ut notum eſt. Olim uero in lege furtum non puniebatur ultione mortis, ut Exodi.xxij. ſed pro oue una, quatuor, & pro boue uno quinq; reddebant, ſi tamen uendiderat aut occiderat. Si autem adhuc integra apud eum reperiebantur, duplũ tantum reddebatur, quod ſi reddere non habuit, ipſe uenũdabatur. Hæc certe lex adhuc bona eſſet, nimis enim rigidum eſt, ne dicam iniquũ, pro rebus uitam auferre, & animam pro ui ctu tolli. Nonne corpus melius eſt ꝙ̃ ueſtimẽtum, & anima plus ꝙ̃ eſca? Vnde & Prouerbiorum ſexto, legem Moyſi ſecutus, ait. Non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit. & hoc eſt uerum, ſi ſolum fuerit furtum. Vnde ſequitur: quale intelligat furtum. d. Furatur enim, ut eſurientem impleat animam, deprehenſusq; reddit ſeptuplũ, & omnẽ ſubſtantiã domus ſuæ tradet, & liberabit ſe: qui aũt adulter eſt, propter inopiam cordis perdet animam ſuam. Iniquum eſt propter res ſublatas, hominem occidere.

At adulteriũ hodie mitiſſime plectitur, magna certe iniquitate. furti intenſa pœna, quæ potiuꝰ laxari debuit ꝙ̃ adulterij, maxime furtum, quod inopia corporis ſit & penuria. Adulterium grauius furto

Porro ſacrilegium adhuc atrocius omnibus punitur, ſcilicet rota, cum tamen ſit eadẽ res ſacra & prophana, quo ad preciũ & uſum, uerũ reuerẽtia ſacrorũ neglecta, tam acriter caſtigatur. Sed & hic ſuperſtitioſiſſimus eſt præſidentium rigor, qui nihil ita fulminãt, atq; execrantur, ut recularũ ſuarũ, reddituũ, poſſeſſionũ, auri ſcilicet & argenti uſurpatores, hic ſunt centies Argi: & quidem uigilantiſſimis Sacrilegium mira atrocitate punitur.

Iudicum seueritas rigida i furto, in maioribus floccescit.

tissimis uigilātiores. Verum quod interim tot milia negligunt animarū, quod stupris adulteriis, reliquisq; libidinū portentis totā fœdant ecclesiam, præter insatiabilis auaritiæ auernum, cum simoniis suis ac dolis & fraudibus infinitis, nemo punit, sed potius honorant qui faciunt. An forte ideo leuiora tā grauiter puniunt, quod tam grauia non ad illos, sed ad deum pertinent grauissime puniri? Et id certe credo uerum, quod deus sibi uindictam seruat eo duriorē in grauissimis, quo ipsi grauiorem exercent in leuioribus. Quanto tutius agerent, ut furibus & sacrilegis parcerent, sicut sibi uolunt parci a deo. At si illis parcerent, iā certe ipsa penuria cogerent & ipsi melius uiuere: nō parcunt igit, ne sibi quoq; parcatur apud deum: sed sine illos, cæci sunt. De reliquis tribus furtis remitto ad Ciuiles iuristas.

Nobiles nūc insigniores sunt rapinis.

Secundum opus, est latrocinium, quod a furto ea differt grauitate, quod non ignorante domino, sed præsente & manifesta ui rapit alienum: tamen magis raptores q̄ latrones ij uocādi sunt, quod latrocinium inuoluit homicidium. Hoc peccatū autē nūc decus & titulus est nobilium, & in illis quandoq; puniuntur qui sese defendere nequeūt, aut resistere. Satis hoc peccatū negociatores, & grauitatem eius nouerunt, qui ex eo aliquando doluerunt.

Vsurarius est fur publicus & sanguisuga populi.

Tertiū opus, est usura: de quo Cato Censor Rhomanus, fures priuati in nereo & compede uitam agūt, publici uero in auro & purpura: unde usurarius sanguisuga populi dicitur: Et similitudine describit tali, ut uermis in pomo uel nuce, totū intus uastat, ita usurarius substātiam ciuitatis deuorat, miris & occultis modis: quo uitio adeo ludęi laborant, ut etiā sibi licere, immo iuberi ex lege putēt, ubi dicitur Deute. xxiij. Non fœnerabis fatri tuo ad usuram pecuniam, nec fruges, nec quālibet aliam rem, sed alieno: fratri aūt tuo absq; usura id quod indiget, commodabis: hoc ludęorum duriciæ tunc permissum fuit, ut eo libentius abstinerent ab usura in ludæos, quo licentius potuerunt in gentiles At Christiani non paruo gradu peiores sunt iudæis, quod etiam fratribus suis fœnerant, & tam frequens hoc malū, ut etiā inter raras iusti laudes ponat. Psal. xiiij. Qui pecuniam suā non dedit ad usurā: quod si abstinēt multi, timore abstinent non corde. Auaritia enim pestis est profundissima.

Quartum est fraus in negocio. de qua. j. Thessa. iiij. Ne quis circūueniat in negocio fratrem suū, quoniam uin dex est deus de ijs omnibus: sed hoc tam latum est, ut nunc non possit per singula discurri: quomodo em̄ singula artificia & negocia cū suis excessibus, medijs, defectibus commemorem?

Quæ uultis ut faciant uobis hoies, & uos facite illis.

Idcirco oībus in genere illa regula charitatis seruāda est, quam dūs Matth. vij. ponit: Quæ uultis ut faciāt uobis homines, & uos facite illis. quare in omni tractatu necessariū est unicuiq;, ut ꝓspiciat prius quō secū uellet agi, si esset in alterius loco, ita faciat & ipse, & tutus erit, hæc uocatur lex naturæ, immo est charitatis. Charitas em̄ est quæ cōsyderat quæ sunt aliorū, & priꝰ inspicit quid sibi uelit fieri, ut sic faciat proximo: ideo em̄ dns addidit, dicens: Hæc em̄ est lex & prophetæ: sed lex & prophetæ sola charitate implentur, ideo si est lex naturæ, est naturæ sanæ & incorruptę, quę idem est cum charitate. Qui autem hanc regulam præterit, facile etiam fraudem perficit, anteq; aduertat, quoniā periculū fidei est in omni negocio, nisi ui aliqua seruet & industria.

Mūdus nihil aliud q̄ mutua rerum rapina.

At quanta est hodie fraudis copia? omnis domus & platea plena est, & omnes de ea queruntur: Nam & rustici alioqui rudes, ad fraudem sunt instructissimi. Et sane hoc unū etiam preceptū satis indicat quid sit mūdus, cū sit nō nisi rapina mutua rerū. Et q̄d magis dolēdū est, ea nūc cōsuetudine fraus agit, ut ne cō

scientiam

scientiam quidē inde patiātur, quin bene se fecisse sibi uideant̄, si alter alterum illuserit & imposuerit: sed uæ mundo. Igitur tu curre per singula officia artiū & numera fraudes, cū quotidie excogitent̄ nouæ: ut sit piculi res plenissima, cū hoībus agere: lucē uertunt intenebras, & tenebras in lucem: denicp obtinuit, ut omnes uenditores pluris exponant, & emptores minoris accipiant, cp res sit in proprio p̄cio, scilicet, quia usu fallēdi mutuo, nullus alteri credit primis uerbis.

Quod aūt dictū est de operibus huius præcepti, & de spirituali intelligentia eius, quod scilicet paupertas spiritus sit eius uera intētio, ut mortificet̄ insatiabilis illa bestia, auri sacra fames, auaritia, philargyria, & cupiditas, radix omnium malorū, ut Apostolus ait: quæ infinitos hodie laqueos tetendit & auget semp: non intelligendū est de paupertate in effectu, sed affectu. Nam & mendici ac religiosi possunt esse ditissimi cupiditate & auaritia interna, maximicp fures corā deo, dū inuidēt habentibus, & cupiūt eorū facultates. Et Apl'us uocat hoc uitiū Idololatriā, sicut Psal'. lxxvij. dicit, cp seruierūt sculptilibus Canaan, id est, denarijs. Nam Canaan mercator & negotiator dicitur, cuius sculptilia quæ alia possumus figurata credere, cp aurū & argentū signatū, monetatum & conflatum? Paupertas in spū p̄cipit.

Denicp cp sint cultores auri, & serui eius, etiā Psal'. lxxv. habet, d. Et nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarū in manibus suis. Non, ait, diuitiæ uirorū, sed, uiri diuitiarum: ut possessos uiros, possidentes diuitias intelligas: illi seruant, istæ seruant̄: ideo illi serui, istæ dominę.

Igitur ut cōcludamus (cū sit omnibus notissimū hoc uitiū) breuiter hoc præceptū impletur, si non solū ex opere abstineas, immo nec satis est, corde non cupias, nisi & æquissimo aīo feras, tua tibi auferri: nā nihil ꝓdest, si aliena non cupias, tua autem impie diligas. Sicut in quinto præcepto in seipsum quis potest occisor fieri, etiā si nullū aliū occidat, aut nemini sit iratus. Et in sexto, cū ꝓpria uxore adulter esse, ut dictū est, ita & in proprijs rebus etiā fur & auarus esse potest, dum nimis tenaciter diligit sua: quācp qui seipsum occidit, quis eū credat nō etiā aliū occisurum esse, aut uitam ei saltem inuidere? Et qui cum propria coniuge abutitur libidine, quis præsumat quod non alienā pollutat, saltē concupiscentia, cum sit totus libidine furens? Ita qui sua nimiū diligit, quis credet quod nō etiā aliena cōcupiscat? Igitur neuter esse debet in bonis quibuscūcp, si abeūt, ne tristet̄: si ueniant, ne lætetur, secundū illud Psal. lxj. Nolite sperare in iniquitate & rapinas nolite cōcupiscere. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Hoc aūt uitiata natura nō habet, sed oportet illud in Christo haurire, qui ꝓ nobis pauper factus est. Immo nec hoc gradu sit cōtentus, sed uideat etiā, ut de suis bonis magis uelit alijs impartire, cp aliena cōcupiscere: nā hoc habet charitas, quę sola est impletrix legis, ut non solum longissime abstineat a rebus proximi, sed etiam proxima fiat conferendo res suas, si potest commode: nam id sine dubio quilibet sibi fieri uellet, scilicet ut sibi tribuerēt̄, & nemo sua cuperet, sed omnia candide fauerent. Nec potest regula melior tradi in hoc præcepto, tā perplexis negocijs dato, cp ut quilibet, in quocūcp negocio cum proximo egerit, ante oīa corā oculis ponat hoc dictū Christi, scilicet spirituale interpretamētum omniū præceptorum: Quod uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Et illud Tobiæ: Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris: hoc em̄ aspecto facile quiuis erudiet̄, quid & quomodo agere debebit in quocūcp casu huius latissimi præcepti. Furtū in hūc modū caueť. Fur, etiam in ꝓprijs rebus. Imptire sua proximo. Spūalis interpretatio oīm præceptorū.

Nam si tibi faues diuitias, nō autem proximo tuo, iam non habes charitatem, sed cupiditatem, & peccasti in hoc præceptum. Es enim fur coram deo, quia id quod proximo debes, scilicet fauorem rerum, abstulisti ab eo.

Ex qui/

Ex quibus patet, ꝙ multi deteſtentur fures & furta, ipſi multo maiores, cum ſine gratia nullus ſit, cui⁹ cor non inquinetur auaritia. uerũ illos fures ſtrangulat Imperator, hos uero ip̃e perdet omniũ creator. Vnde nec iſtud præceptum pure eſt negatiuũ, immo affirmatiuiſſimũ, ſcilicet, ut ſit homo larg⁹, facilis liberalis in proximũ, qualis eſſe nõ poteſt, niſi ſit puriſſimus a furto in ſpiritu. ideo negatio illa expreſſior eſt, ꝙ affirmatiua, cum poſſit aliquis eſſe quidem liberalis, ut in ſtatu incipientium, ſed tamen nõ ſine cupiditate, ideo nondum perfecte legis huius impletor, qui debet eſſe puriſſime liberalis.

Præceptũ hoc affirmatiuũ eſt.

Luſores ſunt fures.

De luſoribus etiam quæritur, an ſit fures, & ad reſtitutionẽ teneantur. Quod luſores cupiditate & auaritia peccent (qui ſaltẽ propter lucra ludunt) ac per hoc coram deo fures ſint, alienæq; facultatis appetiores, manifeſtiſſimum eſt. Nullus enim cum alio ludit, ut ſua illi tribuere uelit (id em̃ ſine ludo facere poteſt) Nec ut ſua amittat, nec ut alienum uelut ſuũ quærat lucrũ, ac per hoc ludus ſemper eſt contra charitatem, & ſecũdum cupiditatem, quia quærit quæ ſua ſunt cũ damno alterius, & ſaltem nõ ita quę ſunt alterius, ſicut quæ ſua ſunt.

Luſores non tenẽtur ad reſtitutionem.

Attamen non tenetur ad reſtitutionem, quia corã hominibus non rapit, nec uſurpat rem alienam inuito domino, ſed conſentiente per pactũ ludi. uterq; em̃ ponit ſua in periculum, faciens, & uolens: ideo qui amittit, ſcienter & uolenter amittit. lex enim iuſtiſſima eſt, ut qui amat periculum, pereat in illo: niſi forte p fraudem luſerint.

Optima tamen pœna foret, ſi poſſet fieri, ut uterq; amitteret, hoc enim eſſet ius ludi uerũ, quia uterq; cum periculo ſuo cupiditatẽ erga proximum exercet. Aut certe, ut fiſcus principalis utriq; tolleret lucrũ, eo ꝙ contra edictũ & Canonem eccleſiæ agant ludendo. Quod autem nõ ſit neceſſe reſtitui, patet, quia nõ eſſet alia cauſa, niſi quia cum peccato & contra legem acquiritur lucrũ eiuſmodi: ſed ſi omne tale eſt reſtituendum. quod cum peccato acquiritur, iam etiã meretrices, immo omnia alia mercatorũ & negociatorum, quæ mendacijs, periurijs (ſecluſa tamen fraude erga proximũ, & dolo in re quæ tractatur) cupiditate uenduntur & emuntur, eſſent reſtituenda, quod eſt abſurdiſſimũ: quia in ijs nõ eſt facta iniuria proximo, ſed deo & legi, ideo tenetur ad reſtitutionem, non rei acquiſitæ, ſed uolũtatis ſuę malæ, quam ibi expleuit, quod fit per contritionem & pœnitentiam. Eodem modo de ſacerdotibus & religioſis, uel non orãtib⁹ ſeu ſatisfacientibus, uel pluralia beneficia poſſidentibus, non tenent ad reſtitutionem, ſed ad pœnitentiã de abuſu, quia Papa habet poteſtatem illa bona conferendi, tu tantũmodo uideris, qui impetras uel te ingeris. olim trahebantur fugientes ad ſacerdotia, ideo a populo diligebantur: nunc irruunt retrahente populo, ideo odiuntur, ſed hæc auaritia hodie horribiliter creſcit in beneficiorũ occupatione. at ſi ſine fraude impetrentur, non eſt reſtitutio faciẽda. Quanq; ſine fraude ſeip̃m ingerere, præſertim ad officia curarũ, nõ uideẽ ſatis poſſibile. fraudatur em̃ Papa & populus, ſi non fuerit talis, qualis requiritur. At quis hoc de ſeipſo audeat affirmare? & tamen non pudet pro ſeipſo ſupplicare.

Sacerdotes plurales tenẽtur ad pœnitentiã, & nõ ad ſatisfactionem.

In ſacerdotia ſe ingerentes

Tandem & contractus reemptionis in magnum damnũ tõtius mundi, nunc auaritiæ ſeruit, cũ ideo cenſus emantur, ut lucra augeſcant, & certa fiat ſubſtantia ſine labore & periculo, non ut deo liberius ſeruiant, aut neceſſitate prouideant, cũ tñ intentio Papæ fuiſſe & eſſe uideat, nõ ut ocio uacẽt, nã labor & ſolicitudo oĩbus impoſita ſunt. Gene. iij. In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Et Iob. v. Homo natus ad laborẽ, ſicut auis ad uolandũ. Igit̃ aliq̃t cauſas aſſigne

Reditus pecuniarij.

Emẽdorũ redituum iuſtæ cauſæ.

mus

mus iuste cēsus emēdi, si scilicet sunt primo senes, pueri, infirmi: ꝝ enim satis habent laboris ex ipsa uita sua. Secūdo, Si sunt alio labore occupati, scilicet qui deo seruiunt, ut religiosi, sacerdotes, prælati, studio uerboꝝ dei uacātes. Et qui communitati seruiunt, & alienæ necessitati, ut Principes, senatus, præsidētes oppidis, uillis. Alioquin si deꝰ unicuiꝝ secūdū suū laborē redditurꝰ est, qd recipiēt ociosi, q pecunia sua nō nisi ad lucrū, lucro nō nisi ad otiū, otio nō nisi ad delicias, delicijs nō nisi ad peccatū abutunt? Nō ergo illi sunt securi, qui tantummodo sibi seruiunt censibus emptis. Nō quod emere census adeo sit malum, sed ꝙ auaritiæ in hoc seruire, nec aliud ꝙ diuitias securas quærere, peccatum est.

PRAECEPTVM OCTAVVM.

NON LOQVERIS CONTRA PROXIMVM TVVM FALSVM TESTIMONIVM.

Vitium linguæ, quam apostolus Iacobus mundū iniquitatis appellat, omniū post cor membrorū est peccaminosissimū, nec ullū mēbrū tot spēbꝰ peccat excepto corde, qd oībꝰ spēbus peccat. Nā linguæ uitiū in iurādo, ꝓmittēdo, orādo, docēdo, nomē dei assumēdo &c. Prima tabula in secūdo p̄cepto ꝓhibitū, id est omne uerbū qd contra deū directe peccat. Itē prohibitū est tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, & nunc octauo, prorsus per omnia præcepta, præter. j. ix. x. quæ solum animū tangunt. Nam cōtra tertium agitur, non orando, gratias agendo, legendo die festo, Quartū parentes supbe alloquendo, irreuerēter respondendo, exprobrando &c. Quintū, maledicendo, detrahendo, crimināndo &c. Sextū, impudice loquendo. Septimū furandi consiliū, exhortationē, excusationem, defensionem dando. Octauū, nunc ut uidebitur mētiendo, adulando &c. Igitur sicut prohibitū est nocumētū personæ propriæ, personarum attinentium, rerum corporalium. Ita nunc bonorū quæ sunt in fama, laude, honore, nomine prohibetur nocumentum.

Linguæ uitia uaria sunt.

Contra hoc præceptum peccant,

Primo & proprijssime docti, maxime aūt Theologi & uniuersi, qui falsa tradunt discipulis, & utriꝝ dupliciter. s. uel scienter uel ignoranter, & secundū hoc grauius peccant, uel leuius. De Theologis primū, quia ij grauissime omniū peccant cōtra hoc præceptum, quando scripturā sanctā & uerbū dei peruertunt, & falsē exponunt, uel aptant non recte. Hinc em̄ fit, ut falsē dictū, occidat animas, aut saltē discrutiet infelices conscientias. De primis horū sunt hęretici & Monij Singulares, qui dei uerba suis sensibus aptant, & in sui obsequiū captiuant cū deberent cōtra. & hoc in ijs, quæ pertinēt ad fidem & salutē. hoc tam magnū peccatū reputatur apud deū, ut nullū aliud in scripturis frequentius acriuscꝝ arguatur per oēs figuras & prophetias. Vnde Psal. iiij. Filij hominū usqꝝquo gra/ ui corde, ut quid diligitis uanitatē, & quæritis mendaciū? Et quinto. Odisti omnes qui operantur iniquitatē, perdes oēs qui loquunt̄ mēdaciū. Vbi de talibus magistris loquitur, ut patet infra: Decidant a cogitationibus suis, i. studijs &c. Et Psal. primo, Beatus uir qui non abijt in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Et ubicunꝝ de dolosis, linguaꝝ dolosa loquitur, hos pseudomartyres, id est, falsos testes taxat.

Theologi & qui falsa docent, peccant cōtra octauū præceptum.

Hæretici, Monij.

Dico ergo, Nunquid excusantur, cum faciant id pia intentione & zelo dei? Sic enim sese hæretici solent excusare, ut nostri uicini Pighardi Boemiæ. Respondet

Superbia est non zelus in temerātibus scripturam.

ſpondetur q̄ non, immo eo magis accuſantur, quia ex ſuperbia procedit iſte zelus, quod doceri nolunt & audire, ſuiipſius magiſtri facti. Vnde Rhoma. x. Teſtimoniū perhibeo illis, quia zelum dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Et Gala. iiij. Quicunq; uos perturbat, iudicium ſuum portabit. Et primo. Qui aliud euangelizauerit, anathema ſit &c. Tales enim habent bonum zelum, ſed non timent, ſunt em̄ de tali zelo ſecuri, quaſi non errent, quod pie intendant, & garriunt, quod omne peccatum eſt uoluntarium, & intētio nominat opus. At nos, inquiunt, bonam intentionem & uoluntatem piam habemus, & ita fiunt obſtinati & ſecuri.

Boni nihil nouant.

Quibus reſpondetur, quod habent peſſimam uoluntatem & uenenoſiſſimā intentionem, non dico eam, q̄ ſentiunt & allegant, ſed profundiorē illam, qua ſuperbi ſunt, & nolunt aliud audire, q̄ ſuam intentionem bonam, nec credere alij, q̄ ſuæ piæ uoluntati. hanc enim intimam ſuam ſuperbiā non uidentes, ueſtiunt eam ficta & uiolenta intentione, bona & pia uolūtate. Vera enim bona intentio, & radicaliter bona uoluntas, nunq̄ ſtat ſecura & ſine timore. ueretur enim omnia opera ſua cū Iob, immo uerba & cogitata. ideo nulli adhæret bonæ ſuæ uoluntati & piæ intentioni, ſemper paratior alijs cedere, q̄ ſibi credere, quantūcunq; ſpecioſiſſima ſua ſit intentio. quo timore fit, ut nihil noui moliat, ſeruet unitatem, cuſtodiat pacem, & augeat concordiam.

Per opa ſatisfacientes.

Secundi, Qui & ſi falſa non doceant, ut occidant, tamen ſuperficialiter, ac minus q̄ debent, docent, ideo ſunt crucifixores conſcientiarum, & tortores animarum, ut ſunt ij, qui ſalua fide Chriſti iuſtitia operum docent, raro fidem, ſepius opera. de quibus mihi uidetur Apocal. ix. dicere, Quod locuſtæ non occiderēt homines, ſed cruciarent eos menſibus quinq̄, quia ſcilicet docent, per opera ſatisfieri pro peccatis, & tamē per hæc nunq̄ habent quietem conſcientiarū, quā ſola fides Chriſti donat.

SACRA ſcriptura in timore tractetur.

Quo circa, cum ſcriptura ſancta uelit in timore & humilitate tractari, & magis ſtudio pię orationis penetrari, q̄ acumine ingenij: impoſſibile eſt quod ſine damno ſint, uel ſuo proprio, uel aliorum, quos docent, qui nudo ingenio freti, in eam irruunt illotis pedibus, ſicut porci, tanq̄ ſit humana quædā ſcientia: adeo nullo reuerentiæ diſcrimine uerſantur in illa. Inde ueniūt tot promptuli ad docendum, qui ſtatim cognita Grammatica, Theologiam ſine omni ſtudio profitentur, dicentes. Hem Biblia res facilis eſt: maxime autem id faciunt, qui diſtenderunt, uētrem ſuū ſiliquis illis porcorum, id eſt, Philoſophorum. Vnde de eis

Scriptura habet cereū naſum.

conqueritur B. Hieronymus, quod arbitrio ſuo trahunt repugnantem ſcripturam, & iam prouerbium factū eſt, ſcripturam habere cereum naſum. Hoc effecerunt inſulſi illi, & inepti ſomniatores, ludentes in ſenſu literali, allegorico, morali, anagogico, & uocant̄ Doctores ſcholaſtici, & hoc propriſſimo uero q̄ nomine. Scholaſtici enim ſunt, id eſt, ludicri & luſores, immo & illuſores tā ſui q̄ aliorum, qui neq̄ quid ſit litera, neq̄ quid ſpiritus, cognouerunt. Et ferēdū erat tale ſtudium in quadruplici illa expoſitione ſcripturæ, ſi modo tanq̄ rudimenta haberentur pro incipientibus. Nunc uero totius faſtigium eruditiōis in iſto ludo ſtatuunt, nec unq̄ ad uerum intellectū pertingūt, qui ſine puritate cordis nunq̄ poteſt attingi. Illam autem quadrigam uerſant etiā impiſſimi. Vide B. Hierony. in prologo Bibliæ, de eadem temeritate tractātium ſcripturas.

Doctores ſcholaſtici

De Iuriſtis

Iureconſulti calumniatores ſunt.

Secundo, ij enim ad literam contra hoc præceptum agunt, quando in Labyrintho ſuo (id eſt foro contentioſo) nihil aliud quærunt q̄ uictoriam, omnia allegant,

legant, quærũt, accipiũt, quæ pro se faciant, cõtra partem aduersariã: ubi nouo miraculo, unus & idem textus seruit contrarijs causis, & factum est hoc studiũ periculis pleniſſimum. Sed dicunt: Nemo tenetur seipsum confiteri & accusare. Quid autem dicit dominus: Non loqueris falsum testimonium aduersus proximum tuum, cum hoc pro te alleges quod contra illũm est, quem scis iustam causam habere?

Sed habent luristæ priuilegium magnum, ut nulli contra eos loqui, aut eos iudicare liceat: id autem est, quod nemo recte arguit, quod nõ intelligit. At iuris intellectus est infinitus & inexhaustus, neq; est repertus luriſta, qui omnia norit: idcirco si non ante de is licet iudicare, q̃ omnia eorum intellecta fuerint nunq̃ licebit iudicare: semper enim dicent, non esse intellectũ quod arguitur. Iureconsulti redargui nõ possũt, ut ipsis uidetur.

Vnum tamen dicendũ, quod & ipsa habent iura, licet neglectiſſimũ, scilicet quod finis, uita, uirtus omnium legum est pax, charitas, concordia, quæ si quis non intendit, legibus nõ utitur, sed abutitur. Qui enim ideo quærit effugium in gloſſa, cõtra textum, ut litem proroget & augeat, putas ne uiuam legem habet? Immo literam mortis quærit, & cõtra pacem laborat. At hoc ipsum q̃ non fecerit hodie, mirum si diu luriſta reputetur, aut dives efficiatur. Si em̃ tantum quæreret pacem, quantũ litem, nõ tot libris, laboribusq̃ foret opus. Iureconsulti ad pacẽ deberet laborare

Igitur noli in faciem uerborum intẽdere, nec quo & quomodo ea possis torquere & ponderare, sed uide quo ipsa respiciant, nempe ad finem litis & iurgiorum mortem.

At hic digniſſime consyderandũ capitulum. vj. Corint. prima, ubi Apostolus reprehendit, quod propter secularia, id est, temporalia & uictualia, iudicia haberent, & non magis fraudem paterentur. Item Christus iubet, etiam palliũ dari auferenti tunicam &c. Sed dicitur q̃ sunt cõsilia, nõ præcepta, nisi ad præparationẽ animi. Ego autẽ illam præparationem animi mirabilẽ nõ intelligo, quæ nunq̃ procedit & puenit ad opus. Et B. Augusti. qui exemplum Christi adducit, q̃ corã Anna accipiens alapã, non p̃buerit & aliam, meo iudicio non recte intelligitur, ac per hoc male defendunt ipsi. Iure cõtendere nõ est christiani.

Huc forte p̃tinere potest, & illud miserũ genus hominũ, quod sese p philosophiæ Aristotelis falsiſſimũ nomẽ decipit & fatigat, cum Aristotelẽ neq; intelligãt ipsi, neq; doceantur, falsis interim & fictis cõmentarijs pias in Christo animas occupant & onerant, immo illudunt potius, dum credunt hoc esse philosophiam quod non est, merasq̃ sectantur nugas. Aristotelis philosophiã nõ intelligũt

Et multo sunt ipsis Poetæ ac quicũq̃ fabulatores fortunatiores, ꝓpterea q̃ Poetæ (ut B. Aug. dicit) & si recitẽt fabulas, nõ tñ credũt eas esse ueras, sola uoluptate uanitatis delectati: illi autẽ credunt, ueras esse suas fabulas: Nam si meo cõsilio Aristoteles legeretur, certe uel in medio anno disci posset ab ingenio mediocri. Legeret autẽ nõ sicut hucusq̃ lectus est, ea si de & religione, qua sacrę literę, immo amplius, sed sic ut alia quæcũq̃ leuis & extranea materia, tm̃ ut sciret, nõ ut defenderet. Vere em̃ sumus seducti p Aristotelẽ & cõmenta eius, atq̃ si aliud nõ esset, hoc unũ satis erat argumentũ, q̃ tot sectæ & capita sint in ista bestia gentili, simili Hydræ in Lerna: nam ibi sũt THOMISTAE, SCHOTISTAE, ALBERTISTAE, MODERNI, & factus est quadriceps Aristoteles, & regnũ in seipsum diuisum: & mirũ quod nõ desolet, sed prope est ut desolet. Quomodo ergo potest fieri, ut ueritas sit in tanta opinionũ cõfusione? cũ em̃ sint cõtrariæ, necesse est ut & falsæ. Meras nugas sectantẽ Poetarũ studiosi, feliciores sophistis. Aristoteles discendus, ut intelligatur, nõ ut defendatur. Aristoteles nocet Christo.

Sed si isti doctores & magistri peccãt, & cõtra hoc mandatũ agunt, ubi manebunt illi somniatores, & perditum genus hominum, qui prædicãt falsa mi-

Falsa miracula p̄dicantes

racula, mendaces legẽdas, ostentãt fictas reliquias, friuolas suas uisiones? Hic aliquis impudenti fronte iactat se cum Christo & matre eius locutum & risisse, puto etiam saltasse. Hic habet fœnum, in quo Christus iacuit, quod tamen hoc anno natum est, & raptum in horreo. Audiui ego factũ, quod mulier quædã (diabolo incitante, deoq; uolẽte, ut illuderet eiusmodi superstitionis quendam fatuum cultorẽ) pubem suam totondit, & illi porrexit, suadens quod essent capilli S. Catherinæ, trans mare aduecti: credidit ille cucul⁹, & p reliquijs osculandos præbuit & uenerandos. Et ecce quid fit? Cœpit etiã miracula operari pubes illa turpitudinis, nec immerito, ut fallantur mendacijs, qui non colunt ueritatẽ. Ecce hæc cũ sint tam impura & impudentia, ut nec coram pudicis referri possunt, tamen fiunt. Igitur ij loquuntur falsum testimonium, non contra homines, sed cõtra deum, & sanctos iam regnantes. Tale & illud est, quod nuper quidam ostendisse dicitur fœnum, quod fortuitu inuenit, dicens esse fœnum, in quo Christus, seu nescio quis sanctus dormierit. Ista ergo fabulamenta indocti passim sacerdotes, sed plus monachi stationarij multiplicant. Et pastores non parum delectantur fabulis legendarum & indulgẽtiarum, & omnium quæ dici possunt, præter euangelium: quia illa lucrosa sunt, dum populus a ueritate auditum auertit, ad fabulas conuersus. Sed uæ uæ atq; uæ iterũ talibus fabulatoribus. Opus hic esset maxima reformatione ecclesiæ, ut prorsus nihil, quantumcq; pium & bonum, prædicari permitteretur, nisi quod authenticum & canonizatum esset: nam sub tali pietatis specie pariter illa monstra fabularum intrauerunt, ut prædicatores ecclesiastici prope superent Poetas gentiles fabulis & mendacijs. Immo ausim dicere, nec tutũ satis esse, quod probatæ legendæ & miracula sic prædicentur, ut inde ueniat usus omittendi euangelium. Sunt enim non principalis pars sermonis habendæ, sed tantummodo interspergendæ euangelio, ubi ad propositum faciant, & non integro sermone tractandæ.

Pubes naturę muliebris miracula cœpit facere.

Fœnũ ī quo Christus iacuit.

Monachi stationarij.

Euãgeliũ nõ placet, alioq; omnia.

Fabulosissimi sunt concionatores.

Secundo prohibetur omne mendacium, hoc est, falsum testimonium cõtra proximum. Est autem triplex, locosum, officiosum, pernicioſum, secundum B. Augu. locosum proprie non est mendaciũ, quia statim percipitur esse mendacium, nemoq; fallitur: & ille etiam qui sic mentitur, intẽdit sic loqui, ut appareat falsε loqui & nugari. Est tamen peccatum, scilicet turpiloquiũ, seu scurrilitas & uaniloquium.

Contingit autem, quod aliqui tam rudes sint, ut tali etiã fallantur, maxime quando in religionibus fit iste iocus, ut cum dicitur: Si rem perdidisti, da cali dam similam pro eleemosyna, & salem benedictum desuper pone, scilicet super rem perditam, & inuenies: quod rudes intelligũt super similam, & credũt se inuenturos, & similia multa.

Iocosum mẽdacium.

Officiosum non est mortale.

Officiosum, quod causa officij (id est, obsequij) fit ad salutem & utilitatẽ suam, uel alterius, sine damno alicuius, ut sit pudicitia fœminæ periclitaretur, & aliquis negaret esse eam, ubi est, uel aliud simile. Tale mendaciũ dixerunt obstetrices Hebræarum mulierũ in Aegypto. Item Michol uxor Dauid ad Saul uide ibidem utrãq; suo loco historiã. An autem eo sit utendum, Respondit B. Augu. q; non, sed dicat uerum quantum potest alijs uerbis, ut de quodam Episcopo dicit li. de mendacio, qui iudici quærenti reum, qui ad se confugerat, respondit: Nec mentiar, nec prodam: non tamẽ est peccatum mortale, maxime quando rationabili causa fit, & perturbatione subita.

Pernicioſum (id est, damnosum) quia ad damnũ alterius falsum dicitur, & fallit

fallit sic mentiens, proximū, sicut nō uellet ipse falli, de quo dominus per Zacha. Loquimini ueritatē unusquisq; cū proximo suo. Et iterum: Pacē & ueritatem diligite &c. Hæc enim sunt, quæ placent mihi. Hoc malū in negocijs, tractatibus, pactis, fœderibus, literis, sigillis, & omni cōuersatiōe hominū hodie latissime, pestilentissime, potētissime regnat, secundū illud Osee: Mendacium furtum &c. inundauerūt, quia homines obliuiscunt illius regulæ: Quod tibi uis fieri, fac & alteri: & quod nolis, ne feceris, excæcati cupiditate ppria &c.

Mendacium est contra naturam hois.

Vide autē monstrū humani cordis, etiam si omnia alia peccata hominē non fœdarēt, hoc solū uitium maxime est cōtra naturā hominis. Primū: Quid em omnis homo magis, q̄ scire desyderat natura? quid magis horret q̄ falli? sicut ait B. Augu. q̄ anima nihil adeo desyderet, ut ueritatem, & tamen facit contra homo, & libenter.

Mentiri, conuitiū atrox.

Deinde etiam si gula, uel luxuria, ira, inuidia, acedia, auaritia, cū multis bestijs conuenit, hoc tamē uitio eas superat cum diabolo, quod solus homo mendax est, & diabolus pater eius: soli enim homini ratio & sermo data sunt, quorum officiū est, ueritatē dicere. Et hinc credo, q̄ inter omnia conuitia nullū sit acrius, q̄ si quis dicatur in faciē mentiri. Vrit enim hoc conuitiū, plusq̄ si luxuriosus, ebriosus, iracūdus, superbus dicatur: puto quod natura ideo facilius sentit, quia innaturalissimum uitium est homini, denicq̄ humanę societatis maximus hostis est mendacium.

Adulatio. Adulatores oēs sumus

Tertio peccat contra hoc mandatū: Adulatione, sub qua susurro, bilinguis, & tertia lingua, & omnia mala linguæ, alia uide præcepto quinto. Hoc autem uitio nullus hominū uacuus est, nisi sit qui cito uelit occidi, & omniū odia mereri, puta qui recta cordis institutione, nulli tacet ueritatē, secundū illud Psal. xiiij. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus (id est, nō timet ullū hominē malū, quantūlibet sit potens, dives, sapiens, iustus, nō enim accipit psonas, nec respicit faciē) rursus timētes glorificat, quantūlibet sint infirmi & pauperes, atq̄ stulti. Idcirco aut adulandū est mundo, aut odiū sustinendū a mūdo quod in Christo & in omnibus sanctis satis nobis monstratū est. Hoc autē uitium licet passim dominet, tamē in aulis principū & Pontificū, totis castris triumphat. Ibi em sunt qui mollibus uestiunt, & teneras habēt auriculas, & certe nō est in mundo locus, a quo adulatio debeat abesse longius, & tamē ibi est frequentior & potentior: siquidē seductio principis in malū, aut retractio a bono, necesse est omnibus subiectis noceat. neq̄ est nocentior pestis regnorū & prouinciarū, q̄ adulator in aula. Quid em querimur de bellis, aut gladijs, aut armis? Adulatoris lingua sup omnes gladios est: deberēt itaq̄ ab aulis q̄ maxime repelli, & grauissime puniri. Legitur de Alexandro Rho. Impera. adeo infenso adulatoribus, ut cū uideret coram sese molliori gestu aliquē adulantē, non dimitteret impunitū, uel si maior erat, saltē derisum. Et Diogenes interrogatus, quæ nam ferarum esset nocentissima, respondit, inter feras tyrannus, inter cicures adulator.

Aulæ principū & pōtificū cum.

Adulatorū nocētissima pestis.

Horū duces & exempla in scripturis sunt tarde repta, forte ob detestationē uitij huius. nā primus & insignior ceteris est Doech Idumæus, qui. j. Reg. xix. & infra Sauli in oībus adulatus, causa fuit cędis oīm sacerdotū in Nobe. sed & multa alia mala Dauid parauit. Hūc sequunt Ziphei, pditores Dauid. Tandē Siba seruus Miphiboseth, q etiā Dauid regē decepit. Sed attēdāt quo fine Doech cōsumptus est cū Saule, cui adulabat, sed & filius eius patris adulationem infeliciter imitatus. ij. Reg. j. statim a Dauid occisus est. Vnde & Psal. lj.

totus eundem Doech fulminat. Quid gloriaris in malitia &c. Audiant adulatores quod sequit: Dilexisti uerba præcipitatiõis, linguã dolosam, ꝓpterea deus destruet te in finem, & euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuã de terra uiuentiũ. Vide q̃ exaggerata imprecatione persequit adulatorem. Diligũt enim uerba præcipitationis, id est, quibus præcipitent, pessundent, absorbeãt proximos suos apud principes, ut ipsi tantummodo dominentur & placeant &c.

Iure consulti & notarij.

Vltimo peccatur falso testimonio, in iudicio publico, de quo & supra dictũ est. Hic autem Iuristarũ, Notariorũ, patronorũ, aduocatorũ, iudicum periculũ agitur. Hic iura ipsa sanctissima rosæ patiuntur cõditionẽ, ex qua colligit mel apis, uenenum aranea: & dicũt pulchre sese excusantes: Vigilanti iura subueniunt. Et iterum: Confugiendũ est ad remedia iuris. Hæc sunt duæ regulæ uehementer utiles. Primo ad prorogandã iustitiam, deinde ad seminandã litem, tertio ad implendũ marsupiũ causidicorũ: non quod regulæ illæ malæ aut falsæ sint, sed quod fere nunq̃ bono usui seruiant, quod patet, si aduertas, qd ipsi intelligant per Remediũ iuris, & uigilanti ad iura. Nempe id scilicet, quod cũ uel teste cõscientia pessimã habeat quis causam, uel saltem dubiã, nõ hic audit consilium spiritus, tene certum, dimitte incertum, immo id cogitat tantũ, quomodo ex causa pessima faciat optimam, uidelicet quod ægrotat, ideo remedia iuris illi adhibet: & hoc est uigilare eorum: uigilant enim super iniquitatẽ, ait propheta. Ita fit ut ex eodem textu iuris, unus uenenũ, iniquitates defendẽs alius mel, iustitiæ patrocinans, hauriat.

Iura uigilãtibus subueniunt.

Iura ambas ptes defẽdũt

Hic autẽ quid dicam? nisi ut miseriam Christianorum deplorem, qui omne studium suum conuerterunt ad lites, iudicia, forum, nec ullus dignat hic illud Christi attendere, quod uultis ut faciãt uobis homines, & uos facite illis.

Obsecro te homo, tenta, proba, interroga teipsum, si quando habes causam cum proximo, nonne uelles ut te dimitteret in pace, non litigaret tecum, ut cederet tibi? Hoc ergo uis ut faciat tibi homo alter? Cur nõ facis & tu eidem, & cedis? At inquis, consilium est, non præceptũ. Respondeo, quomodo est consilium & non præceptũ, quando Christus statim addidit: Hęc enim lex & prophetæ? nunquid lex est consilium? ergo nullum restat præceptum? nulla lex? Quid hinc sequitur, nisi quod & Christi & naturæ legẽ obliti, in medijs agamus tenebris? idcirco periculosissimũ est studiũ iuris hodie, cum nõ seruiat ad pacem, ad lites componendas, sed suscitandas, prolongandasq̃.

Iura cõtra ꝓcepta christi.

Studiũ iuris periculosiss./mum.

At dicis, Si sic facere oporteret, cito futurũ est, ut pedibus cõculcemur, & oĩa rapiantur quæ habemus. Hic dico, hoc est quod uult scriptura. Ideo enim pupillos, orphanos & uiduas, paupes & oppressos nos uocat: Quod scilicet euãgeliũ seruantes, patimur plura mala ꝓpter uerbũ eius, nõ uindicãtes, nõ retaliantes, immo etiã orantes pro persequentibus & calumniantibus nobis, ut simus filij patris nostri, qui est in cœlis, quia & ipse benignus est super ingratos & malos. Et deberemus gaudere, nos esse pupillorũ nomine dignos, quoniã protector eorũ est Christus: quod si repetimus & litigamus, quãdo erimus pupilli? Verũ & hæc salutaria ꝓcepta, nobis in cõsilia mutauerũt, dicẽtes, quod secundũ præparationẽ intelligenda sint animi, & nõ attendunt, quod assidue ueniũt casus, præparationẽ illã in opus extendi, & tñ nõ faciunt. Atq̃ hic uide dei potentissimã sapientiã & sapientissimã potentiam. Ipse dixit: Verba mea nõ transibũt, & unũ iota nõ præteribit a lege, donec oĩa fiant: uide inquã quomodo uerũ sit, ipse dixit & facta sunt. Illi qui nolũt auferẽti palliũ, & tunicã

Præcepta in consilia mutãt theologi.

dare

dare, coguntur etiam camisiam illi dare inuiti, quia non dederunt tunicam uolentes: & per illos inuitos impletur mandatum, quod per spontaneos non potuit. Frequentissime fit enim, dum duo super re quapiam contendunt, per amicum pactum quilibet alteri cedens, ambo accepta rei parte, cõtenti forent, ubi dum litigant, longe plura consumũt, & in causidicos profundunt duplo, q̃ cogerentur cessisse alteri partium. Quid? quod aliqui ultra rei summam, duplam etiam consumũt, & tamẽ etiã illam perdunt. Hic cantari tempus est: iustus es domine, & rectũ iudiciũ tuum. da causidico ingrato, alieno, irridente te, uiginti florenos pro lite, qui noluisti fratri cedere decem florenos pro pace. Quis est hic reprehendendus, nisi tu omniũ cæcissimus, qui pecuniam profundis indignis cum peccato, quam cum merito poteras relinquere fratri aduersario tuo, quem deus dignum iudicarat, ut haberet? Quod si triumphaueris, tamen cum peccato habes triumphum, & in morte utroq; nudus inuenieris. Litiũ proro/gatores.

Verum hæc dicta sint de priuatis: nam publicæ personæ debent uigilare, ut nulli fiat iniuria, & requisiti uindicare illatam. Requirere autẽ permittitur infirmis, prohibetur autem Christianis. Infirmis permittit, christianis phibeẽ iure agere.

Vltimo notandum, quod sicut apostolus Petrus ait: Nemo patiatur ut fur aut malefactor, id est, non debet fateri sibi iuste fieri, si sit innocens, sed culpam ablatori denunciare, & penes illum relinquere aculeum conscientiæ. Sic enim sancti martyres, Attalus cum suis accusati, quod infantes uorarent in occultis omnes Christiani constanter negauerũt usq; ad mortem. Sic Zacharias a Ioa rege occisus, dixit, uideat dominus & iudicet. Et S. Thomas Cantuariensis occisus est, non quia nollet res auferri, sed quia iustitiam ablatores habere negauit: nam utiq; permisit auferri res, neq; resistit ullo modo. Quin S. Stephanus quoq; adeo negauit suos p̃secutores iuste agere, ut etiam pro peccato eorum oraret. Sic S. Hieronymus scribit de muliere septies percussa, quod mortem & omnia alia non timuit, sed innocentiã secum uoluit ferre. Immo ideo Christus Malacho respõdit dure, & negauit se male locũtum, ne iuste ille sibi uideretur feciſſe: ideo etiam respondit Caiphæ se esse filium dei, & falsum testimonium illorum confutauit, & tamẽ uitam sibi auferri permisit, immo uoluit, ut ita & nos rem relinquamus, iustitiam seruemus. Malcho durerñdit, ne sibi uideret iust⁹

Recapitulemus itaq;, & in summã ducamus: Hoc præceptũ tũc implemus, quando nõ solum falsum testimoniũ non loquimur, sed nec de aliquo dici uolumus audire aut p̃mittere (sicut faciunt qui credunt, uel adulatoribus, uel cõsentiunt detractoribus) immo adhuc reus est huius mãdati, si nõ omni studio sollicitus sit fratris iniuriam, infamiã, ignominiã excusare, tegere, aut saltem si nõ amplius potest, extenuare, cõtradicere infamãtibus, accusantibus, detrahẽtibus. sic enim sibi uellet quisq; fieri: & sic erit filius spiritus dei, qui paracletus uocat̃, q̃a loquit̃ bona p̃ nobis, & dat testimoniũ spiritui nostro bonũ, cõtra omnia testimonia diaboli & cõscientiæ: deinde ut etiã doceat ignorantes deũ, deiq; uoluntatem, moneat errantes, resistat decipientibus & hæreticis, ac alijs mentiũ deceptoribus, ut Apostolus ait. Quare hoc p̃ceptũ requirit ueracem, iustam, salutarẽ, innoxiã, & omnino totam fraternis officijs deditam linguam atq; id ex intimo cordis fauore: hæc est charitas quæ nõ agit perperã, nõ æmulatur. Igitur & si nõ sit necesse cõfiteri sacerdoti, si fratrem nõ excusaueris accusatum, fœdatũ falso testimonio, oppressum adulatiõe, uel detractatiõe, forte contentus, q̃d tu nõ ea feceris, certe corã deo reus argueris tam impij silentij, & male ociantis linguæ, quæ in hanc fratris tui necessitatẽ & seruitutem tibi data est. Excusandus frater.

 At rursus

At rursus si id feceris, omnia in te irritabis, & mox occideris. Et id est, quod de us uult, ut quantocyus propter uerbum eius e mũdo eijciamur, & occidamur, & coronã iustitiæ quãtocyus accipiamus. Hæc est uera & spiritualis huius pr̃cepti intelligentia.

PRAECEPTVM IX. ET X.

NON CONCVPISCES DOMVM PROXIMI TVI, nec desyderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

HAec sunt in sexto & septimo inclusa, quia secũdũ expositionẽ Christi, ibidem prohibetur omne desyderiũ & cõcupiscentia uxoris & rei proximi: nam qui uiderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Deinde auaritiam & cupiditatẽ adeo damnauit, ut etiã tunicam dandam iuberet ei, qui palliũ abstulerit. Verũ uidetur meo iudicio istis duobus p̃ceptis, phiberi ipse fomes, & inuincibilis cupiditas, ipsa inquã radix malarum cogitationũ, ut scilicet sexto & septimo intelligant̃ prohibiti cõsensus cordis, & signum membrorum, uerbum oris, & opus corporis mali, hic uero etiam ipsi primi motus una cum fomite, qui est origo illorum. Nam oportet nos ita puros fieri, anteq; in regnum cœlorum ueniamus, ut nec motus mali in nobis sint, nec ullus fomes ad malum inclinans, sed perfecta sanitas corporis & animę, ab omni prorsus uitio, quod sane in hac uita non fiet, nec est in potestate nostra. Quis enim gloriabitur se mũdum habere cor? quis hunc ignem intimissimũ extinguet? cũ Apostolus clamet aduersus hãc membrorum legem, & legem peccati. Ideoq; oculos, aures, omnesq; sensus intus & foris cohibemus, ne regnet peccatum in nobis, sed concupiscentiam nullus cohibere potest. Ideo denicq; deus misericors statuit corpus nostrum in puluerem redigere, & per ignẽ uniuersalem incinerare, ut cõsumatur omne uitium carnis nostræ per ignem, adeo odit deus hãc immunditiam. Et hinc sequit̃, quod sola ista duo sunt præcepta, quæ a nullo quãtumlibet sancto, aliquo modo implentur: Cætera omnia implent, quia opus, uerbum, cõsensum, fortiter opprimunt, sed hic manent rei & peccatores, quia nihil de istis præceptis implent, cum sint infecti inuincibili cõcupiscentia carnis & rerum, ideo omnes peccant, & egent gloria dei, ideo omnes orant: Sanctificetur nomen tuum, fiat uolũtas tua: Dimitte nobis debita nostra: Ideo oms̃ desperãt in meritis suis, timore suæ immũditiæ, & confidũt de misericordia dei, ut sic beneplacitum stet dei sup timentes eum, & sperantes in misericordia eius.

Cupiditas & fomes prohibetur.

Puritas intrãtiũ regnũ cœlorũ sit sine malo motu.

Hæc duo pr̃cepta a nullo q̃libet sctõrũ implentur.

Sancti desperant de meritis suis.

Hinc etiam dissoluitur concertatio illa Scholasticorũ doctorũ, an illa duo præcepta aliud prohibeant, q̃ sextum & septimum, item an sint diuersa præcepta, & frustra laborant, dum hæc duo de cordis intelligunt operibus, quæ non possunt negare in sexto & septimo esse prohibita, ac sic eadem repetita, & frustra posita hęc duo, cũ sint eadem cum illis: nec possunt dicere, quod illic opus hic uero cogitatio, seu illic manus, hic cor prohibeantur, quia Christus ipse resistit, qui illa de utroq; intelligenda docet.

Restat ergo ut Apostolũ Paulum sequamur, qui illa duo in uno concludẽs dicit: Concupiscentiam nesciebam peccatũ, nisi lex diceret: Non cõcupisces.

Rhomanorũ

Rhomanorum.vij.Et late ibi prosequitur,illo teneri omnes sanctos etiam seipsum.ergo fomitis malum,& (ut sic dixerim) essentialis seu causalis impuritas in nobis hic prohibetur.qui ergo omnia illa superiora se putat implesse,saltem hic uidet sese immundum,& egere se Christi mundicia,pro sese oblata & acceptata a deo patre misericordiarum.

Porro Iudæorum uel potius porcorum intelligentia, indignior est,q̃ ut in præcepta hæc admittatur.Dicunt quod sexto & septimo prohibeatur opus solum,& nono ac decimo conatus exterior,& indicium operis manifestum,quomodo & apud Iuristas conatus punitur,ut si quis rapere inciperet filiam alicuius,aut pararet insidias uitæ alterius,plectitur capite.Ac sic apud eos cogitationes & uerba sunt libera,plena dolo,& ira,& amaritudine, & om̃i (ut Christus ait) spurcitia,quia mundant id quod deforis est,intus autem plenum est auaritia & omni iniquitate.Ideo synagoga est illa mulier,quæ propter fœditatem suam,dato libello repudij,dimissa est. Iudæorũ sensus refutatur

Hæc sunt decem uerba (ut ait Moses) in quibus prorsus omne mandatum salutare continetur:& licet possint redigi in pauciora,rursum distribui in plura,tamen placuit deo in denario numero illa ponere,qui est numerus uniuersitatis perfectæq; summæ,ut sicut omnia olim contingebant in figura,ita & numerus iste denarius præceptorum ideo assumptus est,ut figuraret omniũ præceptorum summam. Denarius numerus.

FINITIS præceptis decem,nunc reducenda sunt ad illa tam multa genera peccatorum:siquidem nullum est peccatum,nisi quod contra præceptum sit dei.Nescio enim an confessuris expediat tot differentijs peccatorũ memoriam onerare,& sacerdotẽ fatigare,ut sunt omissio & commissio,deinde corde,ore,ope.iij.quinq; sensus.iiij.sex op̃a misericordiæ.v.septem sacramẽta.vj.septẽ peccata mortalia.vij.septẽ dona.viij.octo beatitudines.ix.nouẽ aliena peccata.x.decẽ p̃cepta.xj.duodecim articuli fidei.xij.duodecim fructus spiritus.Vltra hæc sunt quatuor uirtutes Card.& tres Theologicæ.Itẽ peccata muta,peccata clamantia in cœlũ,& tandẽ peccata in spiritum sanctũ.Obsecro quid prodest ista confusio,& distractio mentis? Ita hæc obseruantur,ut etiam necessariũ existimẽt nomina differentiarũ & distinctionũ numerare,ad perdendũ scilicet tempus,ad obtundendũ cõfessorẽ, ad ꝑturbandũ seipsum,ut maiore cura,horũ memoria laboret,q̃ contritionẽ meditet̃.Itẽ ad alios etiã impediendũ.Ex ignorantia docentiũ iste tumultus cõfessionũ natus est,cũ confessio debeat esse breuis & aperta,ut cito possit expediri uterq;. Cõfessuri nõ onerent se & sacerdotem multis differentijs peccatorum. Confessio sit breuis.

Igitur peccata mortalia primũ accipiamus,quorum numerus uidetur ex Ioan.Chrysostomo sumptus.Hic enim septem gentes Cananæorum Deut.vij. exponit.vij.uitia,moraliter uolens oĩa peccata sub ijs cõprehẽdi,magis ratiõe numeri septenarij,qui est uniuersitatis symbolum,q̃ proprietate nominũ.Nã alij faciũt octo,alij nouem,addentes inobedientiã & uanam gloriam,tum alij diuidẽtes matres in filias,& in species genera,tota in partes integrales & subiectiuas,infinita ex illis deduxerũt,& maria peccatorum,interim nihil de præceptorum uera intelligentia solliciti. Septem pctã mortalia unde dicant̃,& q̃ nõ necessario ad eũ numerũ coartãt̃

Igitur non tm̃ septem sunt peccata mortalia,nisi uoluntaria diuisione,non necessaria ratione,uel autoritate,sed possunt tum pauciora,tum plura esse,secundum quod uaria tropologia in scripturis occurrerit. Vnde Be.Augusti.in duo diuisit,scilicet igne accensa & suffossa,id est,amorem male accendentem & timorem male humiliantem.

Superbia est cõtra primũ præceptum.

Primũ itaq; mortale peccatum est Superbia, quæ est duplex: Exterior, quæ in bonis corporalibus est: Interior, quæ in bonis spiritualibus est, & ideo semp est cõtra primũ mandatũ. Quod patet, quia nõ habere aliũ deũ, hoc est, in nullo cõfidere, placere, gaudere, delectari, frui, q; in deo solo. At supbia nũc in diuitijs, nũc in uiribus, nũc in forma & uestitu, nũc in potẽtia & honore, nũc in nobilitate. Itẽ intus in sapientia, arte, ingenio, iustitia, uirtute, sanctitate confidit, placet. Hæc bona creata eo actu colens, q soli deo debetur. Siquidẽ supbire duo importat: Primũ, sibi placere: secũdũ, alios fastidire, ideo includit uanã gloriã intus, quæ si erumpat foras, eo peior est. Ideo supbus dum sibi alicuius boni conscius est, nõ in illo deũ colit, aut gratias agens in eum refert glorificãdo, sed stat in seipso, delectatus super se, & euanescit in cogitationibus, tunc simul aduertit eum, qui talia non habet, quẽ cũ sibi cõparauerit, necessario fastidit, & tunc dicit se esse aliquid, illum nihil. Et impletur illud Ro. j. dicentes se sapiẽtes stulti facti sunt: ita dicentes (scilicet intus apud se) se iustos, pulchros, diuites &c. iniusti, fœdi, paupes facti sunt. Apoca. iij. Dicis, quia diues sum & locuples, & nescis quia pauper es, & miserabilis, & nudus.

Supbire uanã gloriã includit.

Sic itaq; superbiæ substantia nõ est, nisi ubi sese uiliori comparauerit, uelut desursum ad infima despiciens.

Modestia.

Econtra humilitatis substantia nõ est, nisi ubi sese meliori cõparauerit, uelut sursum ad summa suspiciẽs. Igitur quatuor pedes habet superbia, petulcus ille, & crassus uitulus, scilicet: Ignorantia mali sui, Scientia boni sui,

Quatuor rebus cõstat superbia.

Hæc est ignorantia uera { dei / suijpsius }

Ignorantia boni alieni, Scientia mali alieni.

Hũilitas ex quatuor rebus.

Huius quadrati contrariũ habet quatuor pedes humilitatis, scilicet, Ignorantia boni sui, Scientia mali sui.

Hæc est cognitio uera { dei / suijpsius }

Ignorantia mali alieni, Scientia boni alieni.

Inclinatio ad supbiam nõ est cõfitenda.

Igitur nõ opus est, ut confitearis te pronum esse ad superbiã: Quia semper sumus superbi omnes, nec ullus omni superbia caret: Sed tantũ, si obedieris cõcupiscentiæ eius, & consenseris, uerbo, opere uel corde. Reliquum deo quærẽdum, occulto gemitu, & confessione abscondita in cubiculo, ut ipse per gratiã suam malum illud radicis antiquæ destruat.

Dictum est de superbia, quomodo, phibita sit sub primo præcepto, eo quod initium peccati sit supbia, seu quod idem est: Initium peccati apostatare a deo scilicet sibijpsi idolum fieri, sibi placere, in seipso delectari, potius q; in domino, ac sic alienũ deũ colere in semetipso, quod est grauissimũ & primum peccatum, licet nemo sit ex Adam q; diu uiuimus, qui non aliqua ex parte hanc in sese idololatriã agat. Ideoq; semp sibi pœnitendũ & gemendũ de sui placentia

Auaritia sub tribus præceptis cõtinet.

NVNC DE AVARITIA dicendum, quæ est cupiditas, radix æque omniũ malorũ, secundum Apostolũ, eo quod uolentes fieri diuites, incidunt in laqueum diaboli, & multa desyderia inutilia & nociua.

Hoc uitium sub duobus præceptis prohibetur, immo sub tribus, scilicet sub septimo illo: Non furtum facies. Et ultimo: Non cõcupisces rem proximi tui: Et sub primo. Cum enim sub septimo prohibeatur omnis tractatio rei alienę

ut dictum

tũ dictũ est, & preceptũ quodlibet, ut dictũ etiã est, est ita spirituale, ut nõ tantũ opus & fructum & folia & ramos, id est opera, uerba, signa prohibeat, sed etiã radicem & succum, id est, cupiditatem ex qua talia ueniunt, manifestũ est, auaritiam sub furto prohiberi, cum eadem sit radix & furis & auari, scilicet cupiditas. Item cum sub ultimo prohibeatur ad literam concupiscentia rei proximorum, manifestum est, etiam fontem & caput huius concupiscentiæ prohiberi in spiritu: sed hæc est auaritia. Ideo omnium proprijssime, ultimum præceptum prohibet, ultimum illud & uiuacissimum omnium uitium, quod cum senescentibus iuuenescit, & cum morientibus uiuit.

Verũ apostolus Paulus Ephe. v. suo sensu altius incedens, dicit: Quod auarus sit idolorum seruus, id est, cultor, ac sic sub primo mandato illud ponit, qd etiam facit Baruch tertio: Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. Et Psal. lxxvij. in spiritu dicit: Et seruierunt sculptilibus Canaan: Canaan est negociator, quorum sculptilia quid aptius, q̃ monetas & numismata, uasa aurea & argentea, domus & alias possessiones significant? Denicq; ideo in lege potissimum prohibemur fabricare deos aureos & argenteos. Et prima idololatria populi in auro facta est, sub aureo uitulo: sed & maxima similiter tempore Hieroboam sub uitulis aureis. Inde recte Apostolus, aurũ, idolum intellexit, aurum idolorum cultorem uocans, & in latino nõ paruam habent consonantiam aurum & auarum, auri auro, auari auaro, una tantum litera differunt, ut aurum ab auere dici uideatur. Igitur Apostolus idololatren auarum uocans, eoipso satis exponit primum mandatum, quod cor hominis in solum deum confidere debeat. Nam eodem sensu & gulosos & libidinosos dicit esse uentris cultores, quorũ deus uenter est, inquit. Verũ isto sensu omnia præcepta sunt in primo præcepto, tanq; in capite suo. Nam omne peccatũ est cõtemptus dei, ac per hoc ipsum contra primum p̃ceptum, nec potest aliquod præceptum lædi, nisi simul & primum lædatur, quod continet omnia, quia dei uoluntas in oĩbus offenditur, & postponitur nostrę, ac sic deus non colitur, immo alius pro eo colitur: proprie tamen auaritiam contra illud posuit Apostolus, quia imaginibus illa delectatur auri & argẽti, multum similis ueræ idolatriæ. Cætera autem non ita simulacra, & imagines habent. Ideo redeundo concludamus, quod nullus pure uacat auaritia, sicut dicit Esa. & Hiere. Oĩes a maximo usq; ad minimum sequuntur auaritiam, beatus qui minus. Idcirco sequitur, hanc inclinationem corruptæ naturæ omnes oportet gemere coram deo, sed non nisi opus eius internum uel externum confiteri coram sacerdote. Et qui diceret se uacuum esse cupiditate, magna certe superbia sibi arrogaret summam puritatis perfectionem. Ideo beati qui lugent, quoniam lugendi materiam habẽt in seipsis, super seipsos, ut dominus dixit ad mulieres sequentes.

Auarus idolorũ seruus.

Vorax est uẽtris cultor.

Omne peccatũ est cõtemptus dei.

Inclinatio corruptæ naturæ non sacerdoti, sed deo cõfitẽda

Tertium mortale peccatum, est luxuria, cuius species satis dictæ sunt sub sexto præcepto: Non mœchaberis, & nulli dubium, quin illuc pertineat, ideo indicasse id sufficiat.

Libido.

Quartum, Gula, soror, immo irritamentum & procus, & minister luxuriæ, sicut & Ethnicus dicit: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Hoc uitiũ Apostolus Philip. iij. sub primo mandato locat, dicens: Quorum deus uenter est. Idem Rhomano. decimosexto facit. Huiusmodi non Christo, sed uentri suo seruiunt. Potest autẽ simpliciter sub sexto præcepto poni: quia ubi libido, phibetur, ibi certe & omnis occasio & fomentũ libidinis, phibet. Inter oĩa autẽ fomẽta libidinis, maximũ & fortissimũ est gula, cuius ratio est, qa internũ, cętera ut aspectus

Gula sub sexto præcepto

ut aspectus, colloquium, auditus, tactus, sunt externa. Gula autem inflat uenas & prouocat totum corpus ad libidinem. Nam & gentilis Plinius dicit, libidinem portentosam sequi post ebrietatem. Et B. Hiero. ad Eustoch. & alias dicit, nihil ita mouere libidinem, sicut cibum indigestum: ideo gulosus, uolēs se tradit in libidinem. Sic etiam & ocium, & pigritia, somnolentia, strati mollitudo, omniaq; alia libidinis mancipia, prohibita sine dubio intelligendum est ibidem. Et nisi gulosus statim occupetur labore multo, inuicta capietur libidine & titillatione. Vnde B. Hiero. Venter mero æstuans, cito despumat in libinem. Vide quomodo libido sit quodammodo uelut naturalis spuma gulæ, sic fumus naturale ignis, & spuma nouiter infusi uini, & bullitio feruoris aquæ. Quis hæc prohibere potest, nisi summa uiolentia?

Libidinis fomenta.

Qui ergo præcipit castitatem, sine dubio & media castitatis precipit, ut sobrietatem, uigiliam, laborem, orationem, lectionem, meditationē, studium, officium in proximum, frigus, æstum, paupertem &c.

Media ad castitatem.

Hic tamen notandū, de uomitu multi sibi maiorem cōscientiam faciunt, q̄ de ipsa suffusione & ebrietate, sicut multi magis pollutionem nocturnam, q̄ ipsam causam eius, cogitationes, crapulasq; ponderant. Sed certe uomitus nō est res mala, nec peccatum unq̄, cū uel fiat inuite, uel cum dolore. Idcirco non solum non fugiendus, sed etiam quærendus est uomitus ebrijs, ut Ecclesiast. xxxj. Si coactus fueris multum bibere, surge & uome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. Hoc consilium sapientis acceptandum est, & nō sine ratiōe. Quia, inqt, refrigerabit te, i. alleuiabit. Valet em̄ illa exoneratio, ut nō ita inflent uenę, & surgat pruritꝰ carnis, dū facilиꝰ digerit, q̄d minus remanet. Melius est em̄ uomitu euadere libidinē, q̄ oppletiōe subire libidinē.

Vomitus ebrijs prodest.

Secūdo, quia infirmitas corporis uitatur, ut læsio capitis & omnium sensuū & uirium. Quis autem non maius peccatum putet, totū corpus lædi suffusione & retentione, q̄ uomitu ab eo periculo liberari? Vitam enim abbreuiare maius malum est, q̄ uomere, immo uomere nullum malum, sed replesse te, & ingurgitasse, ut uomitu egeas, malum est.

Et utinam sub præcepto omnes ebrij & suffusi uomere cogerētur, spero tandem horrerent ebrietatem, dum scirent se cito oportere uomere quod biberēt, quanq̄ & modo cogantur mingere, & uentrem soluere, nihil tamen mouentur exinde.

Ebrij

Quod autem scriptura aliquando uomitum reprehendit, ut canis reuersus ad uomitum, & Esa. Mensæ repletæ uomitu, intelligitur de uomitu boni, & salutaris uerbi, quod retinere debuit.

Tertio, si uenenum, aut aliud noxium aliquod bibens, sine peccato uomit, cur cum peccato uomit, qui uinum, aut potum alium ita bibit, ut ueneno simile nocumentum inferat? Igitur conscientia est habenda infundendo, nō effundendo, cum ibi multis malis seruiatur contra præceptum dei, hic uero multis bonis contra nullum, immo pro præcepto dei.

Species & differentias gulæ omitto, quia non semper sunt peccata mortalia. Siquidē nec ipsa gula semper est peccatū mortale, immo raro, nisi sit usu.

Gula nō semper peccatū.

Quintū mortale, est ira, quæ satis sub quinto præcepto est declarata.

Ira

Sextum, inuidia, quæ non debuit distingui ab ira, cum sit nihil, nisi inueterata ira, sicut Beatus Augustinus in regula: Ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca. Nam ira est recens uirgula, Inuidia est arbor & trabs magna. Igitur & hæc sub quinto præcepto est autoritate Ioan. apostoli: Qui odit fratrem

Inuidia sub quinto præcepto cōtinetur.

fratrem suum, homicida est.

Septimum est, acedia, quae est tædium boni, pigritia, ἀκηδία Græce, quae est duplex: una in cultu illo figuratiua dei & exteriori, ut sunt, ecclesiam uisitare uerbum dei audire, orare, legere, meditari, cantare, & sic est, phibitum uitium sub tertio mandato: Sabbata sanctifices, ut satis patet. Acedia interior & exterior.

Alia est subtilior & interior in toto, & omni genere seruitutis dei, & sic est nihil aliud, nisi inceptæ iustitiæ fiducia, & proficiendi negligentia, stare in uia dei, tepescere, securum fieri, timorem dei remittere. De quo uitio hypocritarũ tota scriptura loquitur. Hæc enim facit iusticiarios securos, ante quorum oculos non est timor dei, & auferuntur iudicia dei a facie eorum. Horum fiunt nouissima peiora prioribus, quia inuenit diabolus domum eorũ ornatam, sed uacantem & securam, ideo ingressi habitant ibi. O horribile uerbum nimis, quod habitant ibi, quia indurantur, qui eiusmodi sunt post inceptam iustitiam, longe magis & prius, ut experientia uidemus, quomodo nihil mouentur ad omnia quæ audiunt, se non tangi credunt, & facti sunt uere progenies uiperarum, palea igni inextinguibili præparata. Igitur hoc uitium sub omni præcepto comprehenditur, cum in quolibet sit proficiendũ. Sed nescio an sit confitendum. Credo quod non, quia est spiritualis defectus deo soli, qui & solus ibi mederi potest, apparien dus. Hypocritę securi sunt. Ingressi habitant ibi. Spũalis defectus non debet confiteri.

SERMONVM DE DECEM præceptis, quos R. P. Martinus Lutherius ad populum Vuittenbergensem dixit, Finis.

Sermo

SERMO DE TRIPLICI IVSTITIA R. PATRIS MARTINI LVTHERII AVGVSTINIANI VVITTENBERGENSIS.

Triplex est peccatum, cui triplex opponitur iustitia, Teutonice Fromkeit.

Peccatum criminale.

PRIMVM est criminale, id est, manifeste malum, quod etiam potestas secularis punit, ut furtum, homicidium, incendium, sacrilegiũ &c. Quorum aliqua gladio, igne aqua, furca, rota plectit, ut in iure ciuili. Aliqua pœnitẽtia canonica, ut simplices fornicationes, & alia quædã, ut in iure canonico.

Iustitia legalis.

Iustitia huic cõtraria, est illa species iustitiæ, quæ similis Solomonis, pauones & sycomoros facit. Qua fit ut corã hominibus bonus uir sit, & accusari nõ possit, euadatq; pœnas legis, consequaturq; promissa temporalia legis. Rho.x. Moses scripsit, quod iustitiã quę est ex lege, si homo fecerit, uiuet in ea. Et Esaiæ: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Talis fuit Naaman Syrus uir magnus apud dominum suum, per quẽ dominus dabat salutẽ Syriæ. iiij. Reg. v. Tales multi reges Israel, & populus Israel, quibus dominus dedit bona temporalia, & uictorias multas licet essent iuxta idololatræ: tales Samaritani, a qbus abstulit dominus leones cum tamẽ idola colerent, & dominũ deũ simul. Tales Rhomani, iuxta beatum Augustinũ lib. ciui. quibus dominus dedit imperium amplissimũ. Sic solet & principes ditare. Tales usq; hodie sunt omnes qui pœnitent ꝓpter pestem, famem, bellũ, aliaue flagella dei, qui tunc orant, qui ꝓcessiones faciũt, uota sanctis uouent. Hic cultores sanctorũ & sacerdotes propter p̃sentiã seruiẽtes, & religiosi similiter, & qui talia similia multa faciunt. Et breuiter hæc est iustitia, quæ recipit hic mercedẽ suã, & in futuro mitius quidẽ punit, q̃ criminosi.

Hic remuneratur iustitia legalis.

Sibi seruit.

Secundo nõ deo, sed sibi seruit, nec est filiorũ, sed seruorũ iustitia, nec Christianorũ ꝓprie, sed Iudæorũ & gentiliũ, nec Christiani ad eã sunt exhortandi quia procedit ex timore pœnæ, uel amore cõmodi sui, non amore dei.

Facit hypocritas.

Tertio facit hypocritas, superbos mente cordis sui: temerarios iudices aliorũ ut patet in pharisęo illo, & Simone leproso.

Maledicta ẽ ga mercenaria.

Quarto, hanc Apostolus Gal. iij. maledictam asserit. Qui ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Ideoq; Christiani, qui æternis bonis sunt ditandi, nõ sunt exhortandi ad illã, sed dehortãdi potius ad meliorẽ. Vnde nõ est gaudendum in his, sicut principes Saxoniæ, deus gloria, diuitijs, uoluptate ditat, quia religiosi sunt, & si hæc nõ sint satis, nascetur adhuc unus mons argenti, & pax seruabitur. Ipsi uiderint an bene id eis cedat, ne sint mercenarij. Sunt enim hæc præmia uilissimæ huius & maledictæ iustitiæ, ꝓtinens ad benedictionẽ Esahu & filiorũ eius. Hi sunt iactatores liberi arbitrij Themenitarum. Sic deus munerat etiam mala, quia sicut in oculis hominum bona sunt, ita & in oculis hominum recipiunt bona.

Peccatum originale.

ALTERVM est peccatũ essentiale, natale, originale, de quo Psal. l. Ecce em̃ in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea, de quo Christus

Christus: Nō potest arbor mala fructus bonos facere. Et Rho. v. Per unius inobedientiā peccatores constituti sunt multi, & per unius delictū in omnes homines in cōdemnationem. Et hoc est peccatum, quod facit priorem iustitiam esse nihil, & malā, & maledictam: sicut Christus ait: Aut facite arborem bonam, & fructus bonos, aut arborem malam, & fructus eius malos.

Secundo, id peccatum est incurabile uiribus hominis: nec aliquid hic ualet liberum arbitrium, ita ut sancti dicant. Quod nolo malum, hoc facio. Et Gal. v. Non quę uultis facitis. Psal. triceſimoseptimo: Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus &c.

Tertio, id est quod omnes sentimus in concupiscendo, irascendo, presertim obiectis præsentibus, ut dicit dominus de oculo nequam &c. Ideo dixi essentiale, quia per natiuitatem contrahimus, & manet semper, nec aliquando transit sicut actuale, sicut fons, uenenū, aut aqua salis naturaliter salsa est, sicut corpus leprosum naturaliter est tale, & corpus cæcum similiter. Nō hic cū Logicis ago.

Iustitia huic contraria similiter est natalis, essentialis, originalis, aliena, quæ est iustitia Christi. Ioan. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu. Item Ioan. j. Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri. Et. j. Ioan. iij. Qui natus est ex deo, non peccat (id est, non est peccator) sed generatio dei cōseruat eum. Rho. v. Per unius hominis iusticiam in omnes homines in iustificationem uitæ, & per unius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Hęc est de qua nuper dixi, quod sit sors, capitale fundamentum, petra nostra, & tota substātia nostra, in qua gloriamur in æternum, ut Apostolus ait: Quod uita nostra abscondita est cum Christo in deo. & iterū: ut nos essemus iusticia dei in illo. Et. j. Cor. iij. Qui factus est nobis a deo iusticia & sapientia, & sanctificatio & redemptio. Et. j. Corinthio. iij. Fundamentū aliud nemo potest ponere.

Iustitia originalis est iustitia Christi.

Secundo, Hæc fit nostra per fidem. Rho. j. Iustus ex fide uiuit. & x. ca. Corde creditur ad iusticiam. Hæc per baptismum confertur, hæc est proprie quam euāgelium annunciat, & nō est iusticia legis, sed iusticia gratiæ.

Iustitia originalis per fidē acquiritur.

Tertio, hanc qui habet, etiam si peccet, non damnatur. Psal. lxxxvij. Si peccauerit &c. Hic est em̄ filius delicatus (ut dicit) qui nō potest offendere quicqd fecerit. Psal. xxiij. Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas.

Iustitia originali donatus si peccat, non damnatur.

Quarto, per hanc fit homo dominus omnium, quia iusticia eius de cœlo prospicit, & hic iusticia & ueritas obuiant sibi. Iusticia & pax osculatur. Veritas em̄ de terra oritur. Nam sine misericordia homo est hypocrita, sine iusticia inquietus. Gratia facit ueracem, iustum, & uera iusticia pacem, sed ea ueritas Christus est, homo uanitas.

Iustitia facit dūm omniū.

Quinto, Rho. v. Apostolus dicit, quod Adam sit forma futuri, scilicet sicut Adam uno peccato omnes ex se natos facit eodem suo peccato proprio, illis iā alieno reos, & dat quod habet. Ita Christus sua iusticia omnes ex se natos facit eadem sua iusticia, illis aliena & immerita, iustos & saluos. Vt sicuti alieno peccato damnati sumus, ita aliena liberemur iusticia. Et ideo essentialem hanc dixi & æternam quia manet semper, nec cessat aliquando, sicut actualis, iuxta illud Psal. cx. Iusticia eius manet in seculum seculi. Solus Christus est eternus, ideo iustitia eius quoq; æterna & tamē nostra. Hæc est misericordia dei patris, hæc gratia noui testamēti, qua dulcis est dns his qui gustāt eū: in hac oportet nos saluos fieri, & nullla alia. Actu. xv. Non est nobis datum nomen sub cœlo &c. Psal. xxx. In iusticia tua libera me. &, Deus in nomine tuo saluū me fac. &c. Hoc est quod dixi, Nullus saluatur nomine suo proprio, sed appellatiuo, id est, non ut

Iustitia originalis est iustitia Christi.

Petrus, Paulus, Ioannes, sed ut Christianus: sicut ait Ioan. iij. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit, filius hominis, qui est in cœlo. de qua nuper latius dixi.

Iusticiæ naturales sunt peccatū actuale

TERTIVM peccatum est actuale, quod est fructus originalis. Hæc sunt iã propria peccata omnia, scilicet opera quæ facimus, etiam iusticiæ priores, ante fidem. iuxta Apostolum Rho. ij. &. iij. Qui alium doces, teipsum non doces. & non est iustus, non est intelligens, & eadem facis quę iudicas, in quo enim iudicas teipsum. Et hoc augetur malum peccati originalis, nec tamen potest uitari proprijs uiribus.

Iusticia actualis ex fide & origine iusti fluit.

Iusticia huic contraria est actualis, fluens ex fide & iusticia essentiali. de qua Apostolus. Sicut portauimus imaginem terreni &c. Psal. lxxxiij. Iusticia ante eum ambulabit (id, est corã eo erunt iusti in opere) & ponet in uia gressus suos. Et de ista nunc latius dicendum, ubi dimissum fuit nuper a me.

Meritorius actus nullus dicitur.

Primum hæc opera dicunt meritoria, nescio an intelligant, ego fateor me nõ intellexisse. Fides est meritum totum. Vanissimum est ut unus actus subitaneus dicatur dignus uita æterna, oportet ut persona sit digna. Christus meruit nobis, & donauit, donatq; quotidie.

Sancti oẽs peccant.

Secundum, quomodo possit esse meritum, cum tamẽ omnes sancti peccent, iuxta illud: Non intres in iudicium cum seruo tuo. & Christus: Vos cũ sitis mali. & Dimitte nobis debita nostra. & B. Augusti. Væ bonum uitę &c. Et rursus. Vnusquisq; mercedem recipiet secundum suum laborem. &. iiij. Regũ. Est mercesoperi uestro. Et Gene. xij. Ego merces tua magna nimis. Et Eccle. ix. Vnde comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio uinum tuum, quia deo placent opera tua. Immo caueat omnis Christian⁹, ne unq; incertus sit, an deo placeant opera sua. qui enim sic dubitat, peccat, & perdit opera sua cũcta, fruſtraq; laborat: sed oportet ut credat sese placere deo, ut Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod sine crimine cõuersati sumus in hoc seculo. Et iterum: Non sic curro tanq; in incertum, non sic pugno quasi aerem uerberans: Et Petrus, Satagite per bona opera certificantes uocationem uestrã. Qui enim nescit, aut dubitat sese bene agere, aut semp male se credit agere, semper peccat, ac perdit uitam suam totam, quia non ex fide, neq; in fide agit. Quid ergo faciemus? quomodo simul iudicium deprecabimur, & gloriam petemus? Respõdetur: Cherubin aduersis uultibus nos erudiunt: hi enim uultu sunt contrarij, sed prospectu in propiciatorium conueniunt. Sic illæ autoritates contrariæ inter se, in Christo concordant. Ideo opera nostra si sola aspicias, peccata, & ita iudicium tibi est deprecandum (id est, ne sola sine Christo discutiantur (sed in Christo confidas ea placere deo, quæ ipsa sola placere non possunt, ut orat ecclesia. Ideo siue pecces, siue non, semper firmiter nitere super Christum, & iusticiam illam naturalẽ. septies enim in die cadit iustus, & toties resurgit. Et Psal. xxxvj. Cum ceciderit iustus, non collidetur, dominus enim supponit manum suam. Sicut ergo de Christo non debes dubitare, quin placeant propter Christũ in quo credis, & sic sunt opera talis fidei & gratissima, licet apud te & in seipsis indignissima.

Credas te deo placere & bene agere.

In dño placẽt opa nostra.

Obseruatio sui maxime necessaria.

Tertium, quæ sunt opera potissimum faciẽda? Respondeo, maxime illa quę promouẽt iusticiam capitalem, & minuunt originale peccatum. Ideo unicuiq; est propria sui obseruatione necessaria, quia originale peccatum unũquenq; aliter & aliter impugnat. Generalia sũt, orationes, eleemosinę, ieiunia, imo Rho. xij. omnium pulcherrime, & alibi, Mortificate membra uestra. Quia illa tertia iusti-

cia ni-

cia nihil aliud queritur q̄ ut peccatum originale expugnetur, & corpus peccati destruatur, & sic meritum sit ipsa regnans iustitia, non autem quod actus mereatur, sed promouet meritum.

QVARTVM, Præ omnibus custodi te ab operibus abs te electis, quia hæc non purgant peccata, sed polluunt magis, ut sunt nostro tempore cermoniolæ orationes, uoculæ, ecclesiarum structuræ. Ideo illa opera magis purificant, quæ deus imponit & uocat, inde omnium sunt optima passiones, egritudines, penuria, ignominia, mors, quia hic solus deus operatur, & homo patitur, & perfectissime occiditur Adam, mundaturq̄ Christus, & palmes eius purgatur. Opa a nobis electa euitanda.

Hæc est ẽ uia compẽdij ad salutẽ, sed odiosa ualde in actu, iucunda in fine. Tolerãtia in aduersis.

FINIS.

F. MARTINVS LVTHER PIO LECTORI SALVTEM.

MAGNA uere gratia mihi a domino nostro Iesu Christo collata uidetur, ut uerba mea solius, tam ingrata & odiosa sint multis, deinde nescio in quot hæreses (ceu Prothei quidã essent) secunda pene lingua transformentur. Et nisi idem ipsi domino nostro Iesu Christo, Apostolisq̄ omnibus atq̄ prophetis contigisse scirem, iamdudum desperans silentium egissem. Nunc uero cum urgeat officij mei necessitas, eo nitor, q̄ magis obediendum est deo, q̄ hominibus, paratissimus officium & titulum docendi relinquere, si ita placet maioribus Ecclesiæ (id est Christo) Sin retinendum est, dent uenia, & boni consulant, qui uolent, mei studij erit, omnibus uiribus sudare, ut Christus Christum Christo nunciet, & audiat. Hæc cõmemoro, pie mi lector, quod sermonem quendam de excommunicatione feci ad populum Vuittenbergensem, cuius ut ego prope sum oblitus, ita aduersarij miseri, sunt plus q̄ oportet, memores, interpretesq̄ rigidissimi, ne dicam iniquissimi: dabo itaq̄ operam, quantum sufficit memoria, ut sensa, si nõ uerba totius sermonis, omnia in publicum exponam, ut probẽ ea me docuisse, quorum neq̄ me pœniteat tractatorem, neq̄ pium auditorẽ. quid autem amici mei paraphrasi, aut pseudophrasi sua fecerint, aut faciant, det dominus, ut aliqñ uideãt & ipsi, Amen. Vale. Male audiuit etiam Christus propter ueritatem.

SERMO DE VIRTV

TE EXCOMMVNICATIONIS FRATRI MARtino Lutherio Augustiniano, a linguis tertijs tandem euerberatus.

DEBITVM uobis sermõem toties q̃ promissum, tandem aliquãdo persoluo, hoc est, de uirtute excõmunicationis hodie dicẽdum est, quod ut planissime intelligatis, distincte procedam.

PRIMVM, uidendum quid sit excõmunicatio Ecclesię, & quantum uis uocabuli ualet. Excõmunicatio nihil est aliud, q̃ priuatio cõmunionis, & extra conmunionem fidelium positio. Est autem fidelium communio duplex Vna interna & spiritualis, alia externa & corporalis. Spiritualis est, una fides, spes, charitas in deum. Corporalis est participatio eorundẽ sacramentorũ, id est signorum fidei, spei, charitatis: quę tamen ulterius extenditur usq̃ ad cõmunionem rerum, usus, colloquij, habitationis, aliorumq̃ corporalium conuersationum.

Communio spiritualis interna a solo deo est.

Igitur sicut priore illa spirituali communione, nulla natura potest animã uel cõmunicare uel excõmunicatam reconciliare, nisi deus solus: Ita non potest cõmunionẽ eandẽ ulla creatura ei auferre, seu eã excõmunicare, nisi solus ipse homo p̃ peccatũ proprium. Hæc sententia satis patet, quia fidem, spem, charitatem nulla creatura potest conferre, uel auferre, iuxta illud Rho. viij. Quis separabit nos a charitate dei? Et infra: Certus sum q̃ neq̃ mors, neq̃ uita, neq̃ angeli, neq̃ principat⁹, neq̃ uirtutes, neq̃ instãtia, neq̃ futura, neq̃ fortitudo, neq̃ altitudo, neq̃ profundum, neq̃ alia creatura poterit nos separare a charitate dei quæ est in Christo Iesu domino nostro. Et. j. Pe. iij. Et quis est qui uobis noceat si boni æmulatores fueritis?

Excõmunicatio externã cõmunionẽ priuat.

SECVNDVM, Consequens ergo est, q̃ excommunicatio ecclesiastica est dũtaxat externæ priuatio cõmunionis, scilicet sacramentorum, funeris, sepulturæ, publicæ orationis, deinde aliarum (ut dictum est) corporalis necessitatis rerũ & conuersationũ. Hęc em̃ sententia nota est, sic & Paulus. j. Corin. v. scribit: Vt non cõmisceant̃, nec cibũ sumant cũ eo, qui nominat̃ inter eos fornicator, maledicus, ebriosus, rapax &c. Et. ij. Thessal. iij. Si quis non obedierit uerbo nostro per epistolam hanc, notate, & non commisceamini cum illo, ut cõfundatur. Sequitur: Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrẽ. Hæc si nõ de excõmunicatione externa, salua interna cõmuniõe, dicta sunt, fateor me nõ intelligere apostolũ Paulũ. Et Ioannes epistola secũda: Si quis uenit ad uos, & non affert doctrinã hãc, nolite eum in domũ recipere, nec aue ei dixeritis. Qui em̃ dicit illi aue, communicatur operibus eius malignis.

Excõmunicatio nõ priuat aliquẽ bonis ecclesiæ.

TERTIVM. Excõmunicari nõ est animã tradi diabolo, neq̃ priuari bonis ecclesiæ, cõmunibusq̃ oratiõibus eiusdẽ. Hoc ex dictis abũdẽ patet, q̃a manẽte fide, spe & charitate, manet uera cõmunio, & p̃ticipatio oĩm bonorũ ecclesiæ.

Significat priuationem.

QVARTVM, Excõmunicatio si iusta est, significat potius animã esse diabolo traditã, & ecclesię cõmunione spirituali priuatã, quia fert̃ super eũ, q̃ peccato mortali seip̃m priuauit cõmuniõe charitatis, & diabolo sese tradidit. Sicut ecõtra reconciliatio sacramẽtũ est, & externũ signũ interioris reconciliationis & communionis

munionis. Ideo uerum est, q excommunicatio ecclesiastica non infert, sed presupponit aliquē esse in morte & peccato, id est, uere excōmunicatū spiritualiter

Adiuuat interna cōionē.

QVINTVM, Excōmunicatio sic est temporalis & corporalis, ut tamē ordinetur, non cōtra, sed pro cōmunione interiore, uel reparāda, si iuste lata fuerit, uel augenda, si iniusta fuerit.

Probatur hoc per Apl'm. ij. Cor. ulti. Agam secundū potestatē quā dedit dns mihi, non in destructionē, sed ædificationē. hoc certe intelligo, q non possit destruere, sed tantummodo ædificare per ecclesiasticam potestatē. Nā & illū fornicariū. j. Co. v. sic excōmunicauit, & Satanæ tradidit, ut spiritus nihilominus saluus fieret. & (ut supra dictū est) non existimandi sunt quasi inimici, sed corrigēdi ut fratres, non ut perdantur, sed ut confundātur. Et ut audacius dicā, ne Christus ut homo hanc habuit potestatē separandi animas, sicut dicit Ioan. vj. Omne quod uenit ad me, non ejciam foras. Et iterū. Hæc est uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, nō perdam. Et iterū alibi: Non uenit filius hominis pdere, sed saluare animas. Itē ad hoc est apertus quoq textus li. vj. de sen. excōmuni. c. Cū medicinalis, qui ualde est notabilis, dicens: Cū medicinalis sit excōmunicatio, non mortalis, disciplinans, non eradicās, dum tamē is in quē lata fuerit, non contēnat, caute ꝓuideat ecclesiasticus iudex, ut in ea ferēda ostendat se prosequi, quod corrigentis fuerit & medentis. Hæc ibi. Cur non dixit, quod perdentis & occidentis fuerit, sicut quidā desperati timēt, immo quidā officiales tyranni affectant? Igitur ecclesiastica excōmunicatio est piū & maternū flagellū super corpus & res corporis impositū, quo non trudit ad infernū, sed potius reuocat, & urget ad salutē eos, qui ad inferna properant, ideo cū summa exultatione, & reuerentia simul amplectendū, nedū patiētissime ferēdū est.

Aīam separā di potestatē nemo habet.

Excōicatio res mitis est.

SEXTVM, Illud solū & maxime omniū curandū est, ne excōmunicatio tā fidele salutis ministeriū cōtemnat, aut impatientius ferat, quia non modo propter potestatē ecclesiæ, quæ per seipsam semp est metuenda, sed etiā propter piā huiꝰ potestatis opationē, & salutis ꝓprię ꝓmotionē, amāda. Sit simile, q mater corripiat dilectū filiū, qñq meritū, qñq imeritū. Hic cōstat piū esse flagellū, & filio salutare. Quod si ipe ipatiēs maternę huiꝰ disciplinę, nō omiserit ꝓhibitū aut nō fecerit iussū, sed furēs in matrē insurgat, aut cōtēnat, ecce tū icurret in mā datū dei, ubi præcipit parētes honorari, & fiet, ut ex unica leuiuscula disciplina quæ sine peccato, immo cū merito erat, sibi cōflet detestabilissimā culpā & æternā pœnā. Ita & nostro seculo fieri (heu miseriā) uidemus, ut seculares, officiales trucident, notarios & nuncios cædāt, mergant, captiuēt, aliaq detestabilia portenta cōmittāt, quod non facerēt credo, nisi uulgata illa erroneaq opinione, crederent sese per excōmunicationē tradi in dānationē, ac nō potius quæri ad salutē. Hinc em sceleribus adjciunt desperationem, nouissimū omniū, horrendissimūq malorū. Atq hæc causa fuit, ut hunc sermonē meditarer, & nunc æderem quoq. Quanq iuste permittat hanc cædē in officiales deus, ut qui hanc sententiā salutis absconditā cupiunt, quo securius tyrannidē suā falso terrore hominū stabiliant, tandē extrema tyrannorū etiam patiantur.

Excōicatio quare non sit contēnenda.

Persecutio ministrorum fori eccliasti ci unde sit.

Tyrānis officialium.

Si uero populus huius potestatis & excōmunicationis optimā necessitatem, & saluberrimam uim, ac non contra eos, sed pro eis ualere, doceretur intellige re, minus ipsi periculorū, & quietiorē obediētiā in populo haberēt, quin & gloriam & amorem obtinerent.

Igitur mi fratres in domino, nolite hæc portenta cogitare. Sint officiales, uel publicani, huius potestatis ministri, sint inquā boni, mali, qualescunq, nō nocebit

Potestas officialiū nobis prodest.

cebit potestas ipsa uobis, sed prodetit semper, siue sit in usu uel abusu, tantūmodo recte feratis eam, aut cū humilitate euadere seu solui quærite. Matrem intuemini Ecclesiam. Quid ad te, si uirgam suam super te ponat per manum indigni nihilominus matris tuæ dulcissimæ uirga est? & quidem saluberrima.

Excōicatio nimiū timet.

SEPTIMVM, Id potius aduerte, & oculos huc uerte, ut illud magis uel facias, uel omittas, propter quod excōmunicaris & flagellaris, & quomodo uirgā non feras, sed hui, omnia hæc peruersissima sunt, non quid uelit, sed quid faciat duntaxat uirga, consyderamus. Quis est enim nunc inter nos, qui tanto timore timeat deum offendere (pro quo utiq; solo excōmunicamur, si iuste excōmunicamur) quanto studet excommunicationē uitare uel euadere? Ita fit, ut semper pœnas, etiam tam pias & bonas plus timeamus, & horrendissimas culpas. Et ad id proh dolor cooperantur tam minaces & imperiosi huius optimæ potestatis ministri rabulæ forenses.

Pro crimine scandaloso ferenda.

OCTAVVM, Excōmunicatio non tantum pro fidei contumacia, sed pro quolibet crimine scandaloso debet ferri. patet hoc ex p̄dictis, ubi Paulus. j. Co. v. &. xj. Thes. iij. Iubet uitari etiā fornicarios &c. quāq; magna sit miseria, & huius potestatis iniuria, quod pro septima aut octaua parte floreni quādoq; excōmunicentur, relictis interim horribilibus & scandalosis criminibus impunitis, efficto ad hanc tyrannidem colorandam, satis uafro cōmento, q; scilicet nō propter transgressiones, sed propter contumaciam excommunicentur: quasi nō sit hoc crudele satis, q; pauperē pro tantillo precio trahunt per tantū spaciū, in tantas carnificinas suas. Sed hæc alias.

Ptās non uſli pēdenda, etiā si turpissimi eā occupent.

NONVM, Id super omnia & in omnibus consyderandū est, quod potestas ecclesiæ cum sit Christi potestas, licet pro nostris peccatis plærūq; tradatur Pilatis, Herodibus, Annis atq; Caiphis, uiolentissimisq; alijs tyrannis, nostrū tamē est, eam summis semper studijs reuereri & colere, exemplo Christi, qui sic Annā Caiphā, Pilatum honorauit. Ideo nec indignissimæ eiusdē abusionis nos debēt permouere, quin quicquid ipsa fecerit, hilariter feramus, aut saltem cum reuerentia declinemus. Nam tempus nostrum periculosissimum est, ideo prudentissime oportet nos agere, ne propter personas, potestatem pariter uilipendam⁹ immo propter potestatem, etiā uilissimas personas honoremus. Sic enim iratus nobis dicit: Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabunt eis. Esa. iij. Atq; id eo facilius efficiemus quando cognoscimus, q; in animæ profectum uel defectum nihil possunt nisi occasionaliter & exercitatiue & tentatiue (ut ita loquar) agere.

Excōicatio iniusta, meritū nobile.

DECIMVM, Excōmunicatio iniusta nobilissimum meritū est, ideo dulciter ferenda, si excusationi tuæ humiliter præstitæ, locus nō fuerit datus. Hic ēm dices illud Psalmi. cviij. Maledicent illi, & tu benedices. tantum uide, ne potestatem contemnas: uis potestatis prodest, cōtemptus uero tete perdet. Nam si filio (ut dixi) immerito correpto, eo maior gratia matris accedit, postq; cognita fuerit eius innocentia patiens, quanto magis apud deum maiorem gratiam consequetur, si patienti innocentia etiam a matre sua ecclesia tulerit disciplinam, immo si aduersario iubemur consentire, & benigni esse in uia, quanto magis dulcissimæ matri ecclesię, etiam si per indignissimos nos flagellet. Ipsa enim manet mater, quia manet ecclesia: manet aut ecclesia, quia manet Christ⁹ eius sponsus in æternum.

Propter excōicationem nō omittēdū bonum opus

VNDECIMVM, In excōmunicatione iniusta summe cauendum, ne id deseras, omittas, facias, dicas, pro quo excōmunicaris, nisi id sine peccato fieri possit. Nam

sit. Nam iusticia & ueritas cum sint de interiore cõmuniõe ecclesiæ, non debẽt omitti propter excõmunicationẽ exteriorem, etiam si ad mortem usq; procederet, quia sic pessime omnium excõicaretur, si quis excõmunicari timeret: Debet ergo humiliter ferre, & mori in excõicatione: Nec timere q̃ non accepit sacramentũ eucharistiæ, funeris ritum, sepulturas &c. Hæc incomparabiliter minora sunt, q̃ ut iusticia propter ea prodatur. Nam qui etiam iuste excõicatus moritur, non ideo damnabitur, nisi forte non contritus, & cũ contemptu excõmunicationis moreretur. Contritio & humilitas omnia soluit & placat, etiam si exhumetur aut in aquas proijciatur. Beatus autem & benedictus, qui in excõmunicatione iniusta mortuus fuerit, quia pro iusticia quam non deseruit, etiã tanto flagello percussus, coronabitur in æternum.

DVODECIMVM, Monendi tamẽ sunt pontifices & eorum ministri, ut censuras grauatim, & q̃ fieri potest, rarissime ferant. Quia cum censura sit lex quædam, omnis autẽ lex sit uirtus & occasio peccati, & sine gratia dei lex non impleatur, gratiam etiam dei (id est, legis impletionẽ) dare ipsi non possunt, nihil aliud faciunt, multiplicando leges & censuras, q̃ q̃ multiplicandorum peccatorum & offensionum dei causas & efficaces occasiones prestant, quantumlibet enim nos obedire tenemur eorũ præceptis, multo magis tamen ipsi tenẽtur seruire nostris infirmitatibus. Cẽsuras grauatim ferant.

FINIS.

CHRISTIANIS OMNIBVS.

HABETIS sermonem uere eruditum & utilissimum de digna præparatione ad sacratissimam eucharistiam. Quem non est dubium salubriter profuturum omnibus diligenter legentibus, & fideliter sequentibus. nihil enim ꝓdest bona scire, si mala sequaris: Neq; præclarum est intelligere facienda, si probitatem non habeas. Intellectus enim bonus est omnibus facientibus eum. Deum igitur omnipotẽtem oremus, ut spiritum rectum innouet in uisceribus nostris, ut in ordinem redacto, & uicto Adam ueteri, in uitijs concepto, nato & enutrito, nouum hominem induamur, qui secundum deum creatus est in iusticia & sanctitate ueritatis. Nisi enim huc peueneris, ut deo omnia tibi nihil tribuas, actum tecum erit. Semper igitur hoc Propheticum in memoria habe, pro nihilo saluos facies illos. Nam gratiæ dei, sicut alia debem⁹ omnia ita repremissionem, quæ est in Christo Iesu domino nostro, qui est cũ patre & spiritusancto benedictus in secula seculorum, Amen.

R. P. AC THEOLOGI

VERE CHRISTIANI MARTINI LVTHERII

Sermo de digna præparatione cordis pro suſci piendo ſacramento euchariſtiæ.

Manifeſte mortalia con fitenda.

PRIMO neceſſariũ eſt, ut omnia peccata manifeſte morta lia confitearis atq; doleas. Manifeſte dico, quia occulta ne mo ſcire poteſt, iuxta illud Pſal. xviij. Delicta quis intel/ligit?

Inuidia & odium proxi mi potiſſimũ

SECVNDO, inter omnia peccata mortalia, præcipue inuidiam, diſplicentiam, aut quãcunq; prorſus amaritudi/nem cordis erga proximum tuum deponas. Non eſt enim aliud peccatũ æque huic ſacramento aduerſum atq; diſcor

Communio.

dia, contrarium eſt enim & nomini, & rei huius ſacrament i. Nomen eſt cõmu/nio. Res, unitas cordium, ſicut una fides, unum baptiſma, unus deus, una ſpes, ac prorſus omnia eadem & cõmunia. Quod & figuratur in ſpeciebus ſacramẽ/ti. In quibus multa grana, amiſſa ſingulorum differentia in unũ panẽ, item uuæ multæ amiſſa ſua quoq; differentia, in unũ uinum redactæ ſunt.

Nullus ſperet humano ſtu/dio omnẽ er/ga omnes a/maritudinẽ deponere poſſe.

TERTIO, quia iuxta ſcripturam, Stultus eſt qui in corde ſuo confidit, cũq; nullus ſit hominũ, qui nõ habeat debitorem (ut beatus Auguſtinus ait) nullus eſt qui non inueniat, aut certe nõ aduertit, uel ignorat ſeſe inuenire in aliquibus uel aliquo, quod ſibi diſpliciat, deſperandum eſt tibi de tuo ſtudio, quod nõ po/teris omnem erga omnes amaritudinẽ deponere. Ideoq; iuxta CHRISTI cõ/ſilium, intres cubiculum, ores patrem tuum, ut ignorantias tuas nõ meminiſſe uelit, & id per gratiã ſuam facere, quod tuis uiribus nõ potes, id eſt, cor dulce & cõmune dare. Sed hæc p̃paratio eſt remota, etiam confeſſuro neceſſaria, & q̃dli bet ſacramentum recepturo. Ideo.

Animã uacu am & eſuriẽ/tem offeras.

QVARTO oportet, ut animã uacuã & eſuriẽtem offeras, id eſt, te plenum multis malis morbiſq; animæ confitearis, ſicut in ueritate es, etiã ſi forte nõ ſen/tias, nam (ut B. Augu. ait) iſte cibus nihil æquæ odit, ac ſaturum faſtidientemq; ſtomachũ. nihil ita quærit, ſicut animam eſuriẽtem & ſitientẽ, ut ipſe quoq; do/minus Matth. v. Beati qui eſuriunt iuſticiam, qm̃ ipſi ſaturabuntur. Item beata uirgo: Eſuriẽtes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Et Pſal. cvj. Quia ſa/tiauit animam inanẽ, & animam eſuriẽtem ſatiauit bonis. Bona uero quæ ſunt

Bona animæ

alia q̃ illa, quæ Galat. quinto recitat Apoſtolus: Fructus ſpiritus ſunt charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, longanimitas modeſtia, continẽtia, caſtitas. In ijs ſi te ſentis deficere, & gemis, optaſq; illa ob/tinere, ſecurus accede. Nuſq; enim inuenies illa niſi in iſto ſacramento.

COROLLARIVM.

Optima diſ/poſitio eſt in ſui indiſpoſiti one.

Optima diſpoſitio eſt, nõ niſi ea qua peſſime es diſpoſitus, & ecõtra, tũc peſſi/me es diſpoſitus, qñ es optime diſpoſitus. Quod ſic intelligit̃, quod qñ ſentis te miſerrimũ & egenũ gratia, iã eo ipſo capax es gratiæ, & idoneus maxime. Rur/ſus pluſq; mortẽ & infernũ timeas, ne qñ ſic accedas, ut tibi diſpoſitus uidearis ac dign⁹, quaſi allatur⁹ deo cor mundũ, q̃d poti⁹ ibi fuerat q̃rendũ & recipiẽdũ. Stat firma & iſolubilis ſentẽtia: Nõ eſt op⁹ medico bñ hñtib⁹ Nã ſicut nõ tũc, ita nec nũc Chr̃s uenit uocare iuſtos, ſed peccatores a pœnitẽtiã

Ideo

Ideo pœnitentia potius post, ꝙ ante sacramentum digne peragitur. Deus tuus est bonorum tuorum non indigens, sed bonorū suorum largus in te uenit ad te.

COROLLARIVM. II.

Magnus & pernicioſus error eſt, ſi quis accedat ad ſacramentum, ea nixus fiducia, quod confeſſus eſt, quod non eſt ſibi conſcius mortalis peccati, quod orationes & pręparatoria ſua pręmiſerit. Omnes ij iudicium ſibi mãducãt & bibũt, quia ijs omnibus non fiunt digni, neꝙ puri, immo per eã fiduciã puritatis peius polluuntur. Fiunt autem puri per fidem, ut ſequitur. Fiducia puritatis a pctõ & nicioſa.

Quinto, id cura, ut cum plena aut ſaltem poſſibili fide accedas, certiſſime confidens tete gratiam conſecuturum. Tantum enim accipies, quantum credis te accepturũ. Sicut Chriſtus ait: Quicquid orantes petieritis, credite ꝙ accipietis, & fiat uobis. Et iterum dicet tibi illud. Fiat tibi ſicut credidiſti. Si enim accederes ſine iſta fide, iudicium tibi omnino acciperes & mortẽ. Sic eñ in omni alio ſacramẽto non niſi illuſio & fictio agitur, ſi ſine fide ſuſcipiẽ, quod eſt horrendum. Hæc itaq; fides ſola & ſumma ac proxima diſpoſitio, facit uere puros & dignos: Quia non nititẽ in operibus aut uiribus noſtris, ſed in puriſſimo, pijſſimo, firmiſſimoq; uerbo Chriſti, dicẽtis: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Et iterum: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiã quoniam iſti ſaturabuntur. Fides eñ eſt quę iuſtificat, purificat, dignificat. Et Actuum. xv. Fide purificans corda eorum. Fides iuſtificat.

COROLLARIVM

Quicquid ſit de cõtritione tua, de pœnitẽtia uera uel falſa, illud maxime ſtude, ut in præſumptione iſtorum uerborum Chriſti accedas. Et ſic accedens illuminaberis, & facies tua non confundetur. Vel matrem eius noli mendacem facere, ubi dicit: Eſurientes impleuit bonis. Et multo magis, ne ipſummet domiñ arguas mendacij, ubi promittit: Venite ad me omnes. Argues autem mẽdacij, ſi non credis eũ ita facturũ tibi ſicut promittit. Ideo infidelitas eſt maximum peccatũ, & recta blaſphemia in charitatem diuinam. Fiducia uerborũ Chriſti accedendũ. Non credere maximũ peccatum.

Sexto: Si ſentis te nec iſta duo poſſe, uel ſatis poſſe, ſi uere ſenties, ſi teipm probes, hic nõ ueriaris cum Apoſtolis dominũ orare: Dñe adauge nobis fidẽ. Et cũ illo patre dæmoniaci, Marci. ix. Domine, adiuua incredulitatẽ meam. Sic intra in cubiculum tuum, & dic patri tuo in cœlis: Ecce mi domine Ieſu Chriſte, miſeriam meam reſpice, inops & pauper ſum ego, & tamen adeo faſtidioſus medicinæ tuæ, ut nec diuitias gratiæ tuæ ſuſpirem. Accende in me domine deſyderiũ gratiæ tuæ, & fidem promiſſionis tuæ, ut non offendam te optimũ deum meum peruerſa mea & incredulitate & ſaturitate mea. Ac ſic accede cum fiducia miſericordiæ eius, & in timore indignitatis tuæ. Sed hic tractãdum eſt illud Apoſtoli prima Corin. undecimo: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat &c. Hoc uerbum multi ſic intelligere uidentur, ac ſi uelit Apoſtolus nos nõ ante accedere, ꝙ donec inuenerimus nos dignos & puros ab omni peccato. ideo ſibijpſis faciunt anguſtiam & carnificinam conſcientiæ, diſcutiendo, conterendo, confitendo non ſolum uenialia, ſed ea quæ nõ ſunt peccata. Et ijs factis (ꝙd eſt horrẽdum barathrũ præſumptionis) iã ſecure accedũt, nec de fide ſua qui cꝙ ſoliciti. uolunt eñ iuſti & digni uenire, & ſimiles deo ſicut Lucifer, cũ deberent uelle iuſti & digni fieri & redire a deo. Precatio pro fide. Probet ſeipſum homo intelligitur.

Igitur illud uerbi dictum eſt contra eos qui Chriſtum diuidebant in diuerſas ſectas, alij uolentes eſſe Pauli, alij Cephæ, alij Apollo, alij Chriſti. prima Corin. iij.

Corin.iij. Et ideo inuicem iudicabant Et damnabãt atq; cõtemnebant. Insuper ad sacramentum alij alios præueniebant, & præsumebant ut alij uẽturi nihil haberẽt, ut clare ex textu & glossa beati Ambrosij patet. Quos Apostolus arguit & pronunciat indigne manducare &c. Volens ut seipsos potius probarent, iudicarent, damnarent, & non alios. Ea enim discordia (ut supra quoq; diximus) maxime facit indignos & reos corporis domini. Et hanc eius esse sententiam sequentia ostendunt. Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicẽ expectate, ne in iudicium conueniatis. Item: Si nosipsos iudicacemus, nõ uticq; iudicaremur a domino. Item: Non dijudicans corpus domini. quasi diceret, ita acceditis, ac si corpus domini nihilo esset dignius reliquo pane naturali. Potest quidem illud uerbum ertiam de probatione intelligi, qua homo peccata sua discutit atq; ponderat. Sed ea non est satis, nec ptinet nisi ad insensatos & crassos illos sacramenti contemptores. Non enim sufficit ut probes & ponderes, q̃ malus fueris, nisi magis ponderes & probes, q̃ bonus fieri cupias & anheles.

Temerariũ iudicium prohibuit.

De pctõrum examine intelligi potest.

COROLLARIVM I.

Si Apostolus per ea uerba uellet nos probari a nobis, usq; dũ digni fieremus, prorsus ad impossibile nos obligasset, & omnes homines, etiam sanctos cõmunione priuasset. Sibi denicq; ipse in pluribus locis contradixisset, ubi clamat, omnes esse peccatores, & sola fide iustificandos. Oporteret enim accessurum ad sacramentum esse certissimum, se sine omni peccato mortali esse, si non uelit iudicio sumere. At impossibile est ut ex se & suis uiribus certus fiat, iuxta illud: Delicta quis intelligit? Et illud Hieremiæ: Prauũ & inscrutabile est cor hominis, quis scrutabitur illud? Ego dominus scrutans renes & corda. Relinquitur itaq; ut certitudo illa stet super firmã infallibilemq; petram, id est, Christum & uerbum eius.

Dignus nemo ex se.

COROLLARIVM II.

Quare uera & solida probatio est, si te inueneris inanem quidem & sine ponderе salutis & iustitiæ, onustum uero ac laborantem in multis malisq; cupiditatibus. Quibus inuentis, anhelus sitias gratiam & misericordiam, easq; non dubites tete consecuturum. Sic beatus Gregorius reprehendens Petrum, quod dominum iussisset exire a se, quia peccator esset, ait: Si te peccatorem agnoscis, nõ oportet repellere dominum a te, sed multomagis inuitare. Et beatus Ambrosi⁹ Quia quotidie pecco, necesse habeo quotidie cõmunicare. Et quidam patrũ cõsuluit, ne facile quis se abstineret a cõmuniõe, ne forte simul & lõge fiat a Christo. Non enim uenenum nobis dedisse ac reliquisse timendus est. Qui nouissimum ac maximũ charitatis, quam ad peccatores gerit, memoriale seipsum protestatur nobis reliquisse, dum institueret sacramentum illud. Septimo: Si tandem adeo infirmus es in fide, ut nec illa te satis iuuent, aut nõ possis ea præstare apprehende illud nouissimum infirmorum remedium, & permitte te sicut infantem gestari in ulnis & sinu matris ecclesiæ, immo cum paralytico in lectulo ut dñs fidẽ illorũ saltem intueatur, quando tua nulla est, id est, ut infide uel uniuersalis ecclesię, uel hominis fidelis tibi noti accedas, & audãcter dicas domino Iesu: Ecce domine mi Iesu Christe, doleo me tam infirmũ, ut de tuo inæstimabili in nos amore nihil aut tam purum præsumam. Ideo suscipe me in fide ecclesiæ tuæ, & illius aut illius hominis. Quicquid enim sit de me, necesse esto domine me obedire ecclesiæ tuæ, que iubet ut accedam. In obedientia uenio saltem, si nihil aliud affero. Et crede firmiter, quod non indignus accesseris

Vera & solida suipsius probatio.

Indigum te agnoscas clæmentiæ dei.

Infide ecclia accedas.

feris. Non est dubium quin obedientiam ecclesiæ tanq; sibi factã acceptet. Deinde non potest fieri ut ecclesiæ fides te permittat perire, non magis certe q; parvulum, qui alienæ fidei merito baptizatur & saluatur. Sic beatus Bernardus, cum aliquando fratrem haberet nimis timidũ & scrupulosum, ita ut nollet celebrare, ait ad eum: Vade mi frater, & celebra in fide mea. Iuit ille obediens, & sanatus est ab omni languore conscientiæ suæ. Hæc itaq; latius dixi, quia compertum habeo, multorum concionatorum terroribus eo redactas Christianorum conscientias, ut sibi ex Christo Mosen fecerint, ex gratia legem, ex remedio uenenum, dum Christum falso imaginantur exactorem magis q; largitorem, ultorem magis quã propiciatorem, & in summa, damnatorem, non saluatorẽ: ita ut iam nec nominis sui, quod, est Iesus Christus, id est salutaris & unct⁹, gloria sit in cordibus nostris, nisi nudis syllabis. Nõ igit̃ omnib⁹ oportet terribiles iudicij minas intentare, sed duris & insensatis. Trepidis uero atq; scrupulosis, leuiores misericordiæ promissiones sunt declarandæ, quia alia medicina alijs morbis conuenit.

Obediẽtia ecclesiæ utilis.

Ex Christo Mosen faciũt

Octauo. Nec illud omittendũ, immo maxime curandum, ut memoria passionis Christi non omittatur. Quid enim prodest si digne præpareris, & nõ impleas id ad quod te præparasti? Nam præcepit dominus, id sacramentum non nisi in memoriam sui celebrari: ideo omittendum est, si memoriam eius omittere uoles. Sic dixit: Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Et Paulus Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec ueniat. Inde enim statuit ecclesia, ut missa sine euangelio non legatur. Hæc memoria autẽ aliũ requirit sermonẽ, quia non minus & ipa in superstitiones, & literalem hypocrisim apud multos uersa, q; pleraq; alia sacratissima dona dei.

Memoria passionis Christi.

Euangeliũ in missa legẽdũ

Literalis hypocrisis.

QVOMODO CHRISTI PASSIO SIT CONSYDERANDA.

HOMINI non est necessarium ut Christum in ipsius passione deploret, sed magis seipsum in Christo. Nã passio Christi (ut sanctus pater Augu. dicit) non solũ nobis exẽplũ est, ut sequamur eius uestigia, & in nobis membra terrena crucifigamus, sed etiã est sacramentum & mysteriũ, Christum per suam temporalem & corporalem passionẽ nostram spiritualem ꝑpetuã passionẽ ueteris hominis uicisse & crucifixi sse. Itaq; passionẽ Christi utiliter uel auditurus, uel lecturus, uel cõsyderaturus, talẽ cõcipias necesse est affectum, tanq; ipse eandem passionem in & cũ Christo patereris. Ergo audiens Christũ flagellatũ uel percussum, consydera hoc significari te spiritualiter flagellatum uel percussum. Sicut igitur tibi, si modo sanæ mentis homo es, dolet te spiritualiter a morte peccati & spiritu maligno cruciari, ita dolet & quidem uehementius dolet id Christo propter te in sua passiõe. Tu pateris ex merito, Christus propter te, & innocenter, portans in cruce non sua, sed tua peccata. Ita cõfitebat̃ latro in cruce passionẽ Christi. Sic & disce ex corporali passione Christi, cognitionẽ tuę spiritualis passiõis, & noticiã tuĩpsius. Christus in sua passione ꝑsonã nostrorũ peccatorũ suscepit, ideo nos in cordibus nostris tales corã deo apparere debem⁹

Homo seipm in Christo deploret.

Christus flagellatus.

sicut

sicut ipse coram hominibus pro nobis apparuit. Et quemadmodū ipse propter nos lamētatus est, ita debemus nosipsos super eum deplorare: sicut mulieribus dixit: Nolite flere sup me, sed super uos & super filios uestros. Igit̄ qui seipsum nō intelligit & inuenit in passione Christi, eam nō intelligit sufficienter, & frustra compatitur Christo, siue Christi uicem dolet, quia ex Christi passione non discit sibiipsi compati. Misseria nostra in Christo deflenda. Ideo pro te Christus fleuit, cōquestus est & passus, ut discas tuā propriam passionem & miseriam ante deū deplorare. Nam te recognoscens coram deo filium mortis, merito debes flere donec perpetuo libereris. Si ergo ita efficaciter tuam miseriam in passione Christi recognosceres, facilis tibi esset humilitas, mansuetudo, clementia, contemptus mundi, & cætera libenter etiam Christū in omnibus ipsius sequereris passionibus. Quis enim nollet flere uidens suam miseriam esse tantam, ut pro ea æterna, infinita & innocēs persona pateretur? nam terribile est auditu, neq; mirandum in parte nostra, si quis q̄ nostrum penitus desperaret, tantam miseriam consyderans, nisi e diuerso magna dei misericordia in solatium succurreret, per quam nemo in deo de sua salute desperare debet. Si enim deus filium pro nobis tradidit, dedit etiam in ipso nobis omnia. Quapropter uocatus in conscientia tua in accusationem, pœnā, & mortem coram deo tunc confitere & deplora id totum ex merito uenisse, & respice Christum omnia innocenter & immerito patientem, id quod unicum tibi solatium sit.

FINIS.

ACTA REVERENDI PATRIS MARTINI LVTHERII AVGVSTINIANI APVD D. LEGATVM APOSTOLICVM AVGVSTAE.

PIO LECTORI F. MARTINVS LVTHERIVS S.

IGNOSCE mihi charis. lector, quod toties nugis meis horas tibi perdo, facio id multum inuitus, dandum rogo putes & hoc necessitati. Placuit in cœlo, ut & ego fabula hominum fierem, quod tamen sic me debere domino cōfiteor, ut non dubitem, totum ijs quoq; hominibus tribuendū, quibus tanta est auriū pietas, ut suauissima pijssimaq; ueritate offendātur usq; ad insanam cordis & oris & operis impietatem. Auriū pietas. Vexauerunt iamdiu Ioanem Reuchlinum secretariū consultorem, uexant nunc me quæstionariū (ut sic dixerim) disputatorem, nec consilia, nec disputationes passuri. Speramus fore deinceps, ut præ ocio suo infelicissimo, somnia quoq; & cogitationes mortalium uexent. Quis enim ab ijs Behemoth dentibus securus est, quādo eos deuorāt, qui secrete consulunt, aut aperte doceri tantum petunt? Nouum (deum immortalem) & memorabile crimen, uoluisse doceri, & quęsiuisse ueritatem. Voluisse doceri puniunt. Atq; id in Ecclesia regnoq;

regnoq; ueritatis, in q̃ etiã oportet rationẽ reddi oĩb⁹ poſcẽtib⁹. Sed hæc alias

Nũc mi lector, quod ago, tale eſt, uideo libellos ædi, & rumores uarios ſpargi de actibus meis Auguſtenſibus, quanquam uere nihil ibi egerim, q̃ quod & tempus & ſumptus perdidi: niſi id ſatis abunde fuerit operis, quod nouam audiui linguam Latinam, ſcilicet, quod ueritatem docere, idem ſit quod Eccleſiam perturbare: Adulari uero & Chriſtum negare, id eſt, eccleſiam Chriſti pacificare & exaltare. Neque enim uideo, quomodo non tu ſis barbarus Rhomanis, & Rhomani tibi, ſi hanc neſcieris eloquentiam, etiam ſi alias Ciceronis eloquentiam ſuperes. Igitur ne in alterutram partem, uel amici nimio eleuent, uel inimici nimio deprimant cauſam, uolo ipſe in publicum dare, ea quæ obiecta mihi, & quæ a me reſpõſa fuere, ſimul uel hoc teſtimonio notũ facturus, me præſtitiſſe ſatis arduam, & abunde fidelem obediẽtiam Rhomano Pontifici. Primum, quod pauperculus, imbecillisq; pedeſter, tamen tantis ſtiperi & periculis me dedi, nec iuſtiſſimas & honeſtiſſimas, omniũ iudicio, abſentiæ cauſas apprehendi. Deinde coram eis ſiſti paſſus, qui de factione partis aduerſariæ, iuſtiſſime poterant a me reiici. Has autẽ iniquas & difficiles cõditiones (quantum naſus olfacit) ideo mihi uidentur amici iſti adornaſſe, & omnia præitruxiſſe, ut non ueritatis inquiſitionem, ſed perditionem meam facillime operarẽtur, nec aduẽtum meum ſperaſſe, ſed contumaciã meã deſyderaſſe uidẽtur, quo latis mox cenſuris, cauſaq; nec audita nec cognita, triumpharẽt. Cuius rei non leue argumentũ mihi fuit, q̃ poſt aduentum meũ primo cœptũ eſt quæri, in quibus nam accuſarer. Atq; uſq; hodie ſunt in domo Caiphæ ſcripta mea, ubi quæruntur aduerſus me falſa teſtimonia, nec adhuc inuenta ſunt. Etiã iſte (ut uideo) nouus mos, nouumq; ius Rhomanæ Curiæ cœpit, ut Chriſtum prius capiant, deinde quid obiiciant, quærant. Duo tamen mihi, immo unũ, q̃ ſpeciem haberet, obiectũ eſt, cõmentũ extrauagãtis, ut uidebis ſtatim.

Igitur ne & illuſtriſs. principem, electorem Fridericũ, ducem Saxoniæ &c. fruſtra pro me laboraſſe permitterem (clemẽtiſſime enim me & ſumptu & epiſtolis cõmendatitijs prouidit, atq; ut cauſa ex urbe cõmitteretur, gratioſiſſime iã antea laborauerat) Veni Auguſtã, ſuſceptusq; fui a reuerendiſs. D. Cardinale Legato, ſatis clementer, ac prope reuerentius. uir enim eſt omnibus nominibus alius, q̃ hi fratrũ uenatores robuſtiſſimi. Hic, ubi ſe nolle mecũ diſputare dixiſſet, ſed ſuauiter & paterne rem componere, tria mihi de mandato domini Papæ (ut aſſerebat) facienda propoſuit. Primũ, ut ad cor redirem, erratuſq; me eos reuocarem. Deinde promitterem in futurum abſtinere ab eiſdem. Tertio, & ab omnibus quibus eccleſia perturbari poſſit. Ego qui talia etiam Vuittenbergæ ſine periculis, ſine labore tanto, me facere potuiſſe uidebam, nec in Auguſta mihi fuiſſe quærenda: mox petij doceri, in quibus erraſſem, me non eſſe mihi conſcium ullius erroris, tunc protulit Extrauagantem Cle. Sexti, quę incipit, Vnigenitus &c. quod contra eã aſſeruiſſem propoſitione. lviij. non eſſe merita Chriſti indulgentiarum theſaurum. Vrgebat itaq; ut reuocarem, inſtabatq; cum fiducia, certiſſimus de uictoria. confidebat enim, atq; adeo ſecurus præſumebat, me non uidiſſe extrauagantem, fretus fortaſſis eo, quod non omnes codices eam habent.

Secundo obiecit, quod propoſitione. vij. inter declarandũ docueram, neceſſariã eſſe fidẽ acceſſuro ad ſacramentũ, aut in iudiciũ acceſſurũ. Hanc enim nouã & erroneam doctrinã putari uoluit. Sed potius incertũ eſſe oẽm accedentẽ gratiam conſequeretur nec ne. faciebatq; hac fiducia ſua, præſertim arridenti-

Veritatẽ docere eſt eccleſiã ꝓturbare.

Obediẽtiã præſtitit eccleſię.

Comparuit apud inimicos.

Quæſtiũ quibus acculem.

Excipitur a Cardinali honorifice.

Tria propo-nuntur.

Cle. Vnigenitus.

Card. uult fidẽ nõ eſſe neceſſariã acceſſuro euchariſtiam.

bus, & pro more suo cachinnãtibus Italis cæteris familiaribus suis, ut uicto similis uiderer.

RESPONDI TVNC.

Mihi non solũ istã Cle. esse diligenter uisam, sed & alteram eius æmulam & analogã Sixti quarti (uere enim legerã utrasq; una cũ uerbosissimo, & qui fidem illarũ merito derogaret apparatu, tanta est refertus insciti a) uerũ nõ habuisse eam apud me satis authoritatis, cũ alijs multis, tum ea maxime causa, quod scripturis sanctis abutit̃, & uerba (si modo sensus usitat⁹ subsistere debet) auda cius torquet in alienũ sensum, quẽ suo loco nõ habent, immo cõtrariũ habẽt. Ideo scripturas, quas ego in ꝓpositione mea sequor, esse ei præferendas omnino, ac nihil inde probari, Sed recitari dũtaxat ac narrari opinionẽ S. Thomæ.

Cle. scripturis abutitur.

Potestas Papæ supra scripturam.

Tunc cœpit aduersus me potestatem Papæ cõmendare, quoniam supra cõcilium, supra scripturam, supra omnia ecclesiæ sit. & ut id persuaderet, reprobationem & abrogationẽ concilij Basilien sis recitauit, ac Gersonistas quoq; una cũ Gersone damnandos censuit. Hæc ut erãt noua in auribꝰ meis, Negaui contra, Papam super concilio, supra scripturam esse. Deinde & uniuersitatis Parrhisien sis appellationem cõmendaui: multaq; confusa interlocutione de pœnitentia, de gratia dei, miscebamus: Nam alteram illam obiectionem cũ dolore audiui, nihil enim minus timuissem, & hanc rem in dubium uocandã aliquando, ita in nulla propemodum re conueniebamus. Sed ut altera alterã inueniebat (ut fit) ita semper noua surgebat cõtradictio. Cum autem uiderem ista contentione nihil agi, nisi multa inchoari, & nulla consummari, ac iã uere nos nihil, nisi multas extrauagantes cõminisci, præsertim cum ille, ut uice Pontificis summi, nollet cessisse uideri, petij ut tẽpus daret deliberandi.

Altera die præsentibus quatuor Cæsareæ maiestatis senatoribus, adductis notario & testibus, protestabar proprie & personaliter legens, coram reuerendissimo D. Legato, in hunc qui sequitur modum.

Protestatio.

In primis, Ego frater Martinus Lutherius Augustinianus protestor, me colere & sequi sanctam Rhomanã ecclesiã in omnibus meis dictis & factis, præsentibus, præteritis, & futuris. Quod si quid cõtra uel aliter dictũ fuit uel fuerit, pro non dicto haberi & habere uolo.

Verum exquo reuerendissimus dominus &c. mihi de mandato domini Papæ, ut asserebat, proposuit & exegit, ut super disputatione, quã de indulgẽtijs habui, tria hæc facerem. Primum redirem in mei cognitionem, & errorem reuocarem. Secundum, cautelam præstarem de futuro nõ repetendis. Tertium promitterem abstinere ab omnibus, quæ ecclesiã dei perturbarent.

Ego qui disputaui, & ueritatem quæsiui, quærendo delinquere non potui, multo minus ad reuocationem cõpelli, non auditus neq; conuictus: Hodie ꝓtestor, me non esse mihi conscium, aliquid dixisse, quod sit contra sacram scripturam, Ecclesiasticos patres, aut decretales Pontificum, aut rectam rationẽ, sed omnia quæ dixi, hodie quoq; mihi sana, uera, catholica esse uidẽtur. Nihilominus tamen sum homo, potens errare, submisi me, & etiam nũc submitto iudicio & determinationi legitimæ sanctæ Ecclesiæ, & oĩbus melius sentientibus. Tamen ad superabundantiam offero me pẽrsonaliter hic uel alibi, etiam in publico reddere rationem dictorum meorũ. Quod si hoc non placet reuerendissimo domino &c. paratus sum uel in scriptis, suis obiectionibus, si quas contra me producere destinauerit, respondere. Et super illis audire iudicium & sententiam doctorum insignium uniuersitatum imperialiũ, Basilien sis, Friburgen sis, Louanien sis; Aut si nec id satis est, etiam Parrhisien

In scriptis uult rñdere obiectiõib⁹.

Appellatuni uersitates.

sis

sis studiorũ parentis, & ab antiquo semper Christianissimæ, ac in Theologia florentissimæ uniuersitatis. Quo facto, repetijt disputationem hesternam de obiectione priore. Illa eñ multam speciem pro sua sentẽtia uisa est habere. Me uero tacente, & iuxta protestationem in scriptis respondere promittente, rursus satis confidebat. Tandẽ admissa scriptili responsione, abitum est. Tenor & textus responsionis est iste.

Reuerendissimo in Christo patri & domino, dño Thomæ, tit. S. Sixti Cardinali, sanctæ sedis apostolicæ Legato. &c. F. Martinus Lutherius Augustinianus salutem. Respõsio ad Cardinalem tit. S. Sixti.

Quã non detrectem respondere, libensq; uelim rationem reddere de singulis specialibusq; meis dictis, reuerendissime in Christo P. ut obiectionibus satisfaciã, quas heri & nudius mihi obiectas memini, hac uolui epistola humiliter protestari, nam duo sunt quæ mihi sunt a P. T. R. obiecta. Primũ, extrauagans illa Clementis sexti, quæ incipit, Vnigenitus &c. in qua thesaurus indulgentiarum asseri uidetur esse merita Christi & sanctorũ, quod ego in positionibus meis uideor negare. Respõdeo itaq;, Non fuit mihi incognita extrauagãs illa, cum istas meditationes meas meditabar. sed cum certissimus essem, unam q; totius Ecclesiæ sententiam esse scirem, merita Christi in spiritu non posse cõmitti hominibus, nec tradi per homines, aut ab hominibus: sicut tamen extrauagãs ista sonare uidebatur, uolui intactam relinquere, alijsq; ingenijs melioribus cõmittere magnas illas molestias & angustias, quas pro tuenda Papæ reuerentia patiebar. Occurrebat enim & mouebat, Primo, quod nuda essent uerba Pontificis, & aduersus cõtentiosum uel hæreticum, inualidum præsidium. Deinde si quis diceret, Turpe esse principem loqui sine lege: Et iuxta Zachariam, Nõ uerba hominis, sed legem dei requirendã ex ore sacerdotis. Item quod uerba scripturæ torquet, & in alienum sensum eis abutitur. Nam quæ de gratia iustificante dicta sunt, ad indulgentias trahit, quo uidebatur magis narrare, & magis opinione quadam pia exhortari, q; solida demonstratione aliquid probare. Vexabat etiã, quod fieri posse constat, Decretales aliquando errone/as esse, & contra sacras literas & charitatẽ militare. Nam licet Decretales Rhomani Pontificis, tanq; uocem Petri oportet audire, ut dicitur dis. xix. tamẽ hoc ipsum intelligitur de ijs solum (ut dicitur ibidem) quæ consonæ sunt sacræ scripturæ, & a prioribus Patrum decretis non dissentiunt. Merita Christi non cõmittũtur hoibus. Nuda uerba Pontificis. Exhortatur nõ definit. Pontifex ut uox Petri audienda.

Accessit ad hoc, quod de facto Petrus non incedens ad ueritatem Euangelij reprehensus est a Paulo Gal. ij. Ideo non mirum uideri, si successor eius in aliquo defecerit. Quandoquidẽ & Actu. xv. doctrina Petri non fuit suscepta, donec accederet & approbatio Iacobi minoris episcopi Hierosolymitani, & totius ecclesiæ consensus, unde fluxisse uidetur id iuris dogma, legem tunc firmari, quando utentium moribus approbatur. Præterea q; multæ Decretales priores correctæ sunt per posteriores, ideoq; & hãc forte pro tempore suo corrigi posse. Panor. quoq; lib. j. de elect. c. Significasti. ostendit, in materia fidei non modo generale cõcilium esse super Papam, sed etiam quemlibet fidelem, si melioribus nitatur, auctoritate & ratione, q; Papa, sicut Petro Paulus Gal. ij. quod & illo. j. Corin. xiiij. cõfirmatur, Si fuerit alteri sedenti reuelatum, prior taceat, ideo sic uocem Petri esse audiendam, ut tamen liberior sit uox Pauli eum redarguentis, porro omnium superior uox Christi. Reprehendi potest. Melius sentiens supra Papam.

Maxime uero laborabam, quod eadem extrauagans manifestissime mihi apparebat falsa quædam continere, Primo quod dicit merita sanctorum esse the/ Falsa cõtinet

Vltra condignũ præmiãtur sancti.

saurum, cum tota scriptura dicat, deum ultra condignum præmiare, ut Rhom. viij. Non sunt condignæ passiones huius temporis &c. Et B. August. lib. j. retract. xix. Tota ecclesia usq; in finem mũdi orat: Dimitte nobis debita nostra. ergo non superfluere alijs posse, quæ nec sibi sufficerent. inde uirgines sapientes noluerunt oleum cõmunicare insipientibus. Et beatus Aug. lib. ix. cõfess. Væ hominum uitæ quantũcũq; laudabili, si remota misericordia iudicetur. Et propheta: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Ideo sancti nõ suis meritis, sed sola dei misericordia salui fiunt, ut latius dixi in resolutionibus. Ego uero non eram tam insigni temeritate, ut propter unam Decretalem Pont. hominis, tam ambiguam & obscuram, recederem a tot & tãtis diuinæ scripturę testimonijs apertissimis, quin potius arbitrabar q̃ rectissime uerba scripturæ, quibus sancti describuntur deficere in meritis, incomparabiliter præferenda uerbis humanis, quibus scribũtur abundare: Cum Papa non super, sed sub uerbo dei sit, iuxta illud Gal. j. Si angelus de cœlo aliud uobis euangelisauerit, q̃ accepistis, anathema sit. Iam illud quoq; non nihil erat, quod Petro hunc cõmissum thesaurum dicit, de quo nihil constat nec in euangelio, nec ulla scriptura.

Deficiunt in meritis.

Thesaur⁹ cõmissus eccliæ

His perturbatus molestijs, ut dixi, consiliũ mihi fuit quiescere, & alios audire, cum positiones meas ueritissimas usq; hodie quoq; uiderem. Nunc uero cũ urgeor ipse tentare, quod ab alijs, maxime a summo Pontifice expectare debueram, cuius solius est declarare ea, quæ condidit, tamen pro uiribus ingenij & gratia dei, conabor pro tutela synceritissimæ ueritatis, positiões meas cũ Extrauagante concordare, utrasq; seruando in ueritate. Primum, supponendo q̃ indulgentiæ prorsus nihil sunt (metaphysice loquendo) quia certum est, eas esse aliud nihil, q̃ remissiones satisfactionis, id est, bonorum operũ, eleemosynæ, ieiunij, orationis &c. Ideoq; certũ est, eas esse bonũ priuatiuum, dum permittunt non solui pœnas debitas, aut non fieri labores operum: quare necessario thesaurus hoc loco impropriissime accipitur, quia nihil confertur positiue, sed permittitur, ut nihil soluatur.

Indulgentiæ nihil sunt.

Secundo, certo certius est, quod hunc thesaurum Papa nõ habet, uelut in loculo uel cista, sed in uerbo uel clauibus, uel potestate, quia erogando, nõ cistã, sed uoluntatem & uerbum aperit, & sic donat.

Thesaur⁹ sũt merita Christi proprie.

Tertio, Ideo sequitur, quod thesaurus indulgentiarum sunt merita Christi, non formaliter, nec proprie, sed effectiue & improprie, quia Papa non dat merita Christi formaliter, sed de merito Christi, id est, per claues quas meruit dari Ecclesiæ suæ: quia in uirtute clauiũ est, ut remittatur satisfactio. & sic patet quod recte dixi concl. lx. thesaurum hunc esse claues Ecclesiæ merito Christi donatas. Et hoc sensu uerum est, merita Christi esse thesaurum indulgentiarũ scilicet, improprie thesaurum & meritũ Christi accipiendo. Patet ergo cõcordantia extrauagantis cum mea positione.

Quarto, hanc esse mentẽ Papæ in ista extrauagante, probant ipsa uerba Papæ, ubi dicit, hunc thesaurum Petro & successoribus suis a Christo cõmissum sed constat & certum est, nihil Petro cõmissum, præter has claues regni cœlorũ, quæ sunt merita Christi (id est, de merito Christi donatæ) improprie & effectiue, ut dixi. Et alterũ uerbi thesaurũ de q̃ dicit, Pasce, pasce, pasce oues meas.

Veritas thesauri occultatur apud populum.

Quinto, hanc autem thesauri indulgentiarum intelligentiã, certum est esse incognitam apud populum Christi, & innominatam, ut dicit concl. lvj. quia uere nõ dicũtur nisi impropria & obscura illa nomina, thesaurus, merita Christi &c.

sti &c. ideo fere credunt, sese bonum aliquod proprium & positiuũ consequi, sicut donum aliquod, aut gratiam, cum tamen non consequantur nisi ministerium clauium, quo soluuntur ne satisfaciant pro peccatis, ac sic priuatiuum bonum accipiunt & improprium thesaurum. Et ille est inexhaustus & infinitus, quia uirtus clauium est inexhausta, quæ in merito Christi immediate nititur, indulgentiæ uero mediate. Ac ideo potest etiam dici, merita Christi esse thesaurum indulgentiarum mediate.

Merita sctõrũ improprie thesaurus.

Sexto, Similiter admitterem etiam, merita sanctorũ esse hunc thesaurum, scilicet improprie, id est, quod merita sanctorũ per fidem Christi incorporata, & unũ cum eis facta, iam idẽsint & faciant quod merita Christi, iuxta illud, quod uita iusti non est ipsius, sed Christi in eo uiuentis. Gal. ij. Viuo ego, non ego, uiuit uero in me Christus. Nam merita sanctorũ, ut sanctorum, nihil essent, & damnabilia, ut supra dixi, ut beatus Augustinus: Vbi non ego, ibi felicius ego, quia Christus & Ecclesia sunt duo in carne una.

Merita Christi sũt thesaurus gratiæ uitalis.

Septimo, Verissimũ tamen est, merita Christi non esse thesaurum indulgentiarũ positiue, proprie & immediate, ut aliquid conferant, sicut intelligunt rudiores, quia quando conferunt donum positiuum, faciunt id non ut indulgentiæ thesaurus, sed ut gratiæ uitalis thesaurus, tunc eñ formaliter proprie immediate donantur sine clauibus, sine indulgentijs, a solo spiritusancto, nõ autem unctꝰ a Papa: Quia per charitatem homo fit unus spiritus cũ Christo, ideo participat oĩbus bonis eius. Et hoc est quod mea conclu. lvij. dicit. Nec sunt merita Christi, quia hæc sine Papa operantur gratiã hominis interioris.

Merita Christi proprie & improprie.

Breuiter itaq; patet, quod merita Christi necesse est dupliciter accipi, si salua debet extrauagans consistere. Vno modo proprie & formaliter, & sic sunt thesaurus uitæ spiritus, & proprijssime a solo spiritusancto distributus, cui uoluerit. Alio modo improprie & effectiue & literaliter, pro eo quod meritis Christi effectum est. Et sicut extrauagans improprie inducit scripturas, ita etiã improprie thesaurum, improprie merita Christi, & omnia improprie accipit. Quo factum est, ut esset ambigua, obscura, & occasio iustissima disputandi. ego autẽ proprie locutus sum in meis positionibus. Qui habet, det meliora, & reuocabo ista, non enim meũ est interpretari Canones Ponti. sed meis positionibus adesse, ne cõtra Canones pugnare uideantur, expectãs humiliter, si alia fuerit mens Papæ demũ declarata, paratus eidem parere. Hæc omnia tamen dicta uolo pro reuerentia sedis apostolicæ & reuerendiss. D. Card. &c. Nam si legitima & libera agendum mihi est sententia, cõtendo & probo eandem extrauagantem esse proprie, directe, aperte pro me meaq; conclusione, Et contra sententiam reuerẽdiss. D. Card. quia textus expresse dicit, ꝙ Christus thesaurum hunc acquisiuit Ecclesiæ &c. hoc uerbum acquisiuit, euidenter conuincit, atq; concludit irrefragabiliter, aliud esse merita Christi quibus acquisiuit, & aliud thesaurum quẽ acquisiuit, quia aliud est causa, & aliud effectus, ut etiã Philosophi dicunt. Ideo conclusio mea stat inuicta, quod merita Christi nõ sunt thesaurus indulgentiarũ, sed acquisierunt eum. Nihilominus tamen etiã hæc ipsa submitto iudicio Ecclesiæ, ut supra.

Thesaurum acquisiuit ecclesiæ.

OBiectio altera est, quod in conclu. mea. vij. declaranda dixi, Neminẽ iustificari posse nisi per fidem, sic scilicet, ut necesse sit, cum certa fide credere, sese iustificari, & nullo modo dubitare, quod gratiam consequatur. Si eñ dubitat & incertus est, iam non iustificatur, sed euomit gratiã. Hanc Theologiã nouã putant uideri & erroneam. Ad quã respondeo.

Iustus oīs credit.

Primum, Infallibilis est ueritas, q̄ nullus est iustus, nisi qui credit in deum. Rho. j. Iustus ex fide uiuit. ideo quicunq; nō crediderit, iā iudicatus est, & mortuus: igitur iustitia iusti & uita eius, est fides eius. Quare oīa opera fidelis uiua sunt, & omnia opera infidelis mortua, mala & damnabilia sunt. iuxta illud Non potest arbor mala fructus bonos facere: Arbor autē quæ non facit fructū bonos, excidetur & in ignem mittetur.

Fides qd sit.

Secundo, Fides autem est nihil aliud, q̄ illud quod deus ꝓmittit aut dicit credere. Sic Rhoma. iiij. Credidit Abraham deo, & reputatū est ei ad iustitiā. ideo uerbum & fides necessario simul sunt, & sine uerbo impossibile est esse fidem. Esa. lv. Verbū quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum &c̄.

Accedens ad sacramētū euchari. de gratia cōsequenda confidat.

Tertio, Nunc probandum est, q̄ accessuro ad sacramentum, necessarium sit credere, sese gratiam consequi, & in hoc non dubitare, sed certissima fiducia cōfidere, aut in iudicium accedit. Primo per illud Apostoli ad Hebr. xj. Oportet accedentem credere, q̄ deus est, & q̄ inquirentibus se remunerator est. Omnino etiam oportet credere iustificatorē & gratiæ largitorē in præsenti, sine qua præmiū nō largietur. Secundo necessariū est sub periculo æternæ damnationis & peccato infidelitatis, credere his uerbis Christi, Quodcūq; solueris super terram, solutū erit in cœlis. Ideo si accedas ad sacramentum pœnitentiæ, & nō crediderīs firmiter tete absoluendū in cœlo, in iudiciū accedis & damnationē, quia nō credis Christū uera dixisse, Quodcūq; solue. &c̄. & sic tua dubitatiōe Christum mendacem facis, quod est horrendū peccatum.

Credat uerbis Christi.

Fides dignū facit.

Si autem dixeris, Quid si sim indignus & indispositus ad sacramentum? Respondeo ut supra, Per nullā dispositionē efficeris dignus, per nulla opera aptus ad sacramentū, sed per solam fidē: quia sola fides uerbi Christi iustificat, uiuificat, dignificat, præparat, sine qua omnia uel sunt præsumptionis, uel desperationis studia. Iustus em̄ nō ex dispositione sua, sed ex fide uiuit. quare de indignitate tua nihil oportet dubitare. Ideo enim accedis, quia indignus es, ut dignus fias, & iustificeris ab eo, qui peccatores & nō iustos quærit saluos facere. Dū aūt credis nomē Christi, iā honoras uerbū eius, & ex eo opere iustus es.

Fides in euāge. cōmēdat.

Tertio, hanc fidem multipliciter cōmendauit in euangelio. Primo, quando mulieri Cananeæ dixit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut credidisti. Hic patet, q̄ non de fide illa generali agitur, sed de speciali illa, quæ erat de effectu sanandæ filiæ, quē mater petijt, hunc enim effectū ipsa fortiter credidit posse, & uelle Christum efficere, & sic impetrauit. Nunc̄ autem impetrasset, nisi ita credidisset. ergo adhunc effectum nulla dispositione, sed sola fide digna facta est. Secundo, quando ad cæcos illos dixit: Creditis, quia possum hoc uobis facere? Et illi: Vtiq; ait: Sicut credidistis fiat uobis. Ecce certi erant, quod fieret, quod petebant, ideo & factum est sine omni alia dispositione. Si autem dubitassent futurum, nec petissent bene, nec accepissent. Tertio, Centurio ille: Dic tm̄ uerbum, & sanabitur puer meus, Non utiq; generali fide, sed speciali de p̄senti effectu credidit, & impetrauit. Quarto, Ioannis quarto, Regulus ille credidit sermoni, quem dixit illi Iesus, scilicet, Vade, filius tuus uiuit. En ipsa fide meruit uitam filij: Ita certe oportet animum accedētem credere, sese cōsecuturum, quod quærit, aut nihil consequitur.

Quinto, illud Marci: Quicquid orantes petieritis, credite, quia accipietis, & fiet uobis. Ecce dicit, quicquid, nihil excipiendo. Patet autem, quod in sacramento quolibet petimus aliquid (nemo enim sacramentum accedit non petiturus gratiam) ideo hic audiendus est Christus, dicēs: Credite quod accipietis

& fiet

& fiet uobis, alioquin omnia nutarent in ecclesia, & nihil certi constaret, quod est absurdissimum.

Sexto illud, Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, & dixeritis monti huic, transi hinc, & nõ hæsitaueritis in cordibus uestris, amen dico uobis, fiet. Et si totũ euangeliũ percurras, inuenies exempla alia multa, quæ omnia nõ de fide generali, sed de fide particulari, & quæ ad effectũ aliquẽ præsentẽ pertinere dicuntur. Quare necessaria est fides certa in absoluẽdo, cũ sacramenta nouæ legis, iuxta Magistrũ, sint in exercitiũ & actuationẽ fidei nostræ instituta.

Fides particularis hũda

Fides in absolutione necessaria.

Septimo, Hinc enim discipulos & Petrum sæpe arguit dñs, quod essent modicæ fidei, nõ generalis illius, ut dicit, specialis de effectu præsenti, ut patet.

Octauo, Iacobus capite primo, Si quis indiget sapientia postulet a deo: postulet autẽ, in fide nihil hæsitans: nam qui hæsitat, similis est fluctui maris, qui uento mouet. Non ergo existimet homo ille, quod accipiet aliquid a deo. Ista est certe euidẽtissima autoritas, quod gratiã aut sapientiã nullus accipe potest, qui dubitet sese accepturũ, nec uideo quid ad eam responderi possit.

Non accipiet qui dubitat se accepturũ

Nono, Beata uirgo nunq̃ concepisset filiũ dei, nisi angelo nunciante, credidisset ita futurũ, ut diceret: Fiat mihi secundũ uerbũ tuum: sicut prædicat Elizabeth: Beata quæ credidisti, quia p̃ficientẽ in te, quæ dicta sunt tibi a dño. Vnde fidem eius miratur diuus Bernardus & uniuersa Ecclesia. Sic Samuelis mater Anna postq̃ credidit uerbo Heli, abijt, & uultus eius nõ est amplius in diuersa mutatus. Contra, filij Israel, quia nõ crediderunt uerbo promittentis terram Chanaan, in deserto prostrati sunt. Et breuiter, quicquid illustre factũ legimus in ueteri & noua lege, fide factũ esse legimus, non operibus, nec fide generali, sed particulari ad præsentẽ effectũ destinata. Inde nihil aliud in scriptura q̃ fides cõmendat, præsertim Abraæ, Rho. iij. quæ tamen fuit in filiũ nasciturum Isaac, & nihilominus est ei in iustitiam reputata. Sic & nobis in sacramẽtis fiet si credimus, consequimur: si nõ credimus, in iudiciũ accedimus.

Decimo, beatus Augustinus super Ioannem, Accedit uerbũ ad elementum, & fit sacramentũ, nõ quia fit, sed quia creditur. Ecce baptismus abluit, nõ quia fit, sed quia creditur abluere. Inde & Mariam absoluens dicit: Fides tua te saluã fecit, uade in pace. Inde illud dictum cõmune, Non sacramentũ fidei, sed fides sacramẽti iustificat: sine qua impossibile est, ut pax sit in conscientia rei, ut Rho. v. Iustificati ergo ex fide, pacem habemus ad illam.

Fides in baptismo.

Vndecimo, Bernardus sermone de Annũ. primo. Necesse est em̃ primo omniũ credere, quod remissionẽ peccatorũ habere nõ possis, nisi per indulgentiã dei, sed adde adhuc, ut credas & hoc, quod per ipsum peccata tibi donãtur, hoc est testimoniũ quod perhibet spiritus in corde tuo, dicẽs: Dimissa sunt tibi peccata tua: sic enim arbitratur Apostolus, gratis iustificari hominẽ per fidẽ. Hæc ille. Istæ & multæ aliæ autoritates, tam expresse, tam copiose cogunt, captiuãt, ducunt me in sententiam quam dixi.

Quare reuerendiss. in Christo pater, cum diuino munere uenis, insignibus dotibus, præsertim iudicij acrimonia donatus. Rogo humiliter reuerendiss. P. T. dignetur clementissime mecũ agere, & conscientiæ meæ compati, ac demonstrare lucem, qua possim hæc aliter intelligere, & non cogere ad reuocationem eorum, quæ etiam, teste conscientia, non alia duco, q̃ ea quibus me necesse sit cõsentire. Et stantibus his autoritatibus aliud facere non possum, nisi quod obediendum deo magis q̃ hominibus, scio.

A ueritate scripturæ nõ est discessus.

Velitq̃ reuerẽdiss. P. T. apud sanctiss. dñm nostrũ Leonẽ decimũ, p me iterce-

dere, ne tanta rigoris inclemẽtia in me ꝑmoueat̃, ut in tenebras ꝓijciat animã quærentẽ nõ nisi lucẽ ueritatis, & paratissimã cedere, mutare, reuocare omnia, ubi aliter intelligẽda esse edocta fuerit. Nec tam arrogans & uanæ gloriæ studiosus sum, ut hac causa reuocare pudeã male dicta, immo gaudiũ meũ primũ fuerit, uictricẽ fieri ueritatẽ, solum ne quid contra cõscientiæ meæ sensum tentare cogar. Nam sine omni scrupulo hanc esse scripturarũ sentẽtiã credo. Dñs Iesus regat & seruet reuerendissimã P. T. in æternum, Amen.

Lucẽ ueritatis quærit.

Quæ cum altera die obtulissem, primo contempsit & uerba esse, missurũ tamen ea ad urbem sese dixit, interim ad reuocationẽ urgebat, intentans censuras sibi demandatas, ac nisi reuocarẽ, abirem, & non redirem in conspectũ suũ. Quo audito, cũ uiderem eum esse firmatũ in proposito, nec uellet audire scripturas, ego quoq; firmassem propositũ non reuocandi, abij sine spe redeundi Nam q̃q̃ dixit, & etiam nunc glorietur̃, sese paterne, non iudicialiter mecũ acturum, nõ intellexi tamẽ hãc paternitatẽ, nisi omni iudicio rigidiorẽ esse, ut quæ non nisi reuocationẽ contra conscientiã exigeret, nec saltem uellet, aut posset potius, ostendere & conuincere errorem. Nam cum uidisset a me reijci scholasticorũ opinatorũ cõmenta, promisit quidẽ se acturum contra me Sacra scriptura & Canonibus, quod quomodo intellexerit, iterũ ignoro. Nullã em̃ syllabam ex sacris literis cõtra me produxit unq̃, nec usq; hodie, si q̃ maxime uellet, posset, cum uno omniũ consensu firmatũ sit, nihil de indulgentijs in sacris literis haberi, quæ potius nõ nisi fidẽ cõmendant, & tam uacuæ sunt indulgentiarũ memoria, q̃ plenæ sunt fidei eruditione, ut impossibile sit utrũ illorũ articulorũ posse conuelli per ipsum. Vbi uero ego scripturas pro me attuli, cœpit homo, paterne agens, de corde suo mihi fingere glossas. Et qui tam uigilanter extrauagantẽ contra me obseruarat, satis pulchre dissimulabat Canonem illum, quo prohibet Ecclesia, ne quis proprio ingenio scripturas interpretet̃, & iuxta Hilariũ, nõ afferendas, sed referendas esse ex sacris literis intelligẽtias Nec tamẽ hanc uiolentiã eius ægre tuli, sciẽs eã facultatẽ interpretandi, ex longa Rho. curiæ consuetudine, & scholasticorũ distinctorũ usu sibi præsumptã. Creditũ est em̃ iamdiu, ꝙ quicq̃d Rho. ecclesia dixerit, damnarit, uoluerit, id mox omnib⁹ dicendũ, damnãdũ, uolẽdũ esse, nec aliã reddi rationẽ oportere, q̃ quia sic sedes apostolica & Rho. ecclesia sentit. Hinc relictis sacris literis, & acceptis traditionibus, uerbisq; hominũ, factũ est, ut Ecclesia Christi nõ mensura tritici pascat̃, nec uerbo Christi, sed non raro temeritate & uoluntate alicuius indoctissimi adulatoris regatur, & eo ꝓfecerit nostræ infelicitatis magnitudo, ut ad reuocationẽ & abnegationem fidei Christianæ, & sacratissimæ scripturæ incipiant cõpellere. Porro, Si iste est modus reuocandi, nihil uideo futurũ, q̃ ut præcedentẽ reuocationẽ, sequẽte alia, sine fine reuocem. Nam siqua industria suũ ipsius dictum, in eum ipsum retorsero, cito aliud cordis sui idolũ mihi fingeret, (Est enim mire fœcunda distinctionibus Thomistica Theologia, ac uere Protheus quidã) cui necesse esset denuo reuocando obedire. Cum enim nõ in soliditate petræ, sed in arena cogitationũ suarũ uagetur, nihil aliud q̃ perpetuũ reuocandi negociũ mihi incumberet.

Cardi. noluit audire scripturam.

Sine scriptura disputat.

Glossas ex suo capite cõmentatur.

Facultas interpretãdi temeraria.

Sic sentit ecclesia.

Indoctissimi adulatoris uolũtate sæpe regitur.

Igitur accepto mandato non redeundi, mansi tamen eodem die in loco.

Tum uocato Reuerendo, & optimo patre meo Ioanne Stupitio uicario, egisse dicitur multis, ut ad reuocationẽ inducerer spontaneã. Mansi & sequente die, & nihil mandabatur.

Tertia die, scilicet dominica, mansi, & literas dedi, nec aliq̃d respondebat̃.

Quarta

Quarta die mansi, & nihil fiebat.

Idem silentiũ quinta die passus, tandem cõsulentibus amicis, præsertim cũ antea iactasset sese habere mandatũ ut & me & uicariũ incarceraret, disposita appellatiõe affigẽda, recessi, sat ꝑiculosam obediẽtiã me præstitisse arbitratus. Mandatũ incarcerãdi habuit.

NVNC MI LECTOR, tu mihi cõueniendus es. Posteriorẽ illã responsionem meã, & si cũ multa reuerentia dedi, ac uelut in arbitriũ summi pontificis reposui, nõ tamen id me fecisse credas, quod de re ipsa dubitem, aut animi sententiã sim unq̃ mutaturus. Veritas diuina est, etiam domina Papæ, non em̃ iudiciũ hominis expecto, ubi diuinũ iudiciũ cognoui, sed quia oportuit reuerentiã seruare ei, qui uice summi pontificis fungebat̃, tum quod etiã uerissime dicta, oporteat cũ humilitate & timore asserere & tueri. Priorem uero nihil refert utut acceperis, nam in ipsa nullũ periculũ est, stet siue cadat, nec indulgẽtijs quippiã accedit, si uicta ac falsa fuerit: nec quicq̃ decedit, si uicerit, ueraq̃ fuerit. Nec ad rem ipsam multũ pertinet, nisi quod per eius ingressum subdole totius disputationis calumnia quærit̃. Nam si superbius uoluissem agere, non potuissem ad unum uerbũ cogi, cum tota disputatio iam sit dedicata & oblata põtifici, ita ut ad me amplius nihil ꝑtineat, nisi expectare sententiã. In posteriore uero responsione certe summa pendet salutis. Non es malus Christianus siue scias siue ignoras extrauagantẽ, non es autẽ nisi hæreticus, si neges fidem uerbi Christi. Quid hic premam & taceam, credo te sentire, optime lector non sine gemitu. Quare se põtifici submiserit.

Vnum tamen te latere nõ uolo, hac disputatione nihil quæri, q̃ synceræ scripturæ intelligentiã, quã nobis in multis locis sacra illa, ut uocãt, decreta, si nõ corrũpunt, certe uerbis detortis ac male tractatis obscurãt, & uelut obducta nube purissimũ solem tegunt, de quo aliquãdo latius, si aliquis mihi Rhomanus adulator obstrepuerit, præstabo, deo propicio, quendã iuristotheologum. Sed qui parum sit placiturus, præsertim Rhomanæ curiæ adulatoribus, iamdudum enim gestit animus ludere bellum, quod gessit Iosue aduersus Haijtas. Interim hunc gustum tibi prælibo, quod conclusio mea uere est contra extrauagantẽ illam, ideo falsa & erronea, & reuocãda, quare & reuoco eam solenniter in his scriptis, damnatãq̃ a meipso ꝓnũcio, ꝓfiteor deniq̃ quod ita posita est a me, & usq̃ hodie placet ipsa, atq̃ si posita non esset, adhuc ponerem. Decreta corrumpũt scripturam. Reuocat extrauagantẽ.

Secundo, reprobo, damno, detestorq̃ extrauagantẽ illam tanq̃ falsam & erroneam, meritoq̃ reprobandã, profiteorq̃ bonũ fuisse, eam alijs uerbis positã esse: non ꝙ sit falsa in suo sensu, sed ꝙ in theologico sensu errat, cuius uerba inducit contra sententiã textus apertissimam.

Ecce reuocationẽ, iam satisfeci, etiam aduersarijs, spero. Quid? insanum me putas lector, aut ebrium censes? Non insanio, sed sobrietatis uerba loquor. Quod ut ostendam etiã crassissimæ ruditati, clarũ faciam, solere scilicet pontifices uim facere sacris literis in suis decretis. Nam R. D. Legatus omniũ impatientiss. tulit, ꝙ nec Papæ sanctitati peꝑcerim (sic em̃ scribit ad Illust. principẽ Fridericũ &c.) & relatione indigna dixerim, ꝙ Papã torquere & abuti scripturis dixerim, nitendum itaq̃ mihi est, ut nõ possit negare uim scripturæ aliquando factam. Vim scripturæ pontifex facit.

Primo, dicit Decretalis de consti. translato sacerdotio, necesse est ut translatio legis fiat. Hæc Apl̃i uerba sunt ad Hebræ. dicẽtis, tẽporale sacerdotium legis finitum & abrogatum, succedente sacerdotio æterno Christi. Hæc est germana & genuina sententia istorum uerborum. Ac decretalis huius sententia est hæc Translato sacerdotio, fit translatio legis.

est hæc, sacerdotium Christi est translatum a Moyse in Christum, & a Christo in Petrum. Sic enim interpretantur Iuristæ, & Pontifex permittit seu approbat. Quis autem non uidet alienam hanc, tortamq; & abusiuissimã esse uerborum intelligentiam: immo prorsus talem, quæ nisi multo sudore moderetur, simul & indoctissima & impijssima sit. Impijssimũ est enim dicere, sacerdotiũ & legem Christi esse abrogata & finita, ut Petrus sacerdos & legislator amoto Christo sit. id enim significat proprie uerbũ Apostoli, translatio. Nolo Petrum aut Paulum sacerdotium habere, quoniam & ipse peccator est, non habens, neq; quod pro me, neq; quod pro se offerat. Vt interim taceam fœdissimam arrogantiam, quam talis olet intelligentia, scilicet, in solum Petrum a Christo fuisse translatum sacerdotium Christi, quasi cæteri apostoli remanserint laici, aut a Petro ordinati fuerint sacerdotes & apostoli. Igitur si nunc posuero hanc propositionem, Sacerdotium Christi nec in Petrum, nec in Papam translatum est. Et R. D. L. mihi hanc decretalem opposuerit, cum gestu & tonitru maiestatis suæ, & urgeat me ad reuocationem. Et ego respõderim, Papam ibi torquere scripturas, & abuti uerbis eius, meam autem conclusionẽ esse ueram in theologico sensu, decretalem autem forte in aliquo alio abusiuo, putas me debere formidare minas uerbi humani, quibus terreor, quasi indignum relatu dixerim, & sanctitati Papæ non pepercerim? Honorabo sanctitatem Papæ, sed adorabo sanctitatem Christi & ueritatis.

Petrus & Paulus nõ habẽt quod offerãt, etiã pro se.

Sacerdotiũ Christi nõ in papa

Item, si illud Matth. x. Tu es Petrus, & tibi dabo claues regni celorũ. Quod cunq; solueris &c. tractarem uel in scholis, uel in suggesto, Et ponerem hanc propositionem: Istis uerbis non potest probari, Rhomanam ecclesiam esse cæteris per totum orbem ecclesijs prælatam: Et mihi Re. D. L. opposuerit (credo cum commotione, præ relati indignitate) distinctione. xxj. ubi Pelagius papa tanta uoce clamat, non synodicis decretis, sed euangelica uoce (bene uoce, sed non sensu) Rhomanam ecclesiam esse cæteris ecclesijs prælatam: & ad id inducat hunc Matthæi apostoli locum. Credis ne me relicturum euangelicum sensum, & non nisi Pelagij sensum amplexurum, qui uocem, non sensum euangelij sese iactat sequi? Non quod nouam monarchiam nostri seculi Rhomanorum damnem aut negem, Sed quod uim scripturæ uerbis fieri nolim, & insulsissimorum quorundam hominum stulticiam reprobem, qui nobis ecclesiam Christi tempori & loco affixerunt, contra uerbum Christi dicentis: Non ueniet regnum dei cum obseruatione. & Christianum esse posse audent negare, qui non sub Rhomano pontifice, decretisq; eius oppressus fuerit: Ac sic plusquam octingentorum annorum Christianos, totius orientis & Africæ nobis ex ecclesia Christi eijciunt, qui nunquam sub Rhomano pontifice fuerunt, nec euangelium unquam sic intellexerunt. Nam adhuc sancti Gregorij tempore Rhomanus pontifex uniuersalis episcopus non salutabatur, immo ipsemet Gregorius, licet Rhomanus episcopus, acerrime persequitur nomẽ uniuersalis episcopi, & totius ecclesiæ pontificẽ, plus fere sex epistolis, ut non dubitet uocabulũ eiusmodi prophanũ appellare, quod nostro seculo & solum appellat sanctissimũ. Sicut em̃ Petrus cæteros aplos non creauit (sic em̃ hodie uocat̃ episcopus ordinare) ita successor Petri nullũ successorẽ aliorũ apostolorũ creauit. Deniq; nõ nisi fratrẽ & coepiscopũ & collegã uocauerũt Rho. pontificẽ cæteri episcopi, ut Cyprian⁹ Corneliũ, & Augustin⁹ Bonifaciũ, & alios.

Ecclesia Rhomana nõ supra alias.

Ecclesiã christi tẽpori & loco affigũt.

Vniuersalis episcopus.

Vnde S. patres illud Matthæi, Tibi dabo, nõ intellexerũt ad sensum sacri istius Canonis, sup̃ cæteros fuisse Petro dictũ. Sed unus (inquiunt) pro omnibus

Tibi dabo, Petro ꝓ oĩb⁹ dictũ est.

ut æqualitas

ut æqualitas una omniũ exprimeretur, dum quod Petrus respondet, omnes & singuli respondent. Vnde & alio loco in plurali eandẽ sententiã dicit: Quodcũq; ligaueritis &c. & quod uni dicitur, omnibus dicitur. Denicq; nõ primum super Petrũ descendit spiritus sanctus in die Pentecostes, nec in terris primum legitur insufflasse in Petrum, quod tamen si ẽ maxime factum fuisset, nõ ideo Petrus monarcha præ cæteris fuisset apostolis.

Monarcha Papæ ꝓbat.

Igitur Canon ille sit uerus, admitto, sed abusiue, mea euangelico & proprio sensu conclusio uera est. Quod si monarchia Papæ probari potest, potius ex illo Apostoli Rhoma. xiij. probabitur. Omnis potestas a deo est, & quæcunq; a deo sunt, ordinata sunt. huius inquã uirtute (proprie loquẽdo) subijcimur sedi Rhomanæ, donec deo placuerit, qui solus non etiã Rho. Pont. transfert regna atq; constituit.

Talia multa mi lector in sacris Decretis inuenies, & alia quædã, quæ si nasum sponsæ respectorem Damasci, id est, carnis & sanguinis adhibeas, sæpius odore offenderis.

Merita Christi non sunt thesaurus.

Sic nunc de Extrauagante illa dico: Merita Christi nõ sunt thesaurus indulgentiarũ, quia sine Papa operantur gratiã. Hæc propositio euangelica est, ubi scribit in multis locis, Christi sanguine & obedientia nos factos & cõstitutos iustos, præsertim Rhoma. v. Per unius, inquit, obedientiã (credo hanc esse merita Christi) iusti cõstituti sunt multi. per indulgẽtias autẽ nemo sanctus efficitur, quod de meritis Christi affirmari, est contra tam apertas scripturas.

Per indulgẽtias nõ fiunt amici dei.

Igitur an sit ista propositio contra uel extrauagantẽ, uel intrauagantẽ, non curo. prior est ueritas scripturæ, & post hoc, si hominis uerba uera esse possunt uidendũ. Nam ego certe non auderem unq; asserere, ꝙ per indulgentias amici dei fiant, sicut expresse dicit Extrauagans, ducens uerbũ sapientis, de participatione æternæ sapientiæ dicentis, ad participationẽ indulgẽtiarũ. Fuerũt istæ scripturæ ueræ ante tẽpus illius extrauagantis, nec ab ipsa receperunt ueritatẽ. nec potest dici, quod de indulgentijs loquant, cum per totam ecclesiã notũ sit, nihil in scriptura haberi de indulgentijs, ideo necessario sequi, si quæ scripturæ de eis interpretent, ut hic fit, uim eis fieri, & impropriæ ac abusiue accipi. Nihilominus tamen reuerẽtiæ causa, uerã eam confiteor, & utrũq; sensum uolo tueri. Et dicũt mihi, immo istũ (id est deteriorẽ) sensum seruabis. Alterũ (id est, germanũ) negabis. Ideo si meã conclusionẽ cogor falsam dicere, faciã quidem sed simul extrauagantẽ bis falsam prædicabo. Nam quod in me criminantur, cõtra cõmunẽ consuetudinẽ me sentire de indulgẽtijs, plane fateor ita esse, & dedita opera a me factũ, ut discuterẽ aliquãdo ista cõmunis opinio, iuxta quã merita Christi uocari thesaurũ indulgentiarũ, non ignorabã, sed mihi falsa ad uerborũ sonũ uidebatur; ideo posui, quod claues merito Christi donatæ essent, hic thesaurus, nõ omnino reijciẽs ab indulgentijs merita Christi, sed ad alium sensum exponens, cui haberet opinio cõmunis. Quod nisi cũ humilitate & reuerentia uoluissem cõmuni huic opinioni contradicere, omisissem dicere claues merito Christi donatas, ut penitus merita Christi excluderem. Nunc autẽ inuolui, ut mitior esset contradictio, quin non peccassem mortaliter, si Extrauagãti in faciem restitissem. Et illud diui Hieronymi adduxissem, ubi de ijs loquens, qui quicquid dixerint, legem dei putant, dicit: Nec scire dignãtur quid prophetæ, quid apostoli senserint (nota senserint) Sed ad sensum suũ incõgrua aptãt testimonia, quasi grãde sit, & nõ uitiosissimũ docẽdi genus deprauare sententias

Nulla scriptura de indulgentijs.

Data opa loquitur cõtra cõmunẽ opinionem.

Sed reuerẽter.

Extrauagantem potuisse negasse libere.

tentiãs, & ad uoluntatem suam scripturam trahere repugnãtem. Sic certe facit hæc Extrauagans: Nam uerba de meritis Christi, quibus remittuntur peccata, trahit ad indulgentias, quod qua fiat congruitate, aduerte quæso.

Merita Christi cũ indulgẽtijs pugnant

Merita Christi tollunt peccata, & augent merita: Indulgentiæ tollũt merita, & relinquũt peccata. Et potest idem textus de utrisq; proprie intelligi. Credo Orestes quoq; hoc negabit. Et tamen ego reuerẽtiæ studio id admisi & asserui, licet multa uiolentia. Denicq; cũ sit obscura uerbis extrauagans, & uere quædã extrauagans, nunc sonans q̃ merita Christi sunt, nunc q̃ acquisierunt thesaurum indulgentiarum, dixi, quod & pro mea sententia stare potest contra communem sententiam, & super hac dubia, tortrice uerborum dei, & deprauatrice (ut Hieronymus ait) sententiarũ. Ego certam reuocationem faciam, non conuicto errore: non faciam, sed constanter & cũ fiducia nego, Merita Christi esse in manu Papæ ullo modo (ut uerba sonant) ipse uiderit quomodo suam extrauagantem intelligat.

Reuocatus nõ est.

Sat igitur sit pro hac uice ostendisse, non in omnibus Decretis Pontificũ haberi uerum legitimum sensum scripturæ, ideoq; citra eorũ iniuriam, posse aliter dici, teneri, sentiri, q̃ ipsi habent. siquidem ipsimet scripturæ interpretandæ autoritatem doctoribus tribuunt, sibi uero iudicium descindendarum causarũ. Deinde alia est facultas iuridica q̃ theologica, multa permittuntur in illa, quę in hac prohibentur. Eleuent luristæ suas traditiones, multo magis nos Theologi puritatem scripturæ seruemus, eoq; magis quo uidemus nostro seculo surgere nocentissimos adulatores, qui summum Pontificem ultra Concilia eleuẽt, scilicet, ut uno Concilio per alterum reprobato, nullum nobis certũ relinquatur, tandem omnia simul conculcet unus homo Papa. Idem super Concilium & infra, supra, dum potest damnare. infra, dum accipit a Concilio authoritatẽ tanq̃ a maiori, qua fit supra Concilium. Sunt quoq; qui Papam non posse errare, & supra scripturã esse impudentissime iactitent. quæ monstra si admissa fuerint, scriptura perijt, sequenter & Ecclesia, & nihil reliquum erit, nisi uerbũ hominis in Ecclesia. Sed quærunt ij adulatores inuidiam, deinde ruinã & perniciem Rho. ecclesiæ. Quare ergo coram te lector, protestor me colere & sequi Rho. ecclesiam in omnibus, solum illis resisto, qui nomine Ecclesiæ Rhomanæ Babyloniam nobis statuere moliuntur, uolentes quicquid cogitare poterint, modo linguam tantũ mouere possint, ut Rhomanã ecclesiam nominẽt, totum statim pro Romanæ ecclesiæ sententia accipi, quasi nõ supersit scriptura sancta, per quã (ut Augusti. ait) de omnibus iudicamus, contra quã sine dubio Rhomana ecclesia nunq̃ sapit aut statuit.

Canonibus omissis ad sensum scripturæ pergendum.

O adulatores.

Inuidiã Põtifici quærunt.

Romanã ecclesiam colit.

De quorum numero esse credo suauissimos istos sycophantas, qui dictarũt quoddam breue apostolicũ contra me, cuius formam, ut uideas q̃ prudẽtibus insidijs sint usi, uolo in publicum dare. Nam in Germania fuisse confictum, & aliqua deinde industria ad Romã missum, & forte solo nutu alicuius magnatis Romæ remissum ad Germaniã, statim addita postilla, te uel certum, uel suspiciosum saltem faciam, pertinet enim & hoc ad actorum meorũ partem.

DILECTO NOSTRO FILIO THOMAE
Tituli sancti Sixti presbytero Cardinali, nostro
& Apostolicæ sedis de latere Legato
LEO PAPA X.

Dilecte fili noster, salutem & apostolicam benedictionē. Postꝫ ad aures nostras peruenerat quendā Martinū Lutherīū, ordinis eremitarꝝ S. Augustini professorē, in reprobū sensum uersum, nōnulla hæreticæ, & ab eo quod sancta Rhomana tenet ecclesia, diuersa asseuerare & super hoc conclusiones, necnō famosos libellos temeritate propria, & erecta ceruice, laxatis obedientiæ frenis, inconsulta Rhomana ecclesia, fidei magistra, in diuersis Germaniæ partibus publicare ausum fuisse. Nos temeritatē suam paterne corrigere uolentes, uenerabili fratri nostro Hieronymo, Episcopo Asculano, Curiæ causarū, cameræ apostolicæ generali auditori, cōmisimus ut ipsum Martinū ad cōparendū ꝑsonaliter coram eo, & se sup̄ præmissis examinandū, & qualiter de fide sentiret, respondendū, sub certis pœnis moneret, ipseꝫ Hieronymus auditor, contra dictū Martinū monitoriū hmōi, ut accepimus, decreuit. Nup̄ autē ad noticiā nostram deuenit, ꝙ dictus Martinus benignitate nostra abusus, & audacior effectus, mala malis addēdo, & pertinaciter in hæresi persistendo, nōnullas alias cōclusiones, ac famosos libellos similiter publicauit, in quibus nōnulla alia hæretica & erronea cōtinentur, quod quidem mentem nostrā nō modicum perturbauit. Quare prout pastorali nostro incumbit officio, in p̄missis occurrere, & ne pestis huiusmodi adeo inualeat, ꝙ simpliciū animos inficiat, ꝓuidere uolentes circūspectioni tuæ (de qua tum ob singularē doctrinam, & rerum experientiā, tum ob in nos & hanc sanctam sedem, cuius honorabile membrū existis, synceram deuotionē, plurimū in domino cōfidimus) per præsentes mandamus, ut eisdē præsentibus receptis, absꝫ ulla mora, quoniā res apud nos, tum ex fama, tum & facti ꝑmanentia, notoria & inexcusabilis est, dictum Martinū hæreticum, per prædictū auditorē iam declaratū, ad personaliter coram te comparendū: Inuocato ad hoc tam charissimi in Christo filij nostri Maximiliani Rho. Imperatoris electi, ꝯ reliquorum Germaniæ principum, cōmunitatum, uniuersitatum & potentatuum, tam Ecclesiasticorū, ꝯ secularium brachio, cogas atꝫ cōpellas, & eo in potestate tua redacto, eum sub fideli custodia retineas, donec a nobis aliud habueris in mandatis, ut coram nobis & sede Apostolica, ac quod si coram te sponte ad petendum de huiusmodi temeritate ueniam uenerit, & ad cor reuersus, pœnitentiæ signa ostenderit, tibi eum ad unitatem sanctæ matris Ecclesiæ, quæ nunꝫ claudit gremium redeunti, benigne recipiendi concedimus facultatē, si uero in ꝑtinacia sua perseuerans, & brachium seculare cōtemnens, in potestatē tuam nō uenerit, tibi in omnibus Germaniæ partibus eum ac omnes ipsius adhærētes, & sequaces etiā per edicta publica, ad instar illorum, qui olim in Albo prætorio scribebantur, pro hæreticis, excōmunicatis, anathematizatis, & maledictis publicandi, & ab omnibus Christifidelibus tanꝫ tales euitari faciendi, concedimus similiter facultatem. Et ut celerius & facilius morbus huiusmodi exterminetur, uniuersos & singulos prælatos, & alias ecclesiasticas ꝑsonas, tam seculares ꝯ quorumuis ordinum etiam mendicantiū regulares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, ac quascunꝫ Cōmunitates, uniuersitates, & potentatus (præfato Maximiliano electo Imperatore excepto) autoritate nostra etiam sub excōmunicationis latæ sententiæ, & alijs infra dicendis pœnis moneas & requiras, ut sicut reputari cupiunt & haberi fideles, dictum Martinum & eius adhærentes & sequaces capiant, & ad manus tuas transmittant. Quod si, quod absit, quod nobis persuadere non possumus, prædicti Principes, Cōmunitates, Vniuersitates & potentatus, aut aliquis eorum, Martinum aut adhærentes

Martinum hæreticum.

Inuocatio brachij secularis.

Adhærentes excōicandi.

Principes oēs excōicentur.

hærentes & ſequaces prædictos quomodolibet receptauerint, ſeu eidem Martino auxilium, cõſilium, uel fauorem publice uel occulte, directe uel indirecte ex quauis cauſa quomodolibet dederint, eorundem Principum, Communitatum, Vniuerſitatũ & potentatuum, ac cuiuſlibet eorũ ciuitates, oppida, terras & loca: Necnon ciuitates, oppida, terras & loca, ad quæ prædictum Martinum declinare contigerit, donec dictus Martinus ibidem permanſerit, & p̃ triduum poſt, Eccleſiaſtico ſubijcimus interdicto. Mandantes nihilominus omnibus & ſingulis Principibus, Cõmunitatibus, Vniuerſitatibus & potentatibus prædictis, ultra præfatas pœnas, quo ad eccleſiaſticos & regulares prædictos, ſub priuationis eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorũ eccleſiaſticorum, necnon inhabilitatis ad ea in poſterum obtinenda, priuatione quoq; feudorum, quo uero ad laicos, dempto prędicto Imperatore, infamię, inhabilitatis ad omnes actus legitimos eccleſiaſticæ ſepulturæ, priuatiõis quoq; feudorum a nobis & ſede apoſtolica, uel quibuſuis aljs etiam ſecularibus obtentorum, pœnis eo ipſo incurrendis, quatenus mandata requiſitionis & hortationes tuas ſine exceptione, contradictione & replicatione aliqua ilico exequantur, & a conſilio, auxilio, fauore & receptatione prædictis omnino abſtineant: obedientibus uero indulgentiam etiam plenariam, ſeu retributionẽ aliquam, aut gratiam arbitrio tuo concedendi, tenore preſentium tibi tribuimus facultatem, nõ obſtantibus exemptionibus, priuilegijs & indultis iuramento, confirmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, quibuſuis eccleſiaſticis, ſeu cuiuſuis ordinis & mendicantium regularibus eccleſijs, monaſterijs, ſiue locis, aut perſonis, etiam ſecularibus quomodolibet conceſſis, etiam ſi in eis caueretur expreſſe, quod excõmunicari, ſuſpendi, interdici nullo modo poſſint, cum irritantis decreti appoſitione, quibus eorũ tenores, ac ſi de uerbo ad uerbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habeñ. ad effectum præſentiũ ſpecialiter & expreſſe derogamus, & derogatũ eſſe uolumus: Cęteriſq; cõtrarijs quibuſcũq;. Datum Rhomæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, Die. XXIII. Auguſti. M. D. XVIII. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Ia. Sadoletus.

Interdictum

Infamiã ſecularibus irrogat & feudis priuat.

Plenarias dat indulgẽtias.

POSTILLA F. MARTINI LVTHERII ſuper Breue præcedens.

Prædicator monachus Martinum detulit.

QVIS dixit Põtifici me abuſum benignitate ſua, qua me per D. Hieronymũ citari fecit: cũ tempore huius dati Breuis, aut certe huius benignitatis abuſus, ego nõdum quicq; de citatione audierim, ut infra ſcies: ſed inſulſus aliquis Leucocorax in Germania meam uidens ſi duciam, iſta crocitauit.

Ante citatiõnẽ ſcripſit libellos.

Item, quod in hæreſi pertinaciter poſt Hieronymianã citationem & monitionem perſtiterim, & alios libellos ediderim, eſt apertum mendaciũ, nõ ſolum enim ante datum huius breuis, ſed etiam ante datum monitorij, ceſſatum erat a libellis edendis meis, exceptis reſolutionibus, quas necdum citatus plene abſolueram. Sed ſatis indicat naſus, diſplicuiſſe defenſionẽ meam uulgarem quibuſdam cucullis, quibus cum non cederem, fingunt mihi Pontificem quendam de permanentia facti, de fama notoria & inexcuſabili, diuinantem. Iſte enim Leo decimus, quem illi fingunt, forte eſt inter rationem rei rationabilis & rei ratiocinantis natus.

Vltimo

Vltimo & omniũ ſuauiſſimũ, Breue hoc datum eſt. xxiij. Auguſti, ego autẽ citatus & monitus fui ſeptima Auguſti, & ſic intra datum Breuis & citationẽ cucurrerũt. xvj. dies. Calculũ pone lector, & inuenies D. Hieronymũ epiſcopum Aſculenſem, uel ante mihi inſinuatam citationem, aut intra decimumſextum diem poſt inſinuatam, proceſſiſſe contra me, iudicaſſe, damnaſſe, declaraſſe. Si nunc quæram, ubi tunc ſexaginta illi dies mihi dati in citatione mea qui inceperunt a ſeptima Auguſti, finiebantur autem circiter ſeptimam Octobris? Eſt iſte mos & ſtilus Rhomanæ curiæ, ut eadem die citent, moneant, accuſent, iudicent, damnent, declarẽt, præſertim tanto ſpacio abſentem & ignorantem? Quid reſpondebunt, niſi ſeſe oblitos, & elleboro purgandos fuiſſe, quando hoc mendacium adornare parabant? Breue poſt citationẽ. xvi. diebus datũ.

In fine, mi lector, accipe fidele meum monitorium, utrunq; ceſſerit meis propoſitionibus, & quantumcunq; indulgentias eleuauerint, ne in meam ſtulticiam aliquando cadas, moneo. Ego enim uere mihi donari merita Chriſti per indulgentias aliquando credebam. Atq; hac ſtulta opinione procedẽs, docui & iactaui in populum, quandoquidẽ tantæ res eſſent indulgentiæ, non licere eas relinquere, uiles & contemptas habere, non aduertẽs omnium Bardorum bardiſſimus, quod eo ſermone, pene præceptum ſalubre, aut certe conſilium neceſſarium facerem, ex permiſſionibus, licentijs, relaxationibus. Huc enim me perpulit ſenſus meus, opinionum & extrauagantium male lucidis uerbis deceptus. Erraui, teſtis lector: Reuoco, teſtis lector. Poſtq; autem receptis oculis uiderem, ab omnibus doctoribus, una ſententia, tradi, indulgentias melius omitti q; redimi, & feliciores eſſe eos, qui per ſe ſatiſfaciunt, q; qui indulgẽtias redimunt: Eſſeq; indulgentias aliud nihil, q; relaxationes bonorum operum, quibus ſatiſfactio impletur, mox uidi, procliui ſequela, eas poſſe cõtemni, imo ſaluberrimum eſſe conſiliũ, ut relinquantur & uiles habeantur. porro contemnere, relinquere, uilia ducere, ſacroſancta, precioſiſſima, inæſtimabiliaq; merita Chriſti (id eſt, indulgentias) horrendum ſonabat, ac non tam conſilij q; furentis impietatis uerba iudicabantur. Ad hæc perurgebat, q; indulgentiæ ſine nomine meritorum Chriſti uiliſſimæ eſſent, ſoloq; titulo meritorũ Chriſti, rerum omnium precioſiſſimæ fierent, ac ſic ſacroſancta, heu, incomparabilia merita Chriſti, ad turpiſſimam fœdiſſimamq; ſeruitutem quæſtus prætexerentur. Quis enim Chriſtianorũ ſi audiat uel nominari, nedum exhiberi, uulnera, ſanguinem, labores dulciſſimi ſaluatoris ſui, nõ uitam quoq;, nedum pecunias prodigeret, idq; cum gaudio? At quo rurſum dolore cruciaberis, ſi hæc omnia non niſi in teterrimum quæſtum ſeruire uideris, ac non uno luda, nec ſemel, ſed innumeris ludis, ſinguliſq; momentis uendi, reuendiq; Chriſtum? Igitur non te fallat nomẽ Chriſti, recordare prædictũ eſſe, multos uenire pſeudochriſtos in nomine Chriſti, tantaq; prodigia & ſigna daturos, ut in errorem ducant, ſi fieri poteſt, etiam electos. Sit mea propoſitio falſa, ſint merita Chriſti theſaurus indulgentiarum. Sed cogita quod hinc ſequi neceſſarium eſt, & dicere te oportet: Merita Chriſti relinquenda, & uilia ducenda eſſe, feliciores eſſe eos, qui merita Chriſti non redimunt, q; eos qui deuotiſſime eadem quærunt: Et cum merita Chriſti, q; maxime natura ſua, ad bona opera impellãt, in indulgentijs tamen ſibijpſis pugnantia, bona opera relaxant, & quod natura ſua uoluntateq; dei faciunt, id uolũtate Papæ ſoluunt. Feci quod debui, lector ſi deinceps erras, ſine mea culpa erras. Vale.

Cõtemni debẽt indulgentiæ.

Per indulgẽtias merita Chriſti donari reuocat.

Merita Chriſti ad fœdiſſimã ſeruitutẽ quæſtus prætexunt.

Indulgẽtiarij ceu Iudas uẽdũt Chriſtũ.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI ET DOMI no Thomæ Tit. sancti Sixti presbytero Cardinali, sanctę sedis aplicę p Germaniã de latere Legato &c. in Christo metuẽdo & colẽdo.

Epistola ad Card. tit. sancti Sixti.

SAlutem & omnem benedictionẽ sui. Reuerendissime in Christo pater iterum uenio, sed per literas, dignetur reuerendis. P. T. me clemẽtissime audire. Egit mecũ reuerendus mihi & dilectissimus pater meus in Christo uicarius noster Ioãnes Stupitius, ut humiliter sentirem, & sen-

Cardinalis p amicos a uero flectere nitit Lutherũ.

sum meũ submitterem, cõmendauitq; ac persuasit P. T. reuerendissimã mihi esse gratiosissimã, ita ut res ipsa & nuncius pariter exímie me lætificarent. Est enim homo hic talis & tantus in oculis meis, ut nullus sit in mundo, cui libentius audirem & obsequerer. Nec minus egit dulcissimus meus frater magister Venceslaus Lyncus, eadem de reuerendis. P. T. mihi referens, qui ab ineunte ætate pari mecum studio adoleuit. Breuiter, non potuit reuerendis. P. T. fortius & dulcius me mouere, q̃ his duobus uiris mediatoribus, quorum uterq; in solidum me habet in manu sua. Tanta est tua simul & humanitas & prudentia qua uideo tuam reuerendis. paternitatem non mea, sed me quærere, cum potuisset sola potestate in me dominari. Itaq; iam timor meus sensim transit, immo mutatus est in singularem erga reuerendissimam paternitatem tuam amorem, & ueram filialemq; reuerentiam. Nunc reuerendissime in Christo pater, fateor, sicut & alias fassus sum, me fuisse certe nimis (ut dicũt) indiscretũ, acrem & irreuerentem in nomen summi Pontificis. Et licet acerrime fuerim in hanc

De irreuerentia i sũmũ põti. petit ueniã

irreuerentiam prouocatus, tamen meum fuisse nunc intellígo, modestius, humilius & reuerentius hanc materiam tractare, & non ita respondere stulto, ut ei símilis efficerer, de quo synceríssime doleo, & ueniam peto, & per omnia pulpita in uulgus promulgabo, sicut & sæpius iam feci, daboq; deinceps operam, ut alius sim, & aliter loquar, deo miserente. Immo promptissimus sum, atq; facillime promitto, me posthac materiam de indulgentijs non tractare, atq; his finitis quiescere, modo illis quoq; modus imponatur, aut sermõis, aut silentij, qui me in hanc tragœdiam suscitauerunt. Cæterum mi reuerẽdissime in Christo, ac iam dulcissime pater, quantum ad sententiæ ueritatẽ pertinet, libentissime omnia reuocarem, tam tuo q̃ uicarij mei iussu & consilio, si ullo modo cõscientia mea permitteret. Ego enim scio nullius præcepto, nullius cõsilio, nullius gratia me tantũ debere permittere, ut aliquid contra cõscientiã dicam aut faciam. Deinde narrationes diui Thomæ & aliorum tantæ non sunt, ut mihi in hac quæstione satisfaciant, cum dedita opera contra eas disputarim, ut optime perlectas & percognitas, uisæ enim sunt non satis firmo niti fundamento.

Reuocare cõtra cõsciẽtiã non uult.

Rõnem petit

Hoc autem unum supereſt, ut meliori superer ratione, quæ est: Si uocem sponsæ audire merear, hanc enim, certum est, uocem sponsi audire. Ideoq; omni humilitate supplico, reuerẽdissima paternitas tua dignetur ad sanctissimũ dominum nostrũ Leonẽ decimũ istã causam referre, ut p ecclesiã hęc dubia determinata, ad iustã uel reuocationẽ uel credulitatẽ possit cõpelli. Nihil em̃ aliud cupio, q̃ ecclesiã sequi. Nã mea sup dubijs & indeterminatis réuocatio qd faciat, ignoro, nisi qd merito mihi obijci posse timeo, me nec qd asseruerim, nec qd reuocarim, scire. Suscipiat reuerẽdissima paternitas tua hãc hũilitatis & pnitatis meæ supplicationẽ, & in filij uicem clemẽter cõmẽdatũ me habere dignet.

Cupit eccle/siam sequi.

Reuerendis. p. t. deditus filius, F. Martinus Lutherius Augustinianus.

Reuerendis.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI ET DOmino Thomæ tit. sancti Sixti, presbytero Cardinali, sanctæ sedis apostolicæ per Germaniam de latere Legato &c. in Christo metuendo & colendo, F. Martinus Lutherius salutem, & seipsum.

VIdit reuerendiss. p. t. reuerendiss. in Christo pater, uidit inquã, & satis cognouit meam obedientiã, qua p tantũ iter, ac per tot pericula, imbecillis corpore, & pauprimus sumptu huc me cõtuli. Et ad mandatũ sanctissimi dñi nostri Leonis. x. corã reuerendiss. p. t. comparui & me obtuli. Præterea ædito libello Resolutionũ, me & omnia mea sub pedibus suæ sanctitatis proieci, expectãs accepturusq; quicquid siue damnanti siue approbanti uisum fuerit. Et plane nihil me omisisse mihi conscius sum, quod ad deditũ obedientemq; ecclesiæ filiũ ptinere possit. Quare frustra hic tempus terere nolo neq; possum, quia & sumptus deficit, & patribus his Carmelitis satis supq; fuerim & sim onerosus, maxime cũ reuerẽdiss. p. t. mihi uiua uoce mandarit, ut si nollẽ reuocare, non redirẽ in cõspectu reuerendiss. p. t. Reuocare qd & quantũ ualeam, prioribus literis significaui. Itaq; nũc abeo, & alio me loco prouisurus migro. Et quanq; mihi consultum est ab his etiam, qui uel maiores me mouere possunt, ut a reuerendiss. p. t. immo a sanctissimo domino nostro Leone. x. male informato, ad melius informandum (scio enim quod principi nostro illustrissimo gratum facturum appellando magis, q; reuocando) appellem: tamen quantum in me fuisset, non appellassem. Primum, quod mihi non uideatur necessaria appellatio, uel commissio ad partes. Cum ego (ut dixi) oĩa in iudicium ecclesiæ retulerim, & non nisi sententiam eius expectem. Quid enim ultra facere debeo, aut facere possum? Neq; enim me reo, aut responsore opus est, qui non quid ego dixi, sed quid ecclesia dictura sit, attẽdo, nec aduersarius cõtendere, sed discipulus audire uolo. Deinde, quod mihi pene persuasum est, hanc causam reuerendiss. P. T. esse molestam, & appellationem gratissimam: ideoq; sicut non mereor, ita nec timere habeo censuras. Et si ego dei gratia talis sim, ut censuras longe minus timeam q; errores & malam in fide opinionem, sciens quod censura non nocet, immo prodest, si sana fides & ueritatis sensus mecum fuerit. Quare per Christi uiscera, & insignem tuam mihi exhibitam clementiam, rogo, dignetur hanc meam obedientiam hucusq; præscitam & completam gratiose agnoscere, & sanctissimo domino nostro Papæ benigniter commendatam facere. Atq; hanc meam abitionem & appellationem pro mea necessitate & amicorũ autoritate paratam boni consulere. Nam eorum uox & ratio mihi insuperabilis est hæc: Quid tu reuocabis? Nunquid tua reuocatiõe nobis legem fidei statues? Damnet ecclesia prius, si quid damnandum est, & eius tu iudicium sequere, non illa tuum sequatur iudicium, atq; ita uictus cedo. Valeat itaq; reuerendissima paternitas tua in Christo, mihi obseruãdissima. Ex Carmelo Augusten. die sancti Lucę euangelistæ. M. D. XVIII.

Obediẽs est.

Protestatiõe non est opus Lutherio.

Censuras minus timet q; errores.

Reuocatione sua nouũ faceret articulum.

Reuerendiss. p. t. deditus filius, F. Martinus Lutherius Augustinianus.

Appellatio ad papam.

IN NOMINE DOMIni Amen. Anno a natiuitate eiusdem M. D. XVIII. Indictione. VI. die uero sabbati. XVI. mensis Octob. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & dñi nostri, domini Leonis diuina prouidẽtia Papæ. X. anno. VI. In mei notarij publici, testiumq; infra scriptorũ ad hoc specialiter uocatorũ & rogatorũ præsentia, personaliter constitutus reuerendiss. pater, dominus Martinus Lutherius Augustinien sis, sacræ Theologiæ professor, eiusdemq; in Vuittenbergẽsi studio, Brandenburgensis dioceſis, Lector ordinarius principalis, principaliter pro seipso tenens & habens in manibus suis quandam prouocatiõis & appellationis papyri schedulam, iuxta cuius continentiam & tenorem se, ut asseruit a quadam cõmissione, a prælibato sanctissimo domino nostro Papa nõ bene informato, ad eiusdem procuratoris fiscalis instantiam signati, ac prætensis iudicibus & citationibus, ac omnibus & singulis inde secutis & secuturis, necnõ a quolibet grauamine futuro uelle dixit prouocare & appellare, quam in medium exhibuit, ac in cõtinenti iuxta eiusdem continentiã ad prælibatũ sanctissimum dominũ nostrũ Papam, eiusdemq; sanctam sedem apostolicam prouocauit & appellauit, Apostolos petijt, se submisit, protestatus fuit, omniaq; & singula alia fecit, contenta in eadem schedula, cuius quidem schedulæ appellationis & prouocationis tenor, de uerbo ad uerbum sequitur, & est talis.

CVm appellationis remedium in subsidium & releuamen oppressorũ a iuris conditoribus sit adinuentum, & non solum ab illatis, uerum etiã ab inferendis & inferri cõminatis grauaminibus & iniurijs, iura appellare permittant. Idcirco ego frater Martinus Lutherius Augustinien sis, sacrę Theologiæ professor, eiusdemq; in Vuittenbergẽsi studio, Brandenburgensis dioceſis, lector ordinarius principalis, principaliter & pro me ipso corã uobis notario publico, tanq; publica & autentica persona, a testibus hic præsentibus, animo & intentione prouocandi & appellandi, Apostolosq; petendi & recipiendi, dico & propono: Quod cũ in materia indulgentiarũ uariæ & incertę sint opiniones doctorum, tam Canonistarũ, q; Theologorũ, nec in his usq; hodie aliquid certum & determinatum habeat ecclesia. Nisi quod ex c. quod autem. &c. cum ex eo. alijsq; quibusdam clarum est, indulgentias esse remissiones satisfactionis pœnitentialis a suo iudice impositæ. Satisfactio autem esse aliud non potest, q; optima illa opera, oratio, ieiunium, eleemosyna, ut est una omniũ Theologorũ & totius ecclesiæ concors sententia. Et ex c. Abusionibus. in gloss. super uerbo, mendaciter, clare patet, quod per indulgẽtias non extrahuntur animę de purgatorio, eo quod sunt diuino iudicio reseruatæ. Nec satis constat, nec per ecclesiam determinatum est, quid sit, & quantum ualeat modus ille suffragij, per quem conferuntur indulgentiæ defunctis, præsertim cum non tantum pœnæ, sed & culpæ quoq; remittantur in purgatorio, ut dicitur dist. xxv. Qualis. Culpas autem remitti a solo deo, certum est, per infusionem gratiæ, quæ per indulgentias infundi non potest. Deinde in his quæ sunt dubia & opinabilia, non solum est licitum disputare, & contradicere sapientem sapienti (maxime uero in his quæ nõ sunt præcepta, nec consulta, nec necessaria ad salutem) uerumetiam alteram contradictionis partem pertinaciter asserere, periculosum, & per spiritum sanctũ prohibitum est: ubi dicit apud Ioannem in epistola: Probate spiritus, utrum ex deo sint. Et apud Paulũ Omnia probate, quod bonum est tenete, Ita ut & ecclesia eodem spiritu rectore præce

Incertę opiniones de indulgentijs.

Indulgẽtiarũ materia summatim.

Modus suffragij non explicatus.

In dubijs periculosũ est alterã ptẽ asserere pertinaciter.

re præceperit in Cle.c. Abusionibus. ut non permittantur quęstores propone-
re populo aliud, q̃ quod in eorum literis continetur. Quibus iuribus, immo
præceptis nixus, disputandam hanc materiam suscepi, motus immodestissi-
mis declamationibus, nimiumq; indiscretis promulgationibus, quibus indul
gentias diuulgabant quidam in nostris regionibus apostolici (ut asserebant)
cõmissarij & quæstores, ita ut sub indulgẽtiarum prætextu, inauditas auaritię,
& scandalosas machinas exercerẽt in grauissimum Rhomanæ ecclesiæ & Cla-
uium ecclesiasticarum ludibrium & contemptum, reuerentiæq; apostolicæ se-
dis non mediocre detrimentum. Deniq; in seductionem populi, noua dogma
ta moliti sunt, ut auderẽt uerbis male sobrijs docere, & libellos in uulgus æde-
re, indulgentias esse semper indulgentias, hominem consequi gratiam dei iu-
stificantem, donum scilicet inæstimabile pro uenijs uenundantes. Et alia quæ
passim ostẽdit libellus eorum, qui Instructio summaria uocatur, absurdissimis
& falsis propositionibus plenus, ad sui suorumq; autorum ignominiam. Et li
cet ego non de fide, non de moribus, non de præceptis dei aut ecclesię sed de in
dulgentijs (ut dixi) disputarem, quæ nec de præceptæ, nec consultæ, nec meri-
toriæ sunt, ita ut sine his nihilominus ecclesia Christi bene, & forte melius, ha
beret, pluribusq; meritis (quæ per illas remittuntur) salui fierent fideles, immo
expresse fateantur doctores etiam Scholastici, Melius esse per seipsum satisfa-
cere, q̃ indulgentias redimere. Deinde sic disputaui, ut totã hanc disputationẽ
submitterem, non solum Ecclesiæ, sed etiam cuiusq; melius sentientis iudicio.
In primis uero sanctissimo in Christo patri & domino nostro, domino Leoni
decimo Papæ moderno, ut in epistola mea resolutionibus meis præmissa, cla-
re patet. Ac ita res dubias, liberas, opinosas, non determinatas, nec necessarias
ad salutem, tractaui disputandi gratia, ut nulla prorsus esse possit iusta causa,
& occasio citandi me, aut in ius trahendi, & merito debuerim a molestijs etiam
inuidorum & malignorum tutus & quietus uideri (quandoquidem de rebus
serijs, necessarijs, diuinis disputãtes securi sunt) Nihilominus quidam Mam-
monæ cultores, & lucri mancipia inquieta, in ouibus Christi non pascua, sed
lac & lanam tantummodo quærentes, timentesq; ne huius disputationis occa
sione fideles Christi eorum lucrosas & auarissimas insidias intelligerẽt, ac sic
quæstus ipsorum, sicut dignus est, funditus periret, exarserunt sicut ignis in
spinis. Atq; cum ipsi sic indulgentias non solum indiscrete, sed & subdole in
fraudem animarum quoq;, ac longe lateq; a mente summi Pontificis, sacrisq;
Patrum decretis prædicando aberrarent, etiam hoc mali adiecerunt, ut friuo-
lis quibusdam & mendacibus delationibus, pro auaritia sua & tyrannide im-
pia coloranda, adeo me apud sanctissimum dominum nostrum, dominum Le-
onem. x. Papam &c. & eximium uirum dominum Martinum de Perusijs, suę
sanctitatis procuratorem fiscalem, fœdauerunt & odiosum fecerunt, & tandẽ
exacuerunt & exasperauerunt, ut dictus D. Martinus ad importunam eorum
instantiam, causam cõtra me, tanq̃ de hæresi suspectum, & in ecclesiasticę po-
testatis iniuriam, uilipensionem, diminutionem, clauiumq; irreuerentiam ma
chinatum, reuerendiss. in Christo patribus, domino Hieronymo de Ghinu-
tijs, episcopo Asculanensi, auditori Cameræ &c. & Syluestro Prierati ordinis
Prædicatorũ, palatij apostolici magistro, cõmitteret: Quinimo per illum ipsi
potius extorserunt. Qui quidem iudices & auditores, cum mihi (salua semper
eorum reuerẽtia) suspecti sint, quod ipse reuerendus pater Syluester, alias con
tra me exacerbatã affectionẽ suã, abunde ostẽderit in dialogo, quẽ cõtra meas

Cõmissarij ĩ ludibriũ pontificis agunt.

Noua dogmata.

Indulgentiæ res friuola, nec pręceptę nec consultæ

Nõ bonũ redimere ĩdulgentias.

positiones ædidit, in quo suæ opinioni plus æquo affectus me hęreticum & insanum, multisq; alijs nominibus criminum iudicauerit & damnauerit. Deinde suis fratribus, quos hæc res principaliter tangit, uerisimiliter præsumit̃ plus q̃ causæ fauere, atq; ita fieret, ut p ipsum aduersarij ipsimet in sua causa iudices fierent. Et ipsi Thomistæ, licet sibijpsis cõtra me non cõstantes, sæpius tamen inuenti sunt, pro suis opinionib⁹ maiora & alia tentasse, q̃ cuiusq; merita postulassent, & æquitas iuris pateretur. Deniq; cum idem reuerendus pater solũ in scholastica Theologia sit institutus & enutritus, parumq; in scripturis sanctis (ut apparet ex suis scriptis uarijs) exercitatus: Et hæc materia iudices quærat, in sacris literis & ecclesiasticis patribus instructissimos, nõ præsumi potest eum uel posse recte iudicare. Reuerẽdus uero in Christo pater, dominus Hieronymus, episcopus &c. merito timetur alteri collegæ suo adhærere (quod pace ac reuerentia ac citra iniuriã dictum uolo) & qui patri Syluestro ob professionis Theologicæ nomen, facile iudiciũ redderet, atq; ipse qui in causis alijs ciuilibus & huiusmodi satis idoneus esset. Hæc autẽ cum sint de fide & hæresi (ut aduersarij dicunt) extra suæ professionis modum esse satis intelligatur, atq; ideo mihi utriq; suspectissimi. Me citari fecerunt, & citauerunt ad comparendum personaliter Rhomæ, in loco mihi omnium suspectissimo, & non tuto, cum omnibus constet, quantum, & in q̃ multos sæuitum sit, qui se Rhomæ crediderunt, etiam habentes saluum conductum. & luce meridiana clarius sit, ipsum etiam optimum Pontificem sanctissimũ dominũ nostrum Leonem. x. ac multos alios reuerendissimos dominos Cardinales sæpius in periculo mortis fuisse, nec satis tuto ibidẽ uiuere: Vt iuxta Esaiam de Rhoma fere dici possit Iusti habitauerunt in ea, nũc autem homicidæ. Atq; si q̃ maxime Rhomæ oĩa tuta & salua forent, tanti tamen itineris prolixitas imbecillitati corpusculi mei prorsus impossibilis est, tot etiam pericula maris, & maxime omnium insidiæ aduersariorum, quæ tantæ ac tam multæ sunt, ut omnino mihi per magnates & principes utriusq; status consultum sit, & pro certo denunciatum, ne ullo pacto muros Vuittenbergæ egrederer, certissimos scilicet sese nosse, aut ferri, aut ueneni insidias paratas. Atq; cum sim de ordine mendicantium, nihil proprij habens, & sub obedientia alterius uiuens, ipsa sane paupertate abunde cõparere prohiberer. Cum itaq; metu huiusmodi iustissimo, & qui in constantem uirum cadere potest, & causis his iustissimis impeditus, Rhomam ire non possem, sollicitaui per illustrissimũ principem Fridericũ, sacri Rhomani imperij electorẽ, Saxoniæ ducem, Turingiæ Lantgrauiũ, Misnæ Marchionẽ potentissimũ, ut a Sed. apostol. causa uiris aliquibus doctis, probis & honestis cõmitteretur, in partibus, in loco tuto, coramquibus & ibidem comparere & omnia facere, quæ iustitia suadet, paratissimus essem. Quod cũ sanctissimus in Christo pater & dominus, dominus noster Leo. x. ut cuius clemẽtia, & ueritatis & iustitiæ obseruantia per totum orbem dignissime celebrat̃, per aduersarios suę causæ timentes, ut in personam reuerẽdissimi in Christo patris & domini, domini Thomæ, tit. sancti Sixti, presbyteri & Cardinalis, sanctę sedis apostolicę per Germaniam de Latere Legati, transferretur, sperantes, quod cum idem reuerendissimus dominus &c. de ordine eorũ fuerit, ruinosæ, & ægræ suæ causæ facilius hoc ingenio mederent̃. Qui quidẽ reuerendissimus dominus &c. & si suspectus merito uideri poterat, quod de parte & opinione aduersariorum sit, & alijs quibusdã uerisimilibus causis: Tamẽ ut est uir oĩbus modis doctissim⁹ & humanissimus, primum paterne quidẽ & clemẽter sese mihi exhibuit, meq; suscepit

Insidiæ tẽdũtur Lutherio

Cõmissionẽ causæ petit.

Aduersarij curarũt dño Card. cõmittẽdã causam

ſuſcepit. Sed deinceps mihi (ut ait) conſulere uolens, ſimpliciter inſtabat, & urgebat ad reuocationem meorum dictorum, anteq; diſcuterentur & determinarentur, reiecta & poſthabita omnium proteſtatione honeſtiſſima, quod uidelicet paratus eſſem, uel publice denuo reſpondere, uel priuatim in ſcriptis rationem reddere, & omia mea ſubijcere, in primis iudicio ſanctæ eccleſiæ Romanæ, deinde illuſtribus ſtudijs, Baſiliēſi, Friburgēſi, Louanienſi, ac ſi opus eſſet etiam, antiquæ illi ſtudiorum parēti, & in theologicis rebus præ cæteris uti florentiſſimæ, ita zeloſiſſimæ uniuerſitati Parrhiſienſi. His omnibus poſthabitis & ſpretis, nec ſaltem docere uoluit, aut oſtendere, in quibus, & qua ratione erraſſem, ut cognitum errorem reuocarem: Niſi quod duos articulos mihi oppoſuit, ad quos me ſatis abunde reſpondiſſe confido, ut in ſcriptis ad eundem reuerendiſſimū dominum datis, uideri poteſt. Sed ſimpliciter & nude me ad reuocationē adigere uoluit, minando mihi, quod niſi uel hoc facerem, uel Rhomæ in quodam termino penſo, in citatione per ſupradictos prætenſos iudices præfixo, comparerem, me & omnes mihi adhærentes & fauentes, ſententia excōmunicationis innodare, ac cæteros quoſcūq;, ad quos me declinare contigerit, Eccleſiaſtico interdicto ſupponere uellet. Super quibus omnibus ſeſe mandatum ſufficiens a ſede prędicta habere dixit. Ex quibus me grauatum læſumq; & oppreſſum ſentio, cum & hodie fatear, ſolummodo me diſputaſſe, & omnia ſub pedibus ſanctiſſimi domini noſtri Leonis decimi ſubieciſſe, ut occidat, uiuificet, reprobet, approbet, ſicut placuerit. Et uocem eius, uocem Chriſti in ipſo præſidentis agnoſcam. Et legitime proteſtor, me nihil dicere aut ſapere uelle, quod non in & ex ſacris literis & Eccleſiaſticis patribus, ſacriſq; Canonibus probari poteſt, ut in libro reſolutionum mearum uideri poteſt. De quo denuo proteſtor, ſicut alias ſæpius proteſtatus fui, idcirco a præfato ſanctiſſimo domino noſtro Papa non bene informato, eiuſq; prætenſa commiſſione ad ſupradicti domini procuratoris fiſcalis inſtantiam (ut præfertur) ſignata, ac a prætenſis iudicibus & citatione ſupradicta, ac prætenſo proceſſu contra me forſitan inſtituto & inſtituendo, & omnibus inde ſecutis & ſecuturis, & quolibet ipſorum, necnon a quolibet futuro grauamine, quod mihi ex eo uenire poterit, ad ſanctiſſimum dominum in Chriſto patrem & dominum noſtrum, dominum Leonem diuina prouidentia Papam decimum, melius informandum prouoco & appello in his ſcriptis: Apoſtoloſq; primo, ſecundo, & tertio, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime mihi dari peto, ſi quis ſit, q mihi dare hos uoluerit & potuerit, & præſertim a uobis domino Notario, teſtimoniales, ſubijciens me, mihiq; adhærentes & adhærere uolentes in his protectioni ac defenſioni præfati ſanctiſſimi domini noſtri Papæ melius informandi. Et proteſtor de proſequendo hanc meam appellationem ſuis temporibus & locis congruis per uiam nullitatis, & alias prout melius potero optime, mihi reſeruata facultate addendi, minuendi, mutandi, corrigendi, & in melius reformādi, omniq; alio iuris beneficio ſemper ſaluo. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, prælibatus reuerendus pater D. Martinus Lutherius, factæ Theologiæ profeſſor, & appellans, ſibi a me Notario publico infra ſcripto, loco Apoſtolorū teſtimonialiū unū uel plura, publicum ſeu publica fieri, atq; confici petijt inſtrumentum & inſtrumenta. Acta fuerunt hæc Auguſtæ, & ibidem in monaſterio ordinis fratrū Carmelitarū, ſub anno, indictione, die, menſe & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidē honorabilibus uiris dominis Venceslao Steinbeiſz, & Bartholomæo Vtzmair, preſbyteris

Docere noluit Cardinal.

Ad reuocationem urget.

Appellat Leonem.

Proteſtatio.

Ad papā melius informādum.

byteris Augustensis diocesis, testibus ad præmissa uocatis atq; rogatis.

Et ego Gallus Kunigender de Herbrachtigen, laicus Augustēsis diocesis, publicus sacris apostolica & imperiali autoritatibus Notarius, quia supradictæ schedulæ appellationi, exhibitioni, prouocationi, submissioni, Apostolorum petitioni, protestationi, omnibusq; alijs & singulis præmissis, dum (sicut præmittitur) fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus, pręsens & personaliter interfui, eaq; oīa & singula sic fieri uidi & audiui. Idcir co hoc præsens publicum instrumentū, manu mea propria scripturn, exinde cōfeci, subscripsi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, signoq; & nomine meis solitis & consuetis signaui, in fidem & testimoniū omniū & singulorum præmissorum rogatus & requisitus.

IN STVDIO LIPSEN

SI DISPVTABIT ECCIVS PROPOSITIONES infra notatas, contra D. Bodensteyn Carlestadiū, Archidiaconū & doctorē Vuittenbergēsem, AN. XIX.

REVERENDISSIMO in Christo patri, ac illustri principi D. Matthæo S.S. Rho. ecclesiæ, Tit. S. Angeli Cardi. coadiutori Salisburgi, domino suo pientissimo, Ioannes Eccius paruus Theologus S. D. cū paratissima obsequiorum oblatione. Non prętérit te reuerendissime pater, ac optime princeps, quomodo dominus Bodensteyn, archidiaconus Vuittēbergeñ. superiori Maio, conclusiones felle plenas & mordacissimas, calchographorū opera, contra me sparserit, ob id quod ad reuerendū dominū meum, D. Gabrielē, episcopū Eistettensem dignissimū, adnotationes quasdā priuatim scripserā in aliquot ꝓpositiōes domini Martini Lutherij Augustiniani Vuittenbergeñ. in materia sacramenti pœnitentiæ, cui ego ꝓmodeste respondi. Ac ne mordētes inuicem, cōsummaremur ab inuicem, ut diuus Hieronymus ad Ruffinū ait, ꝓpter etiā scandala uitanda, quæ ex amarulētis libellis dissemina/tis oriuntur, obtuli me uelle stare iudicio sedis apost. ad quā omnis causa fidei merito referri debet, ut Gelasius, Symachus &c. docuere. Iudicio item obtuli studij Rhomani in Italia, Parrhisini in Gallia, Colonieñ. in Germania. At ille disputationē refugiens (quod qui faciant, A. Augustinus contra Faustū explicat) mea quoq; abusus modestia, alterum libellum ædidit, in quo me denuo cōuitijs onerat, ac si hoc maiestatis theologicæ esset, cōuitijs ac iniurijs sæuire. Quem etsi remordere possem, si uellem, & ut beatus Hiero. ad Domnionem contra Vafrum monachum ait, possem genuinū dentem læsus infigere: At diui Augustini & eiusdem beati Hiero. secutus consilium, peperci sibi, peperci mihi, peperci nomini Christiano. Et d. Martinum Lutherium Augustæ adiens sciscitabar ex eo, cur suus propugnator mecum non expectasset sedis aposto. & laudatissimorum studiorum iudicium? Qui itineris difficultates & expensas

& expensas causatus, Lipsense studiũ mihi obtulit Carlestadio uicinũ, in quo cõuenire deberemus ad disputandũ. Idem mihi ex Vuittenberga Carlestadio placere rescripsit. Cui ego perlibẽter assensum præbui, ita oñino nihil coram doctissimis felicis studij Lipseñ. patrib⁹ mihi & ueritati timeo. Quare illustrissimo principi & domino D. Georgio Saxoniæ duci &c. principi clementissimo, eiusdem studij patrono, humiliter scripsi, ut sua illustris. D. fauorabilẽ huic negocio præbeat assensum. Scripsi & almæ uniuersitatis & facultatis theologicæ consilio, quibusuis precibus rogando & supplicãdo, ut onus audiendi & inter nos iudicandi, uter rectius de fide sentiat, suscipere dignentur. Nam pulcherrimum arbitror, pro ueritate fidei, & quam sedes beati Petri sequitur & docet (ut Iulius Papa præcepit) in arenam descendere. Cathedram eñ beati Petri cum S. Cypriano nõ defero, quod ibi solũ incorrupta (ut Hiero. ait) patrũ seruatur hæreditas, quæ autoritatẽ dat loquendi, tacendi. nam & sacræ scripturæ intellectum accipio secundum praxim ecclesiæ, extra quã uiuere, mori est. Cũ autẽ reuerendissima tua paternitas nõ sit mediocris ecclesiæ columna, me tuo totum dedo & cõmendo patrocinio, etiam atq; etiam rogãs, ut sicut uales, ita uelis me tueri, solum ut ueritas fidei, & quam Rhomana tenet ecclesia, tueatur ac defendatur. Valeat reuerẽdissima ac illustrissima dominatio tua. Ex Augusta Rhetiæ, iiij. Kal'. Ianuarias. Anno restitutæ salutis. M. D. XVIII.

POSITIONES QVAS ECCIVS DEFENDET IN STVDIO LIPSENsi, contra nouam doctrinam.

1 Neq; dictis sacræ scripturæ, aut sanctis patribus, Augustino & alijs cõcordat, D. & magistrum nostrum Iesum Christum, dicendo, Pœnitentiã agite, uoluisse omnem fidelium uitam esse pœnitentiam: unde & de sacramentali pœnitentia illud uerbum idonee potest intelligi.

2 Etsi peccata uenialia sint quotidiana, tamẽ iustum semper peccare in oñi opere bono, etiam bene moriẽdo, negamus. Sicut erroneum dicimus, iustum manente iustitia, peccare posse mortaliter, aut in puero post baptismum alienæ uoluntatis peccatum remanere.

3 Astruentẽ pœnitentiã non recte inchoari a detestatione peccatorũ, recogitãdo grauitatẽ peccati & pœnę, & quod faciat magis peccatorẽ, tanq; euangelio & sanctis patribus contrariũ, non dicimus audiendum.

4 Dicere deũ remittendo culpã, remittere pœnã, & nõ cõmutare in pœnam aliquã temporalẽ satisfactoriã, p canones & sacerdotis iniunctionẽ, in parte uel in toto declaratã, ut sacrę scripturæ & usui ecclesię repugnans existimamus.

5 Quẽlibet sacerdotẽ, nullo p̃lato dempto, suo subdito petẽti, posse remittere, aut debere pœnas & culpas, ita q; p̃latus nõ plenarie absoluẽs a pœna & culpa peccet, uel usui sanctę matris eccl'ię aduersũ, nõ acceptam⁹.

6 Animas in purgatorio nõ satisfacere pro peccatorũ pœnis, a quorum culpis absolutæ, hic nõ satisfecerũt, reputamus erroneũ: sicut nõ est sine errore, qui nõ credit deũ a morituro reqrere aliã q̃ mortis pœnam.

7 Ex imperfectione charitatis uel fidei in anima mortui fieri horrorem & quasi desperationẽ, qbus in purgatorio afficiant̃, & quod illũ horrorẽ ex timore

ex timore mortis incurrant, quo quasi inuiti moriantur, non recipimus quia ueritati & rationi contrarium.

8 Animas in purgatorio mereri maiorem gratiã, aut eorũ prẽmia minui, si alienis meritis liberẽtur, aut nõ esse certas de salute, aut suffragia nostra nolle, ut fidei nostræ & omni rationi aduersa negamus.

9 Meritum passionis Christi nõ esse thesaurũ ecclesiæ, ex quo dentur indulgentiæ, quia ueritati & apostolicis decretis obuians, negamus: sicut claues esse thesaurum ecclesiæ, imperitissimum opinamur. Meritis quoq; sanctorum nos adiuuari pie credimus.

10 Dicere indulgentias non expedire, est error. dicere item indulgentias esse aũtiũ aliquod operis, quo ipsum minus ualeat, error est pessimus. quare & hunc errare sentimus, qui dicit se teneri improbare indulgentias, qa dominus dicat, ꝓpter me deleo iniquitates, non ꝓpter pecunias.

11 Papam non posse remittere pœnam pro peccato debitam per indulgentias, error, immo erroneum est eum nõ posse absoluere a pœnis animas in purgatorio existentes. Omnium autem maxime non recipimus, ꝙ morituri, infirmi, legitime impediti, non crimina publica habentes, indulgentijs non egeant.

12 Rhomanã ecclesiam nõ fuisse superiorem alijs ecclesijs ante tempora Syluestri negamus, sed eũ qui sedem beatissimi Petri habuit & fidem, successorem Petri & uicarium Christi generalẽ semper agnouimus.

Contraximus quoad fieri potest, propositiões, has paucas accepimus, quod & alia ab his pendeant.

ERVDITISSIMO VIRO

ET PRAESTANTISSIMO D. ANDREAE BODENSTEIN

Careloſtadio, ſyncerioris Theologiæ aſſertori facile primario, Archidiacono Vuittenbergeñ. præceptori ac maiori ſuo in Chriſto, Martinus Lutherius Auguſtinen.

Eccius oblicꝙ in Lutheriũ ſcripſit.

SALVTEM. Edidit Eccius noſter, inclyte uir, ſchedulã, in qua magnificis ampullis uerborꝫ crepat (id aũt homini moris eſt) ſeſe aduerſus te diſputaturum Lipſiæ, & ego id noſte tuo, cũ ipſo tractarã Auguſtæ, ſi qua ratiõe cõtentio ueſtra, coram & amica familiaricꝙ cõgreſſione cõponereť, ꝙd nec tu ꝓ tua dignitate detrectaſti. Sed ecce homo, pulchre memor, & ſibi conſtans, poſtcꝙ te fœde infamarat, tandẽ promittit in te, ſed uertit in me impetum, ranarum ne an muſcarum ſuarum neſcio. Speraueram ego tractatũ futurum de honeſtiſſimis ſerijs tuis, & de gratia dei, humana miſeria, omninoꝙ de ea re, qũæ inter uos uertitur. At meus Eccius in meas incerim nugas debachatur, aut ꝓ more iſtorũ dierũ laruis iocatur potius, ſtultas quæſtiones de indulgẽtijs, pene ex orco tãdẽ reuocat, tua, uelut parerga, & ſummo (quod aiũt) digito uix attingens. Forte ſpiritusſanctus præuidens hoc hominis ludibriũ & nugacitatẽ, dedit in cor egregiorũ dominorũ doctorum Lipſenſis ſtudij, ut recuſarẽt uobis hoc negociũ apud ſe gerẽdũ. Sed & ego nolo te optime Andrea, in friuolam

in friuolam & laruatam, hanc disputationem descendere, tum quod mea & me petit, lauta hæc & καλλιπάρηος, Θλευκώλενος persona, tum ꝙ ingenium tuum & tua disputatio digniora sint, q̃ ut in has sophistæ & meas nugas, indulgẽtias inquam, seu rectius & uere negligentias, humilientur. Quas cũ omnes doctores etiã scholastici, infelices Eccij præceptores, fateantur tamen & ipsi, primum nõ esse necessarias Christiano, tum si nullæ essent, melius esse, ac per hoc ad scripturas & rẽ theologicam, sicut asinum ad lyrã. Nec ego illas unq̃ mea disputatiõe dignatus fuissem, nisi pro populo Christi Phrenapatas Matæologos, authades & æschrocerdes oportuisset redarguere. Nihilominus tamẽ has res leuiculas, & nihili, magni isti & generosi Theologi, adeo curant misere, adeo pompis uel anxijs inflare conãtur, ut in ijs summum & nominis & officij sui decus constituisse uideantur. Interim Theologiæ legitimo, & quod ad rem pertinet officio, penitus posthabito, & in sabbata translato, non quidem lucri aut glorię ęmulatione, nisi minus principaliter per accidens, & in potentia, modo non sit nimis remota.

Indulgentiæ res uilis.

Quando autem ego, deo uolente, digniore conditione uiuere non permittor q̃ ut cum nugacibus & uanis sophistis, cum pestilentibus Rhomani Ponti. & Rhomanantium tyrannorum adulatoribus ætatem consumam, gaudens & fidens posthabeo istorum, mea seria ludo.

Quare mi Ecci, nõ damno te uanissimæ gloriæ, quod hanc schedulam ędideris, anteq̃ certus esses, qui Lipsenses in hac re facerent, immo postq̃ ex me acceperas eos omnino recusare, quia ex fumo scilicet, & ex disputatione nunq̃ futura sperasti captare gloriam. Non criminor, quod subdole, & parũ humane, nedum theologice doctore Carelostadio alienas propositiones obieceris, quas cũ omnino illum non suscepturum sperares, iterum de fumo in tantũ uirum triumphares. Nõ q̃ror, q̃d ad adulationẽ fœdissimã Papæ uersus me rursus in fabulas traduxeris, nouosq̃ a te fictos errores mihi imposueris, & tamen nihil minus te agere simularis. Toleramus ista a Theologo facta, id solum uolumus ostendere, nos scilicet intelligere strophas tuas infeliciter uersutas, & figuras nihilo figuratas & benigniter te monere, ut deinceps ꝓ gloria tua, paulo ciuiliore astutia, naso, immo calcaneo nostro insidieris. Agrestem hanc & ueternosam tuam prudentiam, in crassos tuos consophistas ludas.

Eccius disputationẽ ꝓposuit, postq̃ Lipsenses recusarũt se audituros.

Interim esto uir fortis, & accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime, postq̃ enim pro pace tua mediator ingratus fui, placebo fortasse cõcertator, nõ quod uincere proposuerim, sed quod post uictorias tuas Pannonicas, Longobardicas, Baioaricas (modo tibi credamus) occasio tibi fiam obtinẽdi nominis, quo & Saxonicus & Misnicus triumphator, ac si uoles, semper Augustus saluteris in æternum, ac sic gloriam ἀΐεν ἀναιδείην ἐπιειμένε adeptus, quiescas iuxta magistri tui sententiam, habitibus existentibus in materia cessat motus. Quanq̃ mallem, ut monstrum, quod iam diu in me alis, & quod te male habet, aliquando pareres, & nauseas quibus stomachus tuus periclitatur, tandem euomeres in publicum, minisq̃ illis tuis basilicis & gloriosis per omnia finem imponeres. Sed ad te reuertor optime Andrea, & oro, ut una mecum ad illustrissimum principem & ducem Georgium, prudentissimum quoq̃ Senatum Lipsiæ scribas, siquam dignentur nobis domum uel prophanam in hoc negocium collocare. Nam egregios dominos doctores de Vniuersitate, penitꝰ nolo huius periculo iudicij onerari, quod & prudẽtissime recusarunt. Quin id faciemus, adductis notarijs duobus, uterq̃ Eccius & Luthetius, & siqui alij idẽ

Triumphator Eccius.

Notarij disputata excipiẽt.

uelint, ad manum Notariorum dictet sua argumenta, & responsiones. quod eo facio cõsilio, ne & nobis fœda illa iactantia, & frustraneus labor cõtingat, quæ in Viennensi disputatione Eccij uidentur, tum ut clamor & gestus importuni, quibus solent æstuare & perdere ueritatem nostri seculi disputatores, cohibeant omnia autem uel possibili modestia in literas pronuncient: Atq; ea sic in literas relata, offerri possint sedi Apl̃icę, ep̃is, & totius Christiani orbis iudicio. Vale.

CONTRA NOVOS ET VETERES ERRORES defendet Martinus Lutherius has positiones sequentes in studio Lipsensi.

1 Quotidie peccat omnis homo, sed & quotidie pœnitet, docẽte Christo, Pœnitentiam agite. Excepto uno nouo quodam iusto, qui pœnitentia non indiget, cũ etiam palmites fructiferos quotidie purget agricola cœlestis

2 In bono peccare hominẽ, & peccatũ ueniale, non natura sua, sed dei misericordia solum esse tale, aut in pũero post baptismũ peccatũ remanẽs, negare, hoc est Paulum & Christum semel conculcare.

3 Qui opus bonum aut pœnitentiam, a peccatorũ detestatione, ante dilectionem iustitiæ incipi, nec in eo peccari asserit, hunc inter Pelagianos hæreticos numeramus, sed & contra sacrũ suũ Aristotelem desipere ꝓbamus.

4 Deus mutat pœnã æternã in temporalẽ, scilicet crucis portãdæ, cuiꝰ canones aut sacerdotes nec statuendæ, nec auferendę habent ullã potestatem, quanq; id ab adulatoribus noxijs seducti præsumere possint.

5 Quilibet sacerdos debet absoluere pœnitentem a pœna & culpa, aut peccat: æque peccat superior prælatus si occulta sine causa reseruat rationabilissima, quantumlibet usus ecclesiæ, id est, adulatorum resistit.

6 Forte satisfaciunt animæ in purgatorio pro peccatis. Sed quod deus a moriturο plusq; uolũtariam mortem requirat, uanissima temeritate asseritur, quia nullis modis potest probari.

7 Veritati & rationi contrariã est quidem, inuite morientes deficere in charitate, ideoq; pati horrorẽ purgatorij, modo ueritas & ratio sit idem, quod opinio Theologistarum.

8 Animas in purgatorio esse certas de salute sua, nec gratiam in eis augeri, scimus a Theologistis asseri: Sed miramur doctissimos uiros, ꝙ huius fidei suæ rationem nec stulto uerisimilem reddere possunt.

9 Meritũ Christi esse thesaurum ecclesiæ, & sanctorũ meritis iuuari certũ est Esse autẽ thesaurũ indulgentiarũ nemo nisi fœdus adulator, extrauagãtes a ueritate, & fictæ quædã ecclesiæ praxes aut usus simulant.

10 Dicere indulgentias esse bonũ Christiano, est insanire: sunt eñ uerissime opis boni uitiũ: & improbare indulgẽtias debet Christianꝰ ob abusum, quia dñs dicit, propter me deleo iniquitates tuas, non propter pecunias.

11 Papã posse remittere omnẽ pœnã pro peccatis debitã huius & futuræ uitæ, & quod indulgentiæ prosint nõ criminosis, sõniant sẽcure indoctissimi sophistæ, & pestiferi adulatores, non tamẽ uel nutu possunt ostendere.

12 Rhomanã ecclesiam esse omnibus alijs superiorẽ, probatur ex frigidissimis Rhom. Pont. decretis intra. cccc. annos natis, contra quæ sunt historiæ approbatæ. Mc. annorũ, textus scripturæ diuinæ, & decretum Niceni cõcilij omnium sacratissimi.

FINIS.

Reso-

RESOLVTIONES R. P. MARTINI LVTHERII, DE DISPVTATIONE LYPSICA.

OPTIMO ET ERVDITO VIRO D. GEORGIO Spalatino, Illustriss. Principis Friderici Saxoniæ electoris Imperij, eiusdemq; uicarij &c. a libellis & sacris suo Martinus Lutherius. S.

HISTORIAM famosæ huius disputationis, quã Lipsiæ habuimus optime Spalatine, cupis nosse, ea uel maxime causa, quod audieris Eccium nostrum & Eccianæ factionis aliquot homines, iam diu & secure triumphare, encomiacq; cantare. Ego sane gaudeo & gratias ago, si tam uera est uictoria, q̃ magna est iactantia. Quid em̃ Christianis, præsertim Theologis magis optandum, q̃ ut ueritas triumphet, error traducatur? Sed rursus, quando unq̃ auditum est a seculo, hanc esse gloriam ueram & stabilẽ, quę seipsam prædicat, & ante tempus iactat? Nonne in hanc sunt prouerbia ædita: Encomiũ ante uictoriam, rumor ante salutẽ: Deinde illud triuij, Propria laus sordet, & laudet te os alienum? Tum Christus: Si gloriam meam quæro, gloria mea nihil est. Et Prouerbiorũ autor Salomon: Hæreditas, inquit, ad quã in principio festinatur, in fine benedictione carebit. Iustus enim, ut scriptura dicit, in principio non est iactator, sed accusator sui: Pharisęus autẽ primo est laudator sui, simul accusator omnium aliorum. De Eccio nostro aũt eo facilius credo, iactasse eum uictorias quo iam olim mihi est ingeniũ hominis perspectũ, ut gloriæ miserrimũ mancipium, tum quod iam magis expertus sum, solere eum in disputatione magis criminari q̃ disputare, & more indoctorũ declamatorum, tempus conuitijs & contumelijs hominũ perdere. Ideo nihil mirum, si non nisi gloriam quærat. Mihi uero, qui iã duos annos patior, multos eiusmodi uictoriæ iactantissimos & uanissimos gloriatores rabidosq; criminatores, deinde contempsi, nescio, quę tartara mihi intentata, pro minimo est, hanc eorum simulatam gloriam audire, quorũ magis misereri q̃ pigere oporteat. Nam si conscientia eorum idem gloriaretẽ, ne dubites foris neq; gloriarentur, neq; criminarentur. Tamen ut tibi satisfaciam, breuiter rem ipsam, secundũ ueritatem describam, ut intelligere possis, disputationem illam fuisse perditionem temporis, non inquisitiõem ueritatis: Deinde Eccium Eccianosq; simulare in gloria aliud, & aliud sentire in conscientia. Nã quantum in Eccio fuit, fere nullus scopus tactus est. Sin tactus est, non nisi nostissimis & uulgo proculcatis argumentis certatum est. Nam deus nouit, quod totam istam conclusionum cohortem multo acrius & ualidius nostri Vuittenbergenses duobus annis oppugnauerunt, & ita examinauerunt, ut ossa earum numerare licuerit, quas Eccius uix in facie cutis leuiter perstrinxit: nisi q̃d multo fortius clamauit una hora, q̃ nos integris duobus annis, ac gestibus immani ter fastuosis & glorioſis, etiam seipsum clamatorẽ superare uelle uisus est. His enim moribus, sane quietis & tranquillis, pacificam illam & in silentio ac mysterio

Eccĩ triũphi.

Encomiũ ante uictoriam.

Eccĩ iactãtia

Disputatio fuit perditio temporis.

Eccius nõ attigit scopum

Clamator Eccius.

sterio profundissime quietissimeq; latentem theologiam quæsiuit hucusq; Ec-
ciana modestia. Ita me deus amet, fateri cogor, nos esse uictos clamore & gestu,
Ecciana modestia. hoc est Ecciana modestia, sic enim ipse uocat. Verum anteq; rem ipsam dicam,
præfabor & ueniam petam, si homines quosdam inuoluã pariter, libenter omis-
surus, si ipsi sese non inuoluissent sine causa, & ut dicitur, neutrales & indifferẽ-
tes habuissent utrinq;. Ideo nõ mihi, sed sibi imputabũt si tanganṫ & ipsi, quos
par gloriæ studium, & inueterata iam diu inuidia coegit, pro Eccio contra nos
Lipsienses quidam sycophantæ. machinari non bonas machinas. nõ sane oẽs dico. Nã sunt in ea Academia præ-
clarissima, candidissimi, & rectorũ studiorum optimi assertores, atq; hocipso ta-
men nomine alterius illius fermenti hominibus, uelut sudes in oculis, & offen
diculum a latere, ut losue uerbis dixerim. Sed & prudentissimus senatus, orna-
tissimiq; ciues, tam absunt ab hoc maligno ingenio, ut nemo magis abominẽ-
hoc peruersum & bonis literis inimicum genus. Omnium autẽ maxime laudã
Dux Georgius laudatur. dus est illustrissimus princeps, dux Georgius, qui uere principali clementia &
munificentia nihil omisit, quod ad felicissimũ huius disputationis fructum face
re possit, si tales fuisset, ut pura ueritas, posthabita gloria, quæreretur. Deniq; &
sua splendidissima præsentia id negocij dignatus est mirifice illustrare, omnia
cauens & monens, ut modestæ & quærendæ ueritatis studio agerentur. Nihil
ergo optime huic uniuersitati me debere cõfiteor, cũq; omnem honorẽ, & omne
officiũ, duntaxat inuidiam quorundam, ut sunt res mortaliũ ex nulla parte inte
Eccius irritat uit pactũ ini tum. græ, fateor mihi satis displicuisse. Igitur hæc est siue tragœdia, siue comœdia
huius disputationis, quã Satyram potius dixeris. Primo ruptum est pactũ, quo
inter Eccium & nos conuenerat, ut libere disputaretur, & excepta per notarios
in publicum totius orbis iudicium ederentur, quemadmodum in literis utrinq;
editis legitur. Nã uoluit potius Eccius noster sine notarijs, meris & liberis cla-
moribus rẽ agi. Consenserunt in idem suæ factionis uiri. ubi hoc obtinere non
potuerunt, ad aliam pacti illusionem itũ est, scilicet ne excepta per notarios ede-
rentur, nisi iudicibus nominatim & cõmuniter electis oblata, accepissent sentẽ
tiam. Additum est cõmentum, quo uelut honestissimo titulo hoc fœdifragium
apud idiotas ornaretur, uidelicet oportere iudices certos habere, quos si recusa-
remus, iam haberent, quo in odium uulgi nos traherent & iactarent: nolle scili
Eccio metuit lucem. cet nos pati ullos iudices. Ita solidissima ueritas Eccij & Eccianorum, metuit lu
cem & publicum, sibi scilicet optime conscia, quasi orbis & cuiusq; optimi uiri
iudicium parum sit, quo recepta sunt tã multa, quæ olim sancti patres dixerunt
scripserunt, disputauerunt. Fecerunt ita, forte quod iudices fore sperarent eos,
quos in uniuersitatibus passim contra nos pro se stare sciebãt, aut quod magis
suspicor, quod Eccius meus conscius sibi non intellectæ a se scripturæ, latibulũ
huius conscientiæ hac ratione quæreret. nam & si est homo in literis humanis,
Eccius nescit sacra. & opinionibus scholasticis uarie & copiose eruditus, tamen sacrarum literarũ
ego inanem inueni disputatorẽ. quod mihi pro modestia sua ignoscet, quia ue-
rum dico, & suo tempore probabo, ubi ea non sufficerint, quæ ipsemet in papy
rum effudit testimonia imperitię huius credibilia nimis. non quod mihi soli uẽ
dicem scientiam scripturarum sanctarum: sic enim me solet ẽliminari, quando
aliud quod dicat nõ est ad manum: sed quod arbitrer me in sacris literis tantum
uersatũ & exercitatũ, ut de scholastici theologi scientia, qui sacras literas uix a li
mine salutauit, possim sine periculo pronunciare.

Altera machina fuit, Carolostadius noster secum libros attulerat. Cum sit ho
ne stissima

neſtiſſima diſputandi & tutiſſima ratio, ex præſentibus libris loca oſtendere, & dicta uel probare uel confutare, magno tumultu, hoc Eccius noſter detrectauit Nam uidebatur cuiuſdam compilatoris ingenio & opera fretus, multas conſarcinaſſe autoritates S. patrum, ſtudioq; factionis ſuæ auxiſſe: ibi periculum erat, nec ſicut aliquoties conuincebatur, ita ſemper conuinceretur male induxiſſe dicta patrum. Nam cum præcedentia & ſequentia nō uidiſſet, nec enim ueritas ut dixi, quærebatur, ita illas aptauit ad propoſitum, ut nihil minus ualeret ad propoſitum, niſi quod delectabat eum aliquando & riſum miſcere auditorio. Stantuerunt itaq; pro Eccij uoluntate, libros domi relinquendos eſſe, & ſolius memoriæ & linguæ uiribus, ac libertate diſputandum, hoc eſt quod optimi quidam dixerunt, hanc diſputationem non de ueritate, ſed de laude memoriæ & linguæ agitari. Prætexuit tamen & hic Adam ille folium ſici pulcherrimum, quod pene nullus, niſi ſit ſtipes, intelligat, uidelicet puerile & ridiculū eſſe, Theologum e libris aut ſchedis diſputare. Et mirum quam blandum ſibi uulgi murmur hoc ingenio inuenerunt, quod de his rebus iudicat, ſicut de puerorum ſcholaſticis exercitamentis, quaſi non & Auguſt. contra Manicheos & Donatiſtas collatis libris pugnauerit. Verum, ueritatem ille quærebat, non gloriam.

Farrago autoritatum.

Perperam induxit dicta patrum.

Diſputatio ad laudem memoriæ.

E libris diſputandum.

Prætereo, quod Eccio neceſſe fuit ultimum uerbum cedere, ſiue opponeret, ſiue reſponderet, ut ſic argumenta inſoluta facilius uictoriam ſimularent. Tum ſi alicui rei finiendę dictus fuiſſet dies, liberum illi fuit hoc non obſeruare, nos religioſus & obſeruantes eſſe oportuit. Breuiter, qui pugnatum ueneramus cōtra errores & hæreſes, cū inuidia & uana gloria negocium habere coacti ſumus. Nam quod ad me pertinet, cum me tot cōcionibus populo fabulam & ſibilum faceret, ita uolentibus ſuis ſquamis, libens tranſeo, ut qui nihil æque optarim, q̄; nominis mei obliuionem. Nec ſic tamen quicq̄ promouerunt, nam, uelint, nolint, teſtari coguntur & ipſi, Caroloſtadij poſitiones domum ſaluas redijſſe nec una uel ſyllaba cōfutatas, quas etiā crudas deuorare Eccius ſtatuerat. Quin egregius iſte ſcholaſticorum doctorum patronus, quo caueret ne uictus uidere tur, inter diſputandum Protheum imitatus, ſubito ea quæ in principio magno impetu impugnarat, in fine oīa conceſſit, īmo affirmauit. tū præoccupans gloriatus eſt, quod in ſententiam ſuam Caroloſtadium pertraxerit, audens etiam hoc dicere, ſcholaſticos doctores nunc̄q; aliter docuiſſe & ſapuiſſe. Quod cum ſentiret impudentius dici q̄ audire poſſit quicunq; ſcholaſticos legiſſet, ſic ſane temperauit, ut Scotū cū Scotiſtis ſuis, & Capreolū cum Thomiſtis ſuis conſtanter negaret, antiquiores Altiſio. Bonau. & neſcio quos autores allegās. Credo autem, quod hæc ſuæ farinæ hominibus magnę cruci fuerint, & ſi riſum miſerri me ſimularent, cum ducem ſuum, tā fortiter aggreſſum certamen, relictis ſignis mox ſenſerunt, ſi tamen ſenſerunt, deſertorem exercitus & tranſfugam factum Nam id Caroloſtadio ſatis erat, ſcholaſticorū doctorum tres celebriores ſectas fuiſſe ab Eccio eadem hora negatas, quas niſi negaſſet, Pelagianus Ingolſtadiū reuerſurus erat. Certum eſt enim modernos, quos uocant, cū Scotiſtis & Thomiſtis in hac re. i. lib. arb. & gratia conſentire, excepto uno Gregorio Ariminē/ſi, quē oēs damnāt, qui & ipſe eos Pelagianis deteriores eſſe, & recte & efficaciť cōuincit. Is em̄ ſolus iter ſcholaſticos cōtra oēs ſcholaſticos recētiores, cū Caroloſtadio, id eſt Auguſtino & Apoſtolo Paulo cōſentit. Nā Pelagiani, & ſi ſine gratia opus bonum fieri poſſe aſſeruerint, non tamen ſine gratia cœlum obtinēri dixerunt. Idem certe dicunt ſcholaſtici, dum ſine gratia opus bonum, ſed nō meri

Caroloſtadij dogmata ſalua manſerūt ab Eccio.

Aſtutia Eccij.

Ordinē deſerit Eccius.

Tres ſectæ ſcholaſticorū negatæ.

Pelagiana hęreſis in ſcholaſticis.

Errores ſcholaſticorum.

meritorium fieri docent. Deinde super Pelagianos addunt, hominem habere dictamen naturale rectæ rationis, cui se possit naturaliter conformare uoluntas ubi Pelagiani hominem adiuuari per legem dei dixerunt. Nec hanc metamorphosin Ecciano ingenio alienam existimes, est in ea promptissimus. Nam hac die quidem cum Gregorio, ut dixi, sensit & Carolostadio, rursus altera mecū congressus, eundem mihi Gregorium in eadem etiam materia negauit, propter articulum Huss. concilio Constantiensi damnatum. Ita uere mirificus est, & cui non uiderim similem, disputator Eccius, apud quem nihil sit uel periculi, uel uitij Gregorij Ariminensis sententiam cum D. Carolostadio contra omnes scholasticos pugnantem, pro scholasticis amplecti, eundē rursus pro scholasticis eisdem, in eadem re repudiare. Sic habes uictoriam, qua gloriatur Eccius, gloriaturq; suum fermentū, quod negatis uere omnibus scholasticis doctoribus quos tutandos susceperant cum ecclesiasticis consentiunt.

Inconstantia Eccij.

Eccium nihil pudet.

Sed & nos Vuittenbergæ sciebamus scholasticos doctores, si cum tenebris suis, id est, lumine naturæ secundum Eccium, Aristotele negentur, posse conuenire cum Ecclesiasticis. Verum hanc negandi rationem, & per negationem concordandi Vuittēbergæ ignorantes, Lipsiæ didicimus: quam & tibi & omnibus qui uolunt, ecce libenter communem facimus. Primum, ut in exordio disputationis, alicuius dicta fortiter impugnes, protestatus, etiā per publicas scholas, te contra nouam doctrinam pro ueritate fidei, & honore sanctæ ecclesiæ pugnaturum: ita ut montes parturire putentur, tum in negocio sensim & subdole cedens, ne quis te uictum sentiat, idem constanter affirmes, & simul uicisse glorieris. Deinde multa confidētia fingendum tibi est, nullum eorum qui adsunt, habere, uel memoriam, uel sensum communē, ut libere queas dicere, te ab initio sensisse, & hanc nō nouam, sed ueterem esse doctrinam, nihil moratus interim, si amiseris totum exercitum doctorum, quos defendere proposueras. Atq; hic quidem est modus & euentus Carolostadianæ & Eccianę disputationis.

Modus disputandi clamosi & audaculi.

Post hæc mecum congressus est, de primatu Rho. Pontificis, de purgatorio, de indulgentijs, de pœnitentia, de potestate absoluendi cuiuslibet sacerdotis. In quibus omnibus quid fecerimus, suo uidebitur die. Nam de me parcius mihi dicēdum est, ne mihi præco fiam. Interim hoc dico, quod de pœnitentia & purgatorio, ipse pene ignoro, quantum dissenserimus. Nam pœnitentiam incipere ab amore iusticiæ, laudabile quidē esse, sed nō necessarium uoluit, quod ego omnino necessarium assero usq; adhuc, cum ante gratiam, quæ est charitas, nō possit fieri ullum opus bonum, ut ipsemet concesserat. Causa dissidij mihi uisa est, quod ille multis autoritatibus inductis, pœnitētiam a timore etiam seruili incipi contenderit, uel ignorans, uel dissimulans, quod seruilis timor in hac uita non penitus tollitur. Ideo etiam infusa gratia, quæ incipit pœnitentiam, timorem seruilem commouet, simul operans timorē filialem, cum sint opera dei terribilia, dum uiuificaturus occidit &c. An autem animæ essent certæ de salute, & gratia in eis augeretur, dixi me nescire, iuxta disputationem meā in resolutorio, necdum ipse demonstrauit contrarium. Ita adhuc media pendet sentētia.

Eccius cū Lutherio disceptat.

Timor seruilis in nobis sp

De indulgentijs pene concordamus, quæ & prope in risum abierūt, siquidē & ipse palam in uulgus quoq; concionatus est, non esse quidem eas contemnēdas, nec tamen in eis fidendum: quo modo si fuissent per indulgentiarios prædicatæ, nec Martini nomē hodie uulgus forte nosset. Sed & in seipsis iam diu corruissent, moriētibus præ fame commissarijs, si populus nouisset non esse in eas fidēdum. Itaq; quam ego fore putabam summam disputationis, & rem omniū periculo/

Eccius concedit nō fidēdū indulgētias.

periculosissimam, adeo sine negocio confecimus, ut nihil fere segnius tractaue rimus, immo nunc̄ infelicius & miserius habuerunt indulgentiæ. Quare satis tutus mansit sermo meus de indulgentijs uernaculus, cum his quæ in resoluto rio, & contra Syluestrum in hanc rem scripsi. Licet uel more suo, uel iussu ferm̄ ti sui, non potuerit eum irreprehensum relinquere, causans quod deciperem ho mines uerbis meis, & uitam nouam, & crucem, quam a deo requiri in pecca tore dixeram, tam profundus theologus non intellexit, includere omne genus mali, etiam mortis in hoc mundo. Nec mirum, quia non scripturas, nec tropos ejus, sed lum̄ naturæ Aristotelem, & illuminatos eodem lumine doctores dū taxat legit. Et tamen uelut Moab arrogantiss. plus præsumens c̄ posset, omnia quæ unc̄ dixissem, calumniari & traducere conabatur.

Crux pœnitẽtiæ.

Illuminati doctores.

Proinde miror quid nūc dicturi facturiq̄ sint fratres illi, qui me passim apud principes & ubiq̄ terrarum hæreticū, & nescio quod nominib⁹ criminati sunt propter indulgentias. tum scenedas satis amplas disputationis cōtrarias, magno ut dicitur, stipendio, alienoq̄ studio paratas inuulgarunt, & Christi populum suis impudentibus imposturis & in anima seduxerunt & in corpore, rebus suis spoliauerunt, cum uideant causam istam ita friguisse in hac disputatione, quam inferno ardentiorem esse uoluerunt. Sufficit mihi quod summa causæ cecidit in felice Lipsia, & omnium iudicio indulgentiæ, clamatoresq̄ earum ridiculum fuerunt.

Stipendio cõducti disputatores contra Martinum.

De primatu Rho. ecclesiæ acrius certatum est, ego primatum honoris nō ne gaui, nec potestatis, dedi, saltem iure diuino, nihil repugnaturus, immo constā ter cōfessurus ac defensurus, si facto uel iure humano eum habeat. Nihil enim minus quæro, c̄ ne a summa sede sanctorum Petri & Pauli ulla causa quisq̄ re cedat, aut obedientiam debitam subtrahat. Solum ne tot sanctos patres in cœlo regnantes, qui in oriente uiuentes, sub Rho. sede non fuerunt, contra ius diui num egisse concedam. Ille contra, iure diuino utrūq̄ conatus asserere, cum mul tas autoritates patrum conueheret, inuentum tandem est, eos ambiguos & ua rios esse, in alteram sententiam aliquando uideri inclinasse, quanq̄ pro me ro bustius & locupletius sentirent, præsertim ubi id agunt ex animo, ut euangeli um interpretentur.

De potestate Pontificis.

Græci.

Sic ueteres intelligendi.

Iam illud Matthæi. xvj. Tu es Petrus, Item illud Ioan. Pasce oues meas, & se quere me. Item, confirma fratres tuos, & nonnulla minus ad rem, c̄ hæc facien tia, cum non urgerent, tandem confugit ad concilium Constantien. plena fidu cia, quod esset illic determinatum contrarium, & sententia mea inter articulos Huss. & Vuicleff dānata. Hic totus immoratus anhelabat, quo poterat odiosi⁹ mouere inuidiam, quia aliud non habuit, quo suo fermento palparet blandius. ubi enim defecit in iure diuino, cucurrit ad ius humanū, probaturus per ipsum ius diuinum: neq̄ sic tamen rideri oportuit, quæ tantus theologus tētaret.

Concilium Cõstañ. citauit, tanc̄ ius diuinum.

Cui ego duo concilia antiquiora & celebriora, Nicenum & Aphricanū, con tra unum opposui, deinde & ipsum Constantiēse non recte fuisse ab ipso & fer mento nequitiæ, cui tum seruiebat, intellectum. Nicenum enim concilium de creuit, Rho. Pont. debere curam habere ecclesiarum suburbanarum, sicut Alex andrinum Aegypti, deinde episcopos, nō, ut modo ex urbe emptis pallijs & po testate, sed per uicinos episcopos ordinandos esse, ut lib. eccle. histo. x. scribi tur. Hic uero anguilla ista aiebat, hoc, ut fieret, p̄missum esse a Rho. Pontifici bus, fingēs ut solet, ex capite ꝓprio glossas nouas, quasi nō ip̄ijssime & hæreti

Nicenum & Aphricanum concilium.

cissime fecissent, tam Rho. pontifices, & Nicenum concilium, si uel statuerent uel permitterent quod esset contra ius diuinum. Nam si est ius diuinum, Rho. pontificem omnia in omnibus ecclesijs posse, non est in eius potestate permittere contrarium, uel una hora fieri, nec in concilij potestate contrarium, aut de Rhom. pontifice, ut inferiore suo disponere, aut diuersum, aut aliud, statuere, non magis certe, & in potestate eius sit, permittere aut statuere stupra & adulteria licere. Ita fiebat, ut miser Rhomanæ potestatis tutor & patronus, primatum hunc tueri non posset, nisi blasphemaret, tum sacratissimum Niceum concilium, tum ipsos pontifices, dum eos soluisse ius diuinum asseruit.

Primatū non tuetur probe

Quid est hæreticum & blasphemum, si hæc Ecciana modestia non est hæresis & blasphemia? sed sic loqui debet, qui loquitur, ut hominibus placeat.

Iam cum concilium Aphricanum, ut habetur dist. xcix. ca. primæ, prohibuisset Rho. pontificem appellari uniuersalem pontificem, dicens in hunc modum Vniuersalis autem pontifex, nec Rhomanus appelletur, hic sibi tẽperauit quidem a blasphemia, non dicens, quod contra ius diuinum aliud permissum aut statutum sit, sed glossam certe tanto theologo dignam effinxit, quam nõ ponerem, nisi eam scirem glorię auidissimo disputatori satisfacere, & gloriam absolutam ei parere. Dixit enim, & si Rhomanus pontifex non sit appellãdus uniuersalis pontifex, tamẽ appellari debet uniuersalis ecclesiæ pontifex. Risum quæso teneas amice, sine suum fermentum ridere. Nemo enim dignius rideat ad tam insignem glossam. Ego glorior me tot expensis non frustra Lipsiæ moratum, saltem hoc didicisse: Non est uniuersalis, est tamen uniuersalis ecclesiæ episcopus, non est forte etiam Moguntinus, est tamen Moguntiæ ecclesiæ episcopus.

Pontifex non est uniuersa' sed uniuersalis ecclesiæ.

Hæc ad mea duo concilia ille opposuit, nam Nicenum per uerbum, permisit Aphricanũ per nomen, ecclesiæ, soluit: adeo facile est magistris nostris eximijs magnas quæstiões soluere, & etiam conciliorũ authoritati detrahere, qua tamẽ mirum est, & soleant alios strenue ad hæresim adigere. Nunc uide an ego melius uel peius ad suũ unicum responderim. Certum est non omnes articulos Cõstantiæ damnatos, esse hæreticos, sicut temerarie & impudẽter latrabat Eccius, quod probo euidenter. Primũ ex ipsius concilij uerbis, quæ sic habent, Quidã ex eis sunt notorie hæritici, quidam erronei, alij blasphemi, alij temerarij & seditiosi, alij piarum auriũ offensiui. Hæc ibi. Nõne clarũ est hæc uerba esse eorũ, quos hereticæ prauitatis inquisitores uocamus? quos in eo Cõcilio apparet tyrãnidem obtinuisse, nam horũ pene alia non est uox, & hæc. Ista propositio est hæretica', ista scandalosa, ista seditiosa, ista offẽsiua. uel certe spiritũsãctũ nimio pręsentem, illis ludẽtibus aut dormitãtibus, uigilasse, ut coacti sint ommino imprudẽtes, propria uoce testari, se quosdã damnasse, nec hæreticos nec erroneos ac p̃ hocc atholicos, Christianos & ueros? Nã si dixissem sine discretiõe, omnes esse hæreticos simul & erroneos, simul temerarios, simul offẽsiuos, nõ pateret ueritati locus aut fuga. Nũc ipsi discernũt hæreticos ab erroneis, & ab utrisq; temerarios & seditiosos. Dicã ergo, quid ad me, si temere & offensiue loquar, modo uere & catholice loquar? Tuo te urgeo gladio, alios hęreticos dicis, ut quos in fidem peccasse certum sit. alios erroneos, forte, qui in mores & statuta hominum peccẽt. Iã de reliqs triũpham⁹, eos neq; in fidẽ neq; in statuta morũ peccare, & si forte teneras auriculas, ueritatis ĩpatiẽtes mordaci⁹ offẽdãt, sufficit q̃ sint fideles & ueri: semp ita fuit, q̃ ueritas esset temeraria, mordax, seditiosa, & offẽsiua. Ita ego credo hũc unũ esse offensiuoꝝ, Ro. Põtificẽ nõ esse iure diuino dñm omnium

Prompte rñdent magistri nostri.

Non oẽs articulos Cõstãtiæ dãnatos, eẽ hæreticos.

Hæreticę prauitatis ĩquisitores duces cõcilij Cõstañ. Propositio. hæretica.

Satis est uere & catholice loqui.

ueritas semp temeraria.

oim in potestate. Quid em atrocius offendit? qd magis temere dici hodie, & a multis annis potuit? Ita & ille in auribus Thomistarū offensiuus est, quē Gregorij Ariminensis esse, immo Pauli & Aug. supra esse dixi, omnem scilicet actū hominis esse aut bonū, aut malum. Ego quidē rogabā mihi donari, ne omnes articuli a Concilio damnati dicerētur, sed ab aliquo Thomista quosdam Christianissimos intrusos, ut est iste: Omnis actus hominis, aut est bonus aut malus sicut omnis arbor aut est bona aut mala iuxta euāgelium. sed noluit. uerū quid ad me, quod Thomistę offendunt ueritate? sufficit quod sit neq; hęreticus, neq; erroneus. Aut si est hæreticus & dānatus, iam quid Eccius faciet, qui contra laudabile illud concilium Constantiense, pro laudabili eodem cōcilio disputans, concessit Carolostadio, ipsum esse uerum & catholicū, nec scholasticos doctores aliter sapuisse, ut dixi supra. O horrendum facinus, quod Eccio ecclesiæ sanctæ patrono sit intollerabile, q; Boemorum & hæreticorū, ut eius uerbis tonem patronus cum concilio contra concilīū sentit, & ut cū suis doctoribus Christianus sit, hæreticus efficitur. Sed, ut dixi, Eccianæ modestiæ priuilegiū est, sibijpsi libere dissentire, & in re eadem contradictoria tenere, sicut & Viennæ fecisse se testatur, & forte etiam Bononiæ. Claret ergo concilium Constentiense non cō tra me pugnare, nec hæreticum, nec erroneum, immo catholicum & ueracem ex eodem me probari, ut sic stet concordia cum Niceno & Aphricano concilio & Constantiensi. Quod autē hæc non uidit Eccius, & sua farina, deinde & hæreticæ prauitatis inquisitores, in causa uidetur esse, quod omnes ij promptiores ad contumeliam hęretici opprobrij sunt, q; tātos deceat populorum magistros, & hac cæcitate percussi, sicut scripturas sacras, & sanctos patres legūt, ita & omnia alia: hoc est, non cogitant q; bene & q; diligenter, sed ad quātum odiū & inuidiam aliorum legant. Ideo quicquid alienum a suo sensu audierint, mox hęreticum quoq; affirmant, suam iuxta & oscitantiam in legēdo, & temeritatē in iudicando omnibus ludibrio exponentes.

Eccius cōtra concilīū Constātien. alia, qua concessit

Modestia Eccíana sibi libere dissentit.

Temere desiniunt hæretice prauitatis inquisitores.

Deinde, si non placet ista conciliorum concordia, & pertinaciter mihi Constantiense unū contra duo obtendatur, iam nō difficile mihi erit statuere, utrius autoritas debeat pręponderare. Nam cū concilium possit errare, potius Constātiense, q; Nicenum & Aphricanum errasse cōfitear: quod hæc longe felicius q; illud processerint & egerint, ac iam diu sacris Euangelijs, etiam præ cæteris cōcilijs, comparata sint, prę sertim Nicenum: ad quā gloriam Cōstantiense necdū peruenit, & in hoc imitabor nouissimum Rhomanū concilium, in quo Basiliēse damnatum est, & Constantiense quoq; passum nō parua sue authoritatis detrimenta, dum Papam supra concilium esse sanxit, cuius contrarium in Constātiensi definitū est. Atq; ita inuicem sese reprobantia concilia, interim satis nos tutos reddunt, & liberos ad contradicēdum utriq;. quę enim sibi dissident, cui conuenient? atq; hæc latius, deo dante, cum Eccius in publicum se dederit.

Veterū cōcilīorum autoritas.

Verum quando, ut dixi, hac disputatione magis tempus est perditum, q; ueritas quæsita, uolo propositionum mearum resolutiones in lucem dare, confisus maiorem cognitionis fructum hinc prouenturum, q; si bissepties ad hūc modū disputetur. Quare si cui uidear errare, age confutet errorem, si odit: aut rectiora doceat, si diligit. Habes mi charis. Spalatine, historiam fere totam, nam siqua alia non dixi, ad reuerentiam uniuersitatis Lipsiensis mihi charissimæ non dixi, ne regis Idumęę ossa ad cineres redigerem. quamq; nisi scirem hoc meis peccatis debitū, satis indigne ferrē, me tā sterilibus negocijs occupari, de indulgentijs, primatu, & priuilegijs, alijsq; ad salutē nihil necessarijs rebus

Martinus dolet se indulgētijs, primatu, priuilegijs, hoc est nugamentis occupatum.

Salsum dictū a principe.

rebus, quibus ab optimis nostro seculo studijs auocor indignabundus. Nam ut illustriss. princeps dux Georgius, prudentissime ambos nos uerberans, dixit: Si ue hoc sit iure diuino, siue humano, Rho. Põtifex est, & manet summus pontifex. ita uere dixit, & non leuiter inutilẽ hanc nostram disputationẽ insigni hac modestia taxauit.

Pactū Martinus seruat.

Persuasus uero sum, ubi hæc uiderit Eccius meus, Eccianaq; factio, statim uociferaturos esse, non seruasse me fœdus, nec conuentioni paruisse, ubi cautũ est ne disputatio inuulgetur ante decretum iudicũ: Quasi uero ullum pactũ nobis unq; seruauerint ipsi. Respõdeo tamẽ, me cõuenisse ne per nos disputatio euulgetur ea, quæ manu notariorum excepta est, cætera uero exemplaria, sicut p̃mittebatur cuilibet sibi eadem colligendi potestas, quis, phibebit ne ædantur? Sed esto, nec ipsa ædantur, meum Notarij exemplar non ædetur, pulchre ita seruato pacto. Verum ne præterea scriberem, non pepigi, immo palam protestatus sum cum iniquioribus nostram libertatem conditionibus uexarent, ne præsumerẽt me taciturum, itaq; nolo tacere. Sed finge me ita pepigisse, rogo, uter primo solui pactũ? Nonne Eccius? qui, ut audio, ampullosis & iniquissimis literis, etiã illustrissimũ principem & patronum nostrũ, quem suæ factioni stupidissimæ similem somniat, corrumpere molitus est, pessima de me, quantum potuit recensens, quasi negassem S. patrum simul omniũ sententiã, mihi soli arrogarim scripturæ intelligentiã, concilia negarim, hæreticos defenderim, his ẽm mendacijs homo ille purus & sanctus theologus, tam sacrũ & uenerabile caput ausus est tentare, & me coram optimo principe tam egregie cõmẽdare. Quid ad alios putas, scribit & loquitur, sine scilicet pacti uiolatione, qui ad nostrum patronum ista scribit? Aut quid apud æmulos meos uerum dicit, quem ad talem, tã prudẽtem, tã formidabilis iudicij principem mentiri nihil pudet? Audio deniq; cõflasse eum quasdam interpretationes super articulis quibusdã, mihi per inquietos, & mali sui cupidos fraterculos impositis, atq; iterum me coram magnatibus, mira charitate Manicheum, Hussitam, Vuiclefistam, & nescio quot generibus hereticum descripsisse. Sic solet Ecciana modestia seruare pactũ, uerum hanc suam insaniam mihi facile est contemnere, qui norim hominis ferme totam supellectilẽ. Atq; ubi illa sua genimina in manus meas uenerint, spero quod Eciũ meum digne & magnifice tractare possim, siqua tandem uia intelligere possit, quid sit multa paciscí & nihil seruare, & tamen ab alijs seruanda expostulare atq; his omnibus aliud nihil quærere, q̃ ut noceat & ueritatem conculcet.

Dixit se non taciturum.

Eccij literę ad principẽ, quibus pactum trãsgreditur.

Mentitur Eccius.

Ecciani ingenij specimen.

Multa conciderũt sub Eccio Theologiæ scholastícæ dogmata.

Interim mihi sufficit, quod carnifex illa cõscientiarum theologistria, cui totũ debeo, quod mea conscientia patitur, cecidit in hac disputatione. Nam prius dixeram: Meritum aliud esse congrui, aliud condigni, facere hominem posse q̃d in se est, ad obtinendam gratiam, posse remouere obicem, posse nõ ponere obicem gratiæ, posse implere præcepta dei, quo ad substantiam facti, licet nõ ad intentionẽ præcipientis, liberum arbitrium posse in utrũq; contradictoriorũ, uoluntatẽ posse ex puris naturalibus diligere deũ super omnia, posse ex naturalibus haberi actum amoris, amicitiæ, & id genus monstra, quæ pro primis ferme principijs feruntur scholasticæ theologiæ, & omniũ libros & aures impleuerũt At nunc ij oẽs errores, sub Ecciano p̃sidio & triũphabundis signis, satis strenue ceciderunt, sine ullo ferme Marte conterriti ad solum conspectum duarum propositionum Carolostadij, quarum prior hæc Augustini: Liberum arbitrium sine gratia nihil ualet, nisi ad peccandum: Posterior Ambrosij hæc: Liberũ arbitrium

bitrium sine gratia tanto citius propinquat iniquitati, quãto fortius intenderit actioni. Similia trophea & spolia retulerunt ferme & indulgentiæ ex hac pugna, quas non mitiore, ut garriunt, sententia utiles esse admisi, sed utiles solum pigris & stertentibus: cæterum insaniam esse defendi, si quis eas bonas & utiles esse Christiano homini dixerit. Indulgentiæ mutilatæ.

Hæc incp̃s mihi interim satis sunt euenisse ex hac disputatione, quæ ideo recitaui, ut iactantiam glorioſam Eccianæ hæresis aliquantulum iuuarem. Cætera ubi hæc quispiam eorum impetierit, fortasse dabit dominus in lucem uenire.

Vidisse te credo Eccij excusationem aduersus Philippum nostrũ satis dignã EccIano genio, in qua homini etiã in sacris literis, tercp̃ quatercp̃ omnibus Eccijs doctiori, denicp̃ & sordidæ illius Eccianæ theologię non ignaro, opprobrat pro magno uitio grammaticam professionem. Tam recto sunt iudicio magistri illi nostri eximij, ut eruditionem metiantur secundum qualificationes ineptas, & inanes titulos. Conatus est & eundem mihi inuidiosum reddere, dũ mihi & ingenium & eruditionem, nescio quantam tribuit. Nam ut hoc etiã scias, me quocp̃ non nihil gloriæ retulisse ex disputatiõe ista, Tribuit mihi Eccius eruditionẽ, tribuunt & Lipsienses, adeo quantum fama cepi, ut nisi Eccio subsidiarias opes suffecissent ipsi, fateantur Eccium a me fuisse prostratum, atcp̃ ita uictoria iam ab Eccio in Lipsienses incipit migrare. Rursus dicitur illum magnificum contemptorẽ Lipsienses habuisse pro bonis quidẽ hominibus, sed in quibus longe plura speraſſet, & se solum omnia fecisse. Ita uides nouam quandam Iliada & Aeneida illos cãtare, & me saltem Hectora & Turnũ arbitrari, quo illũ Achillẽ & Aeneam statuant, nisi quod in hoc uictoria fluctuat, an suis id Eccius præstiterit, an Lipsiensium uiribus & copijs. Certum est ipsum solum semper clamasse, illos autẽ semp̃ tacuisse, putas ne magnas me illis debere gratias? Philippus Melãchthon Theologiæ scholasticæ eximiæ doctus, Miraculum ingeniorum. Eccio Lipsiẽses tulerunt suppetias cõtra Martinũ.

Sed redeo ad Philippum, quẽ tantum abest, ut ullus Eccius mihi reddere possit inuidiosum, ut in omni mea professione nihil ducam antiquius Philippi calculo, cuius unius iudicium & autoritas mihi stant pro multis milibus sordidorum Ecciorum. Necp̃ me pudet, & si magistrum artiũ philosophiæ & theologiæ, & omnibus pene Eccij titulis insignem, si huius mihi Grammatistę dissenserit ingenium, meo sensu cedere, quod & sæpius feci, & quotidie facio, ob diuinũ donum, quod deus in hoc fictile uascusum, Eccio quidem contẽptibile, larga benedictione infudit. Philippum nõ laudo, creatura est dei, & nihil: sed opus dei mei in ipso ueneror. Nec Eccium uitupero, sed crassas istas seminãdæ discordiæ & inuidiæ cõcitandæ uafricias toto corde detestor, abominorcp̃: quas necp̃ frequentiores, necp̃ maligniores usquam uidi, cp̃ in Eccio: quibus & pene totius nostrę disputationis farragine fermentauit, nam hac una sola pene re pessima potens est Eccius, ad rem theologiam ὄνος πρὸσ λύραν. Sed iam ad resolutiones accedo, tu interim cura, ut illustris. principi Eccium commẽdes, sicut seipsum commendari meruit, quancp̃ nihil hoc officio sit opus apud tantum principem. Vale Vuittenbergæ. M. D. XIX. Assumptionis Mariæ. Philippus certi iudicij

FINIS.

RESOLVTIO LVTHERI
ANA SVPER PROPOSITIONE SVA DECI MATERTIA, DE POTESTATE PAPAE.

M. LVTHERIVS AD LECTOREM.

Paradoxon nullū audet proponere.



OGor ego ſolus fere mortalium, diſputatiõibus meis aut nullum interſerere paradoxum, aut mox ſimul effunde/re totum ſecretum. Adeo cæteri omnes, cum ambulẽt in mirabilibus ſup ſe, & nõ modo paradoxtata, ſed & pſeu/doxtata ꝓpoſuerint, hãc hñt gratiã, ut longe diſtinguat̃ inter ea quæ ſic oſtẽtãt & ea q̃ plane in populo docẽt, aut domi fabulant̃. Vnus eſt Lutherius, q & prouocat̃ & ui rapitur ad pugnam, diſputationem, & ſimul exigitur dice re & rationem ante tempus reddere: aut ita dicere diſputaturus, ut a cerdonibus quoq; intelligi poſſit, quod ſi non fecero, mox hæreticus, blaſphemus, ſcãdalo/ſus ſum: ſic mea habet ſors mi lector. ſed non timeo, donec Chriſtus uixerit, qui ſimili, immo maiore inuidia laborauit, cum ſuis diuinis paradoxis ſuperbos fal leret, ut qui uidentes erant, cæci fierent: quæ tamen niſi poſt aſcenſionem ſuo tẽ pore per ſpiritum ſanctum reuelare noluit. Ita ſunt iſtæ meæ aduerſus Ioan. Ec/cium poſitę propoſitiões, maxime decimatertia de poteſtate Papæ, ut ſuperbiã inuidiſſimam facie ſua luderet, præſertim cum mihi rem fore cum lubrico collu/ctatore intelligerem. Quare te lector iudicem eligo, quiſquis fueris, adeo nihil in hac propoſitione periculi mihi timeo, quantum ad ueritatem attinet. Cæterũ ſi inuidia aliud fecerit, ſuum opus fecerit, tu modo candide & libere iudica.

Vale.

PROPOSITIO ECCIANA.

Romanam eccleſiam non fuiſſe ſuperiorem alijs eccleſijs ante tempora Syl/ueſtri negamus. Sed eum qui ſedem beatiſſimi Petri habuit & fidẽ, ſucceſſorẽ Petri & & uicarium Chriſti generalem ſemper agnouimus.

PROPOSITIO LVTHERIANA.



ROmanam eccleſiam alijs eccleſijs fuiſſe ſuperiorẽ, pro/batur ex frigidiſſimis Decretis Romanorum pontifi/cum: contra quæ ſunt textus diuinæ ſcripturæ, hiſtoriæ approbatæ mille centumq; annorum, & decretum con cilij Niceni omnium ſacratiſſimi.

Ro. Pontifex ſuperior eſt.

Primum uides, lector, de re ipſa nos nõ admodum diſſentire, ſed de cauſis & origine rei, nam nec ego nego Roma. Pontificem eſſe, fuiſſe, fore primum, nec de hoc diſputo, nec hoc quæritur, ſed an probationes ualeant, quibus id aſſerit. Mihi ſane, quod fateor, maxime omnium diſplicet, quod in eccleſia aliquid aſ/ſertum

sertum, studio adulationis uel mendacijs probatur, quibus ecclesiam & fidem nostram aduersarijs ludibrio exponamus. Nō eget ecclesia Christi nostris mēdacijs, super fidei petram stabilitur, non abhorret discuti & inquiri. inde factū est, ut Rho. pontificum adulatores in hoc primatu, iam diu suspicionem tyrannidis passi sint, dum uelut malæ fidei possessores non permiserūt, huius rei ueritatem libere inquirere & disputare, quod tamē in omnibus etiā diuinis rebus (modo primatū hunc non tangerent) libentissime permiserunt.

Tyrannidis suspicio, q̄d de ptāte non sinit disputare.

Omitto itaq; Eccianam propositionem, quā ut inuidiose & subdole positā, me non capere fateor, nam sine ulla causa hanc in publico mihi inuidiam mouit, cū hanc materiam in nullo meorū dictorū tractarim, sed adulator sua quæsiuit, etiam cum fratris sui pernicie, deinde quod homo suauis uicarium Christi & Petri successorem non asserit, nisi & fidē habeat, in quo aut insanit, aut multos pontifices Romanos negat uicarios Christi fuisse, & fore posse, ut quos fidem habuisse nesciamus: atq; quod omniū intolerabilissimū est Ro. pontificibus, sanctitate & pietate necessarijs eos onerat, cum apud nos ratus sit etiā eius uicariatus & pontificatus, qui sine fide & sanctitate sit.

Pontifex esse potest qui nō habet fidem.

Sed age, lubricam hanc anguillam differam, & duo in mea propositione faciam. Primo, adducam firmamēta, quibus primatus iste stabiliri fideliter posse mihi uideatur, ita ut per ipsa etiā hæreticis & schismaticis efficaciter resisti possit. Deinde ostendam, quod nihil faciant decreta & probationes, quibus hucusq; nixi fuerunt, qui eundem primatū statuerunt.

DE PRIORE PRIVS.

Primū, quod me mouet Ro. pontificem esse alijs omnibus, quos saltem noluerimus se pōtifices gerere, superiorem, est ipsa uoluntas dei, quā in ipso facto uidemus, neq; em̄ sine uoluntate dei, in hanc monarchiam unq; uenire potuisset Ro. pontifex. At uoluntas dei, quoquo modo nota fuerit, cū reuerētia suscipienda est. Ideoq; non licet temere Ro. pontifici in suo primatu resistere.

Probatiōes monarchiæ pontificiæ. Ex uolūtate dei arguitur superioritas Papæ.

Hæc autē ratio tanta est, ut si etiam nulla scriptura, nulla alia causa esset, hæc tamen satis esset ad cōpescendā temeritatē resistentium, & hac sola ratione gloriosissimus martyr Cyprianus per multas epistolas confidentissime gloriatur cōtra omes episcoporū quorūcunq; aduersarios, sicut. iij. Reg. legimus, Quod decem tribus Israel discesserunt a Roboam filio Salomonis, & tamen quia uoluntate dei, sine autoritate factum est, ratum apud deum fuit.

Nam & apud Theologos omnes, uoluntas signi, quā uocant operationem dei, non minus q̄ alia signa uoluntatis dei, ut præcepta, prohibita &c. metuenda est. Ideo non uideo, quomodo sint excusati a schismatis reatu, qui huic uolūtati cōtrauenientes sese a Rom̄. pontificis autoritate subtrahunt. Ecce hæc est una prima mihi insuperabilis ratio, quę me subijcit Rho. pontifici, & primatū eius confiteri cogit.

Secunda, si iuxta præceptum Christi cedere aduersario iubemur, & qui angariarit nos mille passus, eundū est cū eo & alijs duobus milibus, quāto magis si Ro. pontifex exegerit in suo principatu, cedendū, siue id iuste, siue iniuste egerit. Nam incōparabiliter minor res est principatus iste, q̄ ut unitas & charitas & humilitas propter ipsam per nos dissoluatur. Ideo non dubito peccare eos, qui in dissensionem sese tradunt, & spiritus æternam unitatē propter hanc temporalem terrenam excellentiam fugiendam dissoluunt: ferenda enim sunt omnia, quæ peccata non sunt.

Peccant monarchiæ pontificis resistētes.

Tertia, quod si ꝓpter peccata nostra nos deus uoluerit premere multis prin-

Malis principib⁹ obsequendum.

cipibus, sicut in Prouerbijs dicit Salomon: Nunquid resistendum est flagello dei? propter peccata, inquit, populi, multi principes eius. Proinde, quando nostrũ nõ ẽ definire, irata ne an propitia uolũtate deus nobis quoscũq; principes dederit: hoc nostrũ est, uoluntatem eius pio, simplicique timore suscipere. Quomodo etiam si sub Turca nos esse uellet, Turcæ subesse libentes deberemus.

Potestati resistentes, deo resistunt.

Quarta, Rho. xiij. apostolus dicit: Omnis anima potestatibus sublimioribꝰ subdita sit, non enim est potestas nisi a deo, quęcunq; autem a deo sunt, ordinata sunt: itaq; qui resistunt potestati, dei ordinationi resistunt: qui aũt deo resistũt ipsi damnationẽ sibi acquirunt. Hac certe oĩm robustissima, quãtũ ego capio, causa, nos Ro. Pontifici subiecti sumus, in qua clare asserit, nullã potestatẽ ne esse quidẽ posse, nisi a deo. Cũ aũt Ro. pontificis potestas iã sit robustissime stabilita, ut uidemus, certe oportet dei ordinationẽ hãc nõ impugnare, sed quantaquanta est, humiliter sustinere, etiã si iniusta esset, & iudiciũ deo relinquere.

Quinta est beatus Petrus docens, ut subditi simus omni humanæ creaturæ, quia sic est uoluntas dei. At humanã creaturã uocat magistratus hominũ arbitrio institutos, ut clarũ est ex sequentibus, ubi dicit, siue regi tanq; præcellenti, siue ducibus, tanquã ab eo missis. Cũ aũt & Rho. pontificis potestatẽ arbitremur humano decreto statutã, & ordinante deo sic roboratã, sine crimine non est, qui sese suæ autoritati subduxerit.

Consensus fidelium.

Sexta, ad hoc facit unus ille consensus omnium fidelium, qui hodie sub Rho. Pontifice sunt, nã cũ potestas illa sit res temporalis & longe submittenda unitati fidelium, nõ sine fœdissimo crimine esse poterit, si propter rem temporalem, hunc tot fidelium cõmunem sensum despexerit, hoc est, Christum negauerit, & ecclesiam contempserit. An possibile est, Christum non esse inter tot ac tantos Christianos? Si autem Christus ibi est & Christiani, cũ Christo & Christianis standum est in quacunq; re, quæ contra dei præceptum non fuerit. Hæc inquã ratio fortis est, & insolubilis, & ex ijs possunt multæ aliæ formari, quin huc potest uniuersa scriptura duci, ut quæ ubiq; charitatẽ, humilitatẽ, unitatẽ spiritus, & timorẽ die cõmendet, nõ uiolandas esse pro ulla re mundi, nedum pro unius uno pontificatu uel primatu, etiã si solo iure humano esset institutus. & hac ratione, ut mihi uideor, longe melius stabiliretur Ro. pontificis monarchia, si uoluntatẽ dei & consensum fidelium non tantum subditi, sed & Ro. Pontifices attendere & timere cogerentur, q̃ dum uelut iure diuino teneant, ni & terrore extorquent, non nisi odiũ sibi accendunt in subditis, & sese per securitatẽ in tyrannidem paulatim confortant.

DE POSTERIORE.

Quod probationes hucusq; habitæ nihil sint, tripliciter ostendã. Primo scripturas adductas dissoluendo. Secundo, Canonũ seu Decretaliũ inefficacẽ probationẽ. Tertio, rationes robustissimas adducendo.

Ad primũ, duæ sunt autoritates scripturæ, quibus creditum est stabiliri primatus Rho. ecclesiæ.

Primo adducitur illa autoritas Matth. xvj. Tu es Petrus, & super hãc Petrã ædificabo ecclesiã meã. Et tibi dabo claues regni cœlorũ &c̃. Ex hoc enim textu clamant Petrũ solũ accepisse claues præ cæteris apostolis.

Sed quod hæc nihil faciant, probo.

Iuristæ.

Primum, quod ipsimet iuristæ primatus huius assertores recedũt ab hoc sensu, & negant hoc uerbo Petro datam primitatem, consequenter & Rho. Pontifici, sicut glossa in c. consyderandum, dist. l. Et Panor. de elect. c. significasti.

unde

unde dicunt, Non hoc uerbo, sed illo uerbo, Pasce oues meas, Petro esse collatum pontificatum ecclesiæ. Si ergo ipsis luristis licet negare tot textus expressos Decretorũ, & dissentitur omnibus, quæ dis. xvij. xviij. xix. xxj. xxij. tam copiose & pertinaciter, ex hoc uerbo Matth. statuũtur: Cur mihi non liceat frigidissima decreta appellare theologo, cum ea negare & annihilare liceat luristis? persequantur primũ seipsos, maioris criminis reos, aut si ueniam merentur Decretorũ negatores & grassatores, sine peccato erit, qui ineffícaces asserit, & frigidas decretorũ probationes. neq; enim ego ea negaui, sicut illi, sed frigere tantũ ad probandũ dixi, sicut re uera frigent, nisi quod ad locupletandũ locum ualent exempla eorum, quæ per uim dicuntur, & in alienam sententiam trahuntur. Nihil ergo probatur hoc textu, a quo ipsemet discedũt, nihil istis decretis probatur, quæ ipsimet negant, neutrisq; cõfidunt. Frigida decreta.

Et mouentur ad hoc satis forti ratione, quæ aduersarios reddat inuictos, scilicet hac, quod Christus (ut etiam beatus Hiero. eodẽ loco exponit) non tradit Petro claues, sed promittit dũtaxat: Ideo currendum esse ad locum, in quo traditclaues, & tunc inuenitur illud Iohannis ulti. quod nõ ad Petrum, sed ad omnes dicit: Accipite spiritum sanctum, quorũ remiseritis peccata &c. Ex quibus uerbis liquet, non solũ quibus in Petro claues promiserit (nempe toti ecclesiæ) sed etiam quid per claues promissas intelligi uelit, nempe remissionem & retentionem peccatorum. Promittit tẽ tũ claues Petro. Claues quid sint.

Secundo, quod idem uerbum Christi male decreta aptant soli Petro & Ro. pontifici, nam apud sanctos patres Christus hoc uerbũ dixisse ad ecclesiam & omnes apostolos in persona Petri, asseritur: quorum primus est D. Hiero. qui hoc loco interpretatus uerbum Petri, dicit: Petrus ex persona omnium apostolorũ confitetur, dicens, Tues Christus filius dei uiui. Et in hoc sequitur suum (ut solet) Origenem qui idem eodem loco sentit. Tibi dabo &c. ad omes apostolos dictum intelligitur.

Chrysostomus autẽ, & si hunc locum totum in Petri laudem trahat, dicens eum, caput & pastorem constitutum ecclesiæ futuræ, & toti orbi præpositum, tamen & ipse uocat eum os apostolorũ, quod uice omniũ responderit, dicens: Petrus omnium apostolorũ os, uertex cõsortij totius, cum omnes interrogati essent, ipse solus respondet. Ergo non ad solum Petrum iste locus pertinet, sed ad omnes, etiã si primus & princeps inter apostolos ipse fuerit. Petrus os apostolorũ.

Beatus Aug. Psal. cviij. sicut quædã dicuntur, quæ ad apostolum Petrũ proprie pertinere uideantur, nec tamen habent illustrem intellectũ, nisi cum referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personã propter primatum, quẽ in discipulis habuit, sicuti est, Tibi dabo claues regni cœlorum, & si qua huiusmodi: Ita ludas personam sustinet quodam modo inimicorũ Christi &c. Vides quod claues ecclesiæ, in persona Petri datas asserit. Idem lib. j. de doct. Christ. c. xvij. Has igitur claues dedit ecclesiæ suæ, ut quæcũq; solueret in terra, soluta essent & in cœlis. Ecclesiæ traditæ claues.

Et cur non nos ipsi potius textũ & uerba Christi consyderamus, qui nos clarius per seipsum instruet?

Dicit itaq;, uenit Iesus ĩ partes Cæsareæ Philippi, & interrogauit discipulos suos, Quẽ dicunt homines esse filium hominis? &c. ubi significãter B. Hiero. dictum obseruat, aliter Christũ interrogasse de se, quando hominũ, aliter, quãdo apostolorum sententiam quæsiuit: illos uocat homines, hos autẽ deos esse significat. deinde de hominibus quærens, filium hominis se appellat, uelut uago nomine. At apostolos quærens, me inquit, certam & singularem personam Circumstantia textus.

monstrans. Atq; ubi de hominibus querit, nullus designatus discipulus respõdet: ad significandũ, quod sine nomine sunt, qui indigna de filio dei sentiunt. Quibus adde & hoc, quod opiniones inconstantes sunt hominum de Christo. At ubi apostolos de se interrogat, ibi signatus unus certus respondet, & cõstantem absoluit & pronunciat fidei confessionem, ut ueram Christi cognitionẽ, in unitate & firmitate consistere, non multorũ opinionibus uelut arundinem agitari doceret. Vides ergo adhuc nihil ad Petrum proprie pertinere, nisi quod cõmune organũ est omnium apostolorum.

Organũ apostolorum est Petrus.

Iam illud uide, quod & a laicis obseruatũ ipse didici (est em etiã in laicis spiritus Christi) uerbũ hoc Christi nõ posse ad solum Petrum, dictum intelligi, quia Christus non solũ Petrũ, sed oẽs apostolos requisiuit, dicens: Vos autem quẽ me esse dicitis? non dixit: Tu Petre, quẽ me esse dicis? Nisi ergo per Petrum omnes discipuli respondissent, certe discipuli non fuissent, nec magistrũ audissent, nec satisfeciissent interroganti, quod est impiũ de apostolis sentire.

Relinquitur ergo quod Christus responsum Petri acceptarit, non pro solo Petro, sed pro toto collegio apostolorum & discipulorum: alioquin & alios q̃ q̃ denuo interrogasset.

Ex quibus ulterius sequitur, Quod sicut Christus personam respondẽtis Petri pro omnibus acceptat, ita sequenter quoq; non ad solum Petrum, sed ad omnes, quorum persona Petrus loquitur, dicat: Tu es Petrus, tibi dabo claues &c. Alioquin scriptura non recte intelligitur, nisi præcendentia & sequentia recte conferant. Atq; ut hoc eo sit certius, non soli Petro a Christo aliquid dictũ esse, exponit seipsum Christus, cui loquat, & cui tradat claues, dicens: Beatus es Simon Bariona, caro & sanguis nõ reue. tibi, sed pa. me. q̃ est in cœlis.

Petro sãguis & caro nõ reuelauit, igit nõ ut Petrus respõsum accepit.

Obsecro, quid hic potest contra uel fingi? quid apertius dici, q̃ quod Petrus in hac persona nõ est Petrus, nõ est caro neq; sanguis? sed est is, cui reuelat pater. omnino Petrus extra hominem ponitur, & iam non est ulla persona p̃ se, sed reuelantis patris auditor. Non Simon Bariona hæc respondet, non caro & sanguis, sed reuelationis paternæ auditor. potest ne hic calumniator ullus uerbum Christi ad Petrũ hominem torquere? Quid ergo? is qui auditor est paternæ reuelationis, huic dantur claues, non Petro, non filio Ioannis, nõ carni & sanguini. quod si ita est, pronũ iam sequitur, quod nulli priuato homini datæ sunt claues, sed soli ecclesiæ, quia de nullo priuato homine certi sumus, habeat nec ne reuelationẽ patris. Ecclesia autem ipsa est de qua dubitari non licet, cũ sit corpus Christi, una caro, eodem spiritu uiuẽs, quo Christus. Ipsa est Petrus ille auditor reuelatiõis, & acceptor clauium, quia hic symbolum stat firmiter,

Ecclesia sctã catholica.

Credo ecclesiam sanctam, cõmunionem sanctorũ. non ut nunc aliqui somniant, credo ecclesiam sanctam esse prælatũ, uel aliud quod fingunt. Totus mundus cõfitetur sese credere ecclesiam sanctam catholicam aliud nihil esse, q̃ cõmunionem sanctorum: unde & antiquitus articulus ille, sanctorum cõmunionem, nõ orabatur, ut ex Ruffini symbolo expositio uidere licet, sed glossa aliqua forte Ecclesiam sanctam catholicã exposuit, cõmunionẽ sanctorũ, quod successu temporis in textum relatum, nunc simul oratur. Sed o necessarium & optabilissimum factum propter eos, qui ecclesiam hodie q̃ diuis potius uocãt q̃ communionem sanctorum.

Cõio sanctorũ ad symbolũ adiectũ est

Sup hanc petrã. i. pfessionem fidei.

Sequitur autem, Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Si p̃ hãc petram intelligimus potestatem papæ, uide quid facimus. Primum sequitur, quod ecclesia primitiua apostolorum non fuit ecclesia, quia Petrus (ut solidis

probem

probem argumentis) anno decimo octauo adhuc fuit Hierosolymis, necdum uiderat Romam, quod ex Paulo ad Galatas clarum fit, qui scribit se post cõuersionem sui abijsse primũ in Arabiam, deinde post annos tres uenisse Hierosolymam uidere Petrum, ac postea post quatuordecim annos ascendisse, & contulisse cum Iacobo, Petro & Iohanne euangelium præputij. Quis autẽ ita insaniat, quæso, uel Orestes, ecclesiam Hierosolymitanã & catholicam non fuisse ecclesiam, quia potestas Rom. ecclesiæ nondũ fuit, nec forte fides eius? Non ergo supra petram, id est, potestatem Ro. ecclesiæ, sicut decreta quædã exponũt, sed supra fidem, a Petro totius ecclesiæ persona confessam, ædificata est, cum & uniuersalis & catholica ecclesia tanto tẽpore ante Ro. ecclesiam fuerit.

Vlterius, Matth. xvij. in plurali numero dicit, non ad Petrum, non ad apostolos, sed ad ecclesiam dicens: Si ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut & ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, Quæcũq; ligaueritis super terram, ligata erũt & in cœlo. Accede nunc, qui uoles, & hunc cum illo loco confer: Ille sonat soli Petro datas claues, hic negat, & non soli datas asserit. Quomodo utrũq; stabit? Concordandũ utiq; est utrũq; uerbum, quod idem Christus dixit. Si soli Petro collatæ sunt, mendacium est, quod hic dicit omnibus collatas. Quis autem nõ uideat, hunc posteriorem locum esse interpretem prioris, & in hoc rem esse clare expositam, illic uero in Petro unitatem multorũ in ecclesia cõmendatam?

Ecclesia audienda. Quæcunq; ligaueritis.

Quin uide quoddam mirabile, illic incipit ab omnibus, dicẽs: Quem uos me esse dicitis? & finit in uno Petro, dicens: Tu es, & tibi dabo. Hic contra incipit ab uno, dicens: Si peccauerit in te frater tuus &c. & desinit in omnibus, dicens Quæcunq; ligaueritis &c. Nonne clarum est per unum Petrum illic idem uoluisse, quod hic per uniuersos, & claues non esse ullius hominis singularis, sed ecclesiæ & communitatis, ut firmum sit, sacerdotem non suo iure, sed ministerio (quia ecclesiæ minister est) ecclesiæ clauibus uti, nec tanq; suis aut sibi, sed ecclesiæ traditis? Credo iam hæc ferme fidem factura, hanc Matthæi autoritatem neq; ad Petrum, neq; ad successorem, nec ad unam aliquam ecclesiam, sed ad omnes ecclesias pertinere. Quia quis poterit negare, illi esse claues traditas, qui reuelante patre Christum confitetur? Quo posito, necesse est, ut ubi sit reuelatio patris & confessio Christi, illic & claues. At hæc in qualibet ecclesia est, nõ autẽ in ullo uno singulari & incerto homine.

Claues unius hominis nõ sunt.

Pertinent ad oẽs ecclesias

Quod ut Christus nobis cõmendaret, statim post gloriosam istam Petri cõmendationem, cũ eum Petrus prohibuit, ne moreretur, audiuit: Vade post me Satana, non em̃ sapis ea, quæ dei sunt.

Petrus reprehẽditur post claues acceptas.

Quid hoc est? nõ sapit Petrus quæ dei sunt? Nõne pater reuelauit ei? Si hæc ante cõmendationem Petri facta fuissent, aliquid momenti haberet, Petrum pro sua & successorum aut unius ecclesiæ persona fuisse cõmendatum. at nunc cum post cõmendationem uituperetur, ut ignarus dei, clarum fit, illum superiorem Petrum, qui claues accepit, non fuisse Petrum filium Bariona, sed ecclesiam filiam dei, quæ uerbo dei genita, uerbũ dei audit & confitetur perseueranter in finem, non aliquando non sapiens, quę dei sunt, & retro abire iussa sicut Petrus. Aut si hoc ad Rho. pontificem & ecclesiam pertinet, quod ad Petrũ dicitur: Tibi dabo claues? Iam irrefragabili sequela etiã ad eandem & illud pertinebit, Vade post me Satana, Non enim sapis quæ dei sunt: quia & hæc ad Petrũ Ro. ecclesiæ futurũ episcopum dicta sunt. Aut si hæc nõ ad se pertinere putant, iam nulla rõne cõuincere possunt, ea quæ supius dicta sunt, ad se ptinere.

Vade post me Satana, pertinet ad ecclesiã Ro.

Sed age latius. Si omnino ad rigorem istum Grammaticũ se recipiunt, quod

Si soli Petro, ergo non successoribus.

ſoli Petro dictū ē, Tu es Petrus, tibi dabo claues &c. quomodo reſiſtemus hæreticis, ſi qui hoc noſtro rigore uerborum nixi, nos urgeant & dicant: Eſto ad ſolum Petrum hæc dicta ſunt, ergo nō ad ſucceſſorem, ergo eccleſiæ claues cū Petro uenerunt & abierunt, ubi ergo nunc eccleſia? Non enim ad plures pertinere poteſt, quod ad unum dicitur, ſicut illud: Cum iunior eſſes, cingebas te &c. quod ad ſolum Petrum ita dictum eſt, ut cum Petro impletum & finitum ſit, ad nullum ſucceſſorē eius pertinens.

Si autem ad ſucceſſores & aliquam eccleſiam dictum eſt, iam nulla ratione prohiberi poteſt, quin ad omnes dictum ſit, immo neceſſaria ratiōe ad apoſtolos omnes, qui præſentes erant, magis q̄ ad unius Petri ſucceſſores, qui nōdū erant, dictum accipietur. Quod ſi ad omues apoſtolos, iam etiā ad omniū apoſtolorum & non unius apoſtoli ſucceſſores dictum intelligitur.

Dū papa moritur, ubi tū claues?

Sed reſpondeat tamen mihi qui poteſt, quis nam credēdus ſit habere claues etiam in Rho. eccleſia? an ipſa eccleſia uel papa? & attende quod dico. Quādo papa eligitur, an ſecū affert claues uel non? Si affert, ergo erat Papa, anteqū eligeretur. Si non affert, a quo accipit? nunquid ab angelo de cœlo? nonne ab eccleſia? Item quando Papa moritur, cui relinquit claues? aufert eas ſecum? Si nō aufert, cui relinquit niſi eccleſiæ, a qua accepit? Quid igitur poteſt dici contra hanc euidentiſſimam experientiam, optimā euangelij interpretem, claues nec Petro, nec ſucceſſori, ſed ſoli eccleſiæ datas, a qua tanquā miniſter accipit uſurus eis ſacerdos? Vbi nunc eſt quod ſoli Petro dictum eſſe putatur: Tibi dabo claues? immo ubi nunc eſt quod ſoli eccleſiæ Roma. claues datæ ſunt? Neceſſe eſt, ut in qualibet eccleſia claues ſint, ut dixi ſupra.

Adhuc unum dicam, & utar apoſtoli Pauli argumento, Rho. iiij. ubi probat ex circūſtantia temporis & facti, Abraham non ex circumciſione, ſed ex fide iuſtificatum, nulla alia ratione uſus, q̄ quod Abrahā ante circumciſionē fuerit iuſtus apud deum per fidem. Si hoc eius argumētum ualet, ſicut neceſſe eſt ualere, neceſſe erit & hoc ualere, quod nunc produco in hunc modum.

Petrus nullius urbis epiſcopus.

Petrus quando claues accepit a Chriſto (ſi omnino perſonam eius ſolā contendis accipere) nondū erat epiſcopus urbis Romæ, immo proprie nunq̄ fuit epiſcopus ullius ciuitatis, ſed apoſtolus epiſcoporū inſtitutor, maior omnibus epiſcopis, ſed erat unus inter apoſtolos. Ergo claues non ſunt ei datæ, ſecundū quod poſtea uel factus, uel mutatus eſt, uel loco uel officio, ſicut Abrahæ non eſt iuſtitia reputata, qualiſcunq̄ poſt fidē factus eſt, ſed prout fuit apoſtolus tātum, & præſertim habens patris reuelationem, quare prorſus nihil hæc autoritas ad Ro. pontificem pertinet, etiam ſi ſoli Petro dicta fuiſſet, quanto nūc minus pertinet, quando nec ſoli Petri perſonæ dicta conuincitur.

Vt apls, non ut epiſcopus Romanus accepit claues.

Addo & aliud ſimilis formæ argumentum, quo Paulus Rhoma. iiij. & Gala. iiij. utitur, dicens: Quod ſicut Abrahæ ex fide reputata eſt iuſtitia, ita & omnibus qui credunt, reputabitur iuſtitia. Quare & his, ſicut Petro habenti reuelationem patris, & Chriſtum confitenti, claues dantur: Ita neceſſe eſt, omni ſimiliter confitenti & reuelationē habēti claues donatas eſſe, quod nullæ niſi eccleſiæ, id eſt cōmunioni ſanctorum cōuenire poteſt, cum nullus ſingularis fidelis conſtanter & certo ac perſeueranter habere poſſit hanc confeſſionem: cum nec Petrus ipſe in eadem perſeuerauit, quin non modo aliquā do, ſed mox poſt acceptas claues errauit: & tamen non ſunt ei claues rurſum ablatæ, quia non in ſua, ſed eccleſiæ perſona eas accepit. Quod ſi hæc argumēta non concludunt, nec illa apoſtoli Pauli, quæ allegata ſunt.

Cōfeſſiōi, eccleſiæ nō particularis hōis danē claues.

Verum

Verum ut opinionem contrariam penitus iugulemus, age, si ista uerba, Tibi dabo claues &c. ad Petrũ & successorẽ eius pertinent, necesse erit, ut & præcedẽtia & sequentia, hac ui sententiæ cohærentia ad eosdem pertineant. Non enim in sacris euangelij uerbis admittendi sunt, qui pro arbitrio sensus sui, partem huc, partẽ illuc torquent & rapiunt, sed ex consequẽtia sensus & uerborũ & ex circũstantijs intelligentia referenda est, iuxta Hilarij documentũ. Cum itaq; Christus claues noluerit tradere, nisi prius omnibus discipulis de sui confessione exploratis, deinde, nõ nisi accepto & approbato responso Petri, ex reuelatione patris loquentis, clarum est, claues nõ esse, nisi eius qui talis est, qualis tũc Petrus fuit, quo sequitur absurdissima absurditas, quod malus Papa uel episcopus nõ esset Papa nec episcopus, quia nõ haberet fidẽ quæ cõstituit acceptorẽ clauium. Deinde sequit cõtra textũ & sensum eorũ, quod nec Petrus claues acceperit aut retinuerit, quia Christus dicit, quod portæ inferi non præualeant aduersus uel ecclesiam uel fidem, quã tunc Petrus tenuit. At cõtra Petrum prævaluit etiam ancilla hostiaria. Si itaq; illorum sententia staret, necessaria omnino sequela sequetur, aut Rhomanos & omnes pontifices oportere esse sanctos, & habere patris reuelationẽ, nec esse carnem & sanguinẽ, aut eos non esse pontifices, nec habere claues. Nec uideo quid contra hæc dici possit, cum stet tam clarus textus, quod claues sunt datæ, nõ nisi ei qui carnem & sanguinẽ non audit, sed patrem cœlestem, hoc est, sanctũ & iustum in spiritu, alioquin omnis pontifex est satanas, non sapiens quæ dei sunt. At si hoc dicimus, iam hæreticorum nouorum & antiquorum Donatistarũ errorem renouamus, qui malum episcopum non esse episcopũ asseruerunt, quod absit a nobis, qui sanctæ & iustæ ecclesiæ ministrũ impiũ & malum esse posse confitemur. Ita sit dum per hæc uerba uolunt ex Rho. pontifice solum & omnẽ, & uniuersalem pontificem facere, nullum pontificem nobis relinquant, ut uideant, quo stipẽdio scripturas uiolentent adulatores & ambitiosi. Reliquũ ergo est, Euangelium hoc loco nec ad Petrũ, nec ad successorẽ eius, nec ad ullum episcopũ, aut ullum hominẽ singularẽ pertinere, sed ad cõmunionẽ sanctorũ, quæ est ecclesia, hæc deinceps potest claues cõmittere, tum digno, tum indigno: indigno, inquã, coram deo, quia nescit utrum dignus sit deo, alioqui non nisi digno coram hominibus cõmittere debet.

Expositio sumit ex consequẽtia sensus

Malus papa non papa.

Nec Petrus accepisset claues.

Donatistæ

Relinquunt nullũ epm.

Quare satis patere arbitror, quando decreta quædã hunc textum ad Rho. sedem & pontificem trahunt, nõ modo frigidissime (quod modeste dixi) sed etiã contrarie sensui euangelio uerbũ Christi tractare, quod clarius faciemus, quando ea inferius examinabim⁹. Interim de hac autoritate satis sit in summa dictũ. Quod si cui claues arrogantur, huic necessariã quoq; esse fidem Petri, quod si fides Petri necessaria esse negabitur, eadem ratione negabitur & claues esse ei datas, cum utrũq; copulet & exprimat, imo fidem magis & primo quærat Christus. Quare non nisi de ecclesia Christum esse locutum, clare intelligitur, nec de una aliqua, sed de qualibet in qualibet parte mundi.

Decreta contra euãgeliũ.

Claues cõmittunt̃ propter fidem.

De ecclesia Christus locutus.

Secundo adducitur illud Ioan. ultimo, Simon diligis me, pasce oues meas. Hoc enim quia ad solũ Petrum dictũ putatur, ipsum super omnes constitutum arbitrantur. Verum quod & hæc nihil efficiat ostẽdo. Primo, quia certissimũ est, a Petro nullum apostolorum esse uel creatum uel missum, quare nec uerum nec possibile est, Petro oẽs oues esse cõmissas, sed generali sententia omnibus dictum, pasce oues meas: non enim dicit, omnes, sicut ad omnes apostolos dicit: Ite in orbẽ uniuersum, & docete oẽs gẽtes. Verum ego non possum

Generali sententia oĩbus dictũ est, Pasce oues meas.

satis admirari, quod tot ac tanti uiri contra tam expressas scripturas, tam euidẽtes experientias, omnes oues Petro arrogant, qui tamen unanimiter confiteri coguntur, singulos apostolos in suas sortes esse missos, & Paulum de cœlo in apostolatũ gentium uocatum. in qnibus omnibus, quomodo Petrum adhuc omniũ pastorem asserere audemus? qui nullũ illorũ misit, præsertim Paulum, ut ad Gal. j. multis uerbis contẽdit. Sunt hæc tam aperta, ut cõfutatione opus nõ uideatur. Illi, inquit Marcus, profecti prædicauerunt ubiq;.

Petrus nõ super apl̃os, qa nullũ misit.

Sequitur ergo, uel Petro & successori suo nõ esse omnes Christi oues cõmissas, aut oues, quas non Petrus, sed Paulus & cæteri apostoli pauerũt, ad oues Christi non pertinere, quo quid blasphemius? Ergo Corinthij, Galatæ, Philippenses, & aliæ gentes, quia nec pascẽte, nec pastores mittente Petro, pastæ sunt, oues Christi intelligẽdæ nõ sunt. Sed quid moror in re tam aperta?

Si dicis, at uerbũ Christi ad solum Petrum dicit, Pasce oues meas. Respondeo, nõ dixit, omnes oues meas, alioquin peccasset Petrus, si nõ omnes pauisset solus sine cæteris apostolis, peccaret etiam hodie Rho. pontifex, quod non pascit, nec pastores mittit ad Turcas, & alias prouincias.

Quin aliud dicam, Ex isto uerbo nihil potest cogi aliud q̃ ut Petrus pasceret oues, quæ fuerũt ex ouili Iudæorũ, & sic nihil ad eum ptinet, nec ad Rhomanũ pontificem & successorem eius, aut nõ ad solum eũ pertinet, quod ex apostolo Paulo Gala. ij. probo, ubi Petrum uocat apostolũ circumcisionis, & se apostolũ gentiũ. Ergo si quis ptinax esset, nulla ui posset cogi hoc uerbo Christi aliud intelligi, q̃ pasturam ouium quæ fuerũt ex circũcisione. Aut si extenditur ad Rho. pontificem, iam nec prohiberi potest, quin ad omnes pertineat, & extendi pari negocio ad omnes queat.

Petrus apl̃s circũcisionis.

Secundo. Ego rogarem, ut adulatores Rho. pontificis omitterẽt hoc terribilissimũ uerbum allegare, pro statuẽdo primatu eius, neq; enim terribilius ego uerbum in sacra tota scriptura legi, quod Rho. pontificem, & omnẽ pontificẽ magis terrere possit.

Pasce oues, terribile uerbum.

Primũ, quia pascere nõ significat id quod esse primũ aut principem, ideo ex ipso nihil aliud probatur, q̃ ꝙ Rhomanus põtifex debet prædicare, docereq; uerbum dei. Quod si hoc debet, iam ei deponendus est totus iste primatus, die & nocte in literis sacris ei uersandum, pure orandũ, periculis & morti pro uerbo laborandũ, breuiter, tota Rhoma, ut hodie est, longe in aliã faciẽ mutanda.

Pascere, id ẽ prædicare.

Desinant ergo propter deum, uerba Christi spiritualissima suis cupiditatib⁹ aptare. Hæc enim si Rho. pontifici aptãtur, sequitur irrefragabiliter, doceat uerbum. Aut si nõ docet, nihil ad eum pertinet.

Dilectio præcedat claues.

Verum magis obserua, Christus nõ imponit pasturam Petro, nisi prius diligat. Obsecro te, quid hoc est? Nõne sequitur, quod si nõ diligat, nõ sit audiendus? At quis nos certos faciet de amore pastoris? Dubitabimus ergo quẽ nam

ἀντιστρέφῳ audiamus? Nam si audire nobis pastorem necesse est, etiam illi amare Christum necesse, aut si amare Christum non est necesse, nec audire pastorem necesse est, cum utrũq; Christus copulauit, nec pasturam nisi amanti cõmiserit, quid hic faciemus? Scio quod si recte pensaret hoc uerbum, quilibet episcopus desperaret se medium unius ciuitatis pascere posse.

Igitur hoc efficimus, quod ista autoritate nihil probatur, nec ualet ad probãdum primatum: si autem aliquid ualet nunc hoc urgebit, nõ esse episcopum in ecclesia, qui nõ doceat, nec docere aliquẽ debere, nisi diligat. Hoc inquã & nõ aliud ista uerba cõcludunt, nisi noua grãmatica usus dicas: Si diligis me, pasce

oues

ões meas, idem sit quod, si diligis te, esto primus super ecclesiam totam. Falsę.

Rectius ergo facies, si hoc uerbum Christi accipias pro exhortatione, immo præcepto, non quo oues ad subiectionẽ, sed quo pastores ad diligendũ Christum, & pascendũ populum astringantur. Porro dilectio Christi (ut B. Aug. hic exponit) etiam mori pro ouibus Christi requirit. Exhortatio sunt uerba Christi.

Atq; utinam hoc uerbum ad se pertinere crederent Rho. pontifices. Hæc est enim totius orbis querela, quod dilectionẽ & doctrinam alijs relegantes, ad se nihil putant pertinere: intelligunt enim hæc uerba ad populũ pertinere, ut per quæ cogere ad subiectionẽ omnes uolunt, & tamen pascua & auditum uerbi (quod uerba sonant) nemo uocat. O felix ambitio, si quis usq; inueniretur, qui omnium pastor esse ambiret, quis hunc non libentissime admitteret? Nunc autem libenter permittunt cuicũq; diligendi & pascendi officiũ, sibi uero titulum diligendi & pascendi, & quæ titulum sequũtur, lucra scilicet & honores reseruant. Titulus petitur a pontificibus.

Desine itaq; a uerbis Christi torquẽdis, quia ea quæ per hoc pontifici tribuis penitus auferunt, & omnia imponunt, quæ non tribuis, & ille q; maxime abhorret.

At dicis, pascere nõ potest, nisi sit superior. Ergo licet non faciat officiũ pastoris, non per hoc superioris amittit locũ. Respondeo, quid hoc ad me? Quære ergo alia uerba, quibus locum potestatis asseras, hæc uerba aut amantem & pascentẽ requirunt, aut prorsus nulli conueniunt, nisi iterum noua latinitate, diligere plus his, accipias, pro eo quod est, præesse cæteris omnibus. Et pascere omniũ iura & opes possidere. Proinde nihil mirum si primatũ tanto æstu quærunt, quẽ si uerbis in suo significatu acceptis gerere deberent, nec deum ipsum pro præmio essent expectaturi. Vides ne ergo, quid sit illudere scripturas, seu ut modestius dixi, ex frigidissimis decretis primatũ hunc probare? Diligere plus ijs, nõ est præesse omnib⁹, nec pascere ẽ oĩa iura possidere.

Sequitur ex ijs, quod præesse cæteris, & nec diligere, nec pascere, nõ est euãgelicum neq; Christianum officium, sed mundanum & humanum. Humanũ est præesse, & nõ pascere.

Dic mihi, si subditi erecti aduersus pontificem, dicerent, nolumus te audire nec habere pro pontifice, quibus uelles uerbis cõpescere? Nunquid his, pasce oues meas? At ipsi dicent, quando autẽ pascis? quando diligis? ubi opus & res huius uerbi? Ergo alio uerbo cogendi essent, non isto. Quare sequitur quoq;, q; plus his uerbis nec ulla potestas, nedũ primatus cõmittitur, sed potestatem habẽti, officiũ diligẽdi & docẽdi imponit, sicut Petro iã in apostolatũ uocato, hæc dicuntur. A uulgari exceptione.

Dicis autẽ, Sufficit quod per alium doceat & diligat, non est necesse ut per se solum faciat. Respondeo, Admitto: sed hoc isto uerbo Christi non traditur, & alio uerbo hanc licentiam astrui oportet: hoc uerbum insuperabiliter concludit, aut pastores esse debere, etiam per seipsos amantes & docẽtes, aut si non per seipsos amant & docẽt, nihil hoc uerbum ad eos pertinere. Atq; ita nihil probat ex ipso pro monarchia Rhomana, sed potius contra pugnatur, cum tot amari & pasci ab uno sit impossibile. Ad amantẽ p se ptinet pascendi uerbũ

Videmus quidem officium diligendi & pascendi a pontificibus Rhomanis tradi episcopis, retento titulo pastoris & amatoris, & episcopi eodem nomine seruato tradunt curatis, curati capellanis. Nomen per omnes transit & hæret, officiũ transit, & in nullo hæret, sed & fratres mendicantes sumpto ab illis officio strenue eos imitantur. Maiores & magistri officium docendi fratribus terminarijs imponũt, ipsi nomine officij cõtenti. Adeo molestũ est uerbũ dei docere, diligere & pascere, propter quod unum filius dei uenit in mundũ, misitq; Per manus traditur officiũ, reseruato titulo. Docere nemo uult.

spiritum

ſpiritū ſanctū, & omnia fecit, ut officium hoc eſſet officioſiſſimū.

Docere per ſaliū non eſt epiſcopi.

Quod ſi ſatis eſt per aliū docere, quid amplius facit epiſcopus q̄ laicus? Non ne uel Turca poteſt iubere aut permittere, ut alius diligat ac paſcat? Quid ergo neceſſe fuit, Petro tot uicibus repetitis mandare hoc officiū, & tam inſtanter urgere? Eſt iſte modus Euangelij interpretādi, ¶Paſce oues meas, id eſt, permitte, iube, ut alius paſcat? Si ille alius itē per alium paſcat, & tertius per quartū, ac ſic ſine fine uſq̄ ad neminem, ubi manet uerbū Chriſti?

Paſce oues, id eſt p̄mitte ut ali⁹ paſcat

Aut qua decentia cæteri ſequaces paſcent, quando primores, & qui plus ijs debent, non paſcunt? Cur Chriſtus non fecit idem? cur Petrus nō etiam ociatus, per alios pauit?

A tpe Gregorij nullus pauit.

Igitur, ſi iſta uerba ad pontificiā poteſtatē cogas ſeruire, in neruum res tua ibit. Et concludes, a tempore Gregorij magni non fuiſſe paſtorem in Rhomana eccleſia, hic enim fere ultimus eſt eorū, qui ſacras literas tractauerunt. Quare ſi gloriaris dictum eſſe Petro, diligis me plus ijs, bene, fac hoc & uiues, dilige plus cæteris, paſce plus cæteris, & induent̄ arietes ouium, & ualles abundabunt frumento, clamabunt, & hymnū dicent. Quod ſi per, diligere plus his intelliges maiorē te alijs eſſe, iam uerbo Chriſti alienam intrudis intelligentiā Non enim aliquid iubetur ſubditis per hæc uerba, ſed Petro. non dicit, Eſtote oues ſub Petro, ſed, Petre paſce oues meas. Et tamen illud uolunt, hoc nolūt.

Credo itaq̄ manifeſtiſſimū eſſe, has duas euangelij autoritates nihil ad rem facere, & frigidiſſimū atq̄ inefficax eſſe, quicquid hucuſq̄ per ipſas in hac re formatum eſt.

Ex ijs iam facile eſt decreta ipſa iudicare, q̄ infirmiter ſua probent. Quod ut clarum faciam, aliquot adduco.

Decreta frigidiſſima ad⁊ ducunt̄, diſti. xix. c. ita dñs

Primus eſt Leo diſt. xix. c. Ita dñs noſter, inquit, Ieſus Chriſtus, humani generis ſaluator inſtituit, ut ueritas, quæ antea legis & prophetarū præconio continebatur, per tubam apoſtolicā in ſalutem uniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptū eſt In omnē terram exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed huius muneris ſacramēta ita dñs ad omniū apoſtolorū officium pertinere uoluit ut in beatiſſimo Petro omniū apoſtolorū ſummo principaliter collocaret, ut ab ipſo, quaſi a quodam capite, dona ſua uelut in corpus omne diffunderet, ut exortem ſe intelligeret diuini myſterij eſſe, qui a Petri ſoliditate recederet. Hæc ille.

Petre ſoliditas nō eſt poteſtas.

Quis obſecro, non uidet ſanctum & eruditū hunc uirum, humana paſſum? Nam ſi per ſoliditatem Petri intelligit fidem qua Petrus Chriſtum confeſſus eſt, Matth. xvj. recte & euangelice dicit. Hæc enim fides eſt petra, a qua Petrus nomen habet, a qua qui receſſerit, merito exors eſt diuini myſterij. Verū ſi per ſoliditatem Petri intelligit iuriſdictionē & poteſtatē Petri & Rho. pontificis, quilibet facile capit, quod uerbo euangelij abutitur & fallitur. Nonne omnes apoſtoli fuerunt in ſoliditate Petri, & tamen ſub Rhomana eccleſia non fuerunt? Sanctus Stephanus & alij a Paulo perſecutionē paſſi, in ſoliditate Petri fuerunt, anteq̄ Rhomana eccleſia fieret.

Nō in Petro principaliter mun⁹ docēdi

Deinde eadē humani affectus labilitate, dicit in apoſtolo Petro principaliter collocatum munus docendi, trahens ad ſingularē Petrum, quod propheta plurali & indiſcreto numero dixit, Sonus eorū, & uerba eorum.

Petrus nō eſt caput eccliæ.

Sed & hoc manifeſte falſum eſt, quod Petrus caput ſit totius corporis, a quo dona ſua Chriſtus in omne corpus diffundat, niſi intelligat partem eccleſiæ, quæ docente Petro erudita eſt, ut eſt latina & occidentalis eccleſia.

Nam

Nam etiam per alios apostolos, præsertim Paulum, dona sua diffudit in multo plures, q̃ per Petrum, ut mihi miraculũ sit, tam profunde huius pontificis mentem fuisse occupatam, ut hæc scribens, non meminisse potuerit Pauli & aliorum apostolorũ. Si ergo dixisset, per quẽ dona sua in corpus diffunderet, recte dixisset, sed in omne corpus, nimiũ dictũ est.

Sequitur idem Leo, Hunc (Petrũ) enim in consortiũ indiuiduæ unitatis assumptum, id quod ipse erat, uoluit nominari dicendo: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã, ut æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ dei in Petri soliditate consisteret.

Iterum per soliditatem Petri, non fidem uniuersalis ecclesiæ, sed potestatem Rhomanæ ecclesiæ significat, & uerbũ Christi sub persona propria Petri, non autem ecclesiæ, accipit dictũ, ut clare ex sequentibus patet, ubi dicit: Verũ hanc firmitatem Petri istius sanctissimã, deo (ut diximus) ædificante constructam, nimis uult impia præsumptione uiolare, quisquis eius potestatem tẽtat infringere, fauendo suis cupiditatibus, & id quod accepit a ueteribus, non sequẽdo.

Ecce seipsum exponit, soliditatẽ Petri, esse potestatem Rhomanæ ecclesiæ, idem per secretissimã fidem spiritus, & externam iurisdictionis potestatẽ intelligens, non sine uerbi euangelici iniuria. Non ergo infringit soliditatem Petri, qui sub legibus Rhomanæ ecclesiæ non uiuit, sed qui non id credit, quod Petrus confessus est. Soliditas Petri, potestas Rho. ecclesię nominatur a c. ita do.

Protestor autẽ ego, quod decreta quidẽ huiusmodi non damno, nihil enim meæ saluti depererit, si tolero alicuius uiolentã scripturæ interpretationẽ, modo uera & legitima intelligentia iuxta salua sit, sed hoc adnitor, ut rem & fidẽ nostram constanti & solida intelligentia discamus firmare. Quãuis enim eiusmodi abusiones scripturæ ualeant pro ijs, qui iam credunt, & tolerandæ sint, tamen oportet etiam, si cum contentiosis oriatur bellũ, habere simplicẽ & germanũ sensum Christi, qui stare in acie uictor possit, ne ecclesiã & omnes nos ludibrio exponamus. Protestatur.

Neq; enim cũ illis sentio, qui Rho. pontifices non errasse putant, & apud eos solos esse uerã scripturæ intelligentiã: cum longe contrariũ hic & multis alijs locis uideatur, homines fuerunt, sicut & cæteri episcopi. Ponti. errant æque ac alij.

Neq; sane grande miraculũ est, sanctos hos pontifices, humana infirmitate sibi ambiuisse primatũ, quando & ipsi apli præsente Christo, nõ solũ ambiuerunt, sed etiã non semel inter se contenderunt, quis eorũ uideretur maior: sicut ergo Christus benigne tulit eorũ humanitatẽ, ita & ecclesia taliũ pontificũ ambitionis reliquias ferendas discit, & decreta eiusmodi ideo non penitus reijcit. Pont. humana passi sunt

Illis porro & manibus & pedibus resistendũ est, qui non contenti quod huiusmodi decreta humiliter ferimus, sed eo insaniũt, ut tãq; nõ sit ali⁹ in scriptura sensus, ea pro necessarijs articulis fidei nobis sancire, & omnẽ aliũ sensum hæreticũ proclamare audent, omnia sine ullo iudicio legentes: qua temeritate necessario tandẽ fit ut legitimũ Christi sensum amittamus, & in humanũ arbitrium & arenam ædificemus. Decreta non sunt articuli fidei.

Si enim uerum esset, quod hic Leo iste dicit, & tanquã diuino præcepto eius uerbis obediendũ esset, iam tota orientalis ecclesia ab initio sui usq; ad finem fuisset exors diuini mysterij, quia nunq; sub Rho. ecclesiæ potestate fuit. tolerãdus itaq; error huius Leonis, nõ autẽ ꝓpter eũ ali⁹ & uerior sensus relinquẽd⁹ Græci extra ptãtem Põti. semp fuerũt.

Secũdus est Leo. iiij. dist. xx. c. de libellis, dicẽs: Quã ob causam luculẽtius & magna uoce pronunciare non timeo, quia qui illa (quæ diximus) sanctorum iiij. dist. xx. c. de libellis.

patrũ

patrum statuta, quæ apud nos Canonũ nomine prætitulantur, siue sit episcopus, siue clericus, siue laicus, non indifferẽter recipere conuincitur, nec Catholicam, nec apostolicã fidem, nec quatuor euangelia utiliter & efficaciter ad effectum suum retinere, uel credere probatur.

Canones cũ euãgelio non indifferenter recipiendi.

Vere nimis nihil times, mi Leo, pronũciare, audens humana statuta euangelijs æquare, & audacter satis affirmas, ijs nõ seruatis, nec fidem catholicã seruari. Si de contemptoribus & ijs, qui sub te sunt diceres, recte diceres: nunc cõtra, quod mores & fidem, traditiones cũm euangelio, uerbũ hominũ cum uerbo dei confundis, nõne homo es? Quis ferat, ut euangeliũ & fidem nõ seruare putetur, qui sub statutis illis non fuerit? Tu cum tuis serua statuta & canones: illis, qui sunt in oriente, alia sunt statuta, sed idem euangelium.

xx.c. Clero. est Isidori.

Tertius dis. xxj. c. Clero, quod capitulũ ego nunq; credã esse ab aliquo Rhomano pontifice constitutũ, sed uidetur Isidori cõmentũ esse, qui metropolim mensurã ciuitatis, & acolytũ ceroferariũ, aliosq; gradus egregia inscitia describit, & inuenit tamen autoritatem.

Pontifex, inquit, princeps sacerdotũ est uel esse dicitur, quasi uia sequentiũ. Ipse enim summus sacerdos, ipse pontifex maximus nuncupat, ipse enim efficit sacerdotes & leuitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse quod unusquisq; facere debet. Antea autẽ pontifices & reges erant, nam maiorum hæc consuetudo fuit, ut rex esset sacerdos & pontifex, unde & pontifices Rhomani imperatores appellabantur.

Papa non est imperator.

Hunc diuinatorem contemptum præterijssem cũm erroribus suis, nisi uiderem hinc sumi hodie a nõnullis, quod papam imperatorẽ, maximũq; pontificem iactant. Ideo non inter Canones, sed inter canes hunc deputo, & ne id sine iudicio faciam, opponam ei contraria decreta, quæ simul sententiam nostram iuuabunt.

Nec princeps sacerdotũ.

Dicitur enim dist. xcix. c. primæ. Primæ sedis episcopus nõ appelletur princeps sacerdotũ, uel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantũ primæ sedis episcopus. & sequitur, Vniuersalis autẽ nec etiã Rho. pontifex appelletur.

Hic ego in iudicium uoco ipsos Canones & canonistas, doceant me quæso quid hic dicam? Iste Canon probatus est, sed uide quanto maiora crimina cõmittat in summũ pontificem, quam ego unq; ausus essem cogitare.

Pontifex nõ est caput secũdũ cõcilium Aphricanũ.

Primo, non solum frigidos asserit, sed & negat & prohibet, ac damnat eos Canones & canonistas, qui Rho. pontificem principem, caput, summũ, maximũ appellant. Deinde primatum ei auferens penitus, cum reliquis primarum sediũ episcopis, id est patriarchis æquat. Vbi sunt ergo, qui me noua posuisse garriunt, qui frigidissima decreta dixi superiora, & credo non iniquẽ, nam hic canon Concilij Aphricani eo plus illis præferendus est, quo longius ab ambitione recedit, & euangelicam modestiam sapit.

Qui ergo me hæreticũ accusant, obsecro, parcãt saltem huic canoni, si mihi nolunt parcere.

Ego omnia admisi, quæcũq; Rho. pontifici hodie tribuunt, rem nõ nego, facto non contradico, sed de iure eius disputo, & sentio, quod nõ iure diuino, sed decretis hominũ talia tribuant. Quid amplius faciendũ mihi est? An non solum debeo factum confiteri, sed etiam mendacijs & corruptionibus scripturæ idem stabilire? absit.

Igitur damner, quantũ uolũt, hic habeo canonẽ, qui damnat Rho. pontificẽ, uniuersalẽ põtificẽ uocari, quod ego tamẽ nunq; damnaui. Sed addam plura.

Ibidem

Ibidem Pelagius omnibus episcopis scribit in hunc modum. Nullus patriarcharũ uniuersitatis uocabulo unq̃ utatur, quia si ũnus patriarcha uniuersalis dicitur, patriarcharũ nomen cæteris derogatur: sed absit hoc a fidelibus, hoc sibi uelle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacũq̃ parte uideatur. Quapropter charitas uestra neminem unq̃, etiã in epistolis suis uniuersalem appellet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem infert indebitum. Vides quod honoris fraterni imminutio sit, si unus omnibus præferatur, etiam Romano pontifice autore.

Nõ est epũs uniuersaℓ dicendus.

Ibidem B. Grego. Eulogio patriarchę Alexandrino: Ecce in præfatione epistolæ, quam ad meipsum, qui prohibui direxistis, superbæ appellatiõis uerbũ, uniuersalem Papam me dicens, imprimere curastis. Quod peto mihi dulcissima sanctitas uestra ultra non faciat, quia uobis subtrahitur, quod alteri plus q̃ ratio exigit, præbetur, nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus nanq̃ est honor uniuersalis ecclesiæ, meus honor est fratrum meorum solidus uigor. Tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusq̃ honor debitus non negatur. Si enim uniuersalẽ papam uestra sanctitas me dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur uniuersum. Sed absit hoc, recedant uerba, quæ ueritatẽ inflant, & charitatem uulnerant.

Charitatem uulnerat dici papã uniuersalem.

Obseco, qd hic dicemus? An adhuc pecco, quod frigidissima decreta uocaui aliquorum Ro. pontificum, forte confictorum nominum? qui ista secutus, debueram appellare uerba ueritatem inflantia (id est, leuem & uanam facientia) & charitatem uulnerantia.

Quid si ego ista dixissem, esse uidelicet non modo inefficacia, sed etiã inimica ueritati, & contraria charitati?

His adde & senas ferme epistolas beati Gregorij in Regestis suis, quibus ad imperatorẽ Cõstantinopolitanũ & patriarchã eiusdẽ acerrime idẽ prosequit protestans, oblatum fuisse a cõcilio Chalcedoneñ. Ro. pontifici hunc primatum, & tamen a nullo assumptum.

Epłæ Gregorij in regestis

Quod si dixerint Canonistæ nouelli, esse hæc abrogata, uel per consuetudinem desijsse: Gratias ago, hoc uolui. Sequitur ergo, quod non uerbis euangelicis, & iure diuino iste primatus stet, sed iure hominũ & usu: hoc admitto, hoc confiteor, alioqui si iure diuino staret, nunq̃ debuit non esse & fuisse, & peccassent mortaliter hic Pelagius & Gregorius, sicut cassantes ius diuinum, & euangelium deprauantes. Quando ergo iura humana sic eum asserunt, ut per uerbum euangelij conentur probare, nõne necesse est ut frigidissime & ineffi cacissime & uiolentissime id faciant? sicut uidemus in prædictis, & nunc ecce amplius uideamus.

Si hæc abrogata, ergo ñ ẽ monarchia papæ de iure diuino.

Quartus, Anacletus. xxj. c. in nouo. In nouo, inqt, testamento post Christũ dominũ, a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, domino dicente: Tu es Petrus &c.

xxi. c. i nouo

Hæc si intelligit, quod sacerdotalis ordo cœpit a Petro in ecclesia latina, potest utcũq̃ sustentari, quemadmodũ & B. Cyprianus epistola tertia, sedem Petri, principalẽ & unde sacerdotalis ordo cœperit, appellat, aut sic cœpit, q̃ Petrus primus inter æquales apostolos fuerit. Si autem intelligit, q̃ a Ro. sede oms ordo sacerdotalis primo & solũ ueniat, ex dictis satis patet, q̃ sit erroneũ, nec hoc tunc Anacleti est decretũ, sed ficti alicuius Anacleti palea.

Sacerdotalis ordo a Petro nõ ẽ, sed forte ab eo cœpit.

Quintus Pelagius, eadem dist. xxj. Sancta Roma. ecclesia catholica & apostolica (forte q̃ cæteras nec sanctas nec catholicas reputat) nullis synodicis cõ-

Sancta Ro. dist. xxi.

ſtitutis, cæteris eccleſijs prælata eſt, ſed euangelica uoce domini & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit: Tu es, inquit, Petrus.

Hic magis erumpit & audet, nõ tantum contra prædicta diſt. xcix. adducta decreta, ſed etiam quod uerbũ Chriſti ad Petrum omnino torquet, de fide ad poteſtatem iuriſdictiõis & pompam primatus, deinde ſolam Petri perſonam in uerbis Chriſti accipit, reiecta perſona eccleſiæ, quã uere Petrus tunc geſſit.

Cõtorta expoſitio euangelij ex decretis.

Ergo noua grãmatica: Tu es Petrus, ſignificat, tu es primus, & tibi dabo claues, id eſt, ſoli Ro. eccleſiæ, cæteris eccleſijs nihil habentibus. ſed piget me oĩa cõmemorare. In ſumma, ut dixi, ſi his uerbis Chriſtus Ro. eccleſiam ſignificauit, cum Ro. eccleſia uix uiceſimo anno eccleſiæ primitiuæ nata ſit, ſequit̃ q̃d ipſa primitiua non fuerit eccleſia, & deinceps omnes qui claues ex Ro. eccleſia non acceperunt, Chriſto inobedientes fuerint, & ita S. Stephanus cum tot milibus martyrum orientalis eccleſiæ damnati cenſebunt̃. Vt omittam, quod ſi per uerbum Chriſti poteſtas Ro. eccleſiæ intelligeretur, ut hic uult, & Chriſtus ſuper hanc petram, eccleſiam ſuam ſe ædificare promittat, ſequitur q̃ uniuerſalis eccleſia non ſuper fidem, ſed ſuper poteſtatem Ro. eccleſiæ ædificata eſt. ſuper quam tunc ipſa Ro. ædificata eſt, non ſuper petram, id eſt, ſuam poteſtatem, nec ſuper fidem, ergo ſuper nihilũ. Quis ferat hæc? Vides ergo, q̃ poſſum inuehi in iſtos hominum ſenſus, ſi uellem libere agere: nunc autem ſufficit mihi oſtendere, quod his decretis contra hoſtes, & in contentiõe nihil effici poteſt, ſunt enim languidiſſima, frigidiſſima, & penitus ineptiſſima, ad contentionem. Sat eſt, quod tolerantur pro fraterna charitate, nõ etiam adorentur pro ſolida & germana ueritate.

Martyres eſſent damnati, qa pontifi. Ro. nõ agnouerunt.

Eccleſia non eſt ſita ſuper poteſtatem

Decreta tolerãda.

Sed nec hoc ferendum eſt, quod infert. In iſs omnibus quanto gradus celſior, tanto maior autoritas inuenitur, in maioribus ſiquidem eſt regendi, iubendiq̃ poteſtas, in minoribus obſequendi neceſſitas.

Vide ut neceſſitatem omnibus imponit, & ſibi ſoli (contra charitatis officium) libertatem arrogat, ſed peſſima conſequentia. Non enim mox maior autoritas eſt, ubi gradus celſior eſt: Petrus enim primus apoſtolorũ fuit, ſed nullam in eos autoritatem habuit unq̃, immo contra, apoſtoli in Petrum habuerunt autoritatem, ut Act. viij. ſcribitur, quod apoſtoli miſerunt Petrum & Ioannem, qui tunc primores erant inter apoſtolos, & tamẽ miſſi ſunt ab apoſtolis tanq̃ maioribus ad Samariæ fideles. Labitur ergo Pelagius hoc loco ſatis aperte, quanq̃ ego credo hos & ſimiles canones, nihil præter nomen de Ro. pontificibus habere, eſſe autem compoſitos ab eorum officialibus & ſcribis, in theologia parum doctis, ideo nihil euangelicum, nihil Eccleſiaſticum ſpirant ſed humanum affectum, carnem & ſanguinem.

Apli in petr̃ habuerũt autoritatẽ, non ediuerſo.

Scribę ſũt autoreſ canonũ

Sextus, Nicolaus Papa eadem diſt. c. inferior, uolens robuſtiſſime probare, quod inferior nõ poteſt ſuperiorem abſoluere (intelligit autem Conſtantinopolitanam eccleſiam inferiorem, nam hæc multorum canonum cauſa fuit proiſto primatu) inducit illud Eſaiæ. xiij. Nunquid gloriabit̃ ſecuris cõtra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum, qui tra hit eam? His, inquit, ex diuina ſcriptura cõmemoratis, ſole clarius exhibuimus, nõ poſſe quenq̃, qui minoris autoritatis eſt, eum q maioris poteſtatis eſt, iudicij ſui adijcere. Quis non miretur? adeo iſte autor ſub nomine papæ ſcripturas tractat appoſitæ, deũ facit ex papa, cæteros epiſcopos, nõ fratres, nõ homines ſaltem, ſed inſtrumenta facit. Hoc eſt nimirũ, ſole clarius exhibere, id eſt, tenebras offundere.

Canones ꝓ põtifice multi ꝓpter Cõſtantinopolitanã eccl̃iam

Deinde in fine, Ro. eccleſiam matrem uocat omnium eccleſiarũ. In quo mirum eſt

rum est, cuius filiæ & discipulæ fuerunt ecclesiæ Iudęæ, de quibus Paulus ad Galatas dicit: Eram ignotus facie ecclesijs Iudęæ. Et quæ ecclesia fuerit quam Paulus uastabat. Siquidem Romana ecclesia tunc erat adhuc in lumbis patris sui Petri, qui Hierosolymis erat. Quid quæso Hierosolymitana ecclesia didicit a Romana? Cur mentitur Paulus Roma. xv. dicens, pauperes sanctos in Iudæa iuste accipere collectam a Romanis & alijs gentibus, quod spiritualium illorum participes facti essent, quo uerbo apostolus Hierosolymitanam ecclesiam, matrem, matricem, radicem signat omnium plane ecclesiarum totius orbis, etiam Romanæ, quod & uerum est.

Ante Petrũ romanos laudauit apl'os.

Romana in lumbis Petri forte.

Hierosolymitana ecclesia prior est Romana.

Quis enim negare potest, ecclesiam gentium, posteriorẽ esse ecclesiæ Iudæorum, & ex hac illam natam? cum tot in locis hoc de gentibus prophetæ prædixerint, cũ in actibus discipuli dispersi solis Iudæis prædicasse uerbũ, & de gẽtium salute stupuisse legantur. Et Paulus Roma. xv. Iudæorum ministrum fuisse Christum, & gentes misericordiã cõsecutas ad ruinam Iudęorũ doceat: sed & Christus Ioannis. iiij. Salus, inquit, ex Iudæis. Modeste itaq; dixisset, Matrẽ ecclesiarũ, matrẽ uero omniũ ecclesiarũ, hyperbole est nimia.

Matrẽ oĩum ecclĩaꝝ dicere, hyꝑbole.

Septimus, Nicolaus iterũ dist. xxij. c. omnes. de quo textu nescio quid dicam nam prope corrigo meam propositionẽ, & dico, quod Ro. ecclesiã, alijs esse superiorẽ, ꝓbatur ex deliramẽtis cuiusdã ineptissimę paleæ, nomine Romanoꝝ pontificũ, ecclesiam Christi illudẽtis. Audi, quæso ꝙ Christũ, quid hic dicat.

Omnes, inquit, siue patriarcharum, siue cuiuslibet apicem, siue metropoles primatus, aut episcopatuũ cathedras, uel ecclesiarum cuiuscunq; ordinis dignitatẽ instituit Ro. ecclesia. Illam uero ipse solus fundauit, & supra fidei petram mox nascentis erexit, qui beato Petro æternæ uitæ clauigero, terreni simul & cœlestis imperij iura commisit.

Ecce impudẽtissimũ canonem.

Rogo te lector, de Romanis pontificibus, & ipsa Romana ecclesia, tot milibus martyrum in cœlo & terra fulgente, alia quæ potes, sentias, modo propicius tibi sit Christus, ne hoc decretum credas æditum ab ullo Romano pontifice, saltem sciente.

Primum, uerbo Christi solam Romanam ecclesiam fundatam garrit hic impius, quisquis est, Ro. nominis ementitor. Cæteras autem (sequitur) nõ Christus, sed Ro. ecclesia fundauit, quia Ro. eccclesiam supra fidei petrã erexit. supra quã petrã, quæso, alias ecclesias erexit? an supra harenã? Nõ credunt idem Ro. ecclesia, & aliæ ecclesiæ? nõ sunt ipsæ etiam ecclesiæ? Si sunt ecclesia Christi, cur tu impijssimo ore resistis Christo dicenti: Super hãc petram ædificabo ecclesiam meam? Quid significat ecclesiam meam? Non est nisi una Ro. ecclesia, sua ecclesia? Si autẽ quęlibet alia, etiam ecclesia Christi est, & Christus affirmat eam ædificãdam supra petram fidei, impio iam errore dicitur, ad ecclesiam Ro. pertinere, & non ad alias omnes.

Supbissima hæresis detestorum.

Hãc petram non dicit ecclesiam Ro.

Te nunc appello, lector, ut iudices, an hæc decreta modeste, uel immodeste frigidissima dixerim. quæ uerius impijssima dicere debuissem, nõ quod Ro. pontificum sint, sed quod nomine eorum uulgẽtur, & per ipsa iam multis annis adulentur summis pontificibus, has insanias nihil curantibus, qũin & suaviter audientibus. Igitur euangelium, hoc interprete, sic intelligemus, & locupletabimus. Ego supra fidei petram ædificabo ecclesiam meam Romanã. Romana autem ædificabit supra suam sententiã ecclesias suas, nõ meas, quia meã supra fidei petram ædificabo. Ecce nunc eant adulatores, & statuãt nobis scripturæ sanctę interpretationem ad Ro. pontificis scribas pertinere: deinde uide

Impijssima sunt decreta.

Per potentiã tractant scripturas Ro. scribæ.

quid sit in curia Romana Iuristas dominari, & sine Theologis ac sacris literis de sola potestate, & spiritussancti præsentia præsumere, hoc est per solã potentiam scripturas tractare. Cæterum iuxta Augu. regulam, & Ro. & omnis pontifex subiacet cuiuslibet fidelis etiã iudicio, maxime in materia fidei.

Cœlestis imperij iura Petrus nõ tenet

Iam illud q̃ euangelice dictum est, quod cœlestis imperij & terreni iura Petro cõmisit. Obsecro, non est hæc res omnibus lachrymis digna, quod hæc nõ modo legere, sed etiam credere pro oraculis spiritussancti urgeamur, & ita urgeamur, ut ignem minentur, si contra quid mutiamus? Atq; ita fit, ut hæc maiore timore & religione amplectamur, q̃ ullum aliud uel fidei uel morum præceptum diuinum, ubi ignem nemo minatur, quin glorificantur, & adhuc bonum statum ecclesiæ somniamus, nec Antichristum in medio templi agnoscimus.

Antichristus in medio tẽpli.

Igit̃ uox ista blasphemia est impijssima, quod Petrus iura cœlestis imperij teneat, cum solum ministeriũ uerbi teneat in terra: Christus solus est dominus cœli & terræ, deinde imperium & terrenum Christus docuit & Petrus contemnere: hic non solum non habere, sed etiam iura eius in manu Petri cõstituit. Hinc secutum est malum, quod adulatores Ro. pontificem in utroq; regno dominum constituunt: quod nec Christo quidem datum est, qui suum regnum negat ex hoc mundo esse. Mirum autem, quod Petrus Neronem principem passus est nõ modo in Roma, sed etiã in sua cruce, qui potuit ei iura terreni imperij auferre, aut certe friuolum & impium est, successorem Petri hoc præsumere, quod in Petro nõ fuisse cernitur. Pereant ergo arrogantissima uocabula ista imperij, iura imperij cœlestis, & terreni imperij. Soli deo hæc cõueniunt, ministro ecclesiæ & sacerdoti, Christi seruo modestiora tribuant̃. Sequitur eadem palea. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud uerbũ quo constructum est cœlũ & terra, per quod denicq; omnia condita sunt elementa,

Nec terreni habuit.

Ro. ecclesia non est sola constituta a Christo.

Romanã fundauit ecclesiam. Vide monstra, aut hæc de sola ecclesia Romana dicuntur, & sequitur, omnes alias ecclesias esse terrena sententia statutas, & sine uerbo dei, sine quo nihil factum est, & sic omnes aliæ ecclesiæ sunt nihil, aut simul etiam de alijs ecclesijs intelligendum est, esse scilicet eas per uerbum dei, quod omnia condidit, statutas: & sequitur hinc nihil singulare de Ro. ecclesia dici, nisi inanem pompam syllabarũ, & ita decretistam hunc, aut intolerabili impietate, negare cæteras ecclesias una cũ Christo, aut seipsum sua insscitia manifestissime irridere.

Quod si de constitutione ecclesiarum iuxta dignitatis gradus loquitur, non iuxta substantiã, patet ex prædictis, q̃ peruerse hoc uerbum Christi de fide totius ecclesiæ uniuersalis torqueat ad potestatẽ unius hominis. Christus suam ecclesiam supra petram ædificare se dicit, hic uero, nõ, sed dũtaxat Romanam, hoc est cæteras ecclesias nihil facere, & Christum negare.

Ro. eccl̃ia nõ cõstituit alias

Porro si cæteræ ecclesiæ sunt terrena sententia statutę, & hanc sententiã Romanæ ecclesiæ esse dixit, suo ore seipsum damnat, suam sententiam esse terrenam, non diuinam, dicens: Et ubi manet quod uocem Petri, tanq; diuinã, & nõ terrenam audire oportet? porro quis cõstituit ecclesiam Hierosolymitanam, antecq; ecclesia Romana esset? An non Petrus uerbo dei Ro. ecclesiam cõstituit? Verum si de dignitatis constitutione loquitur, non de substantia ecclesiæ. Tunc arguo sic: Romana ecclesia est diuino uerbo alijs superior constituta: ergo necesse erit, ut eodẽ uerbo cæteræ ecclesiæ sint ei inferiores statutæ, quia nõ potest statui superior, nisi sint quibus superior statui possit. Vbi ergo est, quod supra dixit: Inferiores cæterarum ecclesiarũ ordines a Ro. ecclesia institui, non

uerbo

uerbo diuino, quo uult sola cõstitui ipsa? Nã quõ Christus potuit statui dñs, ni si simul gentes & termini terræ subijcerent, & mons Zion, cui rex præficeret.

Adde his, si quis dicat, si Ro. ecclesia diuino uerbo fundatur super omnes, oportet ergo & eas certas nominari, quę uerbo diuino subijciant: Age, esto ergo hæc sentẽtia diuina, Romana ecclesia est alijs superior, dic ubi scriptum sit eius correlatiuum, eccl'ia Mediolanen. est eius inferior, aut alia? Si nulla nominatur, nulla subesse debet, præcepto saltem diuino. Quid hic melius dici potest q̃ quod uerbum Christi nec de superioritate, nec inferioritate ecclesiarum intelligi possit, sed de sola, eadem, inuictaq; fide & potestate omnium ecclesiarum æqualiter? Vides ne quid sit sacras literas pro humano affectu, & sine timore dei tractare? Verbũ Christi nec de superioritate, nec inferioritate itelligit

Sequitur, Illius certe priuilegio fungitur, cuius autoritate fulcitur. Vide quæ corollaria inferat uerbum Christi, de fide ad potestatis significationem detortum. Priuilegiũ sit Romanæ ecclesiæ in uerbo, quod cõmuniter omnibus ecclesijs conuenit, quia Christus dicit: Super hãc petram ædificabo ecclesiam meam: meam inquit. Si ecclesia quælibet est ecclesia Christi, ipsa certe ædificata est super eandem petram, & nullum est ulli priuilegium. Si non est ecclesia Christi, & sola Roma est ecclesia, priuilegiũ nõ stat, quia nulla est ecclesia, cui Romana superior esse possit. Iterum dico, pronomen meã, aut significat solam Romanam ecclesiam, aut omnem ecclesiam: si solam, non habet priuilegium præ cæteris: si omnem, iterum non habet priuilegium præ cęteris. Eligat ergo quod uult, per hoc uerbum Christi Romana ecclesia aut erit sola, aut nõ erit prima. Alia ergo uia probãdus iste primatus, quia illusionẽ hanc sui euangelium Christi, ut uides, q̃ pulchre eludit, & utprouerbiũ Salomonis habet, illudit illusores suos. Meã inquit ecclesiam, id est Christi, nõ hominis.

Et sunt tamẽ tam multi, q ex hac misera palea priuilegiũ Romanæ ecclesiæ passim pro articulo fidei, uel omniũ primo & maximo iactitent patiẽtiores, si Christũ neges, q̃ si hoc priuilegiũ, uerba Christi puertens nõ adores. Potestatẽ papæ faciũt articulũ fidei.

Sequitur iterum corollarium, tali themate dignum. Vnde non est dubium, quia quisquis cuilibet eccclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam facit. Qui autẽ Ro. eccl'ię priuilegiũ ab ipso summo omniũ ecclesiarũ capite traditũ (uide hiatum istũ Stentoreũ) auferre conat, hic procul dubio in hæresim labitur.

Ecclesia Romana nõ habet ius, sed priuilegiũ, quod? quod est supra petram fidei ædificata, hoc enim solius Romanæ ecclesiæ est, isto autore: deinde petrã fidei, intelligit prælationem hanc primatus terreni: nam hæc duo perpetuo miscet & confundit hæc palea.

Obsecro, quanta patientia est, ista tolerare? primum sicut dixi, si petra fidem signat, eadem est omnium ecclesiarum, nullo reliquo priuilegio, si autem, nõ omnium est eadem, sola erit ecclesia Ro. non habens cui præferatur. Secundo si petra fidei, dignitatem significat, iam sibijpsi cõtradicit in eodem uerbo, uerbumq; Christi adulterat, fidei significationẽ in potestatis significationem subuertens, & spiritum in carnem, Christũ ad mundum trahens.

Non ergo est hæreticus, qui negat hoc priuilegium Ro. ecclesiæ, sed ille deprauator est uerbi dei, qui per fidei petram intelligit priuilegium potentiæ temporalis.

Quod autem in fine Ambrosium adducit, qui se matrem ecclesiarum asserit sequi Romanam, utinam & ipse idem faceret cum Ambrosio. Ecclesia Romana mater est, sed nõ omniũ ecclesiarum: nam & Metropolis quęlibet est mater Romã matrẽ ecclesiarũ sequitur Ambrosius.

ecclesiarum, iuxta patrũ statuta: deinde Romana ecclesia nunc̃ uerbis Christi has contumelias fecit, quas hæc palea facit, sed per petram fidem intelligit, non tyrannidis ambitionem.

Octauus (ut finem faciamus horum deplorandorum interpretum scripturæ diuinæ) est iterum Anacletus eadẽ dist. c. sacro sancta. sic em̃ ausus est quisquis fuerit ille barbarissimus notarius, etiam tanto pontifici tribuere tantam & inscitiam, & temeritatẽ, quantam uidebimus.

Sacro sancta ecclesia.

Sacro sancta Ro. ecclesia (quasi aliæ nõ sanctæ, aut nõ sacro sanctæ sint, etiã si eadẽ fide, uerbo, sacramẽto, spiritu, prorsusq; eadẽ sanctitate sanctificentur) nõ ab apostolis, sed ab ipso domino & saluatore primatum obtinuit, sicut beato Petro dicit: Tu es Petrus, & sup̃ hanc petram &c.

Si aliquis gentilium sic exponi uerba Christi audiret, quãdo Christianus fieret: Igitur & hic primatum intelligit per uerbum: Tu es Petrus, seu per hãc petram. Eligãt autem (ut iterum eadem repetam) utrum uoluerint. Petra hoc loco aut significat fidem spiritus, aut primatum exterius, utrũq; enim simul nequit significare: si fidem, iam omnes ecclesiæ sup̃ eam sunt ædificatæ, quia Christus dicit, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ergo cuicũq; conuenit dici a Christo, ecclesia mea, ad eandem pertinet petra & Petrus, super quã ædificatur. ita nihil proprium Ro. ecclesia habet, sed omnia sunt cõmunia, quia ubi eadem fides, eadem quoq; potestas clauium: fidei enim & petræ datæ sunt claues, ut patet. Si potestatem, iam iterum omnes sunt æquales ecclesiæ, quia cuicunq; dicitur a Christo, ecclesia mea, simul dicitur, ædificabo te super petrã, id est, potestatem: quare quælibet ecclesia hoc uerbo erit omnium prima, quia habet eandem petram, qua Ro. ecclesia gloriatur esse se primam. Ita quoquouertas te, semper occurrit, & resistit tibi Christus, dum ecclesiam suam supra petram ædificat, nec sinit ulli particulari ecclesię hãc petram appropriari, ideo nec Petrum. Vides ergo quod unicum illud pronomẽ, meam, tanc̃ crystallus cœlestis, omnes has decretales infrigidat, ut ante faciem frigoris eius nulla sustinere possit, dum communem petram, communem potestatem, communes claues, communẽ Petrum, & omnia cõmunia facit. Ita iure diuino, quicquid habet Ro. ecclesia, habet quælibet eccl'ia, quantũlibet parua sit, quia ad omnes dicit & Paulus. j. Corint. iij. Omnia uestra, siue Paulus, siue Appollo, siue Cephe, siue mũdus, omnia uestra, uos autem Christi.

Cornutum argumentũ.

Quicqd habet Ro. ecclesia, iure diuino, habet etiam quælibet alia.

Esset sane ridiculum, quod omnium ecclesiarũ idem est baptismus, eadem eucharistia, eadem confirmatio, idem uerbum dei, idem sacerdotium, eadẽ pœnitentiæ, unctionis, matrimonij, & omnia sacramẽta, eadem fides, spes, charitas, gratia, mors, uita, gloria, & una hæc temporalis potẽtia uni tributa esset p uerbum dei, quod cõmune est omnibus.

Quare ubicunq; prædicatur uerbum dei, & creditur, ibi est uera fides, petra ista immobilis: ubi autem fides, ibi ecclesia: ubi ecclesia, ibi spõsa Christi: ubi sponsa Christi, ibi omnia quæ sunt sponsi: ita fides omnia secum habet, quæ ad fidẽ sequunt̃, claues, sacramẽta, potestatẽ, & omnia alia.

Fidẽ omnia comitantur.

Quæro etiã, si soli sunt Petro claues datæ, & nõ uniuersali ecclesiæ, cur non uocantur claues Petri? cur non uocant̃ claues ecclesiæ Romanæ? Cur ipsemet Pontifex in suis literis, & uocat eas claues sanctæ matris ecclesiæ? Aut enim hæc uox cõmunis totius ecclesiæ iniuriam facit Ro. ecclesiæ, in suo priuilegio sibi soli attrahenti claues, aut Ro. ecclesia schisma quærit, dicens: Ego sum Cephæ, & toti ecclesiæ rapit rem, quam ipsamet confitetur cõmunem: patet ergo testimonio

testimonio omnium publico, non Petro, sed ecclesiæ esse claues traditas, non Romanæ, sed uniuersali & cuilibet. præter hæc uide, & recte per petram intelligant potestatem. Nam cum potestas esse non possit, nisi ecclesia sit prior fundata, quæ accipiat potestatem, quomodo ecclesia super potestatem, id est, prius ædificatur super posterius? denique potestatem nō per petram, sed per claues Christus intelligit, quas ecclesiæ super petram (id est fidem) prius ędificatæ tradit, ut clare textus ordo probat. Vides ergo & ambitio excæcat oculos mentis, ut clauium potestate non contenta, etiam ex petra fidei (quæ est ecclesię substātia) potestatem faciat.

Petra nō est potestas.

Quod autem hic Anacletus Ro. sedem primam uocat, & Alexandrinam secundam, & Antiochenam tertiam, seipsum iterum redarguit, non solum quia iste ordo iam diu mutatus est, uerumetiam quod sequitur hinc, aut Alexandrinam esse iure diuino secūdā, & Antiochenam tertiā: aut nec Romanā primā, quia eodē iure oportet esse primā, quo secūdā & tertiā. At manifestū est, & secundā & tertiā suo iure ordinat Roma, ergo & seipsam primā suo iure ordinat.

Decretum implicat.

Errat etiā in historia, quod Ignatium scribit cōstitutum a Petro episcopum Antiochiæ sibi successorem, cum in ecclesiastica historia pateat Enodium Petro, & Enodio Ignatium successisse. Ideo non est credibile huius Canonis autorem esse Anacletum.

Successor petri Enodius, non ignatius fuit.

Iam audi iterum securum affirmatorem, id est, temerarium, inter beatos apostolos, inquit, quædam fuit discretio potestatis, & licet omnes essent apostoli: Petro tamen concessum est a domino, & ipsi inter se uoluerunt idipsum, ut reliquis apostolis omnibus præesset.

Obsecro, quæ fuit ista discretio potestatis? nunqd Petrus ordinauit apl̄os? nunqd misit eos? nūquid cōfirmauit eos? ubi legisti belua, quod a dño concessum est Petro habere discretā potestatē ab alijs? quādo hoc ipsi uoluerūt?

Potestatē discretā ab alijs nō habnit petrus.

Quin hic signa? Duplex est primatus, honoris & potestatis, quod Petr⁹ primus fuit in ordie, nemo negat. Nam & inter cardinales, episcopos, sacerdotes, doctores, principes, etiam si nullus alteri subiectus est, tamē necesse est in conuentu aliquē primo loco sedere, cum tamē nihil habeat præcipere illis. Ita Petrum fatemur principem apostolorum, primū ecclesiæ membrū, caput collegij apostolici, & alia quæ de eo sancti patres dixerūt. Ita uidemus & Ro. pōtifices semper fuisse honoratos, ut successores Petri & primo loco, habitos, & in hoc recte & laudabiliter actū est, & agitur, agendūq; est sine querela.

Petrus primus ordine, nō potestate

Papa honoratior alijs fuit.

Alter autē primatus ptātis nunc & fuit Petro datus, quia quilibet apostolorū sine autoritate Petri prædicauit euangelium, episcopos & presbyteros ordinauit in locis suis, omnes a solo Christo sunt æqualiter missi, & immediate. Hūc primatū isti honestissimi canones ambiunt, & uerbis dei abutuntur in hanc tyrannidem stabiliendam, nolunt enim ullum episcopū in toto mundo fieri, nisi pallium & autoritatem Ro. pontificis habeat. & ubi Petrus sese non extulit super apostolos, ibi unius apli successor, longe minor suo prædecessore (sicut episcopus apl̄o) non contentus honoris primatū, omniū apostolorū successoribus uult dominari in potestate & uiolentia.

Primatus potestatis nō fuit Petro.

Pallīū emendum.

Hanc rationem inuictam oppono omnibus, qui Ro. pontifici adulantur super totius mundi dominio, & expecto cū fiducia, quid nam cōtra possint mouere, aut ganire? Qua simul fretus, tanc & certissima, & omnibus notissima ueritate cum fiducia proclamo, quod decreta quæcunc & aliter statuunt, nō modo

Conclusio.

frigidissima sunt, sed etiam cōtraria diuinæ scripturę, euangelio & actibus, epistolis apostolorum: in quibus tam crebre, tam aperte apostolorum æqualis, & in mūdo diuersa cōmissa ꝓuincia describit, ut ego non possim satis admirari, esse potuisse unq̄ tam temerarios adulatores, qui cōtra hæc fulmina scripturę fumum suum terrenū leuare auderent, hoc successori Petri episcopo arrogātes quod nec apostolo Petro prædecessori unq̄ ꝑmissum est. Nec tamen mirarer, si id solum arrogarent, nec hoc quærerer sed quod huic arrogantiæ repugnantes scripturas maluerint corrumpere, q̄ repugnantibus temporalem hunc potestatis primatum cedere.

Propter tēporalē ptātē Papæ torquent scripturas.

Addo ad hæc, Quod nec in hoc recte & euangelice fit a Ro. pontificibus, q̄d episcopos e Ro. ecclesia propagatos, id est, ecclesiam latinam sic administrāt, ut soli ipsi ordinent, & confirmēt episcopos omnes. In hoc enim non Christo sed sibi ecclesias Christi uidentur arrogare, cum apostoli Pauli exemplo deberent etiam alijs cōmittere constitutionem episcoporum, uidelicet archiepiscopis & uicinis. deberent ergo illos deo cōmittere, & nequaq̄ cogere, ut pro nouo episcopo ad urbem mitterent. habet enim hoc speciem non leuem auaritiæ & tyrannidis, qua dominentur fidei eorum, quod Paulus noluit in Corinthios sibi usurpare. Sufficeret enim semel episcopum dedisse, & deinceps eos gratiæ dei cōmendatos, propagatiōi proprię eos relinquere, aut solūmodo curam gerere, ne a fide degenerarent, sicut apostolus in Galathis monstrauit exemplū. Nunc uidemus prætextu huius beneficij, & primatus, omniū episcopatus & sacerdotia in uoraginem Romanæ auaritiæ rapi, tot simoniæ impudentissimæ monstris hoc uno operculo tectis.

Papa non deberet oēs episcopos ordinare, sed uicini episcopi, ita decernit primus canonē apl'oꝝ ut al's uidebit.

Bñficia oīa sunt in uoragine Ro. auaritiæ.

Sequitur, Et Cephas, id est, caput & principiū teneret apostolatus. Vel hic locus ostendit, magis affectu potestatis, q̄ ueritatis studio hunc primatū quæsitum. Quomodo enim tot falsis argumētis uterentur, si semel & solidam haberent causam? multis autem eget mendacium, ut uerum appareat. Itaq̄ tam inscius est iste scenicus & poeticus Anacletus, ut Cepham caput interpretetur contra euidentissimum & apostolicum testimonium Ioannis apostoli, qui dicit Ioā. ij. Intuitus eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Ioanna, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Affectu potestatis quęrūt primatum.

Cephas. i. petrus aut soliditas.

Pudet me, quod super hoc errore crassiss. tantum negocium struitur, in quo simul indiligentes se fuisse euangelij lectores, ideo non mirum, quod & falsos intellectores, ostendunt.

Melius Leo supra petram, soliditatem intelligens, uocabulum Cephe bene nouit. At hic nec euangelium, nec canones recte intelligit. Est autem Cephe, teste Hieronymo, Syrum uocabulum, significans soliditatem, quam Græcus Petrum uel petram, id est, saxum uel rupem firmam trāstulit. At noster hic nugator: Cephalen græce, pro Cepha Syriace accepit, & tamē inter sacros canones uel primus habetur. Nam in decretalibus, quas Greg. ix. & Bonifa. viij. cōgesserunt, huic canoni suisq̄ similibus autoritas tanta tribuitur, ut uix una sit, quæ non totum hunc spiret. prætereo quod deinceps hanc formam successoribus traditam fabulatur, seruandam a cæteris episcopis, omnino aliud nihil q̄ ambitiosissimum spirans affectum.

Decrerales summam tribuūt autoritatē huic ineptissimo decreto.

Sequitur pulchra similitudo.

Et non solum in nouo testamento est constitutum, sed etiam in ueteri fuit sicut scriptum est, Moses & Aaron in sacerdotibus eius, id est, primi inter eos fuerunt.

Moses & Aaron in sacerdotibus eius

Quid

Quid audio? & non frustra hos canones lego, & egregie disco scripturas intelligere.

Primum, qui unum solum summum sacerdotem in ueteri lege noui: nunc didici duos fuisse primos. Secundo etiam grammaticam nouam uide, in sacerdotibus eius, idem est, quod primi inter eos fuerunt, cū hucusq; hoc uersu psalmi intellexerim nihil aliud dici, & Moseu & Aaron sacerdotes, uel de numero sacerdotum fuisse, sicut Samuel inter inuocantes nomen eius, nihil de primitate uel cogitans. Vnus sūmus sacerdos i ueteri lege.

Tertium documentū, quod summus sacerdos ueteris legis fuerit figura Ro. pontificis. Apostolus enim ad Hebræos me mirum in modum decepit, cū uniuersis ecclesiæ doctoribus docens, non Ro. ponti. sed Christum solum fuisse per summum & unum pontificem significatum. Sūmus sacerdos non est figura Papæ.

Vt hoc omittam, quod illis omnia in figura contigisse scimus, & in nouo testamento figuram ille denuo reuocat, ut sit similis figura utriusq; testamēti, nihil iam ūtrūq; ab utroq; differēs. Vror ego, diuinas literas ab his porcis tam impudenter cōculcari, p̄sertim sub noīe Romani pōtificis, & Romanę eccl̄ię.

Quid autē hoc est? quod duos primos sacerdotes in ueteri testamēto statuit, magno sui primatus detrimēto? imitare quod dicis, & si falsum, stet similitudo, & da etiā nunc duos primos, quomodo unum primum probabis per duos primos? Vides ergo hos homīes, eos fuisse, qui simplicitate fidei nostræ abusi, ausi sunt statuere, quicquid uel somniare potuerunt. Simplicitate fidei nostræ abusi sunt.

In fine cōcludit, & eadem dexteritate Ro. ecclesiam cardinem uocat, in quo omnes ecclesiæ reguntur, domino disponente. Et tandē sit finis hic. Nā cæteri canones, qui eadē spirant, horū nimirū influxu infecti sic spirant. Roma. eccl̄ia cardo nō est ecclesiarum.

Non possum autem omittere, quin & decretalē uel unam adducā, ut appareat, quid prosit ecclesias regere, & scripturas sacras nō intelligere, sunt em̄ & decretales & plurimæ frigidissimæ, hæ maxime, quę maxīe sunt in usu. Transeo illam, de constitutione. c. translato. quam puto sic a me uindicatam antea, ut necesse non sit repetere. Assumo onus illud. c. significasti de electio. ubi archiepiscopus Panormitanus cū rege & regno Siciliæ iustissime mirati, quod pallium accepturus exigeretur iuramentum, & ubi pulchra modestia cōtra hanc infelicissimam exactionem adduceret præceptum Christi, & statuta concilio rum, talem accepit responsionē & interpretationē scripturæ sanctæ a Paschale Romano pontifice. Frigidissimæ decretales, & maxie habētur i usu, enumerantur. C. significasti. de elect.

Mirentur, inquit, dominum nostrum Iesum Christum, qui cum ouium suarum curam Petro committeret, cōditionem apposuit, dicens: Si diligis me, pasce oues meas &c.

Adeo perculsi sunt Papæ & Romanæ curiæ proceres unius huius episcopi interrogatiōe, ut quid responderēt, nō inuenirent, donec spiritus domini eos hucrotaret, ubi omnibus ostenderēt, in lege domini nec uoluntatē, nec meditationē eis fuisse. Agam interim partes archiepiscopi.

Si exemplum Christi placet & ualet apud te, o Paschalis, cur non imitaris? Si non placet, cur adducis? cur tu quoq; non cōtentus quærere, an diligat Christum, sine iuramento cōmittis oues Christi? Cum placeat exemplum, cur non sufficit & conditio? an melior & sanctior est conditio iuramenti, & amoris? An plura speras eum facturum, qui coactus iurat, & qui sponte amat? Christus soluit Petrum a lege & coactione uoti & iuramenti, solam libertatis & charitatis in eo quærit fidem: Et tu libertatem tollens, lege iuramenti cogis. Iuramētum iniuste exigit pontifex ab episcopis.

Vbi est

Vbi est exemplum Christi? ubi conditiõis similitudo? Est per uerbum, diligere, intelligendũ iuramentũ? Nunquid Christus a Petro iuramentũ exegit pro Romana eccl'ia? Quid hoc ad oues Christi, quod tibi iuratur, & ecclesiæ tuæ? Tuæ sunt oues, an Christi?

Iuramẽtum eccl'iæ Ro. p̃stitũ, nihil ad oues ꝑtinet.

At tu optime pater, an Christũ diligat, prorsus nihil curas, sordet hæc tibi, ut uilissima conditio, tibi ut fidelis sit, iuramento astringis. Adhuc stat interrogatio archiepiscopi, non satisfecisti.

Adhuc quærit̃, quo iure hanc fidelitatẽ extorqueas? Tua responsio profundius te mergit & capit: deinde cui quęso, tu iuras fidelitatẽ? Cur facis & imponis alteri onus, quod digito nõ uis mouere, cõtra & charitatẽ & legem naturæ

Deinde adhuc quæstio etiam illa stat, Cur præcedentes pontifices nõ exegerunt iuramentum? Cur alij nõ præstiterunt? unde noua ista exactio? uis dicã? Ex malæ fidei possessa potestate, consciẽtia metuit, iustitia nõ suffragat̃: ideoq; quæritur utcunq; solatium & firmamentum.

Iuramentũ fidelitatis exigitur ꝓpter possessiõem ꝑtãtis ex mala fide.

Itaq; hodie pontificari nõ licet, nisi iures Ro. pontifici fidelitatẽ. Iurata autẽ fidelitate, mox dignus es põtificari, siue diligas, siue pascas: has em̃ conditiões Christus req̃rat, quid de ijs nostro seculo? nec hoc curetur, an sanctus doctusq; sit, an minus, solũ sit seruus Ro. ecclesię. Non licet Christo libertatis magistro seruire, nisi primũ fias iuratum mancipium Romanæ curiæ.

Satis est ab exemplo Christi didicisse, quamlibet conditionẽ fratribus etiam iniquissimam imponere pro libito: ipsam uero Christi cõditionem ne syllaba quidem meminisse.

Sed responde adhuc semel, Paschalis, tuo te iudicio peto: Si Christus conditionem ibi posuit, ut dicis, iam tuo ore definimus, nullum esse Ro. pontificem nisi diligat ac pascat, quia pactum & cõmissio conditionalis, si cõditio nõ stet, non ualet. Tuo ergo enthymemate utar, archiepiscopus Panormitanus sine conditione iuramenti præstiti in facto, nõ est episcopus, ergo nec tu Papa, nisi in facto primum præstes conditionẽ amoris & pascuæ: quæ si uera sunt, iam in sexcentis annis non habuimus papam. Nullus enim docuit nos uerbum dei. Nec sufficit quod promittas te amaturũ, quia tibi nõ sufficit promissio iuraturi, sed sicut tu a fratre exigis cõditionẽ in facto, ita nos nomine Christi maiorẽ hanc conditionẽ exigimus in facto, aut tua autoritate Papam negamus.

ἀντιστρέφων

Actu amet Papa.

Quid hic facies? uides ergo, q̃ impatiẽs sit scriptura corruptionis, q̃ uanos ostẽdat eos qui se maculãt: noluit Paschalis uinci interrogatiõe, nec male egisse uideri, & ignarus seipsum toto põtificatu indignum redarguit, dumq; festucam fratri eruit, trabes suas nobis ostendit. Ista est ergo pastura, quod Romanenses omnia sibi inflectunt, omnibus omnia imponunt, omnibus se subtrahunt, & quod atrocius est, non ad Christum, sed ad seipsos nos cogunt: nõ exigunt conditionem, qua Christi libertatem promittamus, sed qua sibi seruitutẽ iuremus. Quæ autem maior miseria ecclesiæ, q̃ non amore, sed ui conglutinari, pontifices nõ beniuolentia, sed potestate imperare, subditos nõ amore, sed odio & timore coactos seruire?

Seruitutẽ Roma nobis imponit.

Sed sequitur digna applicatio similitudinis.

Si cõscientiarũ factor & cognitor secretorũ conditiõe hac usus est, nec semel tantum, sed & secundo & usq; ad cõtristationẽ: Qua nos oportet sollicitudine tantam ecclesię prelationẽ imponere fratribus, quorꝝ cõscientiã nõ uidemus?

Apl'i nõ exegerunt fidelitatis iuramẽtum a suis.

Nec mirum certe, quia Petrus, Paulus, & alij apl'i non erãt tam solliciti tanta sollicitudĩe, quãta nũc sunt Romani: deinde q̃a cognouerũt forte cõsciẽtias illorum

illorum, quos sacerdotes constituebant, nec exemplum Christi adeo curaue/runt, nonne hoc est seipsum ridere? Sed nec Christus, cuius oues sunt proprie, licet pro eis se traderet, non tamen fuit tam sollicitus, ut iuramentum a Petro exigeret, sed uelut dormitãs, dilectionem tantummodo, rem sane leuissimam exigit. quandoquidem nisi iuramentum Paschalis charitati præponeret, sine dubio exemplo Christi contentus esset, nec se oportere magis sollicitum esse quereretur, & Christum ipsum. Vides enim ut arguit a minori, Christus exe/git, quanto magis nos: quasi uero hoc aliquid ad rem pertineat, quod Christus conscientias nouit, Ro. pontifex non nouit: cum Christus exemplum in hoc omnibus præbuerit imitandũ: denic& nos nõ nouimus cõscientias R. ponti/ficis, iuret ergo & nobis conditionẽ Christi saltem.

Solã dilectionem exegit Christus.

Iuret & põti/fex nobis fi/delitatem.

Iterum quæro: Si ignorantia conscientiarum sola est causa exigendi iuramẽ/ti, cur non cogis ut iuret se recte iurasse, id& sine fine, cum in nullo iuramento conscientiam eius noscas, recte ne iuret, an secus? Si autem ignorantia ista con/scientiæ non mouet ad exactionem iuramenti, qua fronte ignorantiã cõscien/tiarũ pro causa adducis? Quæ est ista mirabilis in uno homine super eodẽ ho/mine patientia & impatientia ignoratæ cõscientiæ?

Propẽ igno/rãtiã cõscien/tiarũ non de/bet papa exi/gere iuramẽ/tum.

Si accepto iuramento tantam administrationem ei cedis, cur nõ quod leui/us erat, iuramentũ cedis? An putas quod maior res sit iuramentũ tibi præstitũ, & tantæ ecclesiæ administratio?

Ad hæc, ignorata conscientia debuit te & tutissimum facere ad imponendã prælationem, ut eo magis relinqueres iuramẽtum, quo minus cõscientias no/sti, ne forte ad periurium eum cogeres. Gaudendum tibi fuit, hanc tibi a Chri/sto relictam libertatem, ut possis eis oues cõmittere, quorum corda non nosti. Nunc per iuramẽtum secreta exploras, aut in periculum fratrem adducis, quo/rum utrũ& grauissimum est, id& sine causa, nec propter deum, sed propter fi/delitatem Romanæ ecclesiæ.

Credas opti/ma de fratre

Demum, si ignorantia est causa iuramenti, sequit, si scires conscientiã, male te exegisse iuramẽtum. At cũ quis& de quolibet debeat optima præsumere, & charitatis sit oĩa credere, hæc ipsa fides de fratris bonitate certior est omni sci/entia, quod etiã si scires, diu scire nõ possis, credere autẽ semper possis.

Vltimo, nunquid post iuramentum nosti eius conscientiam? cur ergo nõ to/to tempore tibi iurat, qui toto tempore causas iuramẽti tibi præstat? Hæc di/xi, ut uideamus quid sit uerbo dei nolle credere, & scripturas suo sensui aptare. quomodo ego sperem apud Ro. Pont. esse ius interpretãdæ scripturæ, qui tam manifeste scripturas in alieno sensu tractant? Vel quid non obtineant in ter/ra Ro. quid non audeant eorum nomine adulatores, si hæc persuasio eorum nos ceperit & euerterit, non licere scilicet eorũ dicta cũ iudicio legere, & eis so/lis interpretandæ scripturæ iura cõcessa esse? Tunc enim (ut Augustini uerbo abutar) uere sine periculo primatus huius in ecclesia luditur, sed mir& si nõ deo & nobis illuditur. Absit, absit ista plus & Babylonica captiuitas.

Ius interp̃tãdi scripturã nõ uidet esse apud Ro. põtifi.

Sequitur nunc oppositorum dissolutio.

Põtifices no/lũt sua cũ iu/dicio legi.

Aiunt omne iusiurandũ a domino in euangelio esse prohibitũ, nec ab apo/stolis post dominum, nec in concilijs inuenire posse statutum.

De iuramẽto

His ictibus insuperabilibus prostratus, quid dicat, audiamus. Quid est ergo quod dominus subsequẽter ait, quod amplius est, a malo est? hoc eĩ amplius ut exigamus malum, nos illo permittente compellit.

Quod amplius est, a malo est.

Quod Christus prohibet & negat, hic affirmat, & præcipit. Christus dicit,

Quod

Quod amplius est, a malo est, id est, non debet fieri: loquitur enim de pronitate iurandi, sine necessitate fratris, hoc est, de libidine iurandi: sicut mulierē concupiscere prohibuit, qui tamen debitum coniugibus reddendum nō prohibuit. Ita libidinem iurandi, non iuramentū debitum prohibuit. Hic dicit, hoc amplius cogit nos, id est, fieri omnino oportet, sed audiamus hoc malū, quod nullus in uerbis euangelij cogitauit unq̄.

Nonne malum est, inquit, ab ecclesiæ unitate, & a sedis apostolicæ obedientia resilire, & contra canonum statuta prorumpere, quod multi etiā post præstitum sacramentum præsumpserunt?

Obediētia sedis apostolicę plus curat q̄ Christus.

Ego putabam quod hoc malum esset interpretaturus, non diligere Christū, non pascere oues, & horū sollicitudine, exemplo Christi torqueri ad iuramēti exactionem, uerum hęc Christus a Petro requirat: hodie curandū ne ab obedientia sedis apostolicæ resiliant episcopi.

Tunc ego, episcopus meus nondum quicq̄ illorum malorum fecit, ut quid ergo exigis iuramentū? an quod ignoras eum nō facturum? Cur nō in omni præcepto dei exigis iuramentum? cur hic te non compellit malum? an non est malum a præceptis dei resilire? Quin ecclesiam reples, non nisi iuramentis? Si autē in dei præceptis tam patiēs es, ut te tot mala quæ in ꝓspectu dominant etiam in domesticis tuis, ad iuramentum non cōpellunt, quomodo in tuis præceptis mala, nec præsentia, nec forte unq̄ futura te compellunt? Nonne perspicuum fit, ut amor sui, quo magis sese uenustat, magis seipsum prodit?

Amorem sui quærunt Ro.

Prorsus nulla reliqua est ratio, quin si in tuis præceptis iuramenta exigas pro tuo commodo, multo magis exigas pro dei commodo, aut si hic non facis, nō sine culpa ibi facis.

Habes ergo malū, quod Ro. in euangelio intelligunt, quod est suspicio mala de fratribus bonis, nam transgressiones mandatorum an malæ sint, alij uiderint. O oculus ambitionis & auaritiæ.

Sequitur, Hoc nimirum malo ac necessitate compellimur iuramentum pro fide, pro obedientia, pro unitate requirere.

Nunquid etiam pro fide Christi, pro obediētia dei, pro unitate fratrum? nō, sed hoc uerbum ecclesiæ bonum & necessarium est, ut Roma secure dominet & cæteræ omnes seruiant captiuitatem.

Est ꝓ ecclesia .i. ꝓ Roma.

Proinde Christiani in India adhuc magno malo laborant, ita suspicio pessima de optimis fratribus est causa exigendi iuramenti, quam tamē nō habēt in præceptis dei, in quibus præsumūt omnia seruari.

Etiam hic unitatem ecclesiæ, fidem & obedientiam Ro. ecclesiæ intelligit, non fidem, spem, charitatem, sacramenta, uerbum, & cætera quæ eadem sunt, sed hoc singulare, quod nulli ecclesiæ cōuenire uolunt, nisi suæ, & tamen unitatem uocant, sola Romana ecclesia hoc habet hodie uel summū bonum, & tamen cæterę omnes in eo ipso conueniūt, quod non habēt, & fiunt unum in re nō cōmuni, sed singularissima & uni homini tributa: sic em̄ discēda sunt noua uocabula nostris temporibus in scripturis & ecclesia dei. Quanto rectius Cyprianus unitatē hanc charitatē intellexit, sicut & Christus rogauit Ioā. xvij. ut sint unū in nobis, sicut & nos unū sumus, unū, inqt, in nobis, nō in eccl'ia Ro.

Vnitatem ecclesiæ uocāt fidē & obedientiā Romanæ sedis.

In fine: Aiunt in conciliis non inueniri statutum, quasi Ro. ecclesiæ legem concilia ūllam præfixerint, cum omnia concilia per Ro. ecclesiæ autoritatē & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis patenter excipiatur Romani pontificis autoritas.

Quis

Quis hæc ferat quæso? Nunquid Nicenum concilium robur accepit, aut factum est autoritate Ro. ecclesiæ? nunquid & multa alia per Augustinū & olim Cyprianum in Aphrica habita? Denicq etiam si statuta exciperent Ro. Pont. tamen ipse debet nolle excipi pro ædificatione ecclesiæ. Hic autē gloriatur se nemini quicq debere, ut & deus ei nihil debeat. Concilia sine autoritate romanipontifi/cisoptima fuerunt.

Ego sane archiepiscopo Panor. non tam duro & fragoso plenoq contentionis, & timore, respondissem sermone, quo furor, & odium suscitaretur, sed dixissem: Sustine frater interim, res magna est, tua solius gratia, hæc tam subito cessare, quę nos nō statuimus. Sic enim pax & charitas aleretur. At ista decretalis meram superbiam, & præfractam fiduciam spirat. Consuetudo fuisset episcopo Panormitano obijciēda.

Sunt præter hanc & aliæ quædam, præsertim illa de maioritate & obedientia c. solitæ, adeo sine theologia, ut me misereat ecclesię illius, tantum in traditionibus hominum occupatæ, ut purissimum sensum euangelij uidere non permittatur. Sed abstineo hoc tempore, sat habens ostendisse, cur ego me sufficienter honorasse uidear Ro. pontificē, si eius decreta tolero, non autem eorum sensum tanq solum & uerum secutus fuero, ne forte, si pluribus ea examinē, existimer studio delectationis tanti uerticis dicta carpsisse. Nolo ea dānare, nolo etiā eis cogi contra scripturæ ueritatem. C. solite. de mai. & obe.

Ad tertium, ad rationes.

Vbi illud primum tractandum, quod decreta quibus primatus ecclesiæ Ro. probari a me dicitur, dixi intra quadringentos annos nata, & contra hoc esse historias mille centum annorum. Decreta nata itra quadringēros annos.

Primo, sciebam hæc offensura & manifestissime omniū falsa uideri omnibus Certum est enim esse decretis Rom. pontificum ante mille annos certatū pro hoc primatu.

Ego autem hoc spectaui, quod Ro. ecclesia nūq fuit, nec est, nec erit unq super omnes totius orbis ecclesias, licet super plurimas sit, nec enim fuit unq sup Græcię, Aphricæ, Asiæ ecclesias, nec eorum episcopos confirmauit, sicut modo nostros confirmat, ut satis probāt historiæ. Deinde sunt sine dubio Christiani in oriente, cum Christi regnum sit orbis terrarū iuxta Psal. ij. & tamen episcopi eorum non instituuntur, non confirmantur e Roma, nec est necessarium. Ecclię nunq fuerunt oīes sub pontifice Romano.

Deinde ab hoc tempore cœperunt multiplicari leges & iura. Nam Greg. ix. Bonifacius octauus, Clemēs quintus, nisi cōsarcinassent, & alias recisas, alias additas epistolas, scholis legendas ac docendas tradidissent, sine dubio tot maria glossarum, & infelicissimum iuris studium non essent. delituissent autem tā decreta q decretales, magno ecclesię lucro, & euangelij cōmodo, ītra arcas Romani pontificis. Nunc aūt quæ sit facies ecclesiæ, uigore istarum legū, satis plus uidemus, nec hoc satis, in dies augescunt eiusmodi libri, & tamen nihil faciunt nisi quod plures animabus laqueos ponunt, inde dispensationum, confessionaliū, indultorū, exemptionū turpissimæ nundinę. inde episcopatum, sacerdotiorum, officiorum, palliorum, annatarum, rapinæ & uenditiones impudētissimę inde censuræ, minæ, fulmina, uis, fraus, dolus, & infinita monstra: quorum nullum aut saltem rarum esset, si epistolæ eiusmodi, sicut oportuit, intra annales & regestas mansissent sepositæ, & euangelio in publico locum reliquissent. Canones sub quibus pontificibus nati. Damnosi sūt ecclesiæ. Laquei aīarū Nundinæ.

Proinde traditiones Ro. nunq ita sensit mundus, ut in annis istis quadringentis, ideo totum eorum pondus & omnem uim Grego. ix. tribuēdum existimo, per quem uelut natæ sunt & ortæ. Ab hinc enim usus eorum robur accepit & inualuerunt, ut legibus istis & traditionibus ita sint omnium officia, statuta Greg. ix. decretalium autor, pestis fidei.

ecclesiæ, ordines in unum chaos confusa, intra istos quadringentos annos, ut
Babilone cõfusior eccl'ia. Babylone ipsa confusior sit hodierna ecclesia, nemo in suo ordine incedit, quilibet sibi ex urbe legem emit, qua uiuat, ille exẽptus, iste priuilegiatus, iste familiaris, iste officialis, iste nescio q̃ titulo, oẽs libertatẽ quilibet essendi, faciendi, audendi habẽt per has Ro. leges. Nec Romæ aliud curatur, q̃ ut hac ecclesiæ summa calamitate roboretur potestas & dominatio sua in omni indiuiduo suo sola
Depingit Romam. Et hunc ecclesiæ occasum, si quando gemimus, si dolemus, si querulamur, hæretici sumus, irreuerentes in Ro. ecclesiam sumus, scandalosi, seditiosi, procaces
Occasum ecclesiæ nemo audet dolere sumus, quia uidelicet querulari non possumus, nisi Ro. pontificis, tum iura, tũ potestatem, immo tantas iniurias populi dei simul tangamus. Nam hic fons est aut seruandæ, aut perdendæ ecclesiæ. Cum autem hodie omnia sint in Vrbe inquinatissima & corruptissima, & agẽtibus impijssimis adulatoribus, de ipsis nihil liceat uel mutire, nisi quod portẽta ista laudet, iustificet, glorificet: quid mirũ si sub uenerabili Rho. ecclesiæ nomine tot mala inundauerint omnem eccles-
Roma nihil audit nisi laudes suas. iam pleno impetu, & præcipiti, & cui nemo resistere possit, gurgite.

Denicq; eo deuenit legum Romanarum studium & euangelij neglectus, ut
Decreuerunt aĩam hoĩs imortalẽ esse necesse habuerint statuere in cõcilio nouissimo, animã hominis esse immortalẽ, quid putas hoc decretũ indicat?

Itaq; unusquisq; in sensu suo abundet, mihi decretorũ autores sunt Greg. ix. Bonifacius. viij. Clemens. v. & extrauagantium pontifices, quod his agentibus
Rescripta põtificũ sine auctoritate lecta utiliora eẽnt. in publicum sparsa, & præcepta sunt, & omnia stabilita, quæ si instar epistolarũ Gregorij, Augustini, Hieronymi, Bernardi, & aliorum, uel in bibliothecis uel arcis, pro cuiusq; arbitrio consulenda, citra ullum præceptum relicta fuissent, felicior esset ecclesia. Nunc uero quando summis articulis fidei æquantur, ab adulatoribus autẽ & præferuntur, fructũ illarum habentes, ordinis ecclesiastici confusionem, conscientiarum horrendas carnificinas, euangelij ignorantiam, sce-
Ro. curia exosa oĩbus. lerum impunitissimam licentiã, adulatorum Romanensium odiosissimã tyrannidẽ, donec id meruerint, ut sub uasto cœlo non sit nomen odiosius, & graueolentius nomine Ro. curiæ.

Ex his credo intelligi, me non fuisse tam crassæ ignorantiæ, ut nescirem longe ante quadringentos annos decreta Ro. pontificis nata, alioquin quomodo certos quadringentos annos, & nõ plus aut minus potuissem recitare? quomodo iudicare, quod essent frigidissima? quomodo historias allegare? quomodo textum scripturæ contrarium assererem? nisi diligentissime omnia peruidissem & contulissem?

Ex his indicijs uolui nasuto lectori satisfactũ, ut me non sine causa sic posuisse
De industria contra Eccliũ ponit ꝓpositionem. xiij. cognosceret, nec ignorãtia, sed de industria sic locutũ fuisse. Simul quod insidiosæ & adulatoriæ propositioni Eccij per omnia par referre uolui.

Qui cum astruxisset ante tempora Syluestri Ro. ecclesiam fuisse alijs superiorem, & ego persuasissimum haberem Eccium non esse tam impudentẽ, ut publice mentiretur, nec tam ignarum historiarum, ut hæc uera crederet, insidias suspicatus sum, ut qui morem sophistarum & lubricitates istorum Protheorũ probe callerem. qui si uolent, falsum facient uerum, & uerum mutent in falsum: cũ interim in alijs eum loquendi rigorem exigant, ut nec uerba dei tuta coram eis sint. Proinde uolui animosiorẽ ac ante diem triumphabundũ reddere, sicut ipse me formidabundum nisus est facere.

Cum ergo mihi satis esse potuerit, q̃ scripturæ sanctæ autoritas mecũ est, quo probatur primatus ecclesiasticus iure diuino nullus esse, tamẽ ne solus & solas

scripturas

scripturas iactare uidear, iam & aliorum sententias audiamus cum rationibus.

Primus est, D. Hiero. in epistola ad euagrium sic scribēs: Legimus in Esa. Fatuus fatua loquitur: Audio quendam in tantā erupisse uecordiam, ut diaconos presbyteris anteferat. Nam cum apostolus perspicue doceat, eosdē esse presbyteros, quos episcopos. Quid patitur mensarum & uiduarum minister, ut super eos tumidus se efferat, ad quorum præces corpus & sanguis Christi conficitur? Quæris autoritatem? Audi testimonium, Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis cum episcopis & diaconis. Hieronymus

Epūs & presbyteridē sūt.

Vis & aliud exemplū? In actibus apostolorum ad unīs ecclesię sacerdotes, ita Paulus loquitur: Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo spiritus sanctus posuit episcopos, & regatis ecclesiā dei, quam acquisiuit sanguine suo.

Ac ne quis contentiose in una ecclesia plures fuisse episcopos contendat, audiat aliud testimonium, in quo manifestissime comprobatur, eundē esse episcopum atq; presbyterum. Propter hoc reliqui te Cretæ, ut quæ deerant, corrigeres & constitueres episcopos per ciuitates, sicut tibi mandaui, siquis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxurię, aut nō subditos. oportet ēm episcopum sine crimine esse, sicut dei dispēsatorem. Et ad Timo. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam, & per impositionem manuum presbyterij. Sed & Petrus in epistola prima: Presbyteros qui in uobis sunt, precor ego cōpresbyter, & testis passionū Christi, & futuræ, quę reuelanda est, gloriæ particeps, regite gregem Christi, & inspicite non ex necessitate, sed uoluntarie iuxta deum. quod quidem græce significantius dicitur, ἐπισκοποῦντες, unde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi uidentur tantorum testimonia uirorum? Clangat tuba euangelica, filius tonitrui, quem Iesus plurimum amauit, qui de pectore saluatoris doctrinarum fluenta potauit, Presbyter electæ dnę & filijs eius, quos ego diligo in ueritate, & alia epistola Presbyter Gaio charissimo, quem ego in ueritate diligo.

Quod autem postea unus electus est, qui cæteris præponeretur, in remedium schismatis factum est, ne unusquisq; ad se trahēs ecclesiam Christi rumperet: nā & alexandriæ a Marco euangelista usq; ad Eſdram & Dionysiū episcopos presbyteri semper ex se unum eligebant, & in excelsiore gradu collocabant, quem episcopum nominabant, quo modo si exercitus sibi imperatorē faciat. Diaconi autē eligant de se, quem industrium nouerint, & archidiaconum nuncupent. Quid enim facit, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter nō facit? Nec altera Romanæ urbis ecclesia, altera totius orbis estimāda est, & Galliæ & Britaniæ, nā & Aphrica & Persis, & oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unū Christum adorant, unam obseruant regulam ueritatis. Si autem autoritas quęritur, orbis maior est urbe. ubicunq; episcopus fuerit, siue Romæ, siue Engubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Thanis, eiusdē meriti est, & eiusdem sacerdotij, potentia diuitiarum, & humilitas paupertatis, uel sublimiorem, uel inferiorem facit, cæterum omnes apostolorum successores sunt. Hæc D. Hieronymus. Presbyteris unus præpositus propter uitanda schismata.

Hiero. æquat pōtifices oēs

Nihil de mutatione temporū loquor, nihil de iure positiuo, hoc contendo: Si unus episcopus iuxta diuino cæteris præfertur, manifeste hic Hieronymus hæresim docet, non solum ipse (nam ei non crederē) sed Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles autores, quis quæso his resistet? Cur adulator negat Ro. pontificē cæteris esse coepiscopū, cū primus Petrus se conpresbyterum appellet? Si successores sunt Petri, quid erubescunt titulum sui prædeces-

soris? Si nomen superbissimum, sanctissimi, summi, maximi pontificis hæredi-
tant ex recentibus, cur non nomen conpresbyteri & coepiscopi a primo? Obse-
Apli intelle-xerũt uerba Christi dicentis, Tu es Petrus. cro an Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas & oẽs apostoli ignorauerunt, quid uer-
bũ Christi uoluit, Tu es Petrus, & tibi dabo claues, & pasce oues meas? Si me
omnino hæreticum clamant, qui omnia quæ uolunt tribuo Romano pontifi-
ci, solum ne autoritate scripturæ, id est, mendaciter facere cogar, parcant sancto
Hieronymo, tantis autoritatibus munito, proclamat ille longe impudẽtius, epi
scopos potentia diuitiarum, & humilitate paupertatis inuicẽ esse, uel sublimio
res, uel inferiores. Ego cõsensu fidelium, & decretis hominũ id astruo, cur non
hunc irreuerentem, blasphemum, seditiosum, bissepties comburunt hæreticæ
Hieronymo consentit. prauitatis prauissimi inquisitores? Sinant me cum Hieronymo interim sapere,
sinant cum Paulo, Petro, Ioanne, Luca sentire. Si hoc non est satis, age combu-
rant sua decreta primũ. nã hęc epistola recitatur in decretis, distinctione. xciij. c.
legimus. Legitur, auditur, docetur, approbatur hæc ab uniuersis in ecclesia Ro-
mana. Cur ego unus prohibeor dicere & sentire, quod ipsimet omnes dicunt,
sentiunt iubentq; sentire? Hieronymus nõ modo episcopos æquat inter se, sed
& presbyteros episcopis comparat, alterum ętatis, alterũ officij nomen esse pro-
nuncians. Ego longe reuerentius locutus, nihil peto nisi ut contra hanc ueritа
Decreta non habẽt germanũ sensum scripturæ. tẽ non cogar scripturas & uerbũ dei illudere. Sit Ro. pontifex quicquid uolue-
rint, modo autoritate scripturę id nõ astruãt. sed & scripturas eorũ sensui aptari
patiar, modo ne hunc esse germanũ & solũ sensum cõtendant. Sat ergo est, q̃d
frigidissimis decretis primatus asserit̃, qui feruentissimis dei uerbis negatur. Sed
audiamus iterum eundem, in commẽtario super epistolam ad Titum.

Idem est ergo presbyter qui episcopus, & anteq; diaboli instinctu, studia in
Electione põtificũ autoritas Rho. epõ tributa est. religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autẽ
Cephæ, communi presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabantur. postq; ue-
ro unusquisq; eos quos baptisarat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe
decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur, ad quem omnis ec
clesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Putat aliquis non scri
pturarum, sed nostrã esse sententiam, episcopum & presbyterum unum esse, &
aliud ætatis, & aliud esse nomen officij, relegat apostoli ad Philippenses uerba,
& cætera quæ supra in epistola ad Euagriũ induxit. Et in fine: Sicut ergo pres-
byteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine, ei qui sibi præpositus fuerit, esse subie
ctos: Ita episcopi nouerint se magis consuetudine, q̃ dispensationis diuinæ ue-
ritate presbyteris esse maiores, & in communi debere ecclesiam regere.
Hæc ille. Vide ergo, an propositio mea male uel bene dixerit, esse contra scri
pturarum textum. Ro. ecclesiam esse alijs superiorem, cum etiam sit contra ipsa
Hiero. uerba nõ approbãt Decreta, sed textꝰ scripturæ. decreta. Nã & hæc B. Hiero. uerba recitantur dist. xcv. c. olim. atq; si non ibi ap
probarent̃, tñ quia solidis pugnant diuinę scripturæ armis, etiã si totus mundꝰ,
& angelus de cœlo cõtradixerint, nihil dixerint. Atq; ita satis puto & pbatã no
stram propositionẽ, & dissoluta omnia argumenta, quæ uel fingi contraria pos
sunt. Stat sententia fixa, nõ dispensationis diuinæ ueritate, sed ecclesiæ consue-
tudine episcopos esse maiores presbyteris.

Epi & presbyteri domi sint æquales Addo tertium decretum eadem dist. xcv. c. episcopus. Episcopus in quolibet
loco sedens, stare presbyterum non patiatur. Et iterum alio. c. episcopus. Epi-
scopus in ecclesia in consessu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum ue
ro collegam presbyterorum se esse cognoscat. Hæc ibidem esse decretra conci-
lij Chartagin eñ. quarti dicũtur. Quę certe hęretica sunt, scãdalosa & seditiosa,

ut uocãt

uocant, si episcopi iure diuino presbyteris sublimiores sunt, quos esse collegas episcoporum statuũt, multo magis si unus episcopus cæteris sublimior est. Deleant ergo primum sua decreta, quę nos cogunt discere, ut quid damnant in nobis, quod ipsi nos docẽt. Patet itaq; re ipsa æquales episcopos inter se & presbyteros, solo usu, & ecclesia causa alium alij preferẽdum. Ex quo ulterius sequitur: Si primatus Ro. pontificis uergere incipiat in ecclesiæ detrimentum, omni no tollendus est de ecclesia, quia humana iura & consuetudines pro ecclesia seruire debent, non contra ecclesiam militare. Quod si nõ fiat, iam coram deo, traditio hominum irrita facit mandata dei, quare uide cẽ tenui pendeat filo Romanorum adulatorum tyrannis, quæ seipsam autoritate diuina conata stabilire, se ipsam penitus ea ratione subuertit.

Papatus posset tolli ab ecclesia.

Huc & Cyprianum uoco, quem & B Augustt. allegat lib. ij ca. ij. de baptismo dicentem. Neq; enim quisq; nostrum episcopum se esse episcoporum cõstituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit. Quãdo habet omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium, ppriũ tanq; ab alio iudicari non possit, quomodo nec ipse potest alterum iudicare, sed expectemus uniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi. Hic glorioſus martyr palam confitetur tyrannidem esse, ab uno episcopo alios cogi ad obedientiã. At hanc tyrannidem, uelut iustitiam, pene omnes decretalium syllabæ, & statuunt & seruant tanq; diuinam autoritarem. Deinde mirum est quod B. Augustt. nõ redarguit Cyprianum a se allegatum, si sensit eum cõtra ius diuinum loqui, sed potius cũ eo cõsentit, omnes scilicet esse episcopos æquales.

Eps ne habeat tyrannidẽ in alios.

Tyrãnis, episcopos cogi ad obedientiã unius.

Sed uideamus & alia.

Idem Cyprianus lib. epistolarum primo, epistola. iiij. ad Felicem presbyterũ, probaturus diuinis testimonijs, qd in potestate nõ episcoporũ, sed plebis maxime sit eligere aut recusare episcopos, dicit: Propter quod plebs obsequẽs dominicis præceptis, & deum metuens, a peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, qñ ipsa maxime habeat potestatẽ uel eligẽdi dignos sacerdotes, uel indignos recusandi. Quod & ipsũ uidem⁹ de diuina autoritate descendere, ut sacerdos plebe pẽsente, sub oĩm oculis deligat, & dign⁹ atq; idoneus publico iudicio ac testimonio cõprobet, sicut in Numeris Mosi præcepit dominus, dicens: Præhende Aaron fratrẽ tuum & Eleazarum filiũ eius, & imponens eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolã eius, & indue Eleazarum filium eius, & Araon appositus moriatur illic coram omni synagoga. Iubet deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostẽdit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente, uel detegãtur malorum crimina, uel malorum merita, prædicentur, & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata. quod postea secũdum diuina magisteria obseruatur in actibus apostolorum, quando de ordinando in locum Iudæ episcopo Petrus ad plebem loquitur. Surrexit, inquit, Petrus in medio discentium, fuit aũt turba in uno. Nec hoc in episcoporum tantum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinatione obseruasse apostolos animaduertimus, de quo & ipso in actibus apostolorum scriptum est. Et conuocauerunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum & dixerunt eis: Quod utiq; idcirco tam diligenter & caute conuocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, uel ad sacerdotalem locũ indignus obreperet.

Sacerdos a pplo eligat.

A plebe eligebatur episcopus.

Cyprianus de electione.

Propter quod diligenter de diuina traditione, & apostolica obseruatione seruandum est & tenendum, quod apud nos quoque & fere prouincias uniuersas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi eiusdem prouinciæ propinqui quiq; conueniãt & episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum uitã plenissime nouit, quod & apud uos factum uidemus in Sabini nostri collegæ ordinatione, ut de uniuersæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum, qui in prẽsentiam conuenerant, qui de eo ad uos literas fecerãt iudicio episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur.

Hunc ritũ per multas & alias epistolas idem Cyprianus commemorat, semp̃ suffragium populi & iudicium propinquorum episcopor; ita allegans, ut hanc ex deo ordinationem esse cum fiducia pronunciet.

Nundinationes sacerdotiorũ, ueterum electione nõ habuissent, pgressum.

Qui ritus, quid sit ad eum, qui hodie ex urbe petitur, in quo non modo excluſus est populus, sed nec sacerdotum electio satis est, alijs relicto. Nec referre est necesse, quanto felicius hodie is ritus diuinus seruaretur, præsertim tot sacerdotibus malis regnantibus, & inuito populo impositis. Nam uidemus per Romanam curiam, per gratias suas expectatiuas, passim in mundum etiam intrudi sacerdotes. Transeant hęc, hoc queror, quod hunc ritũ sacratissimum & uetustũ, iuriq; diuino per omnia conformem, hi nostri hæreticum & damnatum haberi uolunt, præ ritu suo recentiore, cum certum omnibus, sit sanctum Nicolaum, sanctum Martinum, sanctum Augustinũ, sanctum Ambrosium, omnes q; priscos patres, eo modo fuisse ordinatos. Sit itaq; ritus hodiern⁹, qualis esse potest, modo Romanum pontificem, non iure diuino id posse putemus, ne tot seculorum sanctos & martyres contra ius diuinũ egisse damnemus.

Gregorius in regiſtro.

Gregorius primus lib. iiij. regiſtro, epiſtola. xxxij. licet per autoritates illas, Pasce oues meas. &, tu es Petrus &c. Petro apostolorum principi totius ecclesiæ curam a domino commissam dicat, tamen in hac cura nullum episcopum ei successorem patitur, sed nec Petrum apostolum uniuersalẽ appellari dicit, scribẽs ita Mauricio Augusto de Ioanne Constantinopolitano: Cura totius ecclesiæ & principatus Petro committitur, & tamen uniuersalis apostolus non uocatur. Et uir sanctissimus cõsacerdos meus uocari uniuersalis episcopus conatur. Exclamare compellor, o tempora, o mores. & infra: Si nomẽ illud in ecclesia sibi quisq; arripit, uniuersa ergo ecclesia (quod absit) a statu suo corruit, quando is qui appellatur uniuersalis, cadit. sed absit a cordibus Christianorum nomen istud blasphemiæ, in quo omnium sacerdotum honor adimitur, dum ab uno sibi dementer arrogatur.

Vniuersalis epũs, blasphemiæ nomen.

Ecce habes q; blasphemię nomẽ sit, uniuersalis episcopus. Quid putas de nomine summi, maximi, sanctissimi, dixisset?

Chalcedonẽsis synodus, sãctissimi nomen obtulit.

Sequitur, Certe pro beati Petri apostolorum principis honore per uenerãdã Chalcedonensem synodum, Romano pontifici oblatum est, sed nullus eorum unq; hoc singularitatis uocabulum assumpsit, nec uti cõsensit, nedum priuatũ aliquid daretur uni, honore debito priuarentur sacerdotes uniuersi.

Seruus seruorum dei.

Perspicuum est hunc Grego. qui se cũctorum sacerdotum seruum potius q; dominum uocat, & seruum seruorũ dei non credidisse solum Ro. pontificẽ Petri successorem esse: ut qui ab horreat princeps sacerdotum & episcoporum dici cum illum principem apostolorum dicat.

Lucifero comparatur ambiẽs excellentiam.

Idem in sequenti epistola ad Constantiam, eundem Ioannem Lucifero comparat, dicens, quia illum uidelicet imitatur, qui spretis sociali gaudio angelorũ legionibus,

legionibus, ad culmen conatus est singularitatis erumpere.

Idem epistola xxxvj. ad Eulogium Alexādrinum & Anastasium Antioche/nū episcopos: Sicut nouit uenerāda sanctitas uestra, per sanctam Chalcedonē/sem synodum, pontifici sedis apostolicæ (cui deo disponente deseruio) hoc uni/uersitatis nomen oblatum est, sed nullius unq̄ decessorum meorum hoc tā pro phano uocabulo uti consensit: quia uidelicet, si unus patriarcha uniuersalis di/citur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc a Christiana men/te, id sibi uelle quempiā arripere, unde fratrū suorum honorem imminuere ex quantulacunq̄ parte uideatur. Gregorius re/cusat nomen uniuersitatis.

Et infra de eodem: Vniuersa tentat sibi ascribere, & omnia quæ soli uni capiti cohærent (uidelicet Christo) per elationem pompatici sermonis eiusdem Chri/sti sibi studet subiugare.

Obsecro quid meretur, qui hodie sic loquerē? hic Grego. Ro. pontifex perse/quitur tanq̄ prophanum, quod nostri statuunt, quasi sit ius diuinum.

Et epistola. xxxviij. ad ipsummet Ioannē episcopum prædicta iterans, & co/piosius explicans, dicit: Certe Paulus Apostolus cum audiret quosdam dicere: Ego sum Pauli, ego Apollo ego uero Cephę, hāc dilacerationē corporis domi/nici, per quam membra eius alijs se capitibus quodammodo sociabant, uehemē/tissime perhorrescens exclamauit & dixit: Nunquid Paulus pro uobis crucifi/xus est? aut in Pauli nomine baptisati estis? Si ergo ille mēbra dominici corpo/ris certis extra Christum, quasi capitibus, & ipsis quidem apostolis subijci parti/culariter euitauit. Tu qd Christo uniuersalis sanctę ecclesię capiti in extremi iu/dicij es dicturus examine, qui cuncta eius membra tibimet conaris uniuersalis appellatione supponere?

Et infra: Certe Petrus Apostolus primū membrum sanctæ & uniuersalis ec/clesiæ est. Paulus, Andreas, Ioannes quid aliud q̄ singulariū sunt plebium capi/ta? & tñ sub uno capite oēs sunt membra ecclesiæ. Sed hæc satis.

Audiamus iā ipsū caput oīm, quid sup huius monarchiæ statu definierit, nā hic p̄scius futurorū, quæstionē hāc prior omniū, & dedita opera dissoluit, & tot adhuc seculis super ea certatur, quasi uerba Christi fumus sint, & inanis fabula? Christus mo/narchiam re/probauit.

Dicitur itaq̄ Lucæ. xxij. Facta est autem contentio, quis eorū uideretur esse maior, dixit aūt eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem ha/bent super eos, benefici uocantur. Vos aūt non sic, sed qui maior est uestrū, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator (Et exemplum suum subiun/git) Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Vides quod Christus aperte pronunciat esse reges gentium, non pontifices qui uolunt esse maiores, & potestatē illā mundanā (id est sine uerbo & dilectione) prorsus damnat.

Verum ego credo, quandoquidem ecclesiā necesse fuit semper agentibus op/primi, ut Ezech. iiij. d. In medio gentium posui eam. Et Psalmo. cix. Dominare in medio inimicorum tuorū. Ideo quādo desunt gētes aliæ, ut scriptura implea/tur in ecclesia, reges gentiles fieri oportuisse, & potestate dominātē super eccle/siā tyrannisare, diligendi & docendi officio ad alios translato. Capita nó/stra sunt loca gētiū nos op/primentium.

Itē Marci. x. Vbi filij Zebedęi ad potestatē aspirarūt, ut unus ad dexterā & alter ad sinistrā sederet, acceperūt sane responsum dignū, scilicet ut calicem biberent, nec tamen certi ubi sessuri essent. Hant ambitionis infirmitatem, quid mirum est in pontificibus quoq̄ Ro. fuisse quātūlibet sanctis etiam martyribus, quan/do in apostolis eam Christus pertulit? Denique cum illi duo apostoli hac ar/ Apīi ambitiō/one labora/runt.

rogantiá cæteris indignationem commouissent, & iterum orietur cõtentio de maioritate, Iesus conuocans eos, dixit eis: Scitis, quia ij qui uidentur gentibus principari, dominantur eis, & principes eorum habent potestatem eorum, non autem ita est in uobis: Sed quicunq; uoluerit fieri maior, erit uester minister. Et quicunq; uoluerit in uobis primus esse, erit omniũ seruus (iterum exemplũ sui addit) Nã & filius hominis non uenit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & animam suam daret redemptionem pro multis.

Item eiusdem. ix. Et uenerũt Capernaum, qui cum domi essent, interrogabat eos, quid in uia tractabatis? At illi tacebant: Siquidem in uia inter se disputauerant, quis eorũ maior esset. Et residens uocauit duodecim, & ait illis: Si quis uult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Et accipiens puerũ, statuit eum in medio eorum, quem cum cõplexus esset, ait illis: Quisquis unũ receperit in meo nomine, me recipit. Eadem Luc. ix. Intrauit aut cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus uidens cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis: Quicunq; susceperit puerũ istum in nomine meo, me recipit. Et quicũq; me receperit, recipit eum, qui me misit. Nam qui minor est inter uos omnes, hic maior est.

Item Matth. xviij. In illa hora accesserunt ad Iesum discipuli, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Quicunq; humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum.

Humillimus est maximus

Nunc uide, quantis uerbis, quot exemplis, quanta diligentia Christus præuenerit & prohibuerit ambitionem illam, quam tanto tumore iactant decreta & decretales, ac ita repetunt & inculcant, ac si hoc sit pascere populum Christi, qd est potestatem iactare & ambire. Vnde meo iudicio, sicut apostoli usq; ad finẽ uitæ Christi contenderunt, nec tot exemplis & uerbis Christi ab humana ista affectione temperarunt, & tamen nullum permisit obtinere primatum, donec omnes dispersi eum relinquerent. Ita in ecclesia tot iam seculis contenditur de primatu prohibito, nec auditur Christus interim tot uocib⁹ resistẽs, nec ulli obtinere permittens, donec forte & ipsi, adueniente Antichristo, dispergantur, & Christum negent. Nam apostoli primum hæc pulchre seruabant, quando lacobum minorem episcopum Hierosolymis constituerunt, & Petrus, Iacobus, ac Ioannes a se suos primatus reiecerunt. Post illos autem mox tam Christi q̃ apostolorum exemplo neglecto sine fine contẽdunt, non pro uerbo, quo plus doceant, sed quo latius mandare, ligare, soluere, & lucrari queant: sic em̃ & nos infirmitates pontificũ, nõ sine multis scandalis ferre cogimur propter Christũ.

Nunc ex historijs & rationibus.

Petrus æqualis cæteris.

Prima est ipsa Actuum apostolorũ, ubi Petrus æqualis scribitur cæteris apostolis, denicq; sui sermonis c. xv. conformationẽ a Iacobo accepit, deinde nullũ ap̃lorum ipse ordinauit, nec ullus sub ipso fuit: quõ ergo successor Petri omniũ ap̃lorũ successores sub se habere potest? Quid quæso ad hæc dici ab ullo potest?

Nullum apostolum ordinauit.

Item Mathiam nec ipse, nec omnes simul ausi sunt in apostolum ordinare, sed ex deo postularunt tantum.

Secũda Gala. ij. Antiochię Petrus a Paulo reprehẽdebatur, in quo patet Ro. pontificem subesse cuilibet melius sentienti, nec ideo uerum esse, aut bonũ, quia ipẽ sic dicit aut facit, sed rationem reddere tenetur, immo non semper potest reddere, sed cum Petro aliquando errat.

Papa sub est melius sentienti.

Tertia, Ecclesiastica historia li. v. Victor primus Roma. põtifex, Asię episcopos

posuoluit excommunicare, redargutus autem est nō a Paulo, sed ab Hyrenęo Lugduneñ. & coercitus etiam a cæteris omnibus, monitus & iussus pacē habere, & ecclesiam non conturbare, quibus sicut decuit, cessit.

Hyrenæus cōpescuit Victorem papā

Item ibidem: Anicetus quoq; cessit Polycarpo Smyrnęo episcopo, nec eum cogere potuit, in sua decreta.

Item histo. tripar. lib. iiij. Iulius primus conatus prohibere, ne citra suam autoritatem concilium cogerēt orientales episcopi, inaniter egit, quia nihil illi hoc curarunt, & acutissime ei rescripserunt.

Quarta. Romanū pontificem esse omnibus superiorem humano decreto sancitū est, nēpe Constantini quarti Grecorū imperatoris, ut scribit Platina in Benedicto. ij. nec sic tamē obseruatum episcopis alijs.

Iure humano papatus institutus.

Quinta. Nunquid Cyprianum & Augustinum, Aliosq; Aphricę episcopos confirmauit papa, qui tamen de latina ecclesia erant? Nunquid eorum concilia impediuit? aut cōciliabula fuerunt, quia sine Ro. pōtificis autoritate gesta sunt? ut in eorum libris clare habetur.

Sexta. Quādo Alexandrinum, Antiochenū, Hierosolymitanū, & alios Egypti, Arabiæ, Syriæ, Asiæ, totiusq; oriētis episcopos instituit? Hi omnes ergo hæretici fuerunt? absit.

Septima. Nec hodie sub Ro. pōtifice sunt, qui in Perside, India, Scithia, totaq; oriente sunt, an putas nullos ibi esse Christianos? & regnum Christi in Romā coactū, cuius sunt omnes fines terræ? Psal. ij. & xxj. An non sunt episcopi, quia non induunt uestes, non habent palatia, equos, aliasq; pompas Romanas? Sufficit quod uerbū dei doceant & diligant ac pascāt, quia sic nec apostolos cōfiteberis episcopos fuisse, si faciem rerum, non res ipsas cōtemplari cœperis, immo eo meliores episcopi, quo a laruis facierum remotiores, & eo minus episcopi, quo propriores.

Epī extra ditiōem Romanorū sine pallio sunt.

Meliores epī sine laruis & pallijs.

Octaua. Scribit Hiero. de illustribus uiris, Quod Achaons episcopus Cæsarieñ. discipulus Eusebij Pamphili, imperante Constantio Liberium papam deposuerit, & Felicem constituerit. Item Ioannem Chrysostomum non Romanus pontifex, sed Theophilus Alexandrinus & Epiphanius Cypri episcopi, ut in tripar. deposuerunt. Idem Epiphanius Cypri minor episcopus Ioanne Hierosolymitano episcopo, eundem excōmunicauit. & si historias consyderes, quo modo nunc imperatores papam, nunc contra papam imperatores, itē papa episcopos, & episcopi papā mutarint, statuerint, deposuerint, credas te Iliada quandā uidere. nec mirū quia Christum non audierunt ambitiones prohibentē, ideo toties colliduntur & turbantur: pœnituit communicasse cum illo, ut D. Hieronymus scribit contra eundem.

Depositi episcopi ab alio q̄ a Ro. pontifice.

Nona. Quid ad hoc dicemus? uera ne est illa sentētia, quam tota ecclesia, omnia etiam decreta, omnes doctores tenēt, esse uidelicet episcopos apostolorum successores? ut dis. xxj. c. in nouo. Si est falsa, quid iactatur tāta autoritate? Si uera, quomodo solus Rho. pōtifex est successor unius apostoli Petri, & cęteri omnes Ro. pōtificis sunt subditi? Cur nō & alij apostoli habēt successores? aut fuerunt cæteri apostoli successores unius Petri? cur cęteris apostolis auferē sua gloria & tribuitur soli Petro? Cur uon quilibet episcopi habent, quod apostoli eorū habuerunt, cū Rhom. habeat q̄d Petrus suus prædecessor habuit? Muta ergo uerbum, & dic, q̄ episcopi sunt apostolorum successores, sed unus episcopus Romanus est unius apostoli successor. Ista ratio fateor, nisi ego sim insensatior trunco, cogit & omniū obstruit os, esse episcopos oēs æquales, & sicut Ro. pontifex

Episcopi successores apostolorū mirū, q̄ solus Ro. pontif. unius Petri successor.

Per solam electionē ordinatur.

pontifex a nemine ordinatur, itaquilibet per solam electionem sicut ipse ordinari debet, iure diuino. Stat enim firma sententia, nullum apostolorum a Petro missum esse, sed omnes eadem a Christo domino æqualia accepisse in suas sortes, ergo eorū episcopi successores, æqualia habent cū Ro. pontifice, excepta prę

Habet maiorē p̄rogatiuā honoris Ro. pontifex.

rogatiua honoris seu dignitatis, sicut Paulus ad Corinthios clare scribit. Quid em̄ minus feci a magnis apostolis?

Decima. Respondes: Si Ro. pontifex præcepto dei est uicarius generalis in tota ecclesia, sequitur ineuitabiliter peccare eos, immo esse hæreticos, qui non sub

Plus. cccc. annis episcopi nō subfuerūt Ro. pontificibus.

eo fuerint. At tunc ecclesia tota primitiua, saltem usq; ad. cccc. annos cū tot martyribus & sanctis, hæretici erunt. Obsecro quid prodest tantam blasphemiā in ecclesia pro fumidę potestatis pompa statuere? denicq; etiam sanctus Petrus erit hæreticus, qui ante Ro. ecclesiam cum apostolis fuit Hierosolymis. Vincit me hæc ratio inuicta.

Hierosolyma prima eccl̄ia.

Vndecima. Si ulla ecclesia est prima, & mater omnium, non est alia nisi Hierosolymitana, ut dixi supra. Quid enim faceret Roma, si haberet hæc pro se, quæ habet illa? Nempe quod Esa. & Miche. & omnes prophetę pronunciarint de Zion exituram legem euangelij, & de Hierusalem uerbum domini. Item q̄ dn̄s ibi dedit gloriam in domo sua nouissima, ut Haggeus dicit. Quod Christus ibi pontifex, apostoli autē uelut presbyteri, quod Christus ibi oblatus, spiritum sanctum misit. Et breuiter, hinc in omnē terram exiuit uerbum dei, hinc omnes ecclesiæ. nec est ullius tam impudens frons, qui possit negare hanc esse uere matrem ecclesiarum omnium, fontem, radicem, ac matricem etiam Ro. ecclesiæ. Si ergo hæc non habet primatum, immo uix quintum ei dederunt, quanto minus Ro. habet, quę est eius discipula? Dicat aduersus hęc aliquid q̄ potest.

Nicenū concilium tribuit Papę sollicitudinē Italicarū ecclesiarum.

Duodecima. Cōcilium Nicenū, ut scribitur li. x. c. v. histo. eccle. statuit articv̄. in hunc modum. Et apud alexandriam, uel in urbe Roma, uetusta consuetudo seruetur, ut uel ille Aegypti, uel hic suburbanarum ecclesiarum sollicitudinem gerat. Respondes, hoc concilium omniū fere sacerrimum est. Et ecce, non modo non primatum & monarchiam Romano dat pontifici, sed ex uetusta consuetudine, non iure diuino, tribuit solicitudinē Italicarū & suburbanarū ecclesiarū. Atq; hæc in propositiōe mea tetigi, quādo dixi, quod contra frigidissima decreta staret decretum huius concilij.

Decretis & euāgelijs pugnātibus nō possibile obedire.

Si ergo sum hęreticus, Age, tollant primū hoc cōcilium, cui me ipsa quoq; decreta tāq; euāgelio cogūt obedire. Nō possum duobus dominis seruire contrarijs.

Ordinatio episcopi fiat a quincialibus

Tertiadecima. Idem Nicenum concilium statuit, non a Ro. Episcopo oēs episcopos ordinari, sed a prouincialibus episcopis, dicēs. Et ut si forte in ordinādo episcopo, duo uel tres pro aliqua contentione dissentiant, reliquorū autoritas, & præcipue Metropolitani cū cæteris firmior habeat. Obsecro, quid amplius facere debeo? Non satis est q̄ Rho. pontifici omnia quæ sibi arrogat, libens credo? debeo insuper, p̄bare, quod hæc decreta sint contēpta & irrita humano unius episcopi arbitrio.

Hierosolymitanus est primꝰ episcoporum.

Quartadecima. Idē Nicenū concilium, ep̄o Hierosolymitano, nō Romano tribuit honoris primatū, dicēs ibidē: Et ut ep̄o Hierosolymorū antiquitus tradita honoris p̄rogatiua seruet, manēte nihilominus, & Metrop̄olitani ipsius prouinciæ dignitate: Doce me lector, quid faciendū sit, q̄n non satis est me hodierno tempore confiteri Ro. pontificē esse primum, nisi mentiar quoq; & negem alium antiquitus fuisse primum, & tanti concilij autoritati resistam?

Ordo eccl̄iarū nō ex apostolis sumēdꝰ.

Quintadecima. Si Romana ecclesia est prima, propter primū apostolū Petrū

eadem

eadem necessitate confitebimur & Compostellanam ecclesiam esse secundam, propter apostolū secundum Iacobū, & Ephesinam tertiam, propter apostolum tertium Ioannē, & sic per ordinem apostolorū. At iste ordo nunquid seruatur? quo iure ergo solus Petrus primā facit ecclesiam, nisi humano? Cur ergo Constantinopolitana, quæ nullum habet apostolum, præfertur secundo loco Compostellanæ? Cur Alexandrina, quæ & ipsa nullum habet apostolum, præfertur Ephesinæ? Cur Antiochena sine apostolo præfertur Ediſſenæ, quæ apostolum Thomā habet? Cur Hierosolymitana his omnibus quinto loco post ponit, quę Christum, Petrum, Iacobū, Ioannem, item Iacobum columnas (ut Paulus Gala. ij. scribit) habuit & uniuersos discipulos? uides q̄ sit ulla ratio q̄ Christus studiose huius primatus ambitionem præuenit, & causas eiusdē penitus confudit.

Decimasexta. Si ad solos Petri successores pertinet uerbū Christi: Tu es Petrus. &, pasce oues, pari sequela cōcludetur, solius Ioannis successores esse filios Marię in cruce cōmē datos, solos plus cæteris dilectos, qa hūc solū in cruce allocutus matri cōmendauit: ergo ab Ephesinis episcopis accipiunt cæteri, ut sint filij ecclesiæ, & Mariæ. Petro ut pascat Ioāni qđ sit filius Mariæ, æqualiter dictū est &c.

Item soli successores Iacobi & Ioannis essent filij tonitrui, & soli successores Iacobi minoris sint fratres domini, & omnino omniū, ad quos Christus semel locutus est, successores haberēt eadem iure diuino. quo quid uanius dici potest? In terris caput ecclesiæ nullum est.

In fine dico, Me nescire an Chriana fides pati possit, q̄ ī terris aliud caput ecclesiæ uniuersalis statuit, p̄ter Christū. sunt qui Chr̄m in eccl'iam triūphantem reiciunt, & Ro. pont. militantis ecclesiæ caput constituunt, contra expressum euangeliū Matthæi ultimo: Ecce ego uobiscum sum usq; ad cōsummationem seculi. Et illud Act. ix. Saule Saule, qd me p̄sequeris? Ideo em̄ regnū fidei ecclesia uocatur, quod rex noster nō uidetur, sed credit, sicut. j. Cor. xv. dicit, Oportet illum regnare, donec ponat inimicos suos scabellum pedum suorū, & tunc tradet regnum deo & patri. At hi regnū rerū præsentiū faciunt, dum uisibile caput erigunt. Nam & mortuo pontifice ecclesia nō est sine capite, cur ergo uiuo pōtifice Christus nō pro capite solus habetur? An uiuo pontifici cedit & mortuo succedit, uelut quidam alternus pontifex? Si autem & uiuo pontifice caput est, ut quid duo capita in ecclesia statuimus? Duo capita ī ecclesia non statuenda.

Cōcludo. Omnis sacerdos in articulo mortis & necessitatis est episcopus, est papa, habens plenissimam plenitudinem potestatis super confitentem, ut tenet sententia communis totius ecclesiæ, & ex B. Cypriani epistolis euidenter conuincitur: ergo nec Papa est episcopis, nec episcopus est superior presbyteris, iure diuino: tenet consequentia, quia ius diuinum est immutabile, tam in uita q̄ in morte. Sacerdos ī articulo mortis æquatur Ro. pontifici.

FINIS.

CONTRA MALIGNVM
IOANNIS ECCII IVDICIVM, SVPER ALIquot articulis, a fratribus quibusdam ei suppositis, Martini Lutherij defensio.

F. MARTINVS LVTHERIVS bono lectori S.

LEGIMVS in euangelio, Iudęos, quando Christum perdere quærebant, nec haberent in quo accusarent, uerba eiꝰ captasse, atq; deprauasse, & crimina aduersus eum menda cijs suis composuisse, quale est, cum reddēda quæ sunt cæsaris cæsari, docuisset, quod homicidæ illi in aliam partem rapientes criminati sunt, eum prohibuisse tributa dari cæsari. Ita cum illos templum suum soluturos prædiceret in signum, illi templum dei ab eo soluēdum, & in triduo reædificandum interpretantes, tanq; blasphemum accusarunt. In tales & ego, mi lector, nouos quosdam sanctos nuper impegi, qui eadem inuidia languentes, cū Christi uerbis p̄ me expositis resistere non possent, cœperunt mēdosos aliquot articulos effingere, mihiq; adscribere, ut ipsos ueros damnarent. Et ut totam no scas fabulam, sunt nobis finitimi quidam fratres, qui cum auditoribus meis ad se uocatis, familiter congressi, priuato colloquio super doctrina mea contenderunt (nam ut sunt homines de deo penitus desperantes, fame se perituros timēt nisi populum suis nænijs ac fabulis, uel a se, uel suæ farinæ fratribus excogitatis sibi conciliarēt) Quos cū neq; conuincere, neq; eorū doctrinæ resistere possent, collegerunt articulos, quos ex eo colloquio male apprehenderant, sparserunt eos ubi poterant, obtulerūt sub meo nomine magnatibus, ac iam uulgo quoq; me traduxerunt. Ego qui eorum ruditatem miseratus, hæc floccifeci, sciēs q̄ nō modo citra, sed cōtra quoq; uoluntatē suorum, tum maiorum, tum omniū qui eiusdem professionis sunt, id tentarunt. Scripsi tamen eisdem, primum beneuole monens, ut sibi temperarent, ne forte incendium nouum contra seipsos conflarent. Aut si fiderent suo ingenio & scientiæ proximam sibi Vuittenbergam uenirent, disputaturi, ac confutaturi errores meos. simul addidi, qui essent falsi, & qua ratione quiq; intelligendi. At fratres non hoc quærentes quo ueritatem agnoscerent, sed quomodo me detractionibus & calumnijs opprimerent, speraverunt fore, ut Ecciana autoritate, ex mendacijs ueritatem facerent, & quod male ac temere tentarant, illius nomine publice ornarēt. Eccius uero occasionē aduersus me insaniendi libentissime pro modestia sua amplexus, informatiōes effutiuit super eosdem, uelut gaudens ac gratulans, quod me proscindere in tergum, neq; monitum, ne cognitum liceret. Huc enim maligna eius inuidia ab initio nominis mei semper spectauit. Similem nāq; ludum, & in uirulentis obliscis suis iā antea in me luserat, quem ego iam diu benenoꝭētissime nisi ei ignouissem, talē forte orbis Eccium spectaret, ut Syluester meus eius comparatione & doctissimus & speciosissimus haberetur. Nam mihi non est difficile, Eccium Eccianamq; scientiam suis pingere coloribus, qui norim hominem intus & in cute

Vitiant Lutherio uerba sicut Iudæi Christo.

Ex auditoribus Luther ij captarunt articulos.

Rñdit amice

Ecciana autoritas.

Eccius Sylue strū stolidissimū prope cō mendat.

cute, qui ut lupus ad philomenam dixit, uox est, ac præterea nihil. Ego uero & si indignior sum, q̄ ut his Christi domini mei tentationibus conformer, qui infernа millies merui, tamen q̄n sic placitum est in oculis misericordiæ dei, non abiiciam gratiam eius, & cū inuidia inuidisq̄ ac maleuolis calumniatoribus libenter negocium habebo, nō minore fiducia ueritatem cōtra mendacia defensurus, q̄ illi præsumpserunt mēdacia contra ueritatē producere. Eccius ē uox, p̄terea nihil.

Quare te lector charissime rogo, in hac re nec mihi, nec Eccio, nec fratribus illis faueas, sed puræ & simplici ueritati, purūm & a studijs partium alienū animum aduerte, solumq̄ id specta, non q̄ multa illi uel ego adduxerimus, sed q̄ apte q̄ proprie uel ad sacrā scripturam, uel ad iustam rationis opinionē, quod a te hoc nomine q̄ enixe peto, quod mei moris sit, non adeo multa, sed eadem proprie, & quantū fieri potest, apte ad rem adducere. Eccij contra, unicus scopus sit, q̄ plurima, eademq̄ tum peregrina, tum pugnātia producere, solum ut multa saliua coacta, multū spumat, nulla prorsus ratiōe habita, unde, qua, quid aut quo ualeat quod loquit̄. Neq̄ em̄ mihi in istis sophistis aliud æque displicet, q̄ quod dedita opera a uerbis sacræ scripturæ fugiunt. Quorum unus mos est dicere, sancti sic dixerunt, nunquid tu maior es patre nostro Abraham? Tu uero lector, illud Augustini utrinq̄ adhibeto fidelissimum documentum, quo dicit: Ego solis eis libris, qui Canonici appellantur, hunc honorem deferre didici, ut nullum scriptorem eorum errasse firmissime credam: cæteros uero quātalibet sanctitate doctrinaq̄ præpolleant, ita lego, ut nō ideo uerū existimem, quia ipsi sic senserunt, sed si canonicorum librorū autoritate, uel probabili ratione mihi persuadere potuerunt. hoc est, quod B. Paulus quoq̄ dicit: Omnia p̄bate, quod bonū est tenete. Has sancti spiritus regulas Eccius meus semper & egregie cōtempsit, uerba textus in sacris literis prorsus pro fabulis habēs. Quo fit, ut neq̄ scripturas ipsas, neq̄ patrum, quos iactat sententias recte possit aut intelligere, aut aptare, & hac temeritate impleat illud Pauli. j. Timo. j. uolētes esse legis doctores, cū ignorent neq̄ quid loquātur, neq̄ de quibus affirment. Quæ omnia an uere de Eccio dixerim, iam ecce tu ipse lector clare uidebis. Cęterum q̄ in Eccium mihi inuehendi digna esset occasio, quia pactū quod tanto tumultu nobis Lipsiæ extorsit, ipse primus hoc maledicæ scriptionis genere sine causa rupit: interim dissimulabo, contentus q̄ fœdifrago & maledico calūniatori coactus sum respondere, gaudensq̄ q̄ non mihi, sed suæ temeritati imputare cogitur, pacti læsa iura. Vale optime lector. Nō q̄ multa, sed q̄ apte dicantur obseruandum. Plurima, sed impertinētia cogit Eccius Scripta hoīm cū iudicio legenda. Eccius prior pactū Lipsiæ rupit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Nihil tenet de concilijs generalibus, quia non representant uniuersalem ecclesiam.

Hunc non esse meū, credo, intelligit, quicūq̄ resolutiones meas & dialogū contra Syluestrum legerit, quando id unice deploro ac gemo, nos dignos non esse, ut uideamus legitimum concilium. Vt taceam, quod ipsa fraternalis latinitas, a tropo meæ locutionis abhorrens, satis indicat, inuidiæ commentū esse. Sed Eccius, si boni uiri uoluisset officio fungi, fratres cōpescere debuit, aut fratrum Mercurios, & sententiā meam (quā utiq̄ nouerat) ostendere. Nunc uero ut ostendat se gaudere alienis malis, addit super dolorem uulnerum, & uirulenta mendacia fratrum confirmat, eo ipso quo non compescit, præsertim non audita parte altera. Certus enim sum, hoc nolle ipsum a me sibi fieri, quod ipse fecit mihi. Neq̄ patiar eum se expurgare, quod meam personam nō designatam Cōcilia legitima probat Lutherius.

Gloria Eccio inuidã iurit.

a se forte dicet. Non enim alio studio nomen meum his suis laruis ineptissimis interseruisse credi potest, q̃ ut hæc monstra mihi inureret, tãtus est homini ex maledicta gloria inuidiæ morbus.

Credo autem auditores meos forte dixisse: Concilium generale sæpius errasse, & errare posse, tum q̃ rara sunt concilia illa legitime generalia, quale Nicenum fuit: hoc enim dicentes, uerissime dixerunt. At illi pro rusticitate sua, ex particulari mox intulerunt uniuersalẽ, Omne uidelicet concilium reprobatũ assumentes. Hoc autem eo facilius credo, q̃ multa similia mihi ab eisdem impacta sunt, nam cum docerem opera quædam bona male fieri, mox criminati sunt, quod omnia opera bona negarim. Et cum sanctos inuocari pro pecunia & re temporali, parum Christianum esse docuissem, statim inuidia magistra iactauerunt, me cum Pighardis negare sanctorũ culturã. Adeo his Eccianis theologis placet error, & populi Christiani seductio, ut eos pro uentre suo, nõ pudeat, etiam apertæ ueritati resistere. Ita concilium quodlibet negari a me mẽtiuntur, ubi aliquod unum uel erasse, uel errare posse dixi, digni plane discipuli Eccio magistro.

SECVNDVS ARTICVLVS.

Papam negauit uicarium Christi.
Petrum negauit principem apostolorum.

Hic uide, quæso te lector, an Eccium meum debeas theologũ, an sophistã existimare. Primũ fraternalis inuidia articulos non integre posuit, omittẽs hanc partẽ (iure diuino) nam si hanc addas, catholici sunt articuli. Sed Eccij uideamus inæstimabilem, & uere Eccianam eruditionem.

Iure di. papa nõ est uicari⁹ Christi.

Assumens enim articulos confutandos, iure diuino, multã sane euomit probationũ crapulam, autoritates scripturæ & patrũ sic tractans, ut appareat a cõuiuio & a calicibus hanc crapulã ab eo eructatam.

Probationes Eccianæ ridiculæ pro primatu Pontif.

Primo probat ex promissione Petro facta, Matth. xvj. Tu es Petrus, & super hanc Petrã ædificabo &c. hæc est iuxta Eccium, Tu es uicarius Christi, & apostolorũ princeps. Iste est enim modus scripturæ interpretandæ apud Ecciũ. Nec enim aliter decet eũ, qui grammaticã insigni fastidio contemnens, grammatistas & puluerulentæ scholæ magistros appellat, qui suas lamias in sacris literis nõ adorãt. Seduideam⁹ sophistæ impias uerborũ Christi deprauatiões.

Vnus est sensus scripturæ uni⁹ loci principalis.

Principio, hoc uerbũ Christi, Tu es Petrus &c. oportet quod habeat unum primum, principalem, & proprium sensum, in quo Christus ipsum protulit. Hic autem uel est iste, quod p. petram intelligitur Christus ipse, uel apostolus Petrus, uterq̃ principalis esse nõ potest, quia ex duobus sensibus nihil probari potest. Si utrunq̃ Eccius confitetur, iam prorsus nihil probat, quia qua facilitate ipse per petram Petrum, eadem ego Christum accipiam. Immo, non licet, nisi bono moderamine, quod infra dicã, uerbũ scripturæ de Christo dictũ, alteri tribuere. Si autem alterũ tantũ sequitur, scilicet, q̃ petra sit Petrus, nec simul permittit aliũ quoq̃ ualere, iã impius deprauator est Eccius, quod demõstro.

Petrus nusq̃ petra dicitur

Primo, q̃ nusq̃ in sacris literis Petrus petra dicitur, sed Christus, ut. j. Corin. x. Petra autem erat Christus. Et Matth. vij. Cõparabitur uiro sapienti, qui ædificauit domũ suã supꝑ petrã. Et infra: Fundata em̃ erat supꝑ petrã. Adducat ergo Eccius etiam uel unũ locũ scripturæ, ubi Petrus dicatur petra. Plus mihi ualet unus locus scripturæ, q̃ omnes doctores per Eccium adducti, quãq̃ nec ipsos recte adduxit, ut uidebimus.

Secundo,

Secundo, etiam in præsenti loco Christus manifeste distinguit Petrum a petra. Nam si uellet per petram intelligi Petrũ, dixisset: Tu es petrus, & super te ædificabo ecclesiam meã. At cum repetit petram, manifeste indicat, aliud esse Petrum, & aliud petram, quã per pronomen hanc secernit a Petro, demonstrat & exprimit. Et sic ex textu præsenti facile prohibebo, ne Eccius possit ostendere Petrum esse petram. Sed & textum ipse pessime sibi conscius, ob hoc maxime fugit, quod sentit eum contra se stare, nec posse quicq̃ ab eo promoueri per ipsum, ideo ad doctores fugit.

Petrus pars ædificij ecclesiæ, nõ fundamentũ est.

Tertio, quæro an Petrus sit pars ecclesiæ, si est pars ecclesiæ, ergo nõ potest esse petra in hoc loco, quia Christus dicit, super hanc petram ædificabo ecclesiam meã. Quare Petrus, cum ecclesia ædificatur sup̃ petram, & nõ est petra ipsa nisi Ecciano interpretandi more, idem sup̃ seipsum ædificari garrias. Vides ne quid sit relictis uerbis scripturæ, patrum dicta sine iudicio legere? Aut ergo Petrus non est petra, super quã ecclesia ædificatur, aut non est pars ecclesiæ, quæ ædificatur sup̃ petram.

Ædificari est incorporari Christo per fidem.

Quarto, uerbum ædificari, uerbũ spiritus est, significans p̃ fidem incorporari, & crescere in Christo: ideo non sine prauitate cogi potest ad potestatẽ regendæ ecclesiæ, quæ sine fide geri potest. Nam potest tam Papa q̃ subditus malus esse. Quare prorsus nihil ad rem pertinet tota ista autoritas, quæ nihil de primatu, aut potestate regiminis (quæ sine fide haberi possunt) sed de fide in Christũ solum sonat. Sicut & Matth. vij. Fundata em̃ erat supra petram. ubi loquit̃ de persecutionibus, sed constat q̃ potestas regiminis, qua fundat Eccius ecclesiã, nihil potest in p̃secutionibus (cũ & ipsa patiatur) sed fundatio fidei in spiritu super Christũ seruat. Ita. j. Petri. ij. docet Petrus, ut sup̃ Christum ædificemur domus spiritualis. Expostulo ergo ab Eccio, ut mihi unum etiã locum ostendat scripturæ, ubi ædificare significet suum somniũ de regimine: quod ubi non fecerit, nihil est, quod patrum dicta sine textu, sine iudicio profert. Non em̃ licet claro textui contradicere per quorũcunq̃ autoritatem. Sed & illam sequelam qua dialectica didicerit uellem scire, Ecclesia ædificatur sup̃ aliquid (ut Petrũ) ergo illud est uicarius Christi, & princeps apostolorũ. Ergo, si supra fidem ædificabitur (sicut uerũ est) fides est uicarius Christi, at hũc uicarium quis uidebit? Non ergo Petro hic regimen promissum est, ut deprauator cæcus errat, sed ecclesiæ constructio, in spiritu fidei descripta, in cuius Petrus persona confitetur petram, & claues accipit, ut unanimiter dicunt sancti patres.

Ædificare nõ significat regere.

Iam secundo probat, Petrum esse iure diuino uicarium Christi, æque digno Ecciana sapientia argumẽto, uidelicet ex nominatione, quia primus nominatur inter apostolos Matth. x. Putas ne anxium istum sophistam uehemẽter gauisurum fuisse, si potuisset inuenire, Petrum fuisse primo ad apostolatũ uocatum? Nam qua gloria Eccius ex nominationis ordine, Petro primatum tribuit, eadem alius ipsum Andreæ tribuet ex uocationis ordine, cum sit prior Petro in uocatione, præsertim cum ad hoc autoritas sit Pauli apostoli, qui ideo antecessores & magnos apostolos uocat, quia ante se fuissent uocati. Surgat itaq̃ Andreæ aliquis tutor sicut Eccius Petri, & nominationi Petrinæ obtendat uocationẽ Andreæ, & uidebis apparere Andream esse primũ.

Doleo Theologiæ titulos in hæc ridicula cõmenta & aniles nugas descendere, quasi ideo aliquis sit potestate superior, quia nominatur prior, cũ sic quãlibet rem mũdi oporteat esse altera maiorẽ, quia potest primo noiari. Nõne inter cardinales, episcopus, immo ut in scriptura maneamus, Ruben prior est in-

ter patriarchas nominatus? & tamen non iure diuino eorum fuit maior. Et Stephanus prior nominatur inter diaconos, ergo iure diuino rector eorum. Et Lucas ante Ioannem in euāgelijs, Marcus ante Lucā nominatur, ergo rector eiusdem. Sed & Iacobus post Petrum ante Ioannē nominatur, ergo Iacob⁹ rector erit Ioānis iure diuino. Et ultimus apl'orū a penultimo regetur, quia quæ ratio primi ad secundū, eadem erit secnudi ad tertiū. Tum uide cahos magnū quæstionis, Petrus, Iacobus, Ioannes suo ordine nominantur frequentissime. At Matth. x. Andreas locum secundum habet, Philippus tertiū, Bartholomæus quartum. Sed piget pudetq; me tam insulsæ dialecticæ Eccij, ex ordinis primitate potestatem regiminis inferentis. Quid tum dicet ad Paulum, Gala. ij. qui Petrum postponit Iacobo minori, episcopo Hierolymitano? ergo Iacob⁹ ex nominatione erit rector. tenet consequentia ab authoritate Eccij, per nouā dialecticā. Sed & Ioan. xx. Andreas primus & nominat & uocat ante Petrū. Itaq; uides q̄ soleat Eccius ludere in sacris literis, q̄duis ibi aliud q̄ ueritatem quærens. Tertio probat Eccius egregius, eundē primatū ex solutione tributi, Matth. xvij. Nisi esset sibi de errore & defectu ueritatis cōscius, putas ne tā anxie, tā ridicule quæreret suffragia? quantis eget mendaciū, ut uerū uideat? Ista sane anxietas satis magnū argumentū est, se, teste conscientia, suscepisse mendacij patrociniū. Non eget ueritas simplicissima & aperta tam extortis ac uiolentis suffragijs, seipsa sibi satis est. Ad rem.

Gratias Eccio, quod Petrum solū æquatum Christo dicit in tributo dato, nā nūc discimus Petrū Christo æqualē, cuius prius didicimus esse inferiorē & uicariū: ita in arbitrio est Eccij, ex Petro facere, quodcūq; uisum est.

Obsecro, cur nō uidit, aut oblitus est, q̄ æqualitas passionis, æqualitas miraculorū, æqualitas uerbi, & multa alia, Petrū nō fecit principē, quarū quælibet multo maior est, q̄ æqualitas tributi dati? sed & oēs homines æquales sunt in humanitate, quæ est omniū summa & admiranda æqualitas, ex qua omnis dignitas hominibus, & tamē nulli ex hac sequitur primatus regiminis.

Quid uero si æqualitas ista census indicet minoritatē Petri, ut quia apostoli alij liberi a censu fuerunt, & ut textus indicat, quod censum dare sit non filiorū regis, sed seruorū & inferiorum: ideo Christus cum Petro se subiecit inferioribus, quod alijs apostolis non præcepit: sed & apostoli cum idem argumentum conciperent, quod Eccius, suspicantes, Petrum ob id primū fore, cœperūt quærere, quis esset maior. acceperunt autē solutionem argumenti eiusdem p interemptionē, sequenti capitulo prohibiti, ne quis maior inter eos esse cuperet. Apostoli autem solutionē quidē acceperunt, sed Eccius forte maior apostolis, & etiam Christo, inconclusibilis, non est contentus solutione Christi, adhuc uersat quæstionem, & determinat partem cōtrariam Christo, laudabili more scholasticorum. Et inuenit cū suis mēdacibus sophistis nouum genus illusionis (distinctionis u olui dicere) sacræ scripturæ, dicens: Non maioritatem ibi, phibitam, sed ambitionem. Cum eadē ratione dicendum sit, nō seruitutem sed cupiditatē seruitutis præceptam, quando dicit Christus: Qui uult maior esse, sit uester seruus. Iste enim est mos impiorum istorum deprauatorum. Itaq; autore Eccio, non est necessarium ut seruiamus inuicem, sed sufficit, ut cupiamus seruire, sicut opus est non ambire maioritatem, est tamē maioritas adeunda. Sed facessant laruæ lamiarū, & nocturni Eccij lemures. Christus occasionē ambitionis amputauit, tollens maioritatē, & præbet occasionē humilitatis, imponens seruitutē. Ille ergo maior est in ecclesia, nō q̄ multa ditione dominat,

sed

sed qui multa humilitate seruit. Iste est sensus purus euangelij, si uenena Eccia na excluseris. Cuius ingenium est Abimelech imitari, & cælis de saltu çelmon ramis ignem facere, seu ut Esa. xliij. de ligno scripturæ sibi idolum facere, dum unum locum apprehendit, precedentia & sequentia penitus contenens. Quis uero non rideat, si dominus & seruus aliquo casu simul capiantur, simul soluāt censum æqualiter, statim hunc seruū cæteris omnibus seruis dominū fieri hoc ipso casu? Sed ista mēdicitas suffragiorū indicat Eccianā causam esse pessimā.

Quarto probat eundem primatū ex confirmatione ei commissa & indefecti bili fide. Lucæ. xxij. Rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquādo cō/uersus, confirma fratres tuos. Nec opus est ut Eccius uerba ista pōderet quid uelint, sed iuxta suam dialecticam inferat quodcūq; uoluerit, quia ad necessari um sequitur quodlibet. Quare & hic syllogiçat, Cōfirma fratres tuos, ergo Pe trus est omnium princeps. prima pars est necessaria, quare & quodlibet sequi/tur, noua (ut dixi) dialectica. Noua Eccij dialectica.

Obsecro, quid hoc ad primatum Romanæ ecclesiæ, quod Petri fides non sit defectura? An fides & potestas regiminis sunt idem apud Eccium? ergo quicū q; habens fidem Petri, sunt principes & uicarij Christi. habent autem omnes fi dem Petri, quia omnes credunt quod Petrus, sicut Paulus Ephe. iiij. dicit, Vna fides &c. Non enim de fide Petri personali locutus est Christus, quia hæc ceci dit, sed de fide ecclesiæ, quam Petrus tenebat, nam & ego Petri fidem habeo, & ut. ij. Cor. iiij. habentes eundem spiritum fidei. Hæc inquā fides nec cadit, nec deficit unq;, quia in Petro deficiens, orta est in latrone. Habere fidē Petri, & po/testatem regi minis, nō sūt idem.

Iam confirmare accipitur dupliciter (ut & ego distinguā) Vno modo, ut cō/firmationem potestatis significet, qua hodie episcopi facta & uerba confirmā/tur, hoc modo Ecciana larua accipit hoc loco. Alio modo pro exhortari & con solari tribulatos & afflictos, ita hic Christus accipit, quod ex uerbo Christi li/quet, Et tu aliquando conuersus &c. ut scilicet lapsos corroboraret uerbo. Hic patet q; nulla potestas traditur, sed officium fraternum, & charitatis cōmenda tur, quod nemo illorum quærit, qui primatū regiminis quærunt, quod sine pri matu ipsum impleri potest tam ad inferiores q; superiores & æquales. Ergo ge nerali sententia nos omnes in uno Petro docemur exhortari infirmos, & con/solari lapsos. Petro cōmi/titur officiū fraternū, nec ulla potesta.

Sed age, retorqueamus in ipsum autorem ineptas suas nugas. Si per uerbū confirmare datur primatus Petro, iam nullus est successor Petri, nisi confirmet fratres suos, ipse primo conuersus & indefectibilē fidem habens. Aut ergo ne/cessaria erit Papæ fides, & exhortandi officium, aut his uerbis prorsus nihil po test gaudere, nec successor Petri haberi. Et ubi tūc erunt pontifices, qui iā mul/tis annis non confirmauerunt, sed fide & uerbo inanes, solum fulminibus cō/fregerunt substantias fratrum, bellis, dolis, censuris, pluscq; tyranni cōsumpse/runt? Hos necesse est, Eccius fateatur non fuisse successores, quare nec ponti/fices. Ita fit, ut iusto dei iudicio excæcentur Eccius & sui discipuli, dum diuinas literas de spiritu fidei & officio loquentes, trahunt ad dignitatis pompā, laban tur in pestilentissimos Donatistarū & Pighardorum errores, ut si non uolunt negare uerba Christi, cogantur affirmare malos pontifices non fuisse pontifi/ces, nec successores Petri. Arrigat ergo aures grammaticæ contēptor. Hic Chri stus apertis uerbis, Petro non nisi conuerso, non nisi indefectibili fide creden/ti imponit, nō dignitatem, sed officium confirmandi. An noua Eccij grāmati/ca docendi sumus, fidē non deficientē significare potestatē regiminis? Quare Pōtifices nō cōfirmāt, sed fulmināt, frā/gunt substan tias fratrum. Fides indefi/ciēs nō signi/ficat potesta/tē regiminis.

Otiosus dignitatis primatus sic cõfirmatur.

successor Petri non erit, nisi cõuersus fideq; præstans cõfirmet lapsos. At quis hominũ ab his oneribus nõ fugiat? Alijs ergo uerbis iste otiosus dignitatis ac potestatis primatus statuendus est, hæc uerba fidem & officium Petri expostulant: quod si Petri & successoris, aut nihil ad eum pertinẽt. At quis nos certos faciet, quisnam conuersus fide præstet? Relinquitur ergo, his uerbis generalẽ omnibus tradi doctrinam, nihil Petro externi principatus conferri. Quare textus est quærendus, qui non de fide aut cõuersione prælatorum, sed de sola potestate loquatur, quæ sine fide esse possit, qualis est illa Rhomano. xiij. Omnis potestas a deo &c.

Tributũ solutũ a Christo & Petro, nõ probat primatum.

Similiter dicemus de tributo, quod Petri successor non sit, nisi qui æqualiter Christo & Petro, soluerit imperatori & principib⁹ mundi tributa: ubi ergo manent ecclesiarum priuilegia? Vides ne quantũ impiæ Eccij glossæ aperiant foramen laicis principatibus? Nam si tributi æqualitas probat primatũ in Petro debet etiam eundem probare in suo successore, ne sit Christo inæqualis, & Petro dissimilis. Qua sapientia Eccij, quid aliud discimus, q̃ omnes põtifices fuisse impios & hæreticos, qui statuerunt de rebus ecclesiæ non alienandis, censu, tributo, uectigali, liberis? Denicq; funditus hæc Ecciana sentẽtia subruit ius Canonicum.

Priuilegia Ro. põtificis pugnat Eccius.

Aut confitebitur Rho. pontifices Petro inæquales, & per hoc non Petri, nec Christi, sed aliorum potius apostolorũ esse successores, qui nõ soluerunt. Ita fit, ut quandoquidem tributi pensio honoris & dignitatis fuisse in Christo & Petro asseritur, successio Petri stare non possit, nisi clerici omnes subijciantur potestatibus temporalibus, maxime Ro. pontifex, quem præcæteris cõuenit æquali honore & dignitate cum Petro fulgere, hoc est, omnium maxime subesse in temporalibus pensionibus. O Eccium tutorem Rho. ecclesiæ, quo clamore me persequeretur, si hoc cahos malorum fuissem adortus cõtra priuilegia Rho. ecclesiæ? Adeste ergo principes terræ, utimini iure uestro, euangelium uobis, autore Eccio, tribuit, ut põtifices, Petri successores esse nõ possint, nisi uobis pendeant tributa. Immo auxilio uestro cooperemini, augere dignitatem & honorem illorũ, id est, ut plus q̃ cæteri Christo & Petro æquales sint, plus pendant omnibus alijs.

Eccius, Vuicleff & Huss articulos cõfirmat, eos impugnando.

Sed huc rotari debet, qui spiritus sancti uerba in suas nugas molitur transformare. Vides iam hac ratione Eccium omnes articulos Vuicleff & Huss, omnium Boemorum asseruisse, defendisse, decreta oĩesq; decretales euacuasse, cõcilium Cõstantien. articulorum damnatorum caput damnasse, & mirabili circulo id lusisse, ut dum pro ecclesia contra Boemos pugnat, uelut insanus contra ecclesiam pro Boemis triumphat.

Verba Petro dicta nemini aptãtur, nisi qui sit similis Petro.

Tertio & illud, Tu es Petrus &c. quando uerba Christi sunt aperta, non cuilibet, sed beato Simoni Bariona, qui reuelãte patre Christũ cognouerat, & cõfessus fuerat, dictum est, Tu es Petrus, tibi dabo. Nõ permittã hoc Eccio meo, ut hoc uerbũ ulli alteri aptet, q̃ ei qui similis sit Petro, habens Christi reuelationẽ, & spiritũ sanctũ. Nam talẽ successorẽ Petri hæc uerba quærunt, nec quicquã faciunt ad successorem sine fide Petri, qui alijs q̃ istis uerbis statui debet. Quare iterũ Eccius Donatista & Pighardus cogit dicere, malos põtifices nõ esse pontifices, aut hũc textũ ad malos non ꝓtinere, sed tm̃ ad bonos: at bonos certos nemo nouit. Quare in ꝑsona ecclesiæ ipsa per Petrũ dicta oportet intelligi.

Res media primatus.

Nec habet Eccius quod his obtendat, nisi forte maiores insanias. Cũ em̃ primatus papæ sit res neutra, potẽs administrari, tũ a bonis, tũ a malis, textꝰ aũt hic nõ de re neutra, sed necessaria, s. de fide loquit̃, deinde primatus res tẽporalis &

lis & externa, fides res spūalis & interna, clarū puto cuiuis, ꝙ apte Ecciana temeritas hæc uerba de primatu exponat. Sed & ipse sentiens Chrysosto. sibi contrariū, addit ꝙ Petrus pro apostolis responderit, tamen os & uertex aplorū dicitur. Hoc enim uolui, ꝙ Petrus sit os apostolorū, & ꝙ apostolis respondet, quod & Hiero. hoc loco dicit: ergo non in pſona sua, sed omniū loquitur. An non Eccius delyrat, quod hæc pro pſona Petri inducit cōtra me, quæ ipsemet fatet pro me, in persona apostolorū cum Petro fuisse gesta? sed (ut dixi) Eccio nō fuit cura ꝙ bene, sed ꝙ multa diceret, nec rarum illi est, simul pro se & contra se dicere.

Petrus os aplorū, ꝙ ostibus rndet.

Eccius delyrat.

Quinto, probat ex Bern. quod Ioan. ultimo, per mare totus mūdus significatur, subijciendus Petro, qui in mari ambulauit. Quid audio? mare significat mundū, & Petrus super mare ambulat, ergo est princeps apostolorū & uicari⁹ Christi: immo, quo sit huius dialecticæ nouæ festiuior consequētia, Petrus ambulat super mare, ergo successor Petri est dominus mundi.

Eccius ex ambulatiōe sup mare, primatū fingit.

Primū, docendus est Eccius per Augustinū, ꝙ figura nihil probat. Quare si ue mare significet mundū, siue cœlum, oportet mūdi uocabulum expresse poni ad literā, & ibi ostendere Petrū ambulare sup mundū, nisi forte grāmaticorum contēptor pro arbitrio suo quodlibet per quodlibet intelligere doceat.

Figura nihil ꝙ probat.

Secundo, esto mare mundū significet, uide dialecticū insignē, Petrus ambulat super mundū, ergo est princeps apostolorū. Ex quo sequit, ꝙ apostoli sunt mare & mundus, quia Petrus super eos ambulat, id est, prælatus est eis. sic Eccius. Si autē apli sunt mare & mūdus, Petrus quid est? nondū quæso frons meretricis pudescit a tam insulsis delyrijs suis?

Tertio, quid si uerius, per mundū significant uitiosi affectus, quibus inquietamur uelut mare? At hos affectus, hunc mundū, hoc mare, cum quilibet Christianus calcet, & suspenso fidei gradu supambulet ad Christū, in littore gloriæ stantē: Sequetur, quēlibet Christianū esse papam. Et Eccius iterū Donatizabit ac Pighardizabit, papam nō esse, qui mare nō calcat, id est, affectibus mundanis nō imperat, quia Petrū non refert, nec sequitur.

Mūdus uitiosos affectus, nō aplos significat.

Quod si mare conculcare sit aliud nihil, ꝙ sup homines dominari, sine effectuum suorū imperio, tantum externa pompa fulgere: Quid prohibet etiam Imperatorē temporalē, esse Petri successorē, cum & ipse super mare hoc ambulet potestate dominante? sic Eccij temeritas, quæ ad scripturas perdendas nata uidetur, audet.

Sexto probat ex cōmissis ouibus Ioan. ultimo, ubi papā constitutū dicit a domino, secundū Chrysosto. & Grego. Hoc est, secundum lemures & somnia Eccij, cū nec nomen papæ in Chrysosto. & Grego. facile inuenias. Sed uideamus, hæc enim ultima est Eccij autoritas ex sacris literis perdita (producta uolui dicere.) Est enim dialectica eius, hæc Christus dixit ad Petrū, Pasce oues meas, ergo Petr⁹ est princeps aplorū, & uicari⁹ Christi. Hæc em̄ enthymemata apud Eccium, uel demōstrationib⁹ sunt potiora. Syluestrū & Syluestrinos rudes passus sum, sed eruditos eos reddit Eccius excellentissima ruditate sua. Dico ergo, pascere oues, significat aliquando id quod dominari, præesse, regere secure in ocio, & oues nihil curare, & sic Eccius grāmaticæ nouæ magister accipit. Ita nullus est, qui non oportet pascere omnes oues Christi, sicut uidemus in Romana curia ad hoc miris artibus contēdi. Aliquādo, immo sæpi⁹ significat uerbū dei docere, orare, ꝙ ouib⁹, exēplo bono pēsse, etiā aīam suā ponere, ꝙ eis, totūq; se impēdere, ut oues bene habeāt, hoc modo, nullus est hodie, q nō in plurimā

Pascere oues significat Eccio, in ocio dominari.

Quid sit pascere. Homicidæ Romani uerū primatū sup animam nolunt suscipere.

partem ſollicitudinis, immo totã ſollicitudinẽ uelit uocari ꝙ plurimos, & totũ primatũ hoc modo libenter cedere, pro hoc primatu nemo certat, nemo ad hũc aſpirat, quẽ oẽs libẽter admittimus cuicũq;, & non inuenimus, qui admiſſionẽ noſtrã curet. Qui contra hunc ſcriberet, bene tutus eſſet a cenſuris ac homicidis iſtis Rhomanis adulatoribus, imo nec tantũ poſſumus, ut huius primatus cõmiſſionẽ, uel ſuper tres animas dignẽtur acceptare. Cur ergo nos perſequũtur? Aſſerimus primatũ, optamus, petimusq;, ut Rho. pontifex paſcat omnes oues. tantũ abeſt ut nos uel unguem latum hanc poteſtatẽ ei imminuere uelimus, ut unice ploremus, quod ne unguem quidem latum ipſi dignantur eam acceptare.

Eccius depraua uerba ſcripturæ, aut eſt pighardiſta.

Quare iterũ Eccius deprauat uerba dei, aut ſi integra relinquit, Donatiſtarum hæreſim reuocat, ſtatuens pontificẽ nõ paſcentẽ, non eſſe pontificẽ: quia hæc uerba Chriſti incorrupte ſeruata, officiũ imponũt (ſane omniũ maximũ & periculoſiſſimũ, ſcilicet uerbi docendi & moriendi pro animabus) aut nihil ad pontificẽ faciunt. Iam enim erat Petrus quod erat, apoſtolus ſcilicet & primus quando audiuit officium paſcendi ſibi impoſitum.

Petro tradita oĩa regna mundi, exponitur.

Addit tandem Eccius coronidem his dictis, dicens, ſic ſancta mater eccleſia canit: Tu es paſtor ouium, princeps apoſtolorũ, tibi tradidit dñs omnia regna mundi. Primã particulã, ſcilicet, Tu es paſtor ouiũ, Eccius ſatis conſtanter paruipendit, ſicut & ij, quos palpat, quã ſi ſeruarent, primũ (ut dixi) nemo principatũ omniũ non tribueret. Verum neq; paſturã, neq; principatũ hunc, neq; regna mundi hoc modo tradita, ullus pontifex affectat, ſed exhorrent omnes. Quare ſicut uerba Chriſti ſunt ſpiritualia, ita & eccleſiæ. Omnia regna mundi tradita ſunt Petro, ut doceat, Cui Petro? Non uni perſonæ, ſed eccleſiæ & apoſtolorũ in cuius perſona (ut diximus) audiuit, Tibi dabo claues regni cœlorũ. Eccius uero tradita regna mũdi intelligit ad dominandũ, non ad ſeruiendum.

Cyprianũ citat deprauate.

Poſt hæc inducit patrum dicta (nam in hac materia multum laborat) Primo Cyprianum de ſimplicitate prælatorũ deprauatiſſime inducit, ita ut maliciam plusq; inſcitiam Eccius ſuam prodat. Cyprianus ibi cõtra nouationos hæreticis loquitur, ubi Eccius malitioſe decerpit, quæ pro ſe uidẽtur ſtare, cæteris taciti. Verba Cypriani ſunt hæc. Quãuis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionẽ ſuam, parem poteſtatẽ tribuat & dicat: Sicut miſit me pater & ego mitto uos. ſi cui remiſeritis peccata, remittentur illi. tamen ut unitatem manifeſtaret, unitatis eiuſdem orignẽ ab uno incipientẽ, ſua autoritate diſpoſuit. hoc erant utiq; & cæteri apoſtoli, quod Petrus fuit, pari conſortio prædiți, & honoris & poteſtatis. Sed exordium ab unitate proficiſcitur, ut eccleſia una monſtretur. Vbi hic Petrus princeps cõſtituitur apoſtolorũ, ſicut deprauator infelix garrit, ſua nobis pro Cypriani uerbis inculcans? Cyprianus parem honoris & poteſtatis gratiã palam eſſe aſſerit, ſed quia unitas ab uno uenit: ideo hanc poteſtatis parilitatem dicit inceptam ab uno Petro, quando dixit, Tu es Petrus, ut unitas eccleſiæ monſtraretur. Vix ſimilẽ & pulchriorem interpretationẽ uidi. Claret enim mentẽ ſancti martyris eſſe, non Petrum eſſe principem apoſtolorum in regimine, quia clare dicit, hoc erant cæteri apoſtoli quod Petrus, ſed quod poteſtas hæc omniũ æqualis, ſit primũ data Petro, ut ab uno Petro, non poteſtas Petri (ut Eccius delyrat) ſed unitas eccleſiæ monſtraretur. Non uult originem poteſtatis a Petro uenire in apoſtolos, ſed ſicut unitas multorũ ab nou uenit, ita exordiũ a Petro inciperet: licet æqualiter omnia omnibus donarentur. Merum ergo & friuolũ cõmentũ eſt Eccij, aplos omnes fuiſſe pares in aplatu, ſed

Poteſtatis parilitas a Petro incepit

non in

non in regimine. Tunc enim cæteri apostoli non fuerũt quod Petrus, nec parem habuerũt potestatẽ & honorẽ, ut Cyprianus dicit. an non est aliud regere, & aliud regi? nõne inæqualis potestas & honor recti & regentis? Etiã erroneũ est, apostolatũ esse aliud ꝙ regimen, quia apostolatus officiũ regiminis est omnino. Distinctio ista nata est, quod cœpit distingui inter dignitatẽ & officiũ, quod iuridicũ est, nõ theologicũ. Alioquin Cyprianus fuisset hæreticus, qui sine autoritate Rho. pontificis episcopos creauit, concilia habuit, & ordinandorum episcoporum regulas præscripsit. Quæ omnia Eccius nequissime tacet, ad statuenda mendacia sua contraueritatem.

Apli æquales in regimine.

Dignitas & officiũ nõ ꝓprie distinguuntur.

Cyprianus epos ordinauit.

Igitur uult ꝙ hæretici sunt cauẽdi, qui scindũt unitatẽ ecclesiæ, nõ semp Romanæ, sed cuiuslibet, in qua oriunt, nã quælibet est una, & tota uniuersalis est una, quã totius & particularis cuiuslibet unitatẽ dicit monstratã in unitate Petri, qui sua unitate uelut origo sit cuiuslibet unitatis, & totius unitatis, nõ disponens autoritate sua, sed Christi (inquit) sic disposuit. Verum legat lector Cyprianũ, & uidebit Eccium esse Cypriano per omnia contrariũ. Non ergo Cyprianus contra scissores primatus, sed unitatis ecclesiasticæ loquit, quæ in unaquaq; ecclesia scindi & seruari potest. Aut si per unitatẽ Eccius omnino potestatem intelligit primatus, cæcus ille natus Ioan. viij. etiam papa erit, quia sua unitate similiter unitatẽ ecclesiæ repræsentauit, & quotquot alij, qui singuli a Christo sunt curati.

Vnitatẽ ecclesiæ scindẽtes hæretici.

Vnitas nõ significat potestatem.

Secundo, Aug. inducit super Ioan. cuius ecclesiæ Petrus apostolus propter apostolatus sui primatũ gerebat personã. Obsecro quanta est Eccij hebetudo. Aug. dicit (quod ego semp uolui) Petrũ gessisse personã ecclesiæ, quod Eccius intelligit principatũ ecclesiæ. Quis em̃ negat apl̃m Petrũ, primũ fuisse, primatũ apl̃atus habuisse, etiã principẽ apl̃oꝝ esse? Quid em̃ hæc ad rem? nõ ꝓ hoc potestatẽ sup eos habuisse probat, quos paris potestatis fuisse dictũ est a Cypriano. Nunquid ipse Aug. a Rho. episcopo fuit ordinatus? ergo hæreticus Aug. si intellexit primatũ potestatis, & tamen egit in uita, ut solũ primatũ honoris deferret Rho. pontifici. Eccius dedita opera, sicut scripturas deprauat, ita & dicta patrũ, ubi illi Petro tribuũt primatũ honoris & ordinis, hic mox suo leuiathan autore, addit, & nobis interpretat potestatẽ, nec aduertere præ crassitudine cerebri sui potest, quod sancti patres hanc potestatẽ nunc ꝙ agnouerunt.

Petrus ecclesiæ gessit ꝑsonam, citante Eccio.

Eccius dicta patrũ deprauat.

Simul hoc quoq; notandũ, quod multa dicũtur in laudem sancti Petri, quæ nequaq; conueniunt eius successori ullo. sic nõnulli sancti patres illud, Tu es Petrus, & tibi dabo, Petro tribuunt: quia certũ erat ipsum esse sanctum, ideo ea uerba ei aptari possunt, sed nõ mox ad successorẽ etiam pertinẽt. Neq; de successoribus ea ullus patrũ intellexit, sicut faciunt nouissimi scripturæ depraua/tores, omnia sine iudicio Rho. pontificibus inflectentes, quæcũq; de Petro legere possunt. Sic Petrus potest petra dici, quẽadmodũ semel Aug. facit & Ambro. Quia reuera, quicqd de Christo ipso dicit, mox de quolibet ei⁹ mẽbro uero & ꝓprio dici potest. Sic qlibet Christian⁹ est agn⁹, iustus, sctũs, petra, fundamentũ &c. Verũ hæc, qa uerba spũs sunt, nõ mox successori, aut Rho. ecclesiæ aptanda sunt, cum successor Petri nesciatur an sit membrum Christi.

Petro tribuũtur q̃ nõ quadrant in successores.

Petrus etiam petra dici potest, quia est membrum Christi.

Hic tamen sensus non est primus & principalis, quia de Christo omnia primo dici debent & proprie, de cæteris uero nequaq;, nisi pia digressione & abusu modesto, in quo & si non pugnant in contentione (nec consequentibus cõueniunt) tamen sine periculo fidei sic intelliguntur.

Patres abusi sũt scriptura.

Error ergo est, quod quæcũq; de Petro, ut sãcto, locuti sunt sancti, nostri pal

pones

pones mox de succeſſore Petri intelligant. Quanꝯ ſecundum rei ueritatem non ſolus Rho. pontifex ſit Petri ſucceſſor, ſed omnes epiſcopi, quos ipſe inſtituit: ideoq; ſucceſſor Petri longe minor eſt ꝯ ipſe Petrus. Nec ſequitur (etiam ſi uerum eſſet) Petrus fuit ſuper uniuerſum orbem, ergo etiam Rho. pontifex eſt ſuper uniuerſum orbem. Petrus in Rho. eccleſia nō relinquere potuit apoſtolatū ſuum, quem a Chriſto acceperat, ſed epiſcopatū, quem ipſe inſtituerat. Quare Rho. pontifex nō plus habet a Petro, ꝯ quilibet alius epiſcopus ab eodem Petro inſtitutus. Et huius argumentū eſt, quod Chryſoſto. Augu. Ambroſius & quicūq; ſancti patres, qui ſanctū Petrū ſup omnes extollūt, honoris quidē ornāt præconio, ſed nec poteſtatē ei ſup oēs tribuūt, nec ipſi in uita Ro. pōtifici ſubditi fuerūt, nec unq; de primatu Rho. pontificis aliqd meminerūt: quod tñ Eccius ſuis fœdis adulationib⁹ & deprauationibus ſtatuere quærit.

Apoſtolatū ſuū nō relinqt Petrus.

Hieronymus

Tertio, Hiero. inducit contra Pelag. quid Platoni & Petro? ut ille philoſophorū princeps, ita hic apoſtolorū fuit, ſup quem eccleſia domini ſtabili mole fundata eſt. Reſpondeo, placet ſimilitudo, ſed nunquid Plato philoſophoꝝ princeps, mox ſup philoſophos dominatus eſt iure poteſtatis? non, ſed excellentiæ doctrinæ & honoris. ita Petrus princeps, non poteſtate, ſed honore primatus. Et quod ſup eum ædificatam eccleſiam dicit, uerum eſt ſenſu ſecundario, ut ſupra dixi, alioqn & ipſe Petrus primario ſenſu, cū ſit pars eccleſiæ, ſuper petram, non ſup ſeipſum ædificatus eſt. Abuſus eſt uerbo euangelij Hiero. hoc loco, qui alibi contrariū dicit, euangeliū interpretans ex animo.

Sup Petrum fūdata eccl'ia ſecundario, nā prius in fidei cōfeſſiōe, uel potius in Chriſto, qui fundamentū

Quarto, Chryſoſto. Matth. xvj. Quid igitur Petrus, omniū apoſtolorū os, & uertex totius conſortij, ſublimiora ipſum ſapere fecit, & eccleſiæ futuræ paſtorem conſtituit. Et infra: hunc uniuerſo terrarum orbi Chriſtus præfecit.

Chryſoſto.

Hæc ſi intelligat de poteſtatis iure, ſine autoritate dicuntur, quia uerba Chriſti hoc non habent, ut ſupra dixi. Secundo, quia Chryſoſtomus ipſe non ſeruauit, ordinatus epiſcopus a Theophilo Alexādrino, nō a Rhomano. Tertio, quia etiam ſi Petrus talis eſſet, nō ideo Rho. pontifex talis eſſet. tum quod Apoſtolus, ille epiſcop⁹, tum quod ſanctus, ille forte peccator. Quare ſenſum Chryſoſtomi ne cum præcedentibus pugnet, probo & accepto, quod Petrus os apoſtolorum fuit, ac per hoc nonin ſua perſona locutus eſt & audiuit. Tibi dabo &c. ita pręfectus eſt toti orbi honore, & in eccleſiæ pſona, quæ eſt mater omnium noſtrum.

Honore Petr⁹ orbi præficitur.

Quinto, inducit Leo. c. beatiſſimus Petrus a domino accepit primatum. Verum eſt, ſed non ſucceſſor Petri idem, ſed cum decretis nihil ago, quia frigidiſſime tractant uerba dei. Quod uero Bern. inducit, non pugnat. Beda plus pro nobis facit, Petrum confitens apoſtolorum perſonam geſſiſſe: ideo ſubdole ſolum nomen eius Eccius retulit, metuens eius ſententiam ſibi noxiam, adeo ſycophantizat theologus. Iam & Dionyſium c. iij. de diui. nominibus adducit, quaſi hic de papa uicario Chriſti, & Petro ſuper omnes eccleſias conſtituto, dicat, cū nihil illorū uſpiam ſit in Dionyſio. Diſplicet mihi Ecciana iſta audacia quæ tam contemptim de omniū ingenijs & ſtudijs ſentit, ut ſperet ſe uniuerſis nō ſecus ac ſtolidis & ſtupidis morionib⁹ poſſe abuti, allegās quæ nuſq; ſunt, deprauās quæ uſq; ſunt, oīaq; p mera libidine tentās. Quod ſi oīno placet nomina autorum coaceruare, cōſilium dederim, ut martyrilogion aut calendariū apprehenderet, ne interim tot mendacijs, patrū & ſcripturæ uerba cōſpurcaret.

Beda

Sycophanti/çat theolog⁹.

Faſtus Eccij.

Coaceruat autorū noīa,

Sexto, Cypriani locum, quem Lipſiæ non potuit indicare, nec modo audet nominare, niſi quod lib. j. epiſtolarum citat, adeo nō ipſe legit autores, ſed per

Eccius ex indicibus autores citat.

cōpilatores

compilatores excerpſit dicta, quæ ſuo ſeruiant errori quacũcꝙ ſpecie. Reſpondeo tamen, quod eſt epiſtola tertia, lib. j. ad Cornelium, quã Lipſiæ, neſcio ad quem eſſe ſomniauit.

Poſt iſta (inquit) adhuc inſuper pſeudo epiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto nauigare audent, & ad Petri cathedram atq; eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt &c. Tunc infert Eccius, ergo Rho. pontifex iure poteſtatis omnibus ſuperior eſt. Sic enim perpetuo delyrat, quicquid uoluerit, in patrum dictis intelligens. Cyprianus hic contra hæreticos unitatem eccleſiæ tuetur, non poteſtatem Rho. pontificis, principalem uocat eccleſiam, & bene quia primus apoſtolorũ ibi Petrus, & inde orta eſt in alias eccleſias unitas (inquit) ſacerdotalis. Vnde? a Petro ſcilicet, ſecundũ ſuperiorem autoritatem eiuſdem Cypriani: non quod Petrus omnes ſacerdotes fecerit, ſed quod Chriſtus apoſtolis parem poteſtatem tribuens, ab uno Petro incipiens, unitatem eccleſiæ monſtraret. Errat ergo Eccius, qui hoc uerbo putat ſacerdotes omnes ex urbe Rhomana uenire, & debere haberi. Sic enim nulli apoſtoli ordinaſſent epiſcopos. Et ipſemet Cyprianus nõ ex urbe ſuum retulit ſacerdotium, nec ullus Aphricæ & orientis epiſcopus. Quod Eccius fortiter tranſit, ſolum in literis & ſyllabis ſophiſtica pertinacia hærens, quo faciat nobis Cyprianũ hæreticũ, cuius uerba pro iure ſuo diuino contra uitam eiuſdem torquet.

Vnitatẽ tuet Cyprianus, nõ poteſtatẽ pontificis. Principalẽ, i. principem eccleſiam. Vnitas quõ a Petro orta.

Eccius in elementis & ſyllabis hæret.

Septimo, Hieronymus ad Etiagriũ, nec altera urbis Rhomæ, altera totius orbis exiſtimanda eſt eccleſia. Vide hunc audacem & impium impoſtorem. D. Hierony. id agit ea epiſtola, quod omnes epiſcopi ſunt æquales inter ſe, & preſbyteros eoſdem quos epiſcopos eſſe. Breuiter hæc epiſtola uel ſola funditus euertit adulatorium dogma Eccij de primatu papæ iuris diuini, ita ut Lipſiæ p eandem a me petitus, coactus ſit confugere ad cõmentũ diſtinctionis ſuæ inter apoſtolatum & regimen. Clare enim ibi dicit Hiero. epiſcopũ altero ſuperiorem fieri potẽtia diuitiarum, non ſacerdotij dignitate. Eiuſdem meriti (inquit) eſt epiſcopus Romæ & Eugubij &c. Plane ergo patet, Eccium his laruis aliud non quæſiſſe, cꝙ ut illuderet ſimplicium & rudium animabus, & ſancto Hieronymi imponeret ſuas impias deprauationes, dum ea allegat, quæ maxime cõtra eum pugnant. Sed necꝙ quid uelit poſſum diuinare, quando dicit, non eſt altera urbis Romæ, altera totius orbis eccleſia. Hieronymi ſentẽtia clara eſt, orbẽ eſſe maiorem urbe, ſicut ibi dicit, ergo id ſentire in Rhoma quod in toto orbe, cum ſit una eccleſia, nec Rhoma diuiſa ab uniuerſali eccleſia. Eccius autẽ puluerulentas grãmatiſtarũ ſcholas faſtidiens, ſuascꝙ dialecticas ſequẽs, hoc uult, Non eſt altera Romæ, altera totius orbis eccleſia, ergo papa eſt uicarius Chriſti, & princeps epiſcoporũ (nam hanc ſuſcepit probandã.) Et conſequentia eſt clara, ſi modo inſanire licet, & phrenetico capite ſyllogyſare. Aut forte hoc uoluit, non eſt eccleſia dicenda, quæ non eſt ſub Rhomana eccleſia. uerum hæc Eccius, non Hiero. dicit, imo Hieronymus contrarium dicit, uide epiſtolam.

Hiero. citat Eccius, ubi cõtra ipſum maxime facit.

Eccius inter apoſtolatum & regimẽ diſtinguit.

Puluerulẽtas ſcholas Eccij contẽnens ineptiſſime colligit.

Quid ergo mirum, ſi ſophiſtæ eiuſmodi ſcriptorum diſcerptores prorſus nec ſua nec aliena intelligant, cum quicquid apprehenderint, ſuis afforment ſomniis, & contaminent ludibrijs?

Sophiſte diſcerpũt autores.

Eundem Hieronymũ ad Damaſum quoq; citat, ſed nomine tenus facturus lectori ſimplici ſuſpitionem de re, quæ in Hieronymo non habetur. Nam id Eccius quærit ſolum, ut qua poteſtate, lectorem ſubuertat potius cꝙ erudiat. Hierony. ibi cum piſcatoris ſucceſſore loqui ſe dicit, & Ro. eccleſiã cõmẽdat, quod nunc̃ ſit hæretica prauitate cõtaminata, ſitcꝙ docẽte Chriſto ſupra petrã ædificata,

Lectorẽ ſubuertere ſtudet Eccius.

ædificata, his dictis Hiero. ueriſſimis, Eccius addit aduerbiũ, tãtum: quaſi hæc ſoli Ro. eccleſiæ conueniant, quando Chriſtus totam eccleſiã ſuã (quæ nõ eſt ſola Rhomana) ſuper petram ædificaturum ſe promittat. Verum quid Eccio cum Chriſto?

Ambroſium ex decretis citat.

Octauo, Ambroſius adducit ex decretis, nã non uacat legere originalia, nõ habent hæreditatẽ Petri, qui fidem Petri non habent. Obſecro, quis hæc unq̃ negauit? An eſt altera fides Petri & Pauli & omniũ apoſtolorũ? aut altera fides Rhomanæ eccleſiæ & totius orbis? habet totus mundus fidẽ Petri & Rhomanæ eccleſiæ, imo, quod Eccius miretur, Rhomana eccleſia habet fidẽ meã. Quid ergo? habet fidem Petri, ergo Petrus eſt dominus omniũ, iuxta noui huius dialectici regulas, ſed & prophetæ in ueteri teſtamento habuerunt fidem Petri, ſicut Paulus dicit. j. Corinth. x. Eandem eſcam manducauerũt, ergo fuerunt ſub poteſtate Petri, Aut Eccio magiſtro hæretici fuerunt.

Fidẽ Petri totus orbis habet.

Iam ſi habere fidem Petri, eſt ſub Petro eſſe, quam fidem habet Petrus ipſe? aut ſub quo Petro erit ipſe? Ita ſi habere fidem Rho. eccleſiæ eſt ſub Rhomana eccleſia eſſe, ſub qua eccleſia eſt ipſa? an ſub ſeipſa, quia habet ſuam fidem?

Credo te lector iam diu ſaturum eſſe inſulſiſſimarũ iſtarum næniarũ Eccij, quas uides, quas ſola grãmatica potuiſſet Eccio diſſuere, quam ridet dici utilẽ ad ſacram ſcripturam magis q̃ ſua ſordida phantaſmata.

Fidẽ Rho. eccleſiæ ſequit Ambroſius.

Eundem iterũ allegat, Typum Rho. eccleſiæ in omnibus ſequimur, & nos ſane quantum ad fidem attinet. In aliis Ambroſius non ſequebatur. Nam ſabbato nõ ieiunabat cum Rho. eccleſia, & habet illa eadẽ eccleſia Mediolanenſi. uſq̃ in diem hodiernum alium typum in ritibus, quã eccleſia Romana. Nihil ergo eſt fumus iſte Ecciane loquacitatis. Sequimur typum Rho. eccleſiæ, ergo Rho. eccleſia eſt ſuper omnes eccleſias. Sufficit q̃ Eccio iſta probẽtur, qui nec dignus eſt melioribus duci rationibus, quia ſponte errorem ſequitur.

Principatus apſicæ eccliæ ſemp. uiguit in Ro. eccſia.

Nono, iterũ Aug. in Rho. eccleſia ſemper apoſtolicæ cathedræ uiguit principatus Manhu? Ecci, Aug. eccleſiam Rhomanã habere dicit principatũ apoſtolicæ cathedræ, qui & alibi, ut lib. ij. c. viij. de doct. Chriſt. eccleſias apſicas cæteris ſolet præferre. Eccius uero de ſuo addens, principatum apoſtolicæ cathedræ, intelligit principatum uniuerſalis eccleſiæ, per cathedram, eccleſiam, per apoſtolicam, catholicam accipiens, nimirum beneficio grãmaticæ contẽptæ.

Notariorum uulgus p Eccio, patrũ uetto p Luthe/rio, & ferme concilia.

Poſt hæc dicit ſe omittere decreta, & bene facit, quia ſunt contraria ſibiipſis. Nam ea quæ a ſordidis notarijs ſunt conſarcinata, definiunt pro Eccio: Quæ autem a doctis pontificibus, ut Pelagio, Gregorio, ſtatuunt pro me, ut oſtendi in reſolutione mea nouiſſima.

Sed & conciliorum nomina recitat, quia nihil in ijs pro ſua ſententia ſtatutũ eſt, excepto Conſtantienſi: quod tamen hic tacet, quia nouit & ipſum eſſe dubium, immo contra ſe. Ego pro me habeo Nicenũ & Aphricanũ, imo ſex prima & celeberrima, ut in diſputatione Lipſica uidebitur. Nihil ergo quærit Eccius nominũ iſtorum cumulo, q̃ ut lectores idiotas & ignaros ſtupefaciat & illudat.

Cætera quæ ad hanc materiam pertinent, uide lector in reſolutione (ut dixi) nouiſſima & diſputatis Lipſiæ.

ARTICVLVS QVARTVS.

Iure diuino nullus caſus reſeruatus.

Canones dixit inſtitutos propter auaritiam ſummi Pontificis, & aliorum pontificũ, quia nullus eſſet caſus reſeruatus iure diuino.

Hanc

Hunc erroneum probaturus Eccius, multa consarcinauit ex decretis. Nam apud Eccium ius diuinum in decretis humanis residet, quod apud nos in sacra scriptura regnat: ideo quicquid ibi blaterat, omitto. Optime scio nō esse præcepta aplica & statuta maiorum contemnenda. Sed hoc quæriē, an iure diuino sit ullus casus reseruatus, hoc Eccius nunq̄ probabit. Quia supra probatū est: Episcopos omnes esse æquales iure diuino, quare nullus poterit casum alteri excipere iure diuino, immo nec episcopus plebano. Vnde Cyprianus epist. iij li. j. reprehendit eos, qui alibi circūcursant q̄ in ecclesia sua, ubi peccauerūt, di. Cum statutum sit ab omnibus nobis, & æquum sit pariter & iustum, ut uniuscuiusq̄ causa illic audiat̄, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit ascripta, quam regat unusquisq̄ & gubernet, oportet utiq̄ eos, quibus præsumus, nō circūcursare, nec episcoporū cohærentem concordiam sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui criminis possint. Hæc ille. Vides unicuiq̄ pastori portionem gregis ascriptam. At nunc unus grex quatuor, immo centum pastores uel depastores habet. Vides nullum casum reseruatum, sed in sua ecclesia quemq̄ debere pœnitere. Si hoc est contra ius diuinum, Cyprianus est hæreticus in hoc dogmate, quod & Nicenum concilīū constituit.

Crimina ab ep̄o loci excutienda docet Cyprianus.

Nec est quod garrit Eccius, disciplinam Christianam euerti hac sententia. Cur Cyprianus eam & Nicenum concilium nō euertūt? immo per Ro. curiā & casuum reseruationem disciplina euertitur. Si seruaret̄ hoc Cypriani & concilij Niceni decretum, nimis impunita esset peccandi hodie licentia. Plebani nullam habent potestatem, paulo maiorem episcopi, totam Ro. curia. At illic nemo disciplinatur, sed pro pecunijs oīa peccata uenduntur, ubi est urbs meris indulgentijs, id est disciplinæ euersionibus plena, usq̄ ad clamorē in cœlū.

Reseruatio casuū & curia Ro. euertūt disciplinā Christianam

Miror autē q̄ Eccius priorē partem articuli præterijt, an uerū credat nescio, canones institutos ꝓpter auaritiā. Hoc enim fratres isti discipuli Ecciani addiderunt. Vere enim obseruant nō suam professionem, nec seipsos, sed alios tantum, ut detrahant & criminentur.

Canones nō sūt ꝓpt̄ auaritiā instituti sed seruiunt auaritiæ, & laquei sunt animarum.

Dictum est autē, canones hodie & reseruationes casuum prorsus nihil esse, nisi laqueos auaritiæ, nō suo uitio, sed Romanensium tyrannorum. Impudentissima em̄ auaritia est Ro. curiæ, si dederis pecuniā, canones & omnia uenalia habes: si nō, casus est reseruatus, etiā si promptus sis omnibus canonibus satisfacere, & omnem disciplinam Christianam ferre. Hi sunt ergo casus reseruati, hi canones, qui euertunt disciplinā Christianā, & seruiunt auaritiæ.

Post hæc recitat egregius dominus doctor iuris & theologiæ & dialecticæ magister, articulos Cōstātiæ damnatos, asserēs eos plenos erroris, scilicet hos.

Papa nō est immediatus uicarius Christi & apostolorū.

Decretales epistolæ sunt apocryphæ.

Articuli in cō cilio Cōstañ. reprobati.

Nō est de necessitate salutis, credere Romanā ecclesiā esse sup alias

Petrus non est nec fuit caput ecclesiæ sanctæ catholicæ.

Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se, uel de alio, quod esset caput ecclesiæ particularis sanctæ, uel Ro. pontifex caput Romanæ ecclesiæ.

Obedientia ecclesiastica, est obedientia secūdum adinuentionem sacerdotum eccl̄iæ, pr̄eter expressam autoritatē sacræ scripturæ.

Hos Eccius omnes erroris plenos uocat, tanq̃ dominus super concilium & ecclesiam sanctam, cum concilium nõ omnes erroneos iudicarit, quod ego ex uerbis ipsius concilij probabo, & probaui Lipsiæ.

Greg. ait. Petro cõmissã plenitudinẽ ptãtis, sed alias ferme contrariũ habet.

IN FINE DICIT, Petro cõmissam plenitudinem potestatis quã habet suus successor, alij uocati in partem sollicitudinis, sicut dicit sanctus & humillimus Greg. Respondeo, ergo est iure diuino potens. tenet consequentia ab autoritate Greg. cuius uerbum apud Eccium est ius diuinum, q̃ crassa aũt astutia dissimulat Eccius quod Greg. idem quod hic semel dicit, decies ferme aliis locis cõtrarium dicit. Iustum ne est, ut Eccio credamus, unum locum ambiguum Grego. adducenti, & decem alios locos certissimos eiusdẽ negemus? de quibus in resolutione mea, quanto rectius hic unus locus, præter intentionem dictus ad decem alios locos exponetur, q̃ quod Eccianis somnijs obtemperemus. Dicit Grego. in epistolis, primatum fuisse a synodo Calcedonensi oblatum Ro. pontificibus, & tamen a nullo assumptum: si fuit iure diuino primatus, utriq̃ impie egerunt, illi quod obtulerunt, quod non erat eorum offerre, sed reddere, hi quod non assumpserũt. Ius enim diuinum etiam per mortem assumi debet, & nulla causa relinqui. Sed (ut dixi) Eccius, q̃ in lucidis scholis uersatur, alia curat, q̃ ut grammaticã discat, ideo ignoscendum insciuę eius quod neq̃ quid sit, neq̃ quõ seruandũ sit ius diuinũ, nouerit.

Ius diuinum nemo debet recusare.

ARTICVLVS QVINTVS ET SEXTVS.

Nulla dixit esse consilia euangelica, sed omnia quæ in euangelio sunt, dixit esse præcepta.

Dixit etiam, quod deus exigeret summam perfectionem a quolibet Christiano, & obseruantiã totius euangelii.

Fratres, qui ex me audierant non esse hunc articulum ab ullo dictum, nihilo secius effinxerũt, saltẽ priorẽ partẽ. Verũ Eccio eram ignoturus, quod alieno mendacio fuisset seductus, nisi uiderẽ suis nænijs sese ostẽdere ignarũ tam præceptorũ q̃ consiliorũ. Ponam ergo articulũ integrum. sic dictum est.

Cõsilia sunt intra p̃cepta

Cõsilia sũme adimplẽs, nõ dũ adimplet præcepta.

CONSILIA euangelica non sunt supra, sed infra præcepta: hoc est, consilia sunt quædam uiæ & compendia facilius & felicius implendi mandati dei, ideo etiam seruatis consilijs nondũ impletũ est præceptum dei. Nam Ro. vij. Apostolus dicit se seruire legi peccati, & habere peccatum in carne sua (quod utiq̃ est contra præceptum dei) & tamen uiuebat in summo gradu consiliorũ. Non ergo distinctio est inter consilium & præceptum, quod consilium plusq̃ præceptum sit: sic enim errant & nugantur Theologi, sed q̃ sunt media cõmodiora ad præceptum: facilius em̃ continet, qui uiduus aut uirgo est separatus a sexu, q̃ copulatus cũ sexu, qui cõcupiscentiæ aliquid cedit.

Proinde quæ Eccius ex Apostolo adducit, qui loquebatur sapientiam inter perfectos, neq̃ quid ibi apostolus per sapiẽtiam, neq̃ quid per perfectos intelligat, nouit. Idem sapit de statu perfectionis, & satis ridicule argutatur, quod omnes oporteret fieri monachos & uirgines, si ad perfectionem summam teneremur, quasi monachos & uirgines p̃fectos faciat status perfectionis, id est, uocabulum perfectionis.

Quæram ergo ab Eccio, cui sit datum præceptum illud: Non concupisces? an uirginibus

an uirginibus tantum? Si omnibus hominibus, ergo omnes obligant ad summam perfectionem: quia non concupiscere est summa castitas, quã nec apostolus Paulus se habere dixit: sed nec uirgines eam habent, & tamen omnibus præcipitur in cõmuni decalogo. Quid hic faciet? an coniugiũ tollet de medio, quod sine concupiscentia stare non potest? at concupiscentia est contra præceptum dei. Bulla theologus. Audi ergo, deus requirit ab omnibus non concupiscere, ad quod proxime accedunt uidui & uirgines, nullus autem attingit, omnibus autem ignoscit, propter gemitum, quo dolent se non posse attingere, & dicunt: Quis liberabit me de morte corporis huius? Vbi es ergo Ecci, qui propositiones istas temerarias & seductiuas ausus es asserere? uides ne te nõ adeo saltem profecisse, ut unum præceptũ decalogi intelligas?

Nõ concupisces, omnibus ꝓcepit deus, at nemo attigit, ut sic oibus ignoscat

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Confessionem sacramentalem dixit non esse de iure diuino, sed ex institutione Innocentii tertii.

Hunc Eccius eximius noster errorem Græcorum uocat, & Hebræorum, & probat per Aug. Ambro. Orige. Petrũ Alexan. Obsecro te si petat gentilis ius diuinum, & tu ei hominũ uerba reddas, insanum ne te, an sanũ iudicabit? Tot annis Eccius theologus est, & orbem fatigare promptus est, necdum scit quid sit ius diuinum. Cyprianum miror quod omiserit, qui omnium fortissime exomologesin asserit, sed eius cõpilator grammaticã contemnẽs, forte exomologesin græcam, nõ intellexit latinam confessionẽ significare.

Dico ergo, Cõfessio illa quæ nũc agitur occulte in aurem, nullo potest iure diuino probari, nec ita fiebat primitus. Sed publica illa, quã Christus Matth. xviij. docet: Si peccauerit frater tuus. Et Paulus, aduersus presbyterũ accusationem &c. Tunc eñ testibus & accusatoribus crimina examinabantur, sicut supra ex Cypriano adduxi, donec cõfiteretur conuictus. hæc inquã confessio est iuris diuini, ab apostolis & sequentibus seruata, de qua scribũt patres ꝑ Ecciũ nihil intelligentẽ, inducti. Non tamẽ damno istam occultam, nisi quod doleo ipsam esse in carnificinam quandã redactam, ut cogantur homines cõfiteri, & scrupulos facere de ijs, in quibus nullũ est peccatũ, aut ueniale tantum.

Cõfessio ecclesiastica non est de iure diuino.

De cõfessiõe euangelica scribunt patres.

Iam uideamus Schotistam nostrũ, quomodo iure diuino probet cõfessionẽ, Ioan. ulti. Quorũ remiseritis peccata &c. ibi (inquit) Christus posuit apostos & successores eorũ iudices, absoluẽdo & ligãdo. Modo iudex nõ põt ꝓnunciare nisi causa cognita, quod fit ꝑ cõfessionẽ. uide ut reptat languens iste sophista.

Cuius fabula est hæc: Nullum peccatum remitti, nisi cõfessione publicetur, cum uero nullus hominũ nosse possit omnia peccata, fiet ut ad impossibile obligetur. Nam hinc uenerunt torturæ istæ cõscientiarũ, quod discussionibus & diligentiæ adhibitionibus confitendi nullus sit finis. inde confessionalia cum nepotibus, filiabus, speciebus, generibus peccatorũ, ut ipsorum etiã memoria magis sit laborandũ, cũ sola cõscientia in hac causa esset consulenda.

Nullus finis cõfitendi, ex errore sophistarum.

Christus nõ dixit: Quorum uos non remiseritis, nõ erunt remissa, & quorũ non tenueritis, non erunt retenta. Plura remittit & retinet deus, quæ sacerdos nec retinere, nec remittere potest, licet quæ remiserit, remissa sunt. Non sequitur Ego ignosco tibi omnia, quæ mihi male feciſti, ideo deus omnia tibi remisit. Ita nõ sequitur: Ecclesia remisit tibi quæ cõfiteris, ergo omnia remissa sunt. sed reliquum est illud: Delicta quis intelligit? & illud Iob: Verebar omnia opera

Pcta multa remittit deus sine sacerdote.

Cõfessio indiget reformationem.

mea. Non est in ecclesia negocium, quod æque ut istud confessionis & pœnitentiæ, indigeat reformatione. Nam hic omnes leges, quæstus, uis, tyrannis, error, pericula, & infinita mala omnium animarum, & totius ecclesię grassantur pleno impetu, quod pontifices parum curant, & sophistis animarum tortoribus relinquũt. Quod interim cũ inscitia Eccij transeat in tempus suum.

ARTICVLVS OCTAVVS.

Canones dixit docere auaritiam, superbiam, luxuriam.

Clarum est fratres istos esse mendaces, quis enim ita insaniat, ut hæc dicat? Nisi forte ista fuerit disputatio, quod lex est uirtus peccati, & per legem peccatum augetur: atq; sic fratres uerbum docere, posuerũt pro causam esse. Nã hoc uerum est, q̃ multiplicatis legibus multiplicant̃ peccata, ideo infelicissimũ genus administrandi est, legibus multiplicatis, ecclesiã Christi liberrimã onere, Nec̃ eẽ Ro. curia alia re magis nocuit ecclesiæ Christi, q̃ multitudine & uarietate legum suarum: quæ mihi uidentur esse nouissima, & omnium maxima persecutio, ut in qua tot irretitæ cõscientię pereant irrecuperabiliter, ut turpissimum quæstum sileam, qui legibus istis alitur.

Leges pontificiæ ultima persecutio ecclesiæ sunt.

ARTICVLVS NONVS.

Hominem dixit non habere liberum arbitrium.

Hunc hæresim Manichęorum uocat Eccius. Ego autem inuidiam Eccianã toto corde detestor, quæ tantum candoris non habet, ut permittat eum pure & aperte docere ueritatem, etiam si eam noscat, sed in uolucris gaudet, delectatus quod alij in errore maneant, ut discipulos habeat in utraq; parte contradictionis. Væ tibi gloria maledicta, & maledicat tibi omnis creatura.

In utraq; parte cõtradictionis cupit Eccius discipulos.

Scito ergo lector & certus esto: Eccium nihil prorsus in hac re dissentire mihi, nisi ad meram uocem & speciẽ. Quod ut noscas, aduerte. Eccius Lipsiæ cõcessit, lib. arbi. ante gratiã non ualere, nisi ad peccandum, ergo nõ ualet ad bonum, sed tantũ ad malum, ubi ergo libertas eius? Nam oẽis homo saltẽ rudis, audiens liberum arbitrium, intelligit ipsum æque posse in bonum & in malũ prorsus non cogitãs quod solum possit in malum, inde procedit in fiducia sui præsumens posse se ad deum ex suis uiribus conuerti.

Eccius de libero arb. Luthero nõ dissentit.

Hæc esse impia Eccius bene nouit, nec tamen fratres erudit, sed eorum erroribus impijssime cooperatur. Dico ergo, quod homo habet liberum arbitrium non quia sit modo, quale fuit in paradiso (de quo loquitur Eccle. xv. per Eccĩ inductus) sed quia fuit liberum, & potest fieri per gratiam iterum liberum, alioquin uere est seruum arbitrium. Non ergo liberum arbitrium tam a facto esse q̃ a debito esse dicitur. Vnde Augu. lib. ij. contra Iul. uocat ipsum seruũ arbitriũ, & Christus: Qui facit peccatũ, seruus est peccati. Et iterum. Nemo potest accipere quicq̃, nisi ei datum fuerit. Ioan. iij. Sicut ergo ciuitas uastata, uel collapsa domus, habet quidem nomẽ & titulum, quem prius habuit, & posterius habebit, nõ tamen idem potest quod prius, ita liberum arbitrium. Quid autẽ cum indoctissimis fratribus agam? Eccius respondeat, si liberum arbitrium est liberum, cur in potestate Pauli nõ fuit, Ro. vij. facere quod uolebat? Cur seruit peccato, quod odiebat? Ecce in gratia apostolus captiuũ se dicit in lege peccati, & tu homini peccatori tribuis liberum arbitrium? Sed iterum, si liberum est arbitrium, cur oramus, sanctificetur nomen tuum, fiat uoluntas tua? An ut facilius possimus, sicut Pelagiani dixerũt? Si oramus, impossibile est quod oramus, ac

Liberũ arbitriũ p gratiã restituitur.

Arbitriũ est ceu ciuitas deuastata.

mus, ac per hoc nullo pacto in libertate nostra. Quid moror? Augu. dicit contemnendos esse, qui ex malicia resistunt ueritati: docendos, qui ex ignorantia. Eccius autem hæc non ignorat, ut dixi. Quando ergo sancti patres liberū arbitrium defendūt, capacitatē libertatis eius prędicāt, quod scilicet uerti potest ad bonū per gratiā dei, & fieri reuera liberum, ad quod creatum est.

Arbitriū est liberū, id est, uerti potest i libertatem.

ARTICVLVS DECIMVS.

Multos canones cōtrarios sacrę scripturę, eāq; extorte exponētes.

Hunc iniurioſum in ſummos pōtifices dicit Eccius, & erroneum, & nomine meo interſerto, reprehendit me quod in actis Auguſtenſibus idem ſcripſerim, & iniquiſſime ibi iudicarim. Deinde cōfutaturus acta mea, & defenſurus canones, dicit B. Cyprianum expoſuiſſe illud: Tu es Petrus &c. quo modo Pelagius exponit diſt. xxj. Similiter & B. Augu. Hierony. Ambro. Bernar. Bedā gloſ. ordi. omnes per Petrum expoſuiſſe petram: de his quidem ſuperius ſatis eſt dictum arti. ij. &. iij. quod maior pars ſanctorum Petrum geſſiſſe perſonam apoſtolorū & eccleſiæ dicit, & abuſiue Petrum intelligi per petram. Nec uerba euangelij poſſe per conſequentiam pati hāc expoſitionem, quod abſurdum ſit, Petrum ædificari ſuper ſeipſum: ideo eos potiſſimū patres eſſe ſequendos, qui principalem & proprium ſenſum euangelij ſequuntur, ut Auguſtinum Hieronymum, Bedam, Originem. Recte ergo dixi Pelagium uiolēter exponere euangeliū, non quia per Petrum petram intelligit, quod hic Eccius peregrina ſectatus cauſatur, ſed quod perſonā Petri ibi non pro apoſtolorū perſona intelligit. hoc enim tunc agebam, nō an Petrus eſſet petra. Deinde quod p petram ſibi poteſtatem ſuper totam eccleſiam uendicarit, quod uerba euangelij nō patiunt, iſta debuit Eccius cōfutare, & nō illic ignē extinguere, ubi nullus ardet. Niſi quod (ut dixi) Eccio multa dicere fuit ꝓpoſitū, ꝙ apte autē & recte, ſtupidis lectoribus ſciebat nō eſſe neceſſariū. Qui em̄ uulgi iudicium & famam aucupatur, etiā ſi delyret (modo ſit copioſus) facile obtinebit.

Patres aliqñ abutunt ſcriptura in laudem Petri.

Qui ꝓprium ſenſū tradūt ſequendi.

Eccius nihil ad ſcopum.

Similiter & illud ꝙ theologice confutat, quod decretalis, quæ habet uerbū Pauli, Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt ut legis tranſlatio fiat, dicit me potius gloſſam ꝙ textum (ut qui ſit Aug. & Pauli) improbaſſe. Ridiculū caput: quaſi textum improbarim, quando Pelagium improbaui in præcedenti puncto, ac non potius abuſum textus & extortam expoſitionem. Nunquid em̄ toto hoc negocio textus improbo, quando deprauationes impias Eccij ꝓſequor? Ita hic non fuit propoſitū meum textum improbare, ſed quod pontifices hunc textū male traherēt ad ſuum ſacerdotiū, & leges ſuas, ut cuilibet patet legenti. Nam alias non poteſt dari cauſa, cur in eo loco de conſtitutionibus hunc textū Pauli adduxerint, niſi pro legibus ſuis, ſicut gloſſa dicit. Eccius iuris doctor eſt, & neſcit ex titulo intelligere ſcopum legis in eodem poſitæ. An eſt iuris ſorbilis ſorte doctor magis ꝙ intelligibilis.

Translato ſacerdotio legis trāſlatio. perperā uſurpant decretales.

Eccius iuris doctor.

ARTICVLVS VNDECIMVS.

Quod plus ſit credendū ſimplici laico ſcripturam alleganti, ꝙ Papæ, uel concilio, ſcripturam non alleganti.

Hāc Eccius (licet Gerſon fortiter ei reſiſteret) dicit procacem tum promotiuam hæreſis, augmentatiuam pertinaciæ, generatiuam ſingularitatis, inobedientiæ & rebellionis, contra ſum. Pont. & ſacra concilia, & ſic ſimilia pulchræ latinitatis ornamenta ex grammatica contempta.

Scripturæ sãctæ credẽdũ pluſq; concilijs & papæ.

Tu uero lector hic Eccium obſerua (ut Ecciano more inſultem) an nõ intus & extra, a planta pedis ad uerticem uſq; perfuſus totus ſit hæreticiſſima prauitate, una cum ſuis diſcipl'is fratribus. Quid putas boni ſentit, qui ſcripturę ſanctæ non credendum aſſerit? Quis unq; auditus eſt hæreticus, qui uerbo dei nõ credendum docere præſumpſiſſet? Sic debent cadere, qui fraterna inuidentia, & adulandi furore perditi, non niſi perniciem & eccleſiæ & ueritati pro maledicta gloria ſua quærũt. Quid hic faciet? ſcriptura ſancta eſt uerbum dei, quod ſi aſina diceret, audiendum eſt, etiam præ omnibus angelis, ſi uerbum dei non haberent, nedum præ papa & concilio ſine uerbo dei agentibus. O furor, uerbo dei non credendum, ſed humanis uerbis, docet Eccius d.s. theologiæ (id eſt uerborum dei) docent idem ſui diſcipuli, uiperæ uiperina genimina. I nunc Ecci & doceto, quod audire uerbum dei, & credere ſcripturã ſanctam allegantí ſit promotiuũ hæreſis, generatiuum ſingularitatis, inobedientiæ & rebellionis. Obſecro ubi nunc eſt çelus Ro. curiæ, ubi principes, ubi pontifices, hæc monſtra ferre poteſtis? Ego tot patior hoſtes ꝓpter hominũ opiniones neglectas, hic gloriã habet hoſtis uerbi dei, abnegator ſcripturæ ſanctæ.

ARTICVLVS DVODECIMVS.

Dixit non eſſe neceſſaria bona opera.

Hanc hæreticam pronunciat Eccius, & bene probat, ſed nonne ſuam prodit maliciam & inuidiam? cũ ſciat me ita non ſapere, & tamẽ a malignis fratribus hanc libenter acceptans, oſtendit ſe malle, ut tam inſigniter errarẽ, quo liceret ei contra me gloriari, q; ut uera ſaperem, q; pulchra fuiſſet modeſtia Ecciana, ſi iſtis fratribus reſtitiſſet, dicẽs: Falſum uos dicitis, Martini ſcripta legi, nõ ita ſapit, ſed iuxta Bernñ. Hoc pro Eccio. Cæterũ huius ꝓpoſitiõis originem puto eſſe, q̃d ſæpius docui, bona opa, q̃ extra gratiã fiũt, nihil eſſe. Deinde ſola fide ſine opibus legis, iuxta Paulum, tribui iuſtitiã. Tum fratres illi neq; quid opa legis, neq; quid opera bona ſignificent docti, pro operibus legis, quæ neceſſaria non ſunt, immo noxia ſunt, poſuerunt opera bona. Nam quid de lege aut operibus legis ſcirẽt, q̃bus ꝓfeſſio eſt nihil uelle diſcere, nihil ſcire, ſed uiſiões capitis ſui pro pugillo hordei & fragmine panis (ut Ezechielis uerbis dicam) miſerrimo populo inculcare? Stat ergo ſententia.

Bona opera extra gratiã nihil ſunt.

Opera bona ſunt ſalubria & neceſſaria

Non ſunt neceſſaria, immo ſunt noxia opera legis cuiuſcunq;. Sed neceſſaria ſunt & ſalubria, opera bona quæcunq;.

ARTICVLVS XIII.

Deum præcepiſſe homini impoſſibilia.

Hic multas conuehens autoritates ſcripturæ, in quibus iugum Chriſti leue, Matth. xj. Mandata non grauia. j. Ioan. v. Quæ, diſpeream, niſi ſimulet, aut penitus ignoret q̃d uelint. Dixi ſupra, Eccium mecum ſentire, quod lib. arb. ſine gratia non ualet, niſi ad peccandum. Obſecro quæ tandem eſt tabes tanta inuidiæ, hanc noſtræ miſeriæ & impotentiæ ſcientiam abſcõdere a fratribus noſtris? Si non ualet niſi peccare homo, quomodo nõ ſunt impoſſibilia ei oĩa mandata dei? Pereat iſta maledicta ſophiſtarũ ſimulatio, & diſſimulatio, quæ aliud nihil facit, q̃ quod aliud hic, aliud ibi dicit, ad ſeducenda corda ſimpliciũ Dico ergo, mandata dei etiam leuiſſima & minima, ſunt homini impoſſibilia per ſeipſum: Sed cum gratia dei ſunt facillima, ut apſus: Poſſum omnia in eo, qui me confortat. Qui alibi dicit: Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare ex nobis

Præcepta dei impoſſibilia homini cum gratia facillima.

nobis, tanꝯ ex nobis. Cur enim oramus, uolũtas tua fiat, si sunt possibilia nobis? Recte ergo dicit Hiero. anathema esse, qui dixerit impossibilia esse mãdata dei, sed non negauit nobis esse impossibilia, deo omnia sunt possibilia, nobis nihil est possibile. Sicut dicit Psal. cxxxvij. Nec sermo est in lingua, quanto minus opus est in manu mea.

Hanc elucidationem potuit Eccius dare, sed noluit, ne non haberet quod in me criminaretur. Plus eum delectat, inuidiam mihi mouere, ꝯ proximos ueritatem docere. Malletꝯ omnes homines in errore perire, ꝯ tabidam suam inuidiam non explere. Transeo illud Deuter. xxx. Non est trans mare &c. quod tanta insciitia tractat, ut insanire uerius uideat, ꝯ loqui. Suo hęc tempori.

ARTICVLVS XIIII

Christus nihil sibi meruit, sed tantum nobis.

De hac propositiõe ipse adhuc dubito, quia omnia erant Christi ab instanti primo suę conceptionis, ideo meritũ hic æquiuoce accipi oportet. Sed nec scio an unquã hunc dixerim. Hoc scio, quod quicqd Christus fecit & obtinuit, nobis fecit & obtinuit, ad implendam uolũtatem patris, nihil enim sibi quæsiuit. Et hoc sensu, si ab aliquo meorum auditorum dictum est, recte dictum est. Nã id me in populum concionatum esse certus sum. Est ergo sensus, Christus merendo non sibi, sed nobis seruiuit, sicut dicit Esa. liij. Seruire me fecisti in peccatis tuis. Verum hæc propositio ideo offendit fratres ruditatis, quod ipsi populum soleant seducere, & ad magna merita cumulanda exhortari, maxime operibus a se doctis & electis, quo faciunt, ut homines assuescant quærere quæ sua sunt in deo, & propter merum cõmodum deo seruire. Cum ad exemplũ Christi, qui propter nullũ suum lucrũ aut meritum, sed propter solam uoluntatem dei, ad nostram salutem omnia fecit: & nos non propter ullũ cõmodũ debeamus deo seruire, nec cogitare ꝯ magna mereamur, sed ꝯ bene uolũtati dei placeamus. Hanc sanam doctrinam isti insani fratres & pseudoprophetæ non intelligentes, mũdum replent erroribus, & infernũ damnatis animabus, dum hominibus magis inculcant meritorum uocabula, ꝯ diuinæ uolũtatis memoriam. Quod Christũ non sibi meruisse dixi, qui nec quid mereri sit, unꝯ cognouerunt, neꝯ cognoscere possunt. Mereri enim non est animo merendi bona facere (ita enim solent isti mentium deceptores, populum Christi illudere) sed simplici corde, nullo meriti aut prẽmij respectu, solo gratuito affectu, gratis diuinę uoluntati obtemperate. Charitas enim non quærit quæ sua sunt, merita uero & præmia, sua sponte, sine nostro studio sequuntur ad obedientiam diuinę uoluntatis.

An Christus sibi meruerit incertum.

Omnia nobis meruit.

Merita inculcare pessima seductio.

Mereri ẽ gratuito affectu uolũtati diuinæ obtẽperare

ARTICVLVS XV.

Boemos esse meliores Christianos nobis.

Hunc Eccius fortiuum hæresis, derogantem sacro concilio Constantien, dicit. Nihil habet pannosus hic & penuriosus Theologista, quod iactet, ꝯ concilium Constantiense: quod alias satis dixi & errasse, & multa non pro hæreticis, nec erroneis statuisse, quæ Eccius hæretica & erronea, de proprio cerebro, pro sua temeritate statuit.

Apostolus hic audiendus est, Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit.

Boemi meliores nobis.

Nihil habet Eccius, ꝑter Concilii Cõstantien.

IN FINE articulum de canonizatione sanctorũ non satis expressit, ideo nihil possum adhuc dicere, nisi quod dicit ipsum esse scandalosum, & derogatiuum papalis potestatis sibi traditæ. Valde uellem scire, ex quo loco scripturæ tradita sit potestas papæ sanctos canonizandi? Deinde quæ necessitas sanctos canonizandi? Tandem, quæ utilitas sanctos canonizandi? Sed quia ipse hic transijt, transeam & ego: Nihil dicens, nisi quod mihi nõ satis placet canonizatio sanctorũ, more quo uidimus multos canonizari, q optime seipsos canonizassent: licet nõ damnem, canonizet quisq; quantum uolet.

Canonizatio sanctorũ inutilis.

VIDISTI (inq;) lector charissime, q̃ inique & malitiose me Eccius & fratres illi quęsierint, ut cum mea calumniari nõ possent, sua mihi figmenta imposuerũt, ut calumniandi libidinem utcunq; explerent. In qua re, si me nõ prohiberet Christiana ꝓfessio, utrosq; mirifice possem tractare. Verũ ne me tam stupidũ arbitrentur, quasi eorũ nequitias deprehendere nequeã, tentabo & ipsis, non mea, sed sua uenena proponere, & cogitationes eorũ reuelare, ut habeãt tam ocioſi criminatores negocium quo occupentur. Producam ergo hic per ordinẽ articulos hæreticos & errores, quos ex prædictis eorum calumnijs collegi, & uidebunt quanto sit difficilius propria tueri, q̃ aliena carpere.

Próprìa tueri difficili? q̃ aliena carpe

ARTICVLI HAERETICI IO. ECCII ET quorundam fratrum, ex illorum assertis & negatis, per Martinum Lutherium deducti.

Articli hæretici, subiecti ex dictis Eccij sophistæ.

Primus. Nicenum concilíũ cum quatuor sequẽtibus est hæreticũ.

Secundus. Aphricanum concilium est hæreticum.

Probatur ex Eccianis dictis, quia determinauerũt cõtra Constantienſ. concilium, Rho. pontificem non esse uniuersalem episcopum super omnes ecclesias, nec episcopos ex urbe Rhomana confirmandos.

Tertius. Orientalis ecclesia fuit plus q̃ per mille annos hæretica.

Patet, quia uixit secundũ statuta Niceni concilij, contra Constañ.

Quartus. Aphricanæ ecclesiæ cum Cypriano martyre fuerunt hæreticæ.

Quia uixerunt in eodem puncto secundum Nicenum concilium.

Quintus. Augustinus, Ambrosius, S. Martinus, S. Nicolaus sunt hæretici.

Quia non fuerunt ordinati a Rho. pont. contra concilium Constañ.

Sextus. Gregorius Nazan. Anathasius, Basilius Magnus fuerũt hæretici.

Quia secundum Nicenum concilium, contra Constatienſ. gerunt.

Septimus. Rhoma. Pontifices omẽs usq; in hodiernum diem, sunt hæretici.

Quia approbauerunt statuta Niceni concilij, contra Constañ.

Octauus. S. rGegorius magnus fuit hæreticus, cum suis prædecessoribus.

Quia

Quia oblatum a concilio Chalcedonensi primatum recusarunt, & sic iuri diuino restiterunt, contra concilium Constan.

Nonus. Tota uniuersalis ecclesia est hæretica per totū orbem, excepto Eccio & fratribus.
Quia tenet Nicenum concilium euangelio æquale.

Decimus. Decreta Romanorū pontificum plurima sunt hæretica.
Quia determinat, Nicenū cōciliū euangelijs cōparandū, cōtra Cōstantiense.

Vndecimus. Papa malus, non est papa.
Quia uerbum Christi, Tu es Petrus &c. ei non conuenit, cum non sit petra, nisi qui Petro similis sit, quoniā per Eccium isto uerbo papæ autoritas probat. Hic est Donatistarum & Pighardorum articulus.

Duodecimus. Papa nō prædicans euangeliū, nō est papa.
Quia uerbum Christi: Pasce oues meas, non seruat, quo Papa constituitur iuxta Eccium. Idem, si non confirmat fratres suos lapsos & tribulatos, per eundem Eccium.

Tertiusdecimus. Papa nō diligens Christum, non est papa.
Quia iuxta Eccium: Petrus papa cōstituitur per uerbum, pasce oues meas, ubi prius dilectio requiritur a Christo.

Quartusdecimus. Præcepta decalogi nō sunt data, nisi his, qui sunt in statu perfectionis.
Quia præceptum, Non concupisces, nulli conuenit seruare, nisi in statu perfectionis, multo minus alia grauiora.

Quintusdecimus. Peccata nō posse remitti, nisi cognita & confessa.
Patet ex Ioan. ult. Quorum remiseritis, & ex glossa Eccij, sed hoc est erroneū & hæreticum, cum sint occulta & oblita &c.

Sextusdecimus. Liberū arbitriū sine gratia esse liberū, ac nō seruū.
Contra Paulum: Serui fuistis peccati &c.

Decimusseptimus. Romanū pontificē esse hæreticū.
Quia exemplo Christi & Petri (quibus est æqualis) nō pendit tributum.

Decimusoctauus. Clerus totus est hæreticus
Quia non soluit principibus secularibus tributum, patet per idem.

Decimusnonus. Iura de priuilegiis & immunitate ecclesiarum, & rerum, & personarum, sunt hæretica.
Quia contra Christū & Petrū soluentes tributū, quibus debēt æquari, cū per æqualitatem illam Eccius probarit Rhomani Pont. potestatem.

Vicesimus. Reges & principes euangelio obediunt, si accipiāt maiores pensiones a papa & clero, q̄ a laicis.
Patet per idem.

Vicesimusprimus. Verbo dei nō est credendū, sed uerbo hominū.
Quia laico

Quia laico scripturam habenti credendo, dicit Eccius, fomentum hæresis fieri.

Vicesimussecundus. Conciliū est supra scripturā & uerbū dei. Quia Eccio magistro, plus eis credendum, etiam sine scriptura, q̄ laico cum scriptura.

Vicesimustertius. Papa est peior q̄ Lucifer & antichristus. Quia Lucifer & Antichristus tantum æqualitatem dei quærūt, sed Eccius Papæ tribuit superioritatē dei, dum eum præfert uerbo dei.

Vicesimusquartus. Præcepta dei sunt homini possibilia, & per cō sequens gratia dei non eget, sicut Pelagiani dicunt.

Hos pestilentes & blasphemos errores protestatur Martinus Lutherius cō tineri in Eccianis & fratrum articulis cum earum declarationibus, & promittit eos conuicturum, & probaturum se de his omnibus, nisi reuocarint sua pessime dicta.

Hæc autem lector tentaui, non curiose, longe plura inuenturus, si Eccij & fratrum more, ad uiuam (quod dicitur) cutem ea sim examinaturus, quæ ipsi in papyrum expuerunt. Quæ omnia in suū tempus reseruo cōfutāda. Nondū enim Eccium tractaui, quo modo me semper tractat. Erit autem forte, ut canem dormientem irritet, & patientiæ meæ abusum semel soluat.

Pie cōcludit

Vale, & ora, ut Eccius meus sanus fiat, & liberetur a miseria insanæ adulationis & gloriæ.

AMEN.

FINIS.

ARGVMENTVM
Epistolæ sequentis.

ECcio, quod in epistola ad Reuerendum Misnensis ecclesiæ Antistitem, Canonicos indoctos Lutheranos, & seminatores errorum Lutheri uocasset, respondent Canonici indocti, quatenus & qua ratione sint Lutherani.

Canonicorum

CANONICORVM INDOCTORVM LVTHERIANORVM AD IOAN. Eccium responsio.

Gloriosissimo, superdoctissimo triũphatori Magistro nostro, Magistro Ioanni Eccio Theologistæ, Canonici indocti S.D.

SI præter inscitiã, quam nobis improperas Ecci magnifice, nihil aliud etiam Martino Luthero obiecisses, cui nos prudentiæ tuæ uidemur amplius q̃ ueritati fauere: territi sane portentoso, superciliosoq; Magisterio tuo, nostra frueremur felicitate, nempe suauissimo ruditatis beneficio: ut em̃ ærumnosam uobis Herculibus uitam emetiuntur superi (immo ipsi immodica sciẽdi libidine & arrogãtia, quicquid, id est, mali, uobis ipsis inuehitis) ita nobis tranquillã nõ inuident. Proinde cum prope semper nullis noster tecto gaudentium, & umbra calamus infensus fuerit, aduersum te quoq; pararetur minime. Nam quæ insania, quis furor, indoctos, quos uocas, cũ Apollinis filio, imbelles cum fortissimo, obscuros cum clarissimo cõgredi? Non tam incogitantes, nõ tam oscitabundi, nõ tam stupidi, nõ tam saxei sumus, ut quod omni propulsandũ sit conatu, ultro adcersamus periculũ, præsertim quod iam pridem satis nobis perspicuũ, nunq̃ tibi uel disputaturo, uel scripturo, forte ne mortuo q̃dẽ de futura uerba. Hactenus itaq; dũ tu gloriæ studes impẽdio, nos tranquillitati nõ tam imprudẽter, q̃ ignauiter cõsulimus. Atqui nunc cum insignis tua modestia, quæ & in prouerbium cessit, Martinum Lutherium, uitæ sanctimonia nobis commendatum, ecclesiasticæq; Theologiæ uindicem diligentissimũ, simul ac liberrimũ, priuatim & publicitus, Manichęũ, Vuicklefistã Hussitam, & sexcentis nominibus alijs uocans, Christianum haberi ferre nequit: & ut ex nobis etiã aliquid tuæ gloriæ adcrescat, in epistola ad Reuerendũ Misnensis ecclesiæ Antistitem, quæ tua est colũbina adeoq; Theologica simplicitas, nos quoq; pientissimo præsuli inuidiosos, toti orbi, quantũ in te est, suspectos facis: nos Lutheranos, & illius errorũ seminatores appellãs: hoc est, tuo iudicio, hæresiarchæ pessimi subsidiarios, præsidia, amicos & patronos: uelimus nolimus, cogimur tibi ecclesiæ patrono, & assertori, filiorumq; Leui cõflatori, & emundatori aliquantam uitæ nostræ rationem reddere, si forte hanc labem abstergere liceat. Siquidem & te doctore hæreseos crimen malignius, q̃ ut a Christiana modestia patiẽter toleretur. Possemus autem, nam nec hoc indoctis negatum est, qui & suis nonnunq̃ ferociunt aculeis, exemplo strenuitatis tuæ, modestiam remittere, stomachari, & plane debacchari, nisi tuum nobis exploratum foret ingenium. Iterum quæris, quibus scabiem tuam offrices, iterum quæris quos insigniter æcisses: ut neminem nõ contemptui habeas, nemini parcas, nullũ nõ lacessas: ut cũ Ismaele unus oppugnes omneis. Parum tibi uidetur cũ doctis gerere bellũ, indoctos etiam prouocas: & quasi confectum cũ p̃ceptoribus sit præliũ, sæuis & in discipulos & in patronos: ne quid reliqui siet, quod nõ potentia brachij tui conterat̃. Dein ubi uel nos cõpescueris, uel etiam nõ pro arbitratu tuo successerit, caueant sibi typographi, caueant

Ludũt in Eccij ostẽtationem.

Eccio non desunt uerba.

Mouet inuidiã Lutheranis Eccius.

Irritabilis Eccius.

ἀικίζειν est iniuria & uerberib⁹ affici.

præla

prela, caueãt uicina quæq;, ne iniquo Marte tecũ dimicẽt, adhuc ex recẽti strage furibũdo. Cæterũ nobis innocẽtiã cando remq; nostrũ tueri, q̃ maledicẽtiæ tuæ respõdere magis uidet̃ op̃ę p̃ciũ. Principio igit̃, ne muliebriter cõrixemur cũ inficias ire nõ potes, tot exemplaribus, adeoq; tuo ipso cõuincẽtibus, hæc p̃te epl̃æ inserta ꝓfer in mediũ: q̃ rõne id lædorię, ĩmo cõuitij uel dissimulari, ul̃ æquius interp̃tari poterit, ut semel facessat simultas oĩs. Nulla eq̃dẽ in prõptu est qua te excusemus, at plurimæ nobis patrocinant̃: nã q̃d tu Ludderanũ uocas, nẽpe hoĩem pestiferis hęreticisq; opinionib⁹ imbutũ, satis & ad fastidiũ usq; toti⁹ orbis aurib⁹, licet incassum, multo iã tp̃e ĩstillasti. Qd̃ si uel maxĩe obticuisses, nõne uere Christianis odiosa p̃ se factionũ noĩa, etiã ea quę ob btõr̃ patrũ memoriã alioq̃ suspiciẽda? Videt̃q; id tibi nihili, nisi & agnoĩes semĩatores errorũ, q̃s pestilẽtissimos ualidius clamas q̃ cõprobas. Ad hæc, ne te pœnituisse dicti sciat̃, in marginẽ asterisci loco scribis, Canonici indocti Lutheriani timẽs forte ne sõniculosus lector p̃teruolet, denuo censes admonẽdũ, sistat pedẽ, dicta diligẽtius secũ p̃pendat, fideli⁹ memoria reponat, sibi caueat, tibi gratet̃ & applaudat, nobis succẽseat. Vides hic bone uir, ĩsignite hic oĩa magis ad exulcerãdos, q̃ cõciliãdos aĩos attinere, atq; adeo ut plane merearis talionẽ reportare. Cæter̃ id nostro abludit instituto: lege igit̃, si magnificẽtia tua nõ dedignet̃, q̃d nobis uirũ dei cõciliarit, & q̃tenus Lutheriani sim⁹. Nõ est ꝙ suspicere, priuatar̃ affectionũ studia: haud tãta inter nos familiaritas ĩtercedit, nll̃a hic lucelli spes: ex mẽdicãtiũ familia est, eleemosynis uiuit. Sed nouãdarũ rerũ nos cepit cupido, non illa pacis & cõcordiæ disturbatrix, sed cõciliatrix: Quia em̃ seculi hui⁹ ferrei morib⁹ nihil est deprauatius, nihil corrupti⁹: q̃bus hic mederi sua eruditiõe studet, dũ pacẽ annũciat, obediẽtiã p̃dicat, humilitatẽ cõmẽdat: & nihil inuitius agẽs, q̃ ꝙ tecũ, & cũ tui sil̃ibus rixãdo bonas horas male p̃dere cogit̃. Cõtemptũ mũdanarũ rerũ, gloriã cœlestiũ, Christianismi scopũ subinde monstrat, ambitionẽ execrat̃, auaritiã cleri abominat̃, simoniã & Romanę rapacitatis imposturas, cæterasq; pestes ꝓscindit. Quis nisi mẽte motus malignissimorũq; morũ furcifer, tantas aboleri pestes nõ optarit? Quis Christianus regnũ Christi nolit, qd̃ ĩmutet, innouet, & emẽdet oĩa? Quis nostrę imperitiæ sugillationẽ abhorrẽs, nõ habet in uotis, ut ꝓfligatis sterilib⁹, infelicibus, & ingenip̃dis, restituant̃ fœcũdiora, beatiora, sanctioraq; literarũ studia? Vtinã aũt ut reflorescere bonas artes, ita & mores redire uideam⁹: id qd̃ Martini est studiũ. Tu uero magistrũ honestatis impugnas, & q̃d ad literas p̃tinet, nouos cõsarcinas cõmẽtarios ad p̃dẽdas generosas adolescẽtũ indoles, q̃si nõ iã ante nugis simus adobruti. Porro minori p̃iculo intẽtat̃ hæc nouãdarũ rerũ cupiditas, q̃ uerbosius expurget̃: sed si oĩno id in nobis damnabit̃, posthac fortassis nõ usq; quaq; ĩdocte satisfacturi sum⁹. Accedit ad hæc causarũ p̃cipua. Pius Magus est Lutheri⁹, indoctos nostri generis sibi philtris deuincit: Alioqui nulla ratio capit tã crasso capite uiros, nisi incãtatos, gratiã cũ Musis inituros: mirificũ pharmacũ, qd̃ q̃ miscet altero orbe pene dissitũ inebriat. At nos terræ filij ap̃ti⁹ loq̃mur, & scaphã scaphã, serrãq; serrã uocare oportet. Germana ueritas & ĩuiolata uirtus, quę deos hoĩesq; in amorẽ sui pellicere queũt, ipsę ipsissimæ sunt q̃ nos huic deuĩciũt. Videmur nũc nobis uidere, q̃d ad hęc modestia Ecciana: q̃ iactet man⁹, ocl̃os, caput, q̃ manib⁹ pedibusq; cõtestet̃, nihil unq̃ uero absimilius dictũ. At sui mores sinẽdi sũt homini, q̃s p̃ter mortẽ illi adimet nemo. Nos institutũ nostrũ certiorib⁹ argumẽtis, q̃ asseueratiõe sola p̃sequemur. Diu pleriq; nostrũ nesciebam⁹, ater ne an candidus esset Lutheri⁹, sed &

Conuitia excusari nõ possunt quæ in Lutheriũ Eccius cõgessit

Ad exasperãdos anios Eccius scripsit.

Veritas eos Lutherio cõciliauit.

Lutherius magister honestatis.

Eccij cõmentaria.

Eccij impudentia.

Lutherij

Lutherij nomẽ plane incognitũ: ante paucos aũt annos declamatiũculę quędã populares illius, tumultuario & repẽtino ut uidet calore scriptę, in manus nr̃as uenerũt: in qbus. x. p̃cepta Mosis enarrãs, uelamẽ ab oculis illi⁹ remouet. unde tũ sua eruditione, p̃spicuacꝫ claritate p̃stitit, ut supra morẽ scholasticorũ, indocti nos sublimius de Christo, sãcti⁹ de euãgelio sentirem⁹: positoꝫ supcilio parũ, imo nihil nobis: multũ, imo oĩa Christo deo tribueremus. Sic sese primũ nobis ĩsinuauit: mox fama supueniẽs, & uiri ĩnocẽtiã docẽs, opinionẽ quã de illo habebamus cõprobauit. Quid faceremus bone Eccī habẽd⁹ ne erat odio? floccipẽdendus ne erat? ingrati ne esse debebam⁹? quõ tu eiuscemodi tractares discipłos? Sub hæc cõcionatores qdã officij sui male memores, uarijs ĩ locis, plus æq̃ cõdonatiõib⁹ Põtificũ, q̃s ĩdulgẽtias uocãt, tribuẽtes, mꝛtorũ seducebãt aĩos cõ fidẽtiũ pollicitatiõib⁹ huiuscemodi, uł abiecta uerę pœnitẽtię cruce salutẽ se assecuturos: Quid doli, qd fraudiũ, qd ĩposturarũ sub sanctimoniæ p̃textu p male/dictos nugiuẽdos cõmittebaṫ, uł tacẽtibus nobis, nemo hodie est, q̃ nesciat. Silebãt Theologi oẽs: cõniuebãt, imo ꝓbabãt ep̃i: refutabat cõcionatorũ nullus: unde ceu religioso silẽtio licẽtiosæ iniq̃tati autoritas q̃tidie maior accedebat. in/ualueratꝫ adeo id mali, ut iã nõ iubileo & q̃nquagesimo quoꝫ ãno, sed q̃tãnis nõ semel, sed iterũ atꝫ iterũ, nec arduis ex causis, sed plane tenuib⁹ & cõmẽtaticijs, nõ sine aĩarũ delusiõibus q̃stores mꝛti obãbularẽt. Prim⁹ tũc oĩm, quẽ nos scimus Lutherius rerũ indignitate ꝓpẽsa, apud Vuittẽbergeñ. in scholis de ijs rebus maturi⁹ ꝓpositis cõclusiõibus disputare cœpit. Quæ statim mira celeritate p̃ Germaniã sparsæ, & singulari fauore a doctiss. etiã qbusuis a te forte aut ignotis, aut cõtẽptis exceptæ, ꝙ fraudes iã nõ pauci subolerẽt: tametsi nullus piclitari uellet prim⁹, ut fieri solet. Hic tu cõtra antesignan⁹ cristã erigebas Ecci, turbaturus cœlũ, terrã, & oĩa: mõ saluæ manerẽt indulgẽtiæ. Mittim⁹ pleraqꝫ: ubi uẽtũ est in harenã, aiũt frigidi⁹ nihil unꝫ tractatũ, deploratasqꝫ plane indulgẽtias ita ut si reuiuiscere debeãt, uel nouæ excogitãdę, qb⁹ illæ reducant ex inferis, uł simulachra mortuarũ honorib⁹ ꝓsequẽda sint. Nõne ob hoc modestiã etiã tuã Magister nr̃ eximie, deceret gratias sũmas agere Martino: q̃ si nulla, certe hac in re eruditiorẽ reddidit? At nõ ideo dabim⁹ errores a nobis disseminatos: nisi em iã disseminata fuissent Lutheriana, quõ ad nos, q̃ ex idocto uulgo sumus, & altero pene mũdo ĩtercipimur, puenissent? An nõ hoc chalcographorꝫ negociũ ẽ? q̃ simul acꝫ recẽtiora q̃piã subolcuerint, ueritati cõsentanea, & applausibilia ut lucrũ faciãt, ea magis extorq̃nt, ꝙ ambiũt: imo magis surripiunt, ꝙ extorquẽt: uerũ tua bella ne delitescant, q̃s fatagit? Nõne uix exoras certis cõditiõib⁹, nec tradis, sed obtrudis? Pauca tn̄ sub incude redeũt, nisi forsitã ut magis traducare. Scis tu nũc sæpi⁹ Lutheriana & uarijs p̃lis excusa, & credis ĩdoctos Canonicos tantũ molestiarũ uoluisse subire: cũ tua tn̄ interim apud nos paucos etiã doctos fastidiant, etiã ab idoctis ĩprobent. Veritatẽ ne putas sub modio posse cõdi? Rẽ q̃ ex deo est, abolere posse credis? At hĩc litis origo: tu errores uocas, nos sophisticis hactenus argutijs p̃ suaderi nõ potuim⁹. Solis em indocti nos ijs libris addicti sumus, q̃ canonici, & oĩm cõsensu recepti: susqꝫ decꝫ facim⁹, si quid aliud efferaṫ q̃d ns aduersẽt. Magnificamus q̃cunqꝫ ꝓximi⁹ accedũt sacris. Omnino nec angelũ, nec apl̄m quẽuis, uel e cœlo uenientẽ, si cõtradicet Euangelijs, audiemus. Interp̃tationẽ aũt Euãgelicæ scripturæ, q̃tũuis indocti simus, a priscis illis autoribus, q̃ non tanto interuallo ab Apostolorꝫ abfuerũt tẽporibus, discere malumus, ꝙ a te farinæ ue tuæ p̃ceptoribus. Et annalibus, historijsqꝫ libentius nos credim⁹, ꝙ humanis & tyrannicis quibusdã cõstitutionibus. Papias Hiera

Præceptorũ Lutherij.

Indulgentia/riorum fraudes detexit Lutherius.

Silentiõ acreuit indulgen/tijs autoritas.

Primus Lutherius disputat libere de indulgẽtijs.

Cõtra Luthe/rium bene cõnãtem insurgit Eccius.

Disputatio Lipsica frigidissima proueniẽs.

Chalcographi spargunt libros.

Eccius sua excudenda con/ditionibus obtrudit.

Eccius in ca/ducũ parietẽ inclinat.

Indocti canonici nugis sophisticis non dant fidem.

Apostoli habēdi autorēs.

politanus auditor Ioannis insipiēter ne & indocte tibi præfatus uidet in libros explanatiōis sermonū dñi: q noluerit uarias opiniōes sectari, sed Apostolos habere autores: uti de eo Eusebius & Hiero. narrāt. Verū uiua illi oracula cōtigerunt. Nos adacti necessitate, literarijs Apl'orū, & quibus apostolic⁹ est spūs, mo

Lutherius nitit scripturis.

numentis cōtēti sum⁹. Iā satis liquidū, tu ne an Lutherius Euāgelio propi⁹ incedat, uter receptioribus nitat autoribus, uter fideli⁹, eruditiusq patrū dicta citet, uter honestiorē scopū spectet. Fontes aquæ uiuæ quærimus: tu nos ad lacus detritos, & amneis turbidos duces? Christū q̄rim⁹, ubi nascat, ostēdat. Igit uł nos itineris duces tu seq̄re, uel te p̄eunte sequemur. Verū tu Herode uafrior, & nos morareris, si obsequeremur: nūc Vuicklefistas, nūc Manichæos cognominans & inter idola sophismatū considēs, comitatū nō polliceris. Quo te rapit insana mordacitas, īmodicūq sentētiæ tuæ studiū? Quis arrogantiā, quis supcilū tuū ferat? Qui tua legunt & amplectunt, docti sunt: qui æmuli scita, tametsi uicinio ra euangelio & ecclīasticis doctorib⁹, īdocti & hęretici. Ne īdocti dicamur, tua

Indocti qui nō Ecciani.

nobis legēda, scilicet, ne cæci habeamur, oculi sunt effodiēdi. Habes succinctim qua ratiōe Lutheriani simus: quaten⁹ euāgelij & Christianæ libertatis amicus

Lutherū euāgelicæ ueritatis amicū imitant indocti.

est Lutherius, sibi nos deuincit. Is si & tu fueris, nihil erit q̄ minus & tibi simus addicti. Proinde nō op̄tebat nos cōuitijs a tua īcessi modestia. Neq; em̄ nos male audire debemus, q̄ syncera fide a Christianis. Theologo non abhorremus: neq; Lutherij causa deterior est, q & indoctis uti magis pia ꝓbat. Fatemur īscitiā nostrā & fortasse nō minori gloria eā agnoscimus, q̄ tu laudes tuas passim ebuccinas. Indocti sum⁹, nescimus patrocinari lucri turpis in īmēsum studiosis

De cōtractu Augustano.

id q̄d nobis cū sūmo Ponti. cōe est. Nā cu tu mercatorū cōductici⁹, cōtractū socieratis suę plane iniquū æquū declarari ab eo supplicibus peteres libellis, repulsā es passus: nimirū q supra captū Pontificis Max. tua erāt cōmēta, q̄n uenali lingua & manu paratus eras, omnē semel scripturā non modo cogere, & torquere sed & pessundare, ne redires inglorius. Indocti sumus: nō uidemus em̄ qua rati-

Pro temporarijs causis iurare.

one p̄fecti Christū pauperē sequant, si pro tēporarijs causis iurēt. Sed quid? nimirū ea in re & Erasmus illud seculi nostri sydus nobiscū, te censore, hallucinatur. Indocti sumus: siquidem enumerare non possumus uarias primitiuę eccle-

Ceremonias docti ignorant.

siæ ceremonias: sed iterum se nobis associant plurimi uiri alioquī doctissimi. Indocti sumus: Maiestatis diuinæ penetralia non ingredimur: sed nec magnus ille Paulus apostolus erubescit ignorare, quæ tu in Chrysopasso coaceruas. Indocti sumus: possemus tñ multa huius generis afferre in medīū, quæ tibi magis q̄ nobis dedecori essent futura. In summa em̄ nulla tā auspicata peregrinatio tua

Chrysopasso

Peregrinationes Eccij.

quarū tu multas iuueniliter, ne dicamus ostentāter, cōmemoras, quæ nō & tibi & patriæ fuerit dehonestamento magis q̄ gloriæ. Nullus tā paruus a te libellus

Libelli editi ab Eccio.

editus est, qui nō aut extremā sapiat barbariē, aut insignib⁹ scateat erratis. Qua

Fidele consilium.

re nō imprudēter feceris Ecci prudētissime, si aliquādiu te intra penates tuos cōtineas: & laudē, quā nō potes assequi uerbositate, silentio tibi uindices. Equidē q̄ impar cū doctis ineas certamen, hinc æstimare licet, quod nec indoctis formidabilis esse cœperis. Neq; tibi uictoriā ex nobis temere polliceare: multi sumus indocti, & q̄uis non omneis sophisticis spiculis certare callemus, non pauci tñ docti ualidos librare contos: Quos declinare non poteris, nisi positis conuicijs & ꝓphanis artibus, ueræ Theologiæ, & Christo Opt. Max. totū te tradideris.

FINIS.

CONDEMNATIO DO

CTRINALIS LIBRORVM MARTINI LV/ Lutheri, per quosdam Magistros nostros Louani/ en̄, & Colonien̄. facta.

SPECTABILIBVS ET PRAECLARISSIMIS VI ris Magistris nostris, Decano & Facultati Theologiæ Loua/ nien̄. amicus tanquam fratribus E.P.V. amicus & confrater A. Car. Dertusen̄.

SPectabiles præclarissimi Magistri nostri, amici charissimi literas uestras. vij. Nouēbris ad me datas. xxvj. eiusdem accepi, quibus plane explicatis, quæ sit uobis erga Chri/ stum affectio, & quis erga sanctissimam eius fidē zelus. Vidi errores quos ex diuersis scriptis & tractatib⁹ Luthe/ ri sacræ theologiæ magistri annotatos, ad me misistis, qui sane tam rudes, ac palpabiles hæreses mihi præ se ferre ui/ dentur, ut ne discipulus quidem theologiæ, ac prima eius limina ingressus, ita labi merito potuisset. Et ex hoc maxime hæreticum se pro/ bat, q̄ paratum se profitetur ignem, ac mortem pro illis subire, & omnem con/ tra sapientem, hæreticum esse. Taceo causas, quibus de singulis articulis decla/ rari posset, quemadmodum hæresim contineant, ut prolixitatem uitem in re nō ambigua nec necessaria: Miror ualde, q̄ homo tā manifeste, tanq̄ ptinaciter in fide errans, & suas hæreses omniquaq̄ diffundēs, impune errare, & alios in per niciosissimos errores trahere impune sinitur. Vos certe bene ac laudabiliter faci tis, q̄ pestiferis hominis dogmatibus (q̄tum in uobis est) obuiam itis, doctrina lis condemnationis antidotum illis opponendo, ne illius errata etiā uos inuol/ uant, ne ue rei sitis apud dominum animarum, quæ occasiōe pertersæ eius do/ ctrinæ pereunt, quemadmodum fieret, nisi eiusdem doctrinæ falsitatem ac per/ niciem cēsura uestra ac ueritatis manifestatione monstraretis. Iuxta illud salua/ toris'. Qui non est mecum, contra me est, & qui non colligit mecū, spargit. Sed illud in primis prouidere debetis, ut in condemnatione per uos publicāda, nul/ lum uerbum aliter ponatur q̄ ab ipso autore sit scriptum, ueluti in articulo. Cir/ ca uero satisfactionem pro immutare seu mutare, scriptū est, imitare ius diuinū, errore (ut credo) scriptoris, quasi homo ne diuina quidem autoritate fretus tol/ lere posset oblegationem de iure diuino & naturæ ortā, nec unq̄ ualeret dispen satio in uotis, iuramentis, & alijs ex quacunq̄ causa relaxatiua obligationis cō/ tractæ. Quod manifeste falsum est, & omni ecclesiæ constitutioni contrarium. Non scribo nunc plura propter occupationes maximas, det dominus, ut breui cum dignationibus uestris de his & alijs præsens latius conferre possim. Interea tamen non omittam fidei laboranti succurrere, in his, quæ istis malignis tempo ribus per me fieri aꝫ procurari poterunt. Valeant diu felices E. dignitates, & me domino præcibus suis commendare uelint: Ex Papiol. iiij. Decembris. An.

M. D. XIX.

CONDEMNATIO FACVLTATIS THEOLOgiæ Louanieñ. aduersus doctrinam F. Martini Luther.



VNiuersis, & singulis has nr̃as litteras uisuris, & audituris Decan⁹, & facultas Sacre Theologie uniuersalis studij Louanieñ. cum syncera cõmendatione Salutem. Quamuis oẽs omnino Christiani ad fidei & sacræ doctrinæ defensionem, Christo cui nomen dederunt, & cuius sacramento ligantur, sint astricti, ad id tamen obligatiores esse constat quos sacræ theologiæ professio speciali⁹ stringit. Istos em̃ oportet esse potentes in opere & sermone, ut per sacrã doctrinã contradicentes redarguant, & pro domo Israel se murũ opponant. Hinc est, ꝙ nos huic dedito pro uiribus satisfacere cupientes, Anno superiore librum quendam F. Martini Luther, doctoris (ut dicitur) uniuersitatis Vuittenbergeñ. qui prima acie nobis uisus fuit scandalosus, & Christi ecclesiæ noxius, curauimus, q̃tum in nobis fuit, ne in nostra uniuersitate publice uenderetur. Verum cum experientia comperissemus, istud adhuc satis non esse, sed librum & autorem eius multos habere fautores, & defensores, asserentes huius libri doctrinã uere esse Christianam, quorum suasu & autoritate, multi ex simpliciorib⁹ ip̃m librũ cupidius amplectũtur, & a synceritate quæ in Christo est, auertuntur, Visum est nobis necessarium nostram adhibere censuram. Itaq; supradictum librũ cõplectentem conclusiones nonaginta quinq; cum suis declarationibus & responsis ad Syluestrum de Prierio, magistrum sacri Palatij. Item sermonẽ de penitentia, Sermonem de excõmunicatione, Sermonem de Indulgentijs, Sermonem de preparatione ad Eucharistiam. Itẽ Andree archidiaconi propositiones apologeticas, & preceptorium: Post exactam & diligentem examinationem, cõperimus, preter insignem detractionem philosophie, & omnium doctorum qui fuerũt ab annis quadringentis, etiã continere assertiones multas falsas, scãdalosas, hereticas, & heresim sapientes, cuiusmodi sunt que sequũtur. Opus bonum optime factum, est peccatum ueniale. Item, ex eo ꝙ sancti in omni bono opere minus faciunt q̃ debẽt, quodq; nullus sanctorũ uixit in hac uita sine peccato, concludit merita sanctorum nulla esse superflua sibi, q̃ nobis ociosis succurrunt, intendens per hoc manifestũ facere, ꝙ merita sanctorũ nulla sunt, que nobis possunt cõmunicari. quin & sancti in illis opus habẽt misericordia ignoscente. Hec simpliciter dixisse non sat erat, sed hec etiã addit uerba: Et ut aliquãdo audax sim, ea que iã dixi protestor me nõ dubitare, sed paratus ignẽ, & mortẽ suscipere pro illis; & hæreticum asseram omnem, qui contra sapuerit. Item indulgẽtie nihil aliud sunt q̃ relaxatio pene, arbitrio sacerdotis, uel canonum penitentialiũ imposite, quos tñ etiã ipse fatet̃ per nõ usum abolitos. Itẽ circa sacramentũ penitentie errores seminat, ut ꝙ sine gratia dei primo remittente culpã, nec uotũ remissionis querẽde, homo habere potest. Itẽ heretica est sentẽtia, qua sacramenta noue legis gratiã iustificantẽ dare dicunt̃ illis, qui non ponunt obicem. Alibi hoc etiã explicãs de baptismo. Circa contritionem istud dat consiliũ Cõfessurus ante oĩa tecũ cogita, quid faceres, si nõ esset preceptũ confitendi. Et an sic etiã uelles confiteri, cõteri, penitere, ꝙ si te nõ ita inuenis, iã scito, te nõ ex amore iusticie, sed cõsuetudine, & timore p̃cepti penitere. Itẽ ꝙ fides, qua creditur uerbũ Christi uerũ: Quodcunq; solueris &c. magis requirit̃ in absolutione

sacramentali.

sacramẽtali, ꝙ contritio, & ipsa sola satis est, quicquid sit de contritione: Tantũ inquit habes, ꝙtum credis. Addens, immo esto per impossibile, ꝙ confessus nõ sit contritus, aut sacerdos non serio sed ioco absoluat, si tñ credat se absolutũ, uerissime est absolutus. Et infra dicit. Quare magis est a confitente requirendũ, an credat se absolui, ꝙ an sit uere contritus. Itẽ idẽ expresse dicit de accessuro ad uenerabile sacramentũ eucharistiæ, in sermone de præparatione ad eucharistiam. Improbat etiã modũ examinandi conscientiã, contra c. Quem pœni. & canonẽ consilij generalis, in c. Omnis utriusq; sexus, de pe. & re. Circa confessionẽ. Nõ sunt confitẽda oĩa mortalia, quia impossibile est, ut oĩa mortalia cognoscas, ad impossibile aũt nemo obligat̃. Addẽs ꝙ solũ manifesta mortalia in primitiua ecclesia confitebãtur: iuxta illud Apostoli: Manifesta sunt opera carnis. Et de accidia dicit: Nescio an sit uiciũ confitendũ, credo ꝙ non, quia est, spirituale defectus, deo soli, qui & solus ibi mederi potest, aperiendus. Itẽ alibi dicit: Et si non sit necessariũ confiteri sacerdoti, si fratrẽ non excusaueris accusatũ, fœdatũ falso testimonio oppressum adulatione uel detractione, forte contentus, ꝙ tu non ea feceris, certe corã deo argueris reus tã impij silentij, & male ociantis linguæ quæ in hanc fratris tui necessitatẽ tibi data est. Circa uero satisfactionẽ dicit, ꝙ nullã pœnã exigit deus remissa culpa, quã sacerdos possit tollere uel minuere, quia talis pœna secundũ diuinã iusticiã debita, nulla est, aut si aliqua sit, non potest ab homine tolli, quia ut inquit, hoc esset mutare ius diuinũ. Circa mandata dei dicit, Deus ligat hominẽ ad impossibile, & ꝙ diuino præcepto tenemur ad non habendũ fomitẽ peccati, quẽ quia habemus, & in hac uita carere nõ possumus, semper peccam⁹. Itẽ, ꝙ omnes filij Adæ sunt Idolatræ, & infra: Si hoc præceptũ seruaremus, nulla esset superbia, i. nulla radix peccati. nullũ initiũ peccati ac per hoc nulla peccata essent, sed pax, amor &c. Addens, ꝙ non in hac uita sperandũ est, ideo semper maneamus peccatores, & huius præcepti transgressores, solo hoc sacrificio salui, ꝙ hanc transgressionẽ, non ignoramus neq; negamus. Itẽ dicit ꝙ uirtutes morales, & scientiæ speculatiuæ sunt peccata, & errores in peccatoribus, quia fiunt necessario ex corde malo & nondũ sanato per gratiã Et multa alia passim inserit, æque uel magis absurda & erronea. Item uarias propositiones suspectas & periculosas inducit de purgatorio. Vt ꝙ anime in purgatorio sine intermissiõe peccãt in eo quod horrent pœnas & quẽrũt requiẽ: Et ad suas assertiões erroneas confirmãdas, autoritates sacræ scripturæ ad sensum per uersum trahit. Similiter & uerba doctorũ tã ueterũ, ꝙ modernorũ corrumpit ac peruertit. Propter quæ censemus, librũ ipsum, ac oẽs & singulos tractatus eius, in quibus hæc, uel horũ aliqua continent̃, dãnandos. Ac deinde librũ, & tractatus doctrinaliter dãnamus, tanquã cõmunitati fideliũ nociuos, uere & sane doctrinæ aduersus, & de medio tollẽdos censemus, igniq; cremãdos & autorẽ ipm ad reuocationẽ, & abiurationẽ supradictorũ cogendum.

INQVORVM premissorũ ueritatis testimonium præsentes literas exinde fieri & per notariũ infra scriptũ, subsignari mandauimus, sigillicq; ante dictę nostræ facultatis theologiæ iussimus appẽsione communiri, Acta fuerũt hæc Louanij, Leodiẽsis diocesis, in ecclia collegiata sancti Petri Louanien̄, in loco capitulari inferiori ibidẽ: Sub anno a natiuitate Dñi Millesimo quingẽtesimo decimo nono, Indictione septima, Mẽsis nouẽbris die septima inter nonã & decimã horas ante meridiẽ, Pontificat⁹ sactissimi in Christo patris & domini nostri domini Leonis diuina prouidentia papæ decimi, Anno suo septimo.

De mandato dominorũ Decani, & aliorũ magistrorũ nostrorũ dictæ facultatis, Ioannes von houe Notarius.

CONDEMNATIO FACVLTATIS THEOLOGIAE Colonien. aduersus doctrinam F. Martini Lutherij.

VNIVERSIS, & singulis has nostras literas uisuris & audituris, Decanus & facultas sacræ theologiæ uniuersalis studij Colonien sis cum sincera cõmendatiõe Salutem Tametsi omnes ubilibet consistẽtes fideles, ad cõmunis fidei defensionem, nedũ cũ rerum, uerumetiã cũ propriæ uitæ dispendio teneantur, præcipue tñ eos ad id muneris arctius obstrictos constat, qui p̃ titulo professiõis, ab ecclesia ad id præ ceteris deputati, æstimant̃ sacrę theologię magistri, quorũ (ut scriptura ait) uniuscuiusq; ensis super femur eius esse debet, propter timores nocturnos, errores, & hereses, quos procurante uniuersorum zizaniorum satore diabolo, studio prauorum, pseudoq; catholicorum in ecclesia per tempora dormiẽtibus hominibus contingit pullulare. Cum itaq; ante aliquot hos dies, uenerandi, eruditissimiq; dñi, Decanus, & facultas sacratissimæ theologiæ insignis studij Louanien. confratres nostri, fidei zelo succensi, per p̃priũ suum nunciũ sacrę Theologiæ Baccalauriũ, librũ quendã, sub titulo cuiusdam fratris Martini Luther impressum, ad nos trãsmiserint, expetierintq;, quatenus charitatis debito, eũdem librũ, quẽ multorũ Christifideliũ aures grauiter offendisse accepissent, quod noua, insolita, inaudita & noxia quædã dogmata, in fide erronea lectoribus ingereret, p̃lustrare, & examinare dignaremur, atq; si ita mereretur, reprobationis nostræ censurã doctrinaliter adhiberemus: Nos tam sanctis desyderijs, iustisq; precibus confratrum nostrorum merito inclinati, præmemoratum librum, quadringentas & octuaginta octopaginas in se, iuxta numerũ illis impressum cõtinentẽ, uisendũ, reuisendũq; nonnullis ex gremio nostro magistris cõmisimus. Et quoniã post illorũ examentalẽ eum palã conperimus, qui quo ad tractatus, & materias per fratrẽ Martinũ Luther editas, atq; in lucem (ut fertur) datas, uarios in fide & moribus errores, alienaq; a sanctis doctoribus dogmata contineret, & speciatim, sancta uiteq; eterne meritoria, humana opera infamet, & reatũ eis inijciat, quasi sine culpa fieri nõ possint, sacras scripturas sanctorũq; patrũ sententias peruertens, in sensum pernicioſum cõtorqueat, Penitentie sacramentũ, dogmatibus pernicioſis annullet, circa contritionẽ scãdalosos errores inducendo: Circa confessionẽ cõtra uniuersalis ecclesiæ ueterẽ doctrinã peruersa cõsilia ingerẽdo: Omnẽ satisfactionẽ mortali culpe remisse debitã cassando, cũ deus (ut ait ipe, cui mortalẽ culpã semp̃ etiã & meritã penã remittat: Thesaurũ indulgentiarũ, quas non solũ ab olim patrũ decreta, sed etiã sacra approbauerũt concilia, ex friuolis irrationabilibus fundamentis, per propositiones in sanctos & in sanctorũ merita impias, & blasphemas pertinaciter annulet Circa penas purgatorij, & statũ aiarum post hãc uitam ex uanis motiuis, abhominabiles errores disseminet, utpote q̃ in purgatorio nulla anima quippiam promortalibus patiatur, sed duntaxat pro uenialibus patiatur peccatis, q̃ anime in purgatorio deũ uicioſe culpabiliterq; diligãt, ac sine intermissiõe illic peccent, & que sua sunt querentes, plusq; diuine uoluntatis impletionẽ, quod (ut ipse inquit) est cõtra charitatẽ, q̃ mortui fere non minus q̃ uiui in statu sint merendi uitã eternã. Item cõtra priuilegiũ, & primatũ Rhomane ecclesie supra ecclesias ceteras per orbem, erroneas assertiones, ab olim pro hæreticis condẽnatas, auri-

tas, attribus Christi fidelium refricet, & ingerat. Sedem Apostolicã irreuerẽter, palam, & scandalose taxet. Autoritatẽ summi Pontificis impudenter attenuet, utpote qui solam penam canonicã seu arbitrariã, nullã aũt penam secundũ diuinã iusticiã peccatis debitã, diuinitus sibi data potestate remittere possit: Cũ (ut ait ipse) tales penas remittere, esset diuinum ius mutare, mãdatũ dei irritũ facere & in deũ impijssimũ aduersariũ esse, innumeraq; alia scãdalosa hijs non absimilia, immo grauiora, & pernicioſiora in se habeat. Quocirca nuper die martis penultima mensis Augusti, super hoc legittime omnes, & singuli cõuocati, in cõgregatione nostra publica more solito, in conuentu fratrũ p̃dicatorũ, seruata & habita, matura pẽsiculatiõe præmissa, cõcorditer censuimus, & doctrinaliter iudicauimus, prefatũ librũ tantis scãdalis, erroribꝰ heresibusq; ab olim dãnatis, refertũ tanquã cõmunitati fideliũ noxiũ, iure de medio tollẽdũ, usum eiꝰ inhibẽdũ supprimendũ, & per eos ad quos id spectare dinoscit̃, igni publice cremãdũ: Autorem etiã eius merito ad reuocationem publicã compellendum. In quorũ omnium robur, ac fidele testimoniũ, hãc nostram sententiam per notarium nostrũ iuratũ predicto libro ascribi, & sigilli facultatis nostre (quemadmodum & has nostras literas) iussimus appensione cõmuniri. Datum & actum Colonie Anno salutis Christiane supra millesimum quingentesimũ decimo nono, penultima die mensis Augusti.

Per me Henricum de Vorda de Colonia notarium publicum, Et supradicti generalis studij Colonien̄ Bedellum iuratum.

ORNATISSIMO VIRO D. CHRISTOPHORO Blanco. I. V. Licentiato, suo in Christo Salutem.

Responsio Lutheriana ad supradictas cõdẽnatiões.

MITTO ad te, uir ornatissime, damnatores doctrinales Lutherianæ doctrinę, nempe, Louanien̄ Colonien̄q; Theologos. Quorũ infelici studio, si dixero me non moueri, magno meam conscientiam confecero mendacio. Nam ea, quæ in Reuchlinum cogitauerunt duæ eædem prę cæteris Vniuersitates, casui aut temporali hominũ cuidã fato dedi, aut ad summum humanæ cõditioni, qua necesse est, ut prouerbio dicit̃, semel insanire omnes, quibus magnam ignominiam sibi pepererũt, uniuersum nomen Theologicum, summo ludibrio exposuerunt, omnibusq; uniuersitatibus irrecuperabilẽ fidei, & autoritatis, & opiniõis iacturam, thesaurisarunt. At postq; uideo eos hoc malo suo nõ solũ nihil eruditos, sed etiã ĩ peiora lapsos, hoc (siue ꝓ resartiẽda gloria, siue ꝓ excitãda maiore tragœdia,) conari, ut etiã exp̃ssas diuinæ scripturæ sentẽtias immo suas proprias dãnent, aliud suspicari nõ possum nisi irã dei peruenisse su-

Colonien̄ uniuersitas omnibus uniuersi. iacturã fecit.

per eos in finē, ut Apostolus de Iudæis ait. quo timore motus, tanq; desperatos & deploratos cogor miserari, ob totius Christiani populi periculum, quē necesse est, hos infelices Magistros ubiq; habere duces uitæ. Dicit Euangeliū Christi, apud Turcas nō licere prædicari: At si istis doctrinalibus damnatoribus, sua fiducia, & tanto arrogantiæ bulla constiterit, quæ tyrānis Turcarū poterit ei cō ferri? Nā quid causæ quæso afferunt in hac condēnatione mei, qui tā densis scripturis mea muniui? Aut quid spirat hæc damnatio, nisi bullā fiducīæ superbissimæ, istā: Nos sumus Magistri nostri eximij, & almæ uniuersitatis Theologi, quicquid dixerimus, Euangeliū est: Quicquid dānauerimus, hæresis est. Si iste est modus dānandi, statuendi, docēdi, quin extinctis Euangelio, & scriptura tota, Louaniū aut Coloniam imus audituri, quid Magistri nostri, uel per febrē diuinent, aut exemplo Turcæ, pro utroq; testamento, nouum qnendam Alkoranum nobis cōdant? Quis em̄ potest uel fingere, quid prosit scriptura diuina, si magistris nostris sine ea loquentibus, necesse est credere? Qua re magis moueor, Antichristum, aut regnare, aut prope diem regnaturū, dū homines isti incipiunt se extollere super uerbum dei, quando eam insaniam, nullus unq; hæreticus præsumpsit, nec eo tempore ausus fuit diabolus, ut sine uerbo dei, in ecclesia quid moliretur, quod hodie, tum pontifices, tum Magistri nostri tāta sibi tyrannide usurpant, (sed sub nomine Ecclesiæ sanctæ, nunc Romanæ, nunc catholicæ, nūc repræsentatiuæ, nunc doctrinalis) ut si quis neget, recte ab eis, īmo diuinitus factum, mox sexcentis hæreseon nominibus damnatū, utriq; igni, isti & futuro deuoueant. Nec sic tamen usq; apparent, qui surgant & teneant dñm (ut Esaias ait) & uel sanguineis lachrymis, hæc horrenda portenta iræ diuinæ mitigent. Ego qui in Eccium Eccianosq; paraueram impetum spiritº mei, hac misera damnataq; damnatione mei, sic fractus mutatusq; sum, ut flere magis libeat, q̄ quicq; scribere. Iam non glorior de lucro persecutiōis. Humanas temeritates arbitrabar esse, quæ diuina ira est. & tāta ira, ut nō modo eiº magnitudo & multitudo nō cognoscat, sed & p̄ gratia, & misericordia (heu miseros huius seculi filios Adam) pertinacissime uiolentissimeq;, per multorū mortē & perditionem iactetur celebreturq;. O merces digna ingratitudine nostra. Hæc tamē sic dixerim, tanq; reuera Louanien. & Colonien, Theologorum ista sit cōdemnatio, tū & epistola Cardinalis Derthusiensis, quicquid id hoīs est. Nā subolet meo naso nonnulla sycophantia, & ut loquunt, uehemens suspicio Cardinalē hūc esse p̄sonatū, nō q̄ uelim Cardineo pileo tribuere aliquid alienū homini. i. ueritatē dei, sed quod phrasis ista, quoduis aliud resipiat q̄ Cardinalē: necdū satis scio, an credendū sit, usq; Theologos esse, qui adeo desipiant, ut nec decori, nec rerū, nec uerborū ullā rationē habeāt. Deinde nudis uerbis dānent, quęcūq; libitū fuerit, p̄sertim cū certior factus sim literis, inde ad me datis, non oīm de facultate Louanien cōsensu, istā dānationē esse natā. Vt ut se habet res respōdēdū est, ac primo fiducia p̄nunciādi Mḡris nostris siue ueris, siue p̄sonatis adimēda ostēdēdūq;, q̄tis opus sit firmamētis, ut credat̄ ijs qui raro p̄nunciauerūt bene: frequenter aūt ac uere sp̄, pronūciauerunt male, ut desinant putare, suas dānationes fuisse in materia naturali, quæ potius in cōtingenti, ac frequētius in remota fuerunt, ut & ego aliquid eorū usurpē. Quin cū semel malus, semper p̄sumat̄ malº, iuxta iuris regulā, nusq;, nūq; in nulla re credēdū erit Mḡris nr̄is qbuslibet, quor̄ iudiciū constat iā a multis annis fuisse nō modo incōstās & preceps, sed & erroneū, hereticū, temerarium & cęcum, cui nemo debeat fidere tuto, nisi

quem

Colonienses dānant sine scripturę probatione.

Louanien & Colonien uolunt audiri ut euangelium.

quem deus iratus operationibus erroris mandet illudi. In cuius rei fidem exempla sunt inuocanda.

Nonne Vuilhelmus Occam, Scholasticorū doctorū sine dubio princeps & ingeniosissimus, reprobatus, dānatus, excōmunicatus extra omnes synagogas præsertim Parrhisieñ. factus, indignissimus erat, tum pontificū tū Theologorū plurimorū iudicio, qui legeretur? At quæ inconstantia, ut dānatū hodie sinant Parrhisijs & in melioribus scholis regnare? Aut quare hūc non adiudicāt igni dānatores doctrinales? cur placet falsitas, quę olim displicuit? An Magistri nostri sese nō fieri a ueritate æterna, sed facere ueritatē ꝓ tempore forte præsumūt? sicut olim Romani deorū colēdorum arbitrium sibi arrogauerunt.

Occam olim reprobatus nunc ut ueridicus regnat.

Deinde, quot articulos schola Parrhisieñ. damnauit, quos denuo reuocauit, & pro uerissimis defendit? Aut qs nescit, in quā fabulā abierint articuli Parrhisieñ? dicētibus Anglis, nō trāseunt mare: Italis, nec mōtes: Germanis, nec Rhenū: sicut beati Tho. autoritatē, non exire septa monastica p̄dicatorū, nec in illis ipsis satis tutā. Quis ergo Articulos hos damnationis Louanieñ & Colonieñ toties ante hac errantium, non rideat, nudos inermesq; audere etiam Albim transire?

Articli parisi eñ in fabulā abierunt.

Ioannis Pici Mirādulani Comitis Cōclusiōes, quanto (dei fidē) tumultu dānatæ sunt, tantum ut Magistri nostri eximij rectos esse suos errores statuerent. Quas tñ quis est hodie fere, q nō mireť? nisi forte senes aliq̄t sophistę in angulo rabiosa silētia rodētes, qs tñ cognita ueritate, q̄tūlibet p̄tinaces, null⁹ doctrinalis dānator censet hæreticos, temerarios, falsos. nec ipsi simili exemplo metuunt ne denuo impingant in eandem ueritatem.

Pici Confessa olim dānatæ, hodie admittunt.

Laurētius Vallēsis, primitiuæ Eccl'iæ (meo iudicio) uel reliqua scintilla, ul'nouus fomes, cui Theologorū & pontificū nō est extinguēd⁹ uisus? qui uir ab ijs etiā criminat' īdoctissim⁹, q nō uno mō īdigni fuissent, ei matulā porrigere, cū interim Chrysopasli seu uitra aut potius glacialia nugamēta illoꝝ, libris huius cōp̄ata, mera nausea sit. At nūc Laurēti⁹ is est, & quotidie magis fit, cui nec Italia, nec uniuersa Eccl'ia multis seculis similē habuit, nō mō in oī disciplinarū genere, (q̄d nullus adhuc p̄stitit Mgr nr̄ eximi⁹) sed & cōstātia & zelo fidei Christianę nō ficto: Quid hic ꝓmouit, non mō doctrinaliū dānatorū, sed & autentiorū autētica dānatio, nisi q̄ sese irrisit & hunc magis glorificauit?

Vallensis theologoꝝ nouus fomes.

Laurētij Vallaus.

Post hos loānes Reuchlin, in q̄ deph̄ēsi sunt Theologi quinq̄ uniuersitatū (deo disponēte) quid sapiāt, qd cernant, qd quærāt doctrinales dānatores. Nec obscurū est Louanieñ & Colonieñ cōscientia hui⁹ ignominię agitatos, quā ex Reuchlino acceperunt, noua hac fabula in Luthero quærere redēptionē glorię ut qui in illo fuerūt damnatores autentici, non doctrinales tm̄, exurentes eius libellos, nunc re pessime gesta non nihil fracti, cūm nec doctrinales nec autentici manserint, ficta humilitate tantummodo doctrinales se simulant, sperantes se euasuros quoq; autenticos. faciunt autem hac crassa uafritia, & infœliciter instaurata gloria, ut deinceps facilius sim accessurus, pio simplicięq; laico, damnāte aut ꝓbāte, cū uniuersis talib⁹ Magistris nostris Louanieñ & Colonieñ. etiā signo uniuersali in unum collectis, personaliter, simpliciter, & materialiter supponentibus, ampliatis, restrictis, appellatis, expositis & resolutis. Absit a me, ut eorum damnationem uel flocci faciam, ut qui non semel tam pertinaces inuenti sunt, publicique hostes ueritatis, & innoxij libelli exustores. denique prævaluit, ut per misericordiam dei orta luce ueritatis, ludæisque dimissis acceptisque gentibus, uulgus ciuium artificum, & quo qui sunt, a Magistro

In Io. Reuchlino. v. uniuersitates se indoctas prodiderunt.

Simplex laicus meli⁹ iudicat Colonieñ. & Louanieñ

Magistrorũq; istorum studijs remotiores, rectius & certius de Christiana re iudicent, q̃ theologi doctrinales damnatores, diuiserit q̃ dominus iterũ, ut nõ populus, populus sit: Israel, Israel non sit: non Theologi Theologi sint, põtifices pontifices nõ sint, sinatq̃ illos nomine inflari uanissimo, hos re gaudere plenissima, atq̃ ita uidemus fieri ad oculũ, immo & ad tactum: nec tamen adhuc deũtiment ferreæ ceruicis, & æreæ frontis Magistri nostri eximij, populus miserabilis & lachrymis dignus.

Ignari p̃stãtia ingenia fere sp̃ opprimere nituntur.

Omitto hic Vuesaliã, Fabrũ Stapuleñ. & arietẽ illum hærentẽ cornibus in uepribus Erasmum, & multos p̃ter hos alios. Quid em̃ usq̃ natũ est p̃stantis ingenij & eruditionis, quod nõ statim sit petitũ ignauis istis fucis? sicut scriptũ est, Esca eius electa. item de eodem Behemoth Iob. xlj. oculi eius sicut palpebræ diluculi, omne sublime uidet. & illud Prouerbij, summa petit liuor.

Magistri nostri neminem uincunt p̃ arma dei.

Iam lustret historias qui uolet, & referat si potest, esse unũ aliquando istis Magistris superatum per arma dei, & doctrinam sanam, quibus Paulus præcepit destrui munitiones & altitudines, extollentes se, aduersus scientiã dei. Si inq̃ unũ possunt ostendere, permittam eis ut inuersa dialectica, ex una singulari inducãt uniuersalem, ex uno die calido, faciant æstatẽ: concludantq̃, semel uicimus per scripturam, ergo nunq̃ erramus. etiam si incipiant a Concilio Constantiensi, quo seculo, maxime tyrannisauit autoritas inquisitorũ & magistrorum: Nunq̃ ratione uel autoritate, sed sensu capitis & opinionũ suarum egerũt, aut ad summum, decretis humanitus statutis, ut omnibus palã sit, infœlices hos homines, non iudicio, sed mera temeritate præcipites ferri, nec offendi falsitate, sed uri nouitate, quam tamẽ postea residente paulatim furore, agnoscũt & ipsi uerã fuisse.

Ioan. Hus & Hiero. quõ uicti sint constat.

Ioannem Huſz & Hierony. de Praga, qua ratione superauerint Cõstantienſi. concilio, ut taceam epistolam Poggij Florentini, deinde robustissimam famã, quam nec oẽs pontifices, nec omnes uniuersitates sedare, queant etiã inter ipõs magistros nostros priuatim confabulantes, satis constat & conuenit.

Timeat Magistri nostri ueritatis oppressores.

His exemplis abunde monstrari puto, q̃to sit opus timore Magistris damnatoribus, & q̃ anxie conandũ sit eis, ut iudicia dei terribilia & mirabilia, nõ sint longe a facie eorũ, quod de impijs scribitur, præsertim cum toties uideant sese fœdissime impegisse, & ueritatem oppressisse, ne tandem pro sua temeritate & impietate, Antichristi Apostoli censeantur. Vehementer aũt admiror Louanieñ. & Colonieñ. Theologos, qui p̃ omnium uniuersitatum Theologis, primi

Louanieñ. & Colonieñ. cæteris magis temerarij.

semper in aciem temeritatis descendunt, his exemplis non pudefieri, & omnes alios homines adeo insensatos stipites iudicare, ut non cogitent, suam insciti& & temeritatẽ, toties deprehensam, palamq̃ traductam, adeo grauiter ubiq̃ fœtere, ut nullis uniuersitatibus q̃tumlibet paruis, minus autoritatis & opiniõis reliquũ sit, sed (ut dixi) ira dei hæc est, qui cęcitate & amentia eos percussit, sicut cor Pharaonis indurauit & aggrauauit.

Sed fingamus optime Christophore, Magistrorũ eximiorum iudicia omnia hucusq̃ fuisse sana, integra, & diuinis literis firmata, seponamusq̃ interim a cõspectu nostro insignem fiduciam & audaciam, seu temeritatẽ, qua hucusq̃ magis latrocinati sunt, q̃ eruditione & grauitate probati inuẽti. Ad meam causam ueniamus: Vbi si me errasse deprehendissent, poterant duplici uia, aut Charitatis aut iuris Christiani mecum agere: Charitatis erat, si edita schedula, populis in hunc modum persuasissent: Nolite offendi fratres scriptis Lutherinis, multa disputauit, quædam forte acutius dixit, q̃ omnium sensus capiant: habet etiã diuina scriptura suos piculosos locos, q̃to magis hominis scriptura: Hanc inq̃

Colonieñ. nõ egerunt cum Luthero secũdũ charitatẽ nec secundũ euangelium.

charitatis,

Charitatis, immo naturalis iuris regulam sine dubio uellent a me sibi seruari in simili euentu, quod & facerem ego, si istorum ritu pararem non tam doctrinam q̄ nomen alicuius publice insectari: Neq; enim ego ullum unq̄ nominaui, quoties dogmata sum insectatus: Qua re & mihi nō nocuissent nec ueritati, omnibus autē optime profuissent, sibiq; ipsis gloriam & amorem tam dei q̄ hominum obtinuissent. At nunc quis non odiat hos Magistros populorum, qui alios docent, seipsos non docent, & prouerbium euangelicum in se ostendunt, Medice cura teipsum. dum magis animi morbo q̄ iudicio per præceps ruunt, in præuaricationem charitatis & iuris naturalis. Et iuxta Euangelium, festucam in oculo meo obseruant, trabe sua neglecta: & glutientes camelum, colant culicem. Quis autem scripsit, dixit ue unq̄ tam syncere, quod insidijs inuidorum non patuerit ad deprauationem? Si talem scripturis sanctis legendis afferant furorem, quæ syllaba in eis non erit hæretica? An hoc discūt Magistri nostri, tot ānis, tot sumptibus, tot curis Louaniæ & Coloniæ, ut in alienis libellis ingenioſi fiant calumniatores? & ubi locus nō est calumniæ uiolenti deprauatores? Putas quid & ego possem in eorum dialectica, philosophia, theologia id est laruis humanorum phantasmatum, si eodem ingenio utar uel decima parte? Aut quę irata meretrix, non etiā superet hac arte Magistros eximios nostros Vide ergo, cum eorum dialectica, philosophia & Theologia scateāt erroribus, immo quędam errorum lernæ sint, q̄ equi q̄ amantes sunt inuicem interpretes Adeo, ut impijssimi Aristotelis publici ueritatis uel ex professo hostis sentētias q̄tumlibet Christo aduersarias, nunq̄ non officiosissimo interpretamento honestent, etiam Christū ante nudaturi ad ignominiā, & omnia eius altaria q̄ hūc gentilem animarum carnificem, turpitudinemq̄ eius non penitus impurpurēt & inaurent. Et me Christianum fratrem, per imprudentiam meam, & alienam uim, in publicum tractum sic tractant, ut non modo non uestiant sicubi nudus sum, sed id potius agant, ubi optime sum etiā armatus, & munitus, denudēt, & turpitudinē meā reuelent doctrinalitatibus suis subtilissimis.

Colonienſes discūt calumnias.

Aristoteles honestatur a magistris nostris cum christi ignominia.

Hæc de charitate, iā iuris uia fuisset, ut iuxta Christi præceptū prius fratrem peccantē, etiā si pertinaciā indicassem, cū sint duodecim horę diei, monuissent priuatis literis, sicut Reuchlino fecerunt, ut meipsum, uel explicarē, uel emēdarē, uel pertinaciā ponerē. Hoc sine dubio & a me sibi fieri uoluissent, ubi si non audissem tū Euangelicis mandatis obtēperātes, fecissent quę sequunt. At nūc, neq; deū, neq; hominē ueriti, audēt sese iactare zelo fidei, in me ferri, quasi possibile sit credi, spiritū sanctū suis cōtēptoribꝰ adesse, quē potius formidare debuerunt, ne zelū istum inobedientię & peccati, sibi a blasphemantibus tribui tandē non pateret. Mirū uero ac nouū Theologorū genus nos sumus, q̄ ea, q̄ dei sunt curare non ante p̄sumimus, q̄ irritato deo in omnibus suis præceptis, pro quibꝰ tamē meritis, nescio quot nobis aureolas in cœlo ipsi ꝓmittimꝰ, & magna buc ca zelū fidei apud homines iactamꝰ. Missam sacrificaturi, aut aliq̄d lecturi actu riue, peccata confitemur, & deū placamꝰ, ueritatē dei defensuri, ubi maxīe opus est deo placato & propitio, deum irritamꝰ, immo irridemus. Quare nihil, mirū si Magistri isti miserrimi, sic me uideantur uelle curare, ut ille qui cum fratrem e limo traheret, altius inmersit & suffocauit. Hoc more nostra secula digna sunt ut iuxta Micheam, frater fratrem ad mortem uenetur, & obsequium se præstare deo arbitretur, qui contemptis primum dei præceptis, pauperem rheti suo immolarit. In hæc tam portentosa crimina, nullus est zelus Louanieñ. Colonieñq̄, Hic nullus Cardinalis Derthusensis, nulla Rhoma, nullus usq̄ doctrinalis

Monitio christiana nō obseruata est.

Magistri nostri aureolam sibi ꝓmittūt in cœlo.

ctrinalis damnator, sed laudatur hic peccator in desyderijs suis, & impius benedicitur. Sed sine, iudicium iræ dei sic urget.

Louanien pa pę libellū cō/culcant.

Sed donemus & hanc iniuriam & iniquitatē Magistris nostris: Sanctissimus Dominus Leo Papa, quid peccauit in Louanien. & Colonien. damnatores, ut libellum suo nomini dicatum, suis pedibus oblatū, suum iudicium expectantē, anhelantes isti Magistri, e manibus eius raperent, & suo stulto zelo subijcerēt? An uolunt occulto morsu S. suam arguere ignauiæ, inscitiæ, negligētiæ, immo impietatis in deum & Ecclesiam? An soli & primi mortaliū in toto mūdo sunt Louanien & Colonien? Verum, ego longe stultissimus, qui id uenialis peccati licere Magistris nostris eximijs doctrinalibus miror. Quid hominem pontificem uereantur, qui uniuersis dei mandatis conculcatis, in proximū insaniunt? Sat est, si uerbotenus & specietenus, deū & pontificem hominem honorent, & sub titulo zeli diuina & humana omnia prophanent, ad laudem dei, & honorē sanctæ sedis Apostolicæ, & defensionem sacræ Theologiæ & philosophiæ.

Verū satis hæc de culpa temeritatis, nunc inscitiā (sapientiam uoluí dicere) uideamus.

Lutherus insigniter detrahit philoso/phiæ.

Capitulum primum est: Insignem philosophiæ detractionem contineri in libris meis: Vides hic zeli fontē? Nempe, ne lucrū facultatis aresceret, sine dubio, uel toti libro, uel multis parsum esset, si hoc ulcus non tetigissem. Respōdeo tamen Magistris nostris eximijs, nō Lutherum, sed Louanien & Colonien esse

Magistri nostri omnia dānāt nihil pro/bant.

detractores philosophiæ. Expectas ut probē dicta? non oportet, nā sicut hi Theologi omnia solum dicunt, & omnia dānant, & nihil probant, ita uerisimile est non passuros esse probationem contradictoris, qui omnia eadem mensura metiri uolent. Sufficit em̄, hic mulierculārū more cōtradictionis tm̄ uerbis contendere: est, Non: Est, Non: Ita, Non ita: Sic, non sic: uos erratis, nō erro. ne statuta & morem Magistrorum præuaricemur, tamen de fauore & licentia domino/rum spectabilium Decanorum & Magistrorum nostrorum speciali prius petita & obtenta, breuiter ꝓbo ꝙd dixi. Eos ego arbitror philosophiæ detractores

Philosophia nocet eccliæ.

esse, nocētes, tū pueris, tū senib⁹ & uniuersæ eccl'iæ, q̄ hoc philosophiā appellāt ꝙd philosophia nō est: & sub nomine philosophiæ, optimas adolescētiū aias, suis somnijs & erroribus occupant & perdunt, cū aūt præter Aristotelem nihil tradant (in quo uere nihil est philosophiæ) tum ipsum nunc̄ intelligant, assutis ei suis diuinationibus, pro ueris interpretationibus, & tamen philosophos sese iactent, quid possunt in philosophiam atrocius committere? Quod si negēt, obijcerem eis, ut in testimonium suæ philosophiæ, procemium physicorum (quod adhuc nullus eorum intellexit) aut posteriorum, aut metaphysicæ, nobis interpretarentur, ad germanum Aristotelis sensum. Sed metuo, ne denuo coacta facultate damnant Lutherum, iterum nudis doctrinalibus, autenticis uerbis, dicentes: Lutherus detraxit Magistris nostris, negās eos esse philosophos, & procemia librorum Aristotelis scire. Nam postc̄ hanc artem apprehenderunt, ut non nisi Damnamus dicant, nec sint obstricti ad reddendam rationem, quo pluribus ego probauero, eo plura illis damnanda obtulero.

Est & Luther philosoph⁹ & scholastic⁹

Credatis aūt fortiter Magistri nostri eximij, Luthero esse notam philosophiā & Theologiam uestrā, in qua non pessimo ingenio, nec ultima socordia uersatus sit plus duodecim annis, interc̄ synpalestritas uestros uetritus, nō mihi persuadebitis, philosophiam esse garrulitatem illam de materia, motu, infinito, loco, uacuo, tempore, quę fere in Aristotele sola discimus, talia quæ nec intellectū nec affectū, nec cōmunes hominū mores quicq̄ iuuent, tantū contentionibus

serendis

ſerendis ſeruandiſq; idonea: quod ſi maxime quid ualerent, tot tamen opinionibus confuſa ſunt, ut quo quis certius aliquod ſequi propoſuerit, hoc incertior feratur, & faces Euboicas ſectetur, & ſero tandem cum Protheo ſibi fuiſſe negotium pœniteat, has procellas uos philoſophiam dicitis Magiſtri noſtri. Sat erat Iuuentutem Chriſtianam, tanq; in barbara Aegypto ſeruientem, hæc ideo diſcere, ut cum tyrannis ſuis loqui poſſit, nõ probare, donec liberetur, ſic ego adoleſcentes inſtituere ſoleo.

Scio iam dudum, mi Chriſtophore, te ridere hos egregios damnatores doctrinales, & illud feſtiuum tuum tecum murmurare: Cum talibus doctoribus auſim & ego congredi. Sic enim ſoles titulares iſtas Bullas nihil non ſibi arrogantes ſallire. Verum poſitis ſalibus, quibus digni ſunt, pro eis potius mecum dole, qui ſub his tyrannis ingenia optima proſtituere cogũtur. Nam, quod ſine cauſis adiectis mea damnarunt, nemo eſt omnium, qui nõ damnet & rideat: qua friuola & temeraria damnatione non parum probationis meis libellis adiecerunt, præſertim apud eos, qui non penitus ſunt cautes & ſtipites. Vere oẽs ſane mẽtis hãc cõdẽnationẽ friuolã iudicant.

Suſpicor tamen eos prudentiſſimo conſilio noluiſſe aliquid probare, aut rationem ullius reddere, quod memores quid ꝓmouiſſent Colonieñ. in Reuchlin Iuriſtam, & quo impetu eorum inſulſiſſimam farraginem diſieceſſit, timuerunt ne & ipſi in cornutum & ungulatum bouem impingerent, multo atrocius ſæuiturum, cum ſcirent me Theologum, & ſuarum lamiarum non imperitum, mea ſic munijſſe, ut conuelli feliciter poſſe deſperarent, & tamen ſalua permanere non ferrent.

Atq; id nimirum eſt, ubi magno hiatu ordientes epiſtolã ſuam, faſtu pluſq; Peripatetico iactant, ſeſe eſſe uiros ſexaginta ex fortiſſimis Iſrael, qui ambiunt lectulum Salomonis, quorum cuiuſq; gladius ſuper femur ſuum ꝓpter timores nocturnos, ad quos præcipue pertineat per ſacram ſcripturam fidem tueri, & errores extirpare: poſtea, ubi operi accinguntur, & iam ſpectatores auidi circũſpiciunt, ubi nam rutilet gladius femoris uerſatilis, aut ſcriptura ſancta fulminet, audiunt aliud nihil, q; uerbum hoc primæ coniugationis: Damnamus doctrinaliter, Crepitum ſcilicet ficulni idoli: Et impletum eſt illud Salomonis prouerbiũ, uentus & nubes & pluuia non ſequens, uir promiſſa nõ complẽs: quis tam morio, qui pueriles has Magiſtrorum ineptias nõ rideat? Velim doceri ab his Magiſtris noſtris eximijs, an gladius femoris, & ſcriptura ſancta Louanij & Coloniæ uerſo rerum ordine idem ſint, quod uerbum, Damnamus, & aduerbium doctrinaliter. Colonieñ. cum ent fidẽ ſuã egregia eruditione.

Vos itaq; compello Magiſtri noſtri eximij Loũanieñ. Colonieñ. agite quod promittitis, per ſacram ſcripturam tuemini fidem, per femoris gladium pellite nocturnos timores: Cur promittitis quod non impletis? cur iactatis quod non præſtatis? An diſtinguitis, ut promittere, ad publicam ſchedulam condemnationis, implere, ad angulum ſecretum coactæ facultatis pertineat? utq; nocturnos timores triumphabundi publice prouocetis, prouocatis autem & aduentantibus, tenebroſum angulum effœminati petatis. An illud Horatij uobis occini placet,

Nec ſic incipias, ut ſcriptor Cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.

Quid feret hic tanto dignum promiſſor hiatu? ſcilicet fumum ex fulgore, non ex fumo dare lucem cogitaſtis, & imagine Moab maior eſt preſumptio ueſtra q; fortitudo, concipientes ardorem & parientes ſtipulam, ut Eſaias dicit. Loua. & Colo. plus pſumunt q; ualent.

Iam si quæras, quid sit lectus Salomonis, qui fortes Israel, quid timor nocturnus, quid femur, quid ambire lectum, ea felicitate different, uerbumq; dei tractabunt, ut malles eos non minus esse mutos ad differendū, q̄ sunt ad sua probandum. Qua enim eruditione, fide, dexteritate hunc locum scripturæ, huic aptauerunt proposito, eadem sine dubio mea confutassent, & sua probassent, id quod non ignorabant, ideoq; non audebant, quantacūq; temeritate agerentur: tanti momenti est, quod Ecclesiasticus ait, semper præsumit sæua & perturbata conscientia.

Eccius elegit Colonienſ. in iudices.

Hi sunt Magistri nostri, hos Eccius Lipsiæ iudices rerum sacrarum urgebat eligi, alioqui non disputaturus, quorum inscitiam & temeritatē haud ignorās, non frustra cunctabar. & quid non uincat, quid non impetret, ab huius farinę tam doctis, tam prudentibus hominibus, qui damnamus, pro ꝓbamus in ore habent, & aliud nihil? Sed iam ad reliqua per ordinem ueniamus, eaq; breuiter notemus duntaxat, ne denuo resolutiones scribere sit necesse, donec mea confutauerint.

Interim eorum condemnationē non aliud habituri, q̄ si nobis ebria mulier maledixisset. Quod si etiam ui & multitudine præualuerint me uiuente, quā uiam solam in me affectant: post mortem tamen utrorumq;, prohiberi non poterit, quin uim mihi factam fama ferat, nec fuisse unq̄ conuictum. Interim doctrinæ meæ fundamentū stat firmissimū, habens signaculum hoc, nouit dominus, qui & quæ sunt eius, si ex deo est, dissolui nō potest: si ex homine, seruari nō potest: quin id unice gaudeo, damnari uiuente me tam opera q̄ uerba mea ab his, qui ui, non ratione agitantur: donec enim rationibus nō uincunt, & ui pugnant, conscientiæ fiduciam augent potius q̄ terrent, & mihi mea probant robustius hac ui sua q̄ ego ratione probaui unq̄.

Christiana mēs Lutherij

Odiat ergo uel amet qui uolet, Christus meus uiuit, & ego uiuam, donec uis indocta & inscia mecum pugnat. Scitum est illud Chrysostomi, Armare se pharisęos multitudine, quādo se nudos esse ueritate profitentur. Et rursum: Malitia confunditur aliquando ratione ueritatis, corrigitur uero nunq̄.

Ad idem capitulum pertinet, detractionē omnium doctorum ab annis quadringentis, cōtineri in meis libellis. Hic Magistri nostri, postq̄ philosophi fuerunt, paulatim proficiētes, facti sunt iuristæ, & per prescriptionē dogmatum suorum robur ex temporis longitudine captant, non ex autoritate & ratione.

Magistri nostri fiunt Iuristæ.

Louanieñ. detrahunt Christo.

Dico & ego, si contradicere alicuius dogmati, est illi detrahere, Louanieñ. & Colonieñ. Magistri nostri, sunt detractores, non doctorum, qui ab annis quadringentis fuerunt, sed Christi & spiritus sancti, qui ab æterno fuit, cuius doctrinam damnant & criminantur, non secus ac Faustus Manichæus, deum ueteris testamenti.

Quatuor ꝓpositiōes uehementissimę damnantur.

Primo, pro hæresi damnant has quatuor propositiones,

Opus bonum optime factum est peccatum ueniale.

Sancti, in omni bono opere minus faciunt q̄ debent.

Nullus sanctorum uixit in hac uita sine peccato.

Sancti indigent misericordia dei ignoscente in opibus bonis. Et sic damnatus est hæreticus Esaias. lxiij. dicens: Ecce tu iratus es, & peccauimus, in ipsis fuimus SEMPER, & saluabimur: Et facti sumus immundi OMNES nos, & quasi pannus menstruatæ VNIVERSAE iustitiæ nostræ. Sententia autem Magistrorū nostrorum probatur sic: Nos sumus Magistri nostri, sic uolumus, sic iubemus, sit pro ratione uoluntas. Sed hic Colonieñ. ut subtiliores,

Magistri nostri habēt ꝓ rōne uolūtatem.

Louanieñsibus

Louanienſibus ſuis ſuccenturiati, præoccupant, ſoluendo omnes rationes meas, præteritas, præſentes, & futuras, ſimul & breuiter ſic: Sacras ſcripturas, ſanctorumq; patrum ſententias, a me peruerti, & in ſenſum pernitioſum contorqueri. Sic oportet Magiſtros noſtros, magiſtraliter cõfutare hæreſes, & ad ſcripturas patreſq; inductos, porrecto roſtro rugatoq; naſo autentice & doctrinaliter dicere: Tu puertis ſcripturas, nos ſoli recte intelligimus. Et ſi quæras quo modo probent, mota manu ſilentium autoritatiue indicere, dicendo, ſatis eſt: Diximus ſentimentum noſtrum.

Vnde, ſiue exurant, ſiue ſubmergant meos libellos, id quod dixi, iterum repetens dico. In hac ſententia me ſic eſſe audacem, ut ignem, mortem, & omnia, etiam iras beſtiarum iſtarum deo propitio ſim paſſurus, & omnem cõtraria docentem pertinaciter, pro hæretico habiturus, etiam ſi Louanien. & Colonien. Synagogarum Magiſtri noſtri ad unum omnes aliter ſaperẽt, quos & his ſcriptis confiteor, me pro hæreticis, & miſericordiæ dei inimicis habere. O Colonien. & Louanie. reſipiſcite tãdem.

Non autem negaui unq;, nos meritis & precibus ſanctorum quantumlibet imperfectis, iuuari, quod ſubdole mihi inurere conantur miſeri homines. Sed quod humano arbitrio nobis poſſint applicari & cõmunicari, aliter q; per uirtutem fidei, ſpei, & charitatis, quæ eſt cõmunio ſanctorum, a quouis ſacerdote & fratre dabilis miniſterio uerbi, non probabunt Magiſtri noſtri, niſi iis, qui dicturi ſunt, Magiſtri noſtri ſic dixerunt, & tempore. cccc. annor. p̃ſcripſerũt.

Secundo capitulo, miſeras & iam cadaueroſas indulgentias ad iuuentutẽ & robur priſtinæ deceptionis reuocaturi, Hæreticum me ſtatuũt, quod indulgentijs relaxari dixerim pœnas arbitrio dũtaxat hominis & canonum ſtatutas. Indulgentiæ reuocantur.

Hic ſalua reuerentia uenerabiliũ dominorum Magiſtrorũ noſtrorum, non eſt ſeruata cautela Card. Derthuſen. qui præmonuit diligenter, ut mea ad uerbum religioſe ſignarent, forte metuens quod futurum erat, ut ſeipſos irriderẽt ſi alia damnaſſe conuincerentur, quam ego ſcripſiſſem. Extat liber, nec poſſunt negare, me hanc rem diſputaſſe & inquiſiſſe, nec in ſermone uulgari, auſum fuiſſe, quicq; definire & aſſerere, ſicut nec hodie aſſero: licet nec ulli Magiſtri noſtri in unũ, ſiue diſtributiue, ſiue collectiue ſumpti, poterunt utram partem, uel probare, uel confutare, niſi ex præſcriptione, & uſu, immo abuſu queſtorum uel mittentium eos. Proinde, neceſſe eſt, Hæreſim hoc loco Magiſtris noſtris ſignificare id, quod eſt diſputare, de re primum incertiſſima, deinde inutili, & non neceſſaria: econtra Catholicum, etiam ſi dubites, an fides in rem ſacramenti ſit neceſſaria, & pœnitẽtia incipiat ab amore dei. Nec mirum, quia ſi philoſophiæ detraxiſſent ſicut ego, ac non potius Chriſto æquaſſent, & quãtum eſt in uſu, prætuliſſent, quomodo tam ſubtilem & nouam hæreſis ſignificationem potuiſſent inuenire? Quis non merito hãc philoſophiam ſuſpiciat, quam, ubi per grammaticam didiceris, & grammatice loqui uolueris, nouati/bi & omnibus ignota fingenda eſt grammatica.

Aiunt autẽ, Concilijs indulgẽtias eſſe firmatas, egregij domini Colonien. ideo me contra concilia locutum, hæreticum eſſe, ſcilicet ex. j. poſteriorum ſic loquuntur, ubi, ut pro Rhetoricis diſcunt ſua dialectica, ita quæſtionem ſi eſt, & quæſtionem quid eſt, pro eadem habent. Ego enim, an indulgentiæ eſſent, quomodo potui dubitare aut negare, ut in hoc cõtra concilia ſaperem, qui tot ſcripſi de indulgentijs? Aut quis eſt orbis angulus, qui non queratur ſe decepturn indulgentijs? tantum abeſt, ut eſſe indulgẽtias ullus hominum, aut neſciat, aut neget, multo minus, ut hinc hæreticus fieri poſſit. Hæreticus ex primo poſteriorum.

Hoc autem quæsitum est, necdum inuentum, quid essent aut ualeant indulgentiæ. Hic debebant Magistri nostri eximij, philosophiæ oculos aperire, & non tam ridicule & puerliter ineptire in quæstione, Si est, pro quæstiõe, Quid est. Nihil autem usq; reperitur, quid sint indulgentiæ, nec in Concilijs, nec Synagogis, nec Cõciliabulis, nisi quod in isto centenario annorum, cœptæ sunt in purgatorium, & in cœlum, & infernum extendi, per impudẽtes nebulones & animarum seductores: inter quos tamen zelus Magistrorum nostrorum, nullum inuenit hæreticum, scandalosum, erronem, etiam si totum mundum falleret & exhauriret, errore pernitiosissimo. Me uero esse oportet hæreticum, etiam si error in indulgentijs sit innoxius, immo nullum periculum sit salutis, si nullæ usq; essent indulgẽtiæ. Adeo discretus & integer est zelus Magistrorum nostrorum, ut deciment cyminum & anetum, iudicium autem, fidem & misericordiam negligant. Verumtamen, ueniam dandam arbitror Colonien. quod eis defuit Card. Derthusen, qui præmoneret, ne id damnarent, quod nemo dixisset: alioquin, mihi & omnibus ludibrium futuri.

Indulgentię incurrẽte cẽtenario extẽduñ in cœlũ & in infernũ

Et quid faciam miser? Christus ipsa mititas & suauitas, Marci. iij. circumspexit pharisęos in ira, contristatus super cæcitate cordis eorum. Et Paulus Act. xvj. eodem exemplo doluit super spiritum phytonicum puellæ. Et. xvij. Athenis incitabatur spiritus eius, uidens idolatrię deditam ciuitatem. Quid ego fex peccati faciam? uidens in Magistris populorum Christi, tam crassam cæcitatem, ut nec Christum, nec Aristotelẽ, nec suas saltem opiniones intelligãt, & tractare possint, nisi in captionem, & laqueum, & confusionẽ sui ipsorum.

Copulata Colonięsiũ

Rogo uos crassos (pene effluxisset) desistite Lutheriana, aut iudicare, aut tractare, impares estis huic rei, tã in Aristotele q̃ sacris literis. sumite copulata uestra, & uestris uiribus materiam æquam. Satis in Reuchlino & Petro Raueñ. & alijs ostẽdistis, q̃ nihil sciatis, & temere oĩa audeatis. Qui infirmus est, olus manducet. Nolite uos ipsos fallere: Iudicium & condemnatio uestra, nullius iam olim fuit autoritatis & fidei.

Condẽnatio Coloniẽ. nullius autoritatis est.

Eiusdem cæcitatis & amentiæ testimonia sunt, quæ sequuntur. Item circa sacramentum pœnitentiæ errores seminat, ut quod sine gratia dei, primo remittente culpam, nec uotum remissionis quærendæ homo habere potest.

Item, hæretica est sententia, qua sacramenta nouæ legis gratiam iustificantẽ dare dicuntur illis, qui non ponunt obicem.

Hos errores duos, adhuc asserit, nõ esse errores Lutherus, nihil moratus Louanien. Scotistas, & Colonien. Thomistas, id est Pelagianos, de capite ꝓprio diuinantes, aduersus gratiam Christi insaniẽtes, & expectat cum fiducia, tam confutationem, q̃ probationem utriusq;. Sed & ipsos cum seipsis committit. Neq; enim inter eos ipsos in hac re conuenit, nisi quantum Pilato & Herodi & pharisęis, aduersus dominum & Christum eius.

Sequitur.

Confessio libere fiat.

Circa contritionẽ istud dat consilium, Confessurus ante omnia tecum cogita, quid faceres, si non esset præceptum confitendi, & an sic etiam uelles confiteri, & ea quæ sequuntur.

Hic Lutherus confitetur se uera dixisse, etiam Magistrorum nostrorum eximiorum autoritate, qui constanter asserunt, quicquid extra charitatem fit, peccatum esse. Nisi, quod Magistris nostris, solo hoc nomine (quia Magistri nostri sunt) licet idem alio & alio tempore & loco damnare & probare, quod mihi hæretico nondum licuit. Nam de gratia mouente & charitate distinctionem

Magistralem

Magistralem, quam de cerebro suo finxerũt, ludicro similem arbitror, cũ certũ sit, iustitiã (id est, legem dei) nõ diligi, nec peti, nisi præueniente Charitate.

Sequitur.

Improbat etiam modum examinandi conscientiam contra C. Quem pœnitet, & Canonem Concilij generalis: Omnis utriusq; sexus, de pœ. & re. Recte hic Magistri nostri suo promisso satisfaciunt. Gladius femoris & scriptura sancta, quibus sexaginta fortes Israel accincti sunt, his uerbis intelliguntur esse c. Quẽ pœnitet. & c. Omnis utriusq; sexus. iterum scilicet noua grammatica do ctrinaliter loquendi: Nonne lapilli ærei fragorẽ audit hæc talpa?

Nõ oĩa pcta pñt confiteri qa nõ oĩa sũt homini nota

Canon, Omnis utriusq; sexus, habet, ut omnium peccatorum suorum faciat quisq; confessionem, hic per omnium peccatorum, Magistri nostri eximij, intelligunt examinationem conscientiæ, id est carnificinam conscientiarum, qua hucusq; multas animas onerauerunt peccatis, ut Apostolus prædixit, ij. Timot. iiij. Quæ intelligentia similis est ei, qua idem capitulum nonnulli sic irrident: Omnis utriusq; sexus, id est, ij solum, qui utrunq; sexum habent, scilicet, Hermaphroditæ, debẽt omnium peccatorum suorum facere confessionẽ. Dignissima plane irrisio Canonis istius, si sic eũ intelligi uoluissent, sicut Louanien. intelligunt. Quis enim omnia peccata sua nosse potest, nedum confiteri, cum scriptum sit: Delicta quis intelligit? Et Hiere. xvij. Prauum est, & inscrutabile cor hominis. Et iterum idem: Nõ est uia hominis eius. Vix me hic contineo, ne in frontes istas indoctissimas sophistarum inuehar, parcam tamẽ ob timorem dei, id libere professus, si iste Canon omnium peccatorũ simpliciter exigeret confessionem, damnandus esset, ut impius & pernitiosissimus. Nam inde nati sunt libelli isti de modo confitendi, ubi peccata, in matres, filias, sorores, neptes, & nepotes, infinitaq; alias species distincta sunt, nulla alia cura, nisi ut nullum peccatum omitteretur in confessione, quod plane est impossibile. Nam si rigor Canonis stet, nec oblita, nec ignorata peccata excepta sunt, quia dicit, omnium peccatorum suorum faciat confessionem. Sed de his latius in ratione confitendi.

Canon caute intelligẽd.

Ego tamen, ut Magistros nostros eximios mendacij arguam, non improbaui examinationem conscientiæ, nec hoc poterunt probare unq; a me factum, sed anxiam carnificinam, qua iuxta huius Canonis mortiferam, siue constitutionem, siue interpretationem, ad impossibile ducuntur miseri Christiani, nihil daturi promittenti dei misericordiæ, nisi omnium peccatorum fecerint confessionem, id est, ut nunq; pacem habeant, plusq; cõfidant in suam infelicem confessionem, q̃ dei misericordiam. Atq; hic optassem Louaniẽsibus meis, ut & alterum Cardinalem Derthusensem habuissent monitorem. Nam hunc unum solita temeritate præterierunt, frustra monentem, ut mea omnia ad uerbum signarent.

Examinãda est cõscientia.

Iam si & cætera prosequar, omnium infelicissimorum, tum somnia mihi imposita, tum mea false intellecta, prolixior fiam, quam illi mereantur, & quam pius lector ferre possit.

Vnum dico, mihi non potuisse persuaderi, uel multis Nestoribus, esse Louanij & Coloniæ tam crassos Theologos, qui & si in Reuchliniana causa, insigniter delyrauerunt, mitius tamen q̃ in hac mea delyrauerunt. Quare, cæteris contemptis, & ad horum exemplum æstimatis, ne libidine insectandi uidear commoueri, si singula persequar, uolo receptui canere, & tam Louanien. q̃ & Colonien. Theologos, tibi optime Christophore, nullo alio noĩe commendare

Theologi colonienses & Louaniẽ. sũt crassi & delyri ingenij.

mendare, & isto, quod multa audent & dicunt, quæ nec probare, nec confutare unq; poterunt. Quod genus hominum quale sit, tu facile nosti, cum nullus fornix aut taberna quantumuis ebria sit, in qua non queas tales inuenire censores & iudices, nisi quod hoc opere, deus notam nobis facit iram suã, qua pueros istos & effœminatos nobis constituit principes, sicut Esaiæ, iij. dicit, sic merentibus peccatis nostris, & ingratitudine tandẽ etiam deo intolerabili.

Non erat necesse, ut dicerent nudis uerbis, mea sibi displicere & erronea uideri, sciebam id fore, & in hoc ipsum passus sum edi. Nec hoc quesiui, ut me ad suos autores remitterent, quasi mihi incognitos, sed ut scripturæ autoritate, aut ratione probabili, sua uera, & mea falsa esse conuincerent. Quæ est enim ista (etiam suo Aristotele prohibita) petitio principij, mihi responderi per hæc ipsa, quæ impugno? Non est quæstio, quid didicerint, audierint, legerint, senserint unq; sed quibus firmamentis ea muniant. Alioqui, cur & meæ sectæ resisterem, scilicet Occanicæ seu Modernorum, quam penitus imbibitam teneo, si uerbis uoluissem, aut ui compesci? Sed satis hæc. Tu interim uale uir optime in Christo. Vuitten/bergæ Anno domini M. D. XX.

Confitendi

CONFITENDI RATIO DOCTORIS MARTINI LVTHERII Augustiniani Vuittenbergensis.

PRIMVM.

OVANDO nostro seculo, omnium ferme conscientiæ sunt, in falsam suæ ustitiæ & operum suorum fiduciam humanis doctrinis abductæ, ferecp eruditio fidei & in deum fiduciæ, obmutuerit. Idcirco & confessuro necessarium est ante omnia, ut non fiducia confessionis uel faciendæ uel factę nitatur: sed in solius dei clementissimam promissionem, tota fidei plenitudine cõfidat, certissimus uidelicet, ꝙ qui confessuro peccata sua promittit ueniam, promissionem suam fidelissime præstabit. Non enim quia nos confitemur, sed quia ipse promisit ueniam confitentibus, gloriandum est: hoc est, non propter nostræ confessionis dignitatem aut sufficientiam (cum talis nulla sit) sed propter suæ promissionis ueritatem & certitudinem. Sicut dicit Psal. xxiiij. Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo. Nõ ait, propter me, aut meam dignitatem, aut nomen meum, sed propter nomẽ tuum &c. Ita sane, ut opus cõfessionis, nihil aliud sit, ꝙ occasio quędam, qua deus prouocetur ad promissionem suam implendam, immo qua nos exerceamur, ad fidem promissionis, sine dubio adipiscendæ: ut sic nõ nobis domine, sed nomini tuo des gloriam: & læteris, non cum benefecerimus tibi, sed cum benefeceris tu nobis, ut per Ezechielem dicis. Hac ratione fiet, ut qui gloriatur in domino glorietur, & non seipsum commendet, sed gratiam dei glorificet. Et erit, ut sit confessio & magnificentia opus dei. psal. cx.

Fiducia habẽda est non in cõfessionem sed dei misericordiã nobis ꝓmissã.

SECVNDVM.

Quod autem deus (ad gloriam scilicet gratiæ & misericordiæ suæ) ueniam promiserit, ex scripturis firmandum est. Primum, psal. xxxj. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino: Et tu remisisti impietatem peccati mei. Et illud. ij. Reg. xij. Vnde hic psalmus desumptus est. ꝙ primũ Dauid dixit: Peccaui domino, statim dixit Natan: Dominus quoꝙ transtulit peccatũ, non morieris. Et Hiere. xviij. si egerit gens illa pœnitentiã a malo, agam & ego pnĩam sup malo ꝺd cogitaui ut facerẽ. Itẽ. j. Ioã. j. Si cõfiteamur pctã nr̃a, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata & emũdet nos ab oĩ iniqtate. Et illa diffinitio uera iusti. Prouer. xviij. Iustus prior est accusator sui, ideo iustus, quia sese accusat, unde & sequitur: Venit amicus eius (Christus) & inuestigabit eum (id est, quęret eum) & nõ sinet perire, etiã ab extremis inferni inuentũ reducet. Hinc Iosue. vij. Confessionẽ peccati, uocat gloriam dei, dicens, ad Achan. Fili mi da gloriam deo, & confitere, atꝙ indica mihi quid feceris. Et d. Hiero. ad idem, cõfessio peccati, est laus dei. Nec mirũ, qui peccata sua cõfitetur, ueritatem utiꝙ dicit: deus autẽ est ueritas, ideo simul deum cõfitetur.

Probatur ex scripturis ꝙ deus ꝓmisserit ueniam.

Sic. ij. Paral. ult. Manasse rex Iuda, in oratiõe sua pulcherrima, omni cõfessuro aptissima, dicit: Tu autẽ domine secundũ bonitatẽ tuam promisisti pœnitẽtiam

Nihil confessio nostra sine dei ꝓmissione.

tiam remissionis peccatorũ &c. Vere secundũ bonitatẽ tuam promisisti, quia nihil esset cõfessio nostra, nisi staret ꝓmissio dei, adeo totũ est bonitatis diuinę ꝙ ꝓmisit remissionẽ, quã nisi ꝓmisisset, ꝓ nullã iustitiã posset obtineri. Ac sic fides promissiõis illius, primũ & summe necessaria est confessuro, ne forte prę sumat, sua diligẽtia, sua recollectiõe, suis uiribus deũ prouocare ad remissionẽ peccatorũ, cum iam deus ipse & remittere paratissimus, ꝑuenerit eũ, ac potius ad acceptandã remissionẽ & confessionẽ præstandam, allexerit ac prouocauerit, bonitatæ dulcissimæ promissionis suæ.

TERTIVM.

Cõfessio prius fiat deo quã suo uicario.

Anteꝙ sacerdoti confiteaṫ uicario, utiꝙ oportet, primũ confiteatur principi ipsi deo, hic uero, rem serio tractare oportet, quia diuinũ oculum, sicut nihil latet, ita nihil fallit. Quare hic propositũ melioris uitæ, & odium peccati, oportet sine simulatiõe discutere, nam nihil fere confessuros plurimos fallit, ꝙ subtilis ista simulatio & profundissima, qua plerũꝙ uiolentum peccati odium, & propositũ melioris uitæ, per uim simulant, etiam coram seipsis: quod satis probat, infelix euẽtus, ubi post cõfessionẽ, cito redeũt ad ingeniũ, & uelut magno onere cõfessionis leuati, denuo secure uiuunt, tam curiosi inꝙ immemores ꝓpositi sui, qua una re, satis possent argui, fuę fictionis infelicissimę. Quare hic

Cõfessio non sit coacta.

oportet hominẽ esse liberrimũ, & de se in seipso omnino pronũciare, sicut inuenit sese affectum, sicut uellet, si nulla esset pœna, nullus deus, nullũ ꝑceptũ &c. ac sicut diceret, in aurẽ secreti cuiuspiã amici, ubi nihil puderet omnia sua reuelare, immo sicut secum uellet, liberrime de suis loqui uitijs, ita loquatur coram deo, qui multo magis nos diligit ꝙ ipsi nos.

Serio affectus sit cõfitens.

Nam si quispiam sese nõ inuenerit serio affectũ bono ꝓposito, nescio an tutum sit cõfiteri: Hoc scio, melius sibi esse, si abstineret a cõfessione. Nec in hoc ꝑceptũ Ecclię curandũ esset ullo modo, siue excõmunicet siue minus: melius est Ecclĩam ibi nõ audire, ꝙ in periculũ suũ, ad deum cum ficto corde accedere quia hic cõtra deum, ibi contra Ecclesiã tm̃ peccaṫ: si tamẽ peccaṫ, isto casu, ec

Melius non cõfiteri ꝙ ficte confiteri.

clesiam nõ audiẽdo. Quandoquidẽ ecclĩa nihil habet mãdare, in quo sit periculũ animę, & semper est exceptus articulus eiusmodi a ꝓceptis ecclię. Quic quid em̃ præcipit ipsa, pro deo & aniæ saiute præcipit, ꝑsumens hominẽ esse capacem præcepti sui & idoneũ ad impletionẽ: quæ ꝑsumptio si fallit, ꝑceptũ ꝙ nõ tenet, cũ cõtra dei præcepta (quæ cõscientiã ligant) statuere nihil possit.

Timendum certe, multos ecclesiastici præcepti timore accedere, ꝙbus tamẽ uita prior mala ex corde placet.

QVARTVM.

Propositum melioris uitę a deo impetrandum.

Quod si inter angustias deprehẽsus, formidet abstinere, & tamẽ sentit (si uere uelit loqui) sese carere affectu bonę ꝓpositę uitæ. Hic ꝙd unũ reliquũ est apprehendat, & prophetæ cõsilium audiat, d. Effundite corã illo corda uestra, ac prostratus plane confiteatur deo, totum malum cordis sui, & oret & optet bonum propositum. Immo quis tam superbus, ut hoc consilium sibi non putet necessarium? cum nullus tanto sit proposito bono, quanto debet esse. Ideo secure petat a deo, quod sentit se non inuenire in seipso, donec serio & uere inciꝑat sibi placere uitæ melioris species, & sua displicere. Nõ enim doctrinæ illæ

de ꝓposito

dē proposito bono formando traditæ ac passim inculcatæ, sunt intelligendæ, quod homo ipse ex sese id formare & laborare debeat (hæc enim intelligētia, mors est & perditio. Et sicut ait ille: Mors in olla o homo dei, licet heu, plurimi in ea misere excarnificētur (scilicet ad impossibilia tendere docti) sed despe rando plane, atq; effundēdo cor coram deo, dicere: Domine deus, non habeo quod debeo, nec possum. Da quod iubes & iube quid uis. Sic enim Augusti. orat in confessione.

QVINTVM.

Verum ista de proposito uolo caute intelligi. Propositum enim bonum dupliciter fieri debet. Primum, de manifestis mortalibus tantum, ut sunt, adulterium, homicidium, fornicatio, furtum, rapina, usura, detractio &c. Horum enim uitandorū propositum proprie pertinet ad confessionem sacramentalē, & coram deo ad quodlibet statim momentum, postq; perpetrata sunt, luxta illud Ecclesiastici. Fili peccasti, quiesce, ne adijcias iterum. Et item: Ne tardes cōuerti ad dominum. Propositum de manifestis mortalibus.

Secundo, de omnibus peccatis (quæ uenialia uocant, de quibus infra) prorsus uanum est laborare ad ꝓpositum formandum, quia si recte sese consyderet, inueniet impossibile, si saltem in carne uiuere uelit, cum (ut Aug. ait) hæc uita sine talibus nō possit agi, qualia sunt, risus, uerbum, cogitatio, aspectus, auditus, gustus, tactus superfluus, aut inconsyderatus &c. Quæ etiam talia quando q; sunt, ut incertum sit, peccata ne sint, an tentationes promouentes merita Et tamē in his mirum, q; laboretur & obtundatur confessor uerbosissimo modo cōfitendi. Debet enim ꝓpositum certum esse, & super ijs, quæ certa sunt & cōmuni uita uitari possibilia sunt, ut iam dicta mortalia peccata aperta. Propositum de oibus uenialib⁹ est impossibile.

SEXTVM.

An peccata cordis occulta, ac sic soli deo & homini qui fecit ea, cognita, pertineant ad cōfessionē sacramentalē, extra meum captum est: Libētissime negarem, nec enim ulla uia, aut ratiōe, aut scriptis ꝓbari potest: sępiusq; mihi suspitio fuit, esse id totum inuentum uel auarorum uel curiosorū, aut certe tyrannorum prælatorū, qui hac uia, populū Christi, in terrorē sui adduxerint. Nam, id est (meo iudicio) penitus in iudicium dei manū mittere, & forū dei uiolare, præsertim si cogantur ad id homines. Hic uenit illud mare iuriū & quæstionū impossibiliū, de casibus peccatorū &c. Cū sit impossibile ipsi homini scire, quādo mortaliter superbierit, uel cōcupierit, uel inuiderit in corde. Et quomodo hoc sacerdos sciet, qui ad mortalia tantum positus est iudicanda? Alienum cor cognoscet, qui suum non satis nouit? De peccatis soli deo & hoi q ea fecit notis.

Inde fit, ut multi multa cōfiteantur, nescientes an sint peccata nec ne. Et ad id impelluntur per illud Gregorij: Bonarū mentium est, ubi culpa non est, culpam agnoscere. Hoc ēm coram deo præstandū, etiā sibi pręstari (tam immanis est pontificū & sacerdotū arrogātia, & fastuosissimū phariseorū superciliū) uolunt, nec interim uidēt, si id homini esset præstandū, tota uita nihil aliud oporteret fieri, q; cōfiteri, atq; etiam ipsam cōfessionē alia cōfessiōe cōfiteri, timēdo culpam, ubi culpa non est, cum & bona opera, non uacent culpa: & Iob uereretur omnia opera sua.

SEPTIMVM.

Igitur alius id explicet, hoc ego contentus sum, quod nō omnia peccata cordis sunt cōfitenda: si autē aliqua sunt cōfitenda, ea tātū assero, q̄ ipse manifeste Ea ꝑtā cordis cōfitēda q̄qs in corde cōtra dei mā data statuit.

scit sese contra diuina mandata in corde statuisse. Hoc est nõ simplices cogitationes, de uirgine aut muliere, aut econtra mulieris de adolescente: Nec ipsas affectiones, nec ardorem libidinis mutuum, seu inclinationes ad sexum, alterum quantũlibet fœdum. Addo, nec passiones talium. Sunt enim hæ cogitationes, frequentius passiones a carne, mundo, diaboloue suscitatę, quas anima ferre cogitur inuita, aliquando per multam moram, immo quandoq; tota die uel hebdomada, sicut Paulus apostolus confitetur de suo stimulo. Ratio horum est, quia propositum super illis uitandis est impossibile & uanum & mendax, & inclinationes & affectiones mutuę sexum, non cessant, data occasione Deinde diabolus nõ quiescit, & natura nostra tota est peccatum. Sed illi, qui sine peccato uolunt esse & hominem sanum credũt, hi nobis has cruces statuũt ut non cessemus (sacerdoti etiam) confiteri, quæcunq; uel modico nos titillãt tantũmodo. Igitur, si oportet confiteri omnino hæc occulta cordis, tantũ ea, quæ pleni sunt consensus in opus cõfiteantur, qualia in ijs, qui cupiunt pie uiuere, uel raro uel nunq; contingunt, etiam si assidue affectionibus & passionibus talibus uexentur.

OCTAVVM.

Temere agi/ busdã facer/ nunt mortalia a uenialibus.

Huc pertinet Theologorum quorũdã audacissimorũ genus, nati ad ipsum, ut uero dei timore in cordibus hominum extincto, falsis terroribus totum orbem concutiant, ut de illis Christus dixisse possit uideri: Terrores de cœlo cõmemorans: hi sunt, qui aggressi sunt nobis discernere peccatum mortale & ueniale, scilicet ut ubi audierint homines esse aliquod peccatum ueniale, securi sint, & dei timorem (ac si uenialem ipse nihili pendat) penitus remittant, rursum ubi mortale peccatu esse audierint consensum cordis, tum siquis præcepta ecclesiæ nõ audierit, aut nescio, quid aliud leuiculum admiserit, iam nullus sit locus Christo in corde, pconfusiõe sonitus maris & fluctuũ miserrimę cõsciẽtię.

Desperandũ oia mortalia posse cõfiteri

Contra hos sciendum, q oporteat hominem desperare sese omnia sua mortalia peccata confiteri unq; posse. Et doctrinam illam, quæ uulgatur in ecclesia, ex decretis, q semel in anno omnium suorum peccatorũ (sicut sonant uerba) debeat facere confessionem omnis Christianus, aut esse diabolicam & homicidissimam, aut egentem multo & laxo interpretamento.

Oia opa nostra damnabilia secundũ rigorem diuinum.

Oportet inq; non omnia confiteri, nec mortalia, nec uenialia, quin oportet nosse, quod post omnem diligentiam suam factam, adhuc minorem partem peccatorum sit confessus. Vnde hoc: quia dicit scriptura, psal. xvij. Ab occultis meis munda me domine. Ista occulta solus deus nouit. Et iterum: Cor mundum crea in me deus, utiq; immundum confitetur cor, etiam tam sanctus propheta: & ecclesia tota sancta orat, fiat uoluntas tua, scilicet confessa, quod non facit uoluntatem dei, & sese peccatricem esse. Porro tantum abest, ut omnia mortalia possimus nosse nedum confiteri, ut etiam bona opera nostra, si deus per rigorem iudicet, & non misericordia ignoscente agnoscat, sint damnabilia & mortalia. Ideo si omnia mortalia sunt cõfitenda, breui uerbo id fiet, si semel dixerimus: En totum quod sum, uiuo, ago, loquor, tale est, ut mortale sit & damnabile: luxta illud, psal. cxlij. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens: Et ad Ro. vij. Ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato, nõ inuenio in carne mea bonum, quod nolo malum, hoc facio &c.

Quin hoc est mortalium mortalissimum, non credere, se esse damnabili & mortali

mortali peccato obnoxium coram deo. Ad quam insaniam isti Theologi, hac regula sua, nituntur data opera, & perditissime, trahere hominum conscientias, dum docent, uenialia esse distincta a mortalibus, suo scilicet more. Ita legimus in Augu. Cyp. & alijs patribus, nō peccata mortalia, sed criminalia, id est ea quæ accusari & conuinci poterant, ligata & soluta fuisse.

Omnia ergo peccata intelligat Decretum oportet, omnia crimina, ut de quibus uel alij, uel ipsius conscientia eum accusant, conscientia inq; recta, nō ex traditionibus hominum cauterisata & pessime informata, sed ex diuinis mandatis erudita, quæ sciat, multo plura esse relinquenda diuinæ bonitati soli, q; suæ diligentiæ cōmittenda. Sed quid, si in morte diabolus obijciat peccata nō confessa, sicut multa exempla legimus? Respondeo, transeant illa, cum ijs, de quibus dicitur: Delicta quis intelligit? Et illis, nō intres in iudiciū cum seruo tuo &c. Si quid exemplorum contra hæc facta sunt, uel illudēte diabolo facta sunt, uel non recte intelliguntur, sufficit te uoluisse omnia confiteri si nosses & posses, misericordiam suam glorificari uult, dicens, sed ubi? in iustitijs? Nō, sed in peccatis & miserijs nostris. Scripturā oportet pferri oībus exēplis. Quomodo satisfit cano/ni confessio/nē pcipienti.

NONVM.

Ad rem ipsam accedendo, tumultum illum distinctionū penitus abscindat confessurus, qui passim celebratur, scilicet, quid per timorem male humilian/tem & timorem male accedentē, quid cōtra tres uirtutes Theologicas, fidem, spem, charitatem, quid cōtra quatuor uirtutes cardinales, quid per quinq; sensus, quid per septem peccata mortalia, contra septem sacramenta, cōtra septem dona spiritussancti, quid contra octo beatitudines, quid contra nouem peccata aliena, quid contra duodecim arti. fidei, quid per muta, quid per clamātia in cœlum peccata, aut siqua alia sunt, per quæ aut contra peccatum est. Iste em odiosissimus ac tędiosissimus cathalogus distinctionum inutilissimus est, immo noxius omnino. Addiderunt his malis quidam circūstantiarum molestissimum negocium, quibus omnibus duo fructus promouerūt. Primum, quod confessuro his nugis tantum negocij fit, ut id quod precipuum est, penitus curare nō possit, scilicet studium boni propositi, tanta mole memoriam occupare, & curarum sollicitudinumq; recte proferendi negocio cor opplere coactus Multiplex di/stinctio pec/catorū in cō/fessione ab/scindenda.

Atq; dum quærit peccata oblita uel modum cōfitendi, interim prędentis cōscientiæ morsum, totamq; salutaris confessionis utilitatem penitus amittat, ut absolutus non adeo gaudeat sese absolutum, q; sese misera illa confitendi carnificina semel liberatum. Quia nec absolutionem tam quæsiuit, q; finem laborissimę confitendi carnificinæ, adeo dum dormimus secure, omnia passim sunt subuersa. Alterum, ut & confessori sint tędiosissimi, tempus ei furantes, & alios impedientes.

Quare ipsa præcepta dei breuiter sunt inspicienda, in quibus sine dubio, omnia peccata continentur, si recte intelligantur. Nec tamen hæc omnia, sed ultima duo prorsus a confessione sunt excludenda. Confessio enim & breuis esse debet, & eorum potissimum peccatorum, quę præsenter mordent, & ut dicunt, quæ mouent ad confessionem. Confessionis enim sacramētum ad quietandam, non perturbandam conscientiam institutum est. Ex dei' prēce/ptis cōfitēdū

EXEMPLI GRATIA.

De illo.

De illo præcepto, Non mœchaberis, cito dixerit, quo modo libidini cesserit uel opere uel uerbo uel cõsensu, uelut se totum cum omnibus membris & sensibus in eo præcepto describẽs. Quid ergo quinq; sensus, peccata mortalia, & aliud pelagus distinctionum oportet adducere frustra? Ita in illo: Non occides cito dixerit, qua specie iræ peccauerit, an odio, an detractione & maledictione an opere ipso. Sic in cæteris, sicut dedita opera conatus sum in p̃ceptorio meo, & schedulis decalogorum monstrare.

Contra hęc nihil moueat, quod in decretis de pœ. & quarto sententiarũ aliter tractetur ista materia. Plena sunt oĩa humanis cõmentis: Nec mirũ, qñ sumpserũt sua oĩa ex libello quodã apocrypho & indocto, qui de uera & falsa pœnitẽtia B. Augustino inscriptus, ubiq; titulo mentito celebratur.

DECIMO.

Magis põderãda sũt pcta cõtra dei mãdata facta q̃ hominũ.

In facienda cõfessione diligenter obseruari oportet, ut multo discrimine discernantur peccata, quæ contra diuina mandata, & quæ contra humana statuta cõmissa sunt. Hoc dico, quia hodie inualuit insania, ut quæ cõtra decreta pontificum peccantur, mira cura obseruentur, quæ cõtra deum uero, uel parua, uel nulla. Exemplis tibi notum faciã, Inuenias sacerdotes, & religiosos, qui si in Canone missæ uel syllabam titubent, aut repetãt, nescio quod uelut monstrũ exhorrescãt, cũ hic uel naturalis linguæ defectus uel casus quispiã nullũ peccatum fecerit. Porro nullus est, quin confiteatur sese destractũ fuisse, sua præparatoria nõ legisse, aut alias anilissimas nugas. Fuit unus, qui ter accito sacerdote, in altari iam celebrãs, cõfiteretur, utut quid incidisset, deniq; diaboli ista ludicra infinita, uidi multis tanta fuisse seria, ut prope insanierint. At qui in corde odium uel inuidiam occultã alerent, ante & post missam maledicerent, ociose fabularentur, detraherẽt, nihil mouebat. unde hæc peruersitas? Ex traditionibus hominũ auersantiũ (ut Apl̃us ait) ueritatẽ. Et quia deo uerorũ peccatorum cõfessionẽ negleximus offerre, tradidit in sensum reprobũ, ut fictis peccatis, nosipsos illudamus, & sacramẽti beneficio priuemus, eo maxime studio quo maxime quærere uidemur. Huius farinæ sunt, qui horarũ Canonicarũ neglectũ, prope irremissibile peccatum fecerũt, cum interim fornicatiões contra dei præceptum, aut omissa studia erga proximum, facile remittant. Inueniãs, qui S. Seuerini uel somnium uel exemplum eo probẽt, ut se horas Canonicas, nec anteuertere, nec post complere sine peccato arbitrentur posse, etiam si iustissima causa fuissent legitimo eorum tẽpore impediti, scilicet, seruiẽdo proximi necessitatibus, id est, meritis melioribus sexcẽties, q̃ fuissent eorũ frigidissime, & forte damnatissimę oratiões. Adeo nõ attẽdũt, in seruitio proximi mãdatum dei debere præferri mandato hominũ, in lallandis uerbis horarum sine intellectu. Huc pertinent, qui intra Canonem, etiam pro summa necessitate & periculo loqui, aut puerũ uocare nefas putent. Deinde ieiuniũ aliud naturæ aliud ecclesiæ facientes, siquis uel imprudẽs guttas aliquot glutierit, aut medicinæ quid sumpserit, penitus a sacramento arceant, & peccatum uel maximũ hic statuant. Miror ego, unde nam hominibus istis autoritas sit harum legum condendarum & peccatis a se repertis cõscientiarum perturbandarum. Ex ijs æstimentur reliqua similia.

Horæ canonicæ distractę persolutę inexpiabile existimatur peccatum.

An gutta aq̃ cõionem prohibeat.

Laici uero, alius confitetur se libenter gustasse dulcia, alius audisse iucunda, olfecisse odorata, tetigisse mollia. Ad maiora ueniam⁹, Comedisse butyrũ uel oua

uel oua diebus ieiunij, uulgo persuasum est, hæreticum esse, tam atrociter sęuiunt leges hominũ in ecclesia dei. Et nos populi hac superstitiõe, immo nostra tyrannide secure fruimur, nihil curantes dei præcepta passim pro ludibrio haberi, modo ad nostras paueant & palleant leges. Adulterũ nemo hæreticum uocat, fornicatio leue peccatum, schismata & discordiæ etiam autoritate & nomine ecclesiæ suscitata & seruata & aucta, merita sunt. Sed carnes sexta feria edisse, hæresim omniũ summa est, sic nos erudimus & erudiri permittimus populum Christi. Sed iam me piget, tędet, pudet, miseret, istius infiniti Cahos superstitionum, quas in sacramentum istud confessionis saluberrime inuexit infelix illa syncerioris Theologiæ ignorantia, quæ tyrannidẽ suam egit a tempore constitutionum humanarum.

Minora cõfitent & maiora nõ curant

VNDECIMO.

Consulo, quod & Ioan. Gerson aliquoties consuluit, ut aliquãdo cum scrupulo conscientiæ quis accedat ad altare seu sacramentum, uidelicet, non confitens, si immodestius uel biberit, dixerit, dormierit, aut aliud quid fecerit, aut horam unam aliquam non orauerit. Vis scire quare id consulatur. Audi, ut homo discat in dei misericordiam plus fidere q̃ in suam cõfessionem aut diligentiam. Nihil enim satis fieri potest aduersus maledictam illam fiduciam operum nostrorum.

Cũ scrupulo etiã interdũ accedẽdum ad cõionem.

Etiam ideo, ut si qua uel tentationis uel mortis ingruat necessitas, & cœperint apparere occulta illa peccata, quæ nunq̃ uidere aut confiteri potuit, tum iam paratum habeat usum confitendi in dei misericordiam indignis pręstitam. Iuxta illud, paratum cor eius sperare in domino. Alioquin quomodo sperabit in tantis molibus peccatorũ, tunc irruentiũ subito, qui in hac uita, dum ocium erat, nec in minimo, uel ficto peccato didicit sperare in domino? Si dicis, quid si hoc sit contemnere sacramentum dei, & tentare deum?

Discenda est fiducia ĩ deũ

Respondeo, non erit tentatio dei, si ad gloriã dei fiat: id est, si ideo facias, non quod cõtemnas sacramentũ dei, nec eum tentes, cũ sis paratus etiã oĩa cõfiteri sed ut miseram conscientiã assuefacias in deũ confidere, & nõ ad omnẽ sonitũ folij uolantis pauere. Nõ dubites, oĩa q̃ fiunt hoc fine, ut fiducia in deũ habeat̃ sunt deo gratissima. Cũ tota gloria eius sit hęc, si in eius misericordiã q̃ magnanimissime cõfisi fuerimus. Nõ tñ uolo, ut semp ita fiat, sed aliqñ inq̃, tantũ ad erigendam fiduciã in deũ, ac destruendã fiduciã nostræ confessionis.

Vix enim sine uitio celebrat, qui magis secure accedit, quia confessus est, q̃ quia deus misericors est, immo tota impietas hæc est omnino. Summa enim summarũ est: Beati qui confidũt in dño. quando in dño audis, utiq; intelliges, infelicẽ eum qui confidit in aliquid, quodcũq; nõ est ipse dñs, qualem faciunt Artistæ illi cõfitendi, quid em̃ fecit ars confitendi, nisi quod aboleuit artem & usum confidendi, ut multum confiteri, nihil confidere disceremus?

DVODECIMO.

In casibus reseruatis, multi uexant̃, ego, quia scio leges hoĩm, oportere epijciæ subiectas esse, & plus ad fauorẽ q̃ rigorẽ trahendas. Eoꝝ sequor usum & consilium, qui in peccatis occultis, nullũ reseruari casum censent. Ideo absoluendos esse omnes, quorum occulta sunt peccata, ut sunt peccata carnis, seu libidinis

Peccata occulta nõ sũt reseruanda.

bidinis cuiuscũq; speciei, oppressiones infantium, & similia. Nec enim præsumi debet, ullus pontifex uoluisse in occultis peccatis, tot laqueos & pericula animabus ponere. Verum ubi publicum fuerit crimẽ, seu casus reseruatus manifestus, omnino potestati deferendũ est, siue sit æqua siue iniqua. In quo tamen sic moderet confessor uim clauis, ne confitentẽ sinat sine absolutione abire, saltem eorum peccatorum, quæ reseruata nõ esse scierit. Quanq; ego iam dudũ fluctuo, nec dum stationem disputatiõis propriæ composui: An possit ullus casus, quo ad remissiõem culpæ reseruari, aut unq; reseruatus sit. pœnam reseruari non est dubium, de quo esto aliorum iudicium. Sed nec in pœnæ remissione nimium sit scrupulosus confessor uel confitens. pœnam intelligo, ex communicationẽ, uel quamlibet ecclesiæ censuram, seu ut uocant, fulmina & tonitrua sua. Cum enim excõmunicatio sit mere pœna & nõ culpa, ferriq; possit super innocentem, aut lata manere super resipiscentem, nõ propter itineris longitudinem uel pauperiem, necesse sit differri satisfactionẽ: debet nihilominus confitens (si petat) absolui ab omnibus peccatis suis, & pro uinculo excõmunicationis soluẽdo, & satisfaciendo potestati dimitti, & sic in foro dei & cõscientiæ absolutus a culpa & peccatis, mitti ad forum ecclesiæ, soluendus a pœna. Hoc est quod dicit, sufficere absoluendo peccatori, uotum satisfactiõis.

Excõicatus est in casu absoluendus.

VLTIMO.

Votorum ratio foret consyderanda, quæ pene maxima est in hac re, quæstio multoq; maioris cõfusionis materia, cũ casuum reseruatio, quãuis & hæc suam Babylonem magna tyrannide exercet. Quod si hic libere quis uelit loqui, nõ poterit terra sustinere uniuersos sermões eius, ut de Amos dicit Amasias impius.

Vota nõ facile facienda.

Primum & optimum consilium foret, si pontifices & concionatores populum dehortarentur & deterrerent a pronitate uouendi, ostendentes, cũ nihil sit uisitatio terræ sanctæ, Rhomæ, Compostellæ, aliorumue locorum sanctorum tum ieiuniorum, orationum, operumq; a se electorum studia, si comparata fuerint ad opera mandatorum dei, & ad uota quæ in baptismo uouimus, quæ in domo sua erga proximos suos, cõiugem, liberos, seruos, dominos, possit cum incomparabiliter maioribus meritis quisq; seruare, cũ uoti opibus a se electis, nec a deo mandatis inuenire. Stulta opinio uulgi & pompa Bullarũ fecerunt ut uota ista, peregrinationũ, ieiuniorum, orationum, & quorumlibet operum longe pponderentur operibus mandatorũ dei, quæ tamen ut faciamus, nunq; satis habemus uirium. Atq; ego pro meo iudicio optarem, ut apud Christianos nihil esset prorsus uotorum, præter ea quæ in baptismo emisimus, sicut olim fuisse apparet, & omnes intelligerent, quid requiratur, ut mandatis dei obediatur. Videntur enim uota baptismi prorsus uiluisse præ nimio usu, pompa, dispensatione, redemptiõe, uotorum istorũ. Apponamus in quã omnes uires, & plus nos uouisse inueniemus, cũ possimus implere unq;.

In baptismo magna uouimus, illa seruemus.

Votorum alia fiũt hominibus, sicut & iuramenta: Alia deo. Ea quæ hominibus fiunt, constat tantum & tam diu ualere, quantum uolet cui uouetur. Proinde sciendum, ut recte Gerson sentit, iuramenta & uota in uniuersitatibus solita fieri, aut magnatibus præstita, non debere tam rigida existimari, ut quãlibet eorũ puaricationẽ, iudicemus uoti solutionẽ aut periuriũ: Quin potius æquũ est huiusmodi uota nõ intelligi soluta, nisi ex cõtemptu & obstinata malitia eis cõtraueniatur. Secus in his quæ deo uouentur.

Vota in uniuersitatibus nõ rigida existimanda.

In uotis

In uotis quæ deo uouentur, uideo per pontifices dispensari, sed nunc̄ ego persuadebor, tutum fore eum, cum quo sic dispensatur, cum sit iuris diuini tale uotum, & nō maiorem in hoc potestatem habeat pontifex, medius aut summus, c̄ quilibet frater Christianus, & si scio decretales quasdam decretaliū c̄ glossas multa audere, quæ non credo. Nō tutū ī uotis p̄ pontifices dispēsare

Hoc tamen libenter crediderim, uotum castitatis ante pubertatem emissum non tenere nec ligare, quia is qui uouit, ignorauit quid uoueret, cum necdum stimulum carnis senserit: proinde pie arbitror, tale uotum apud deum reputari stultum & nihil, prohibendic̄ essent generali edicto ecclesiæ, monasterio/rum patres, ne masculum ante uigesimum, aut saltem. xviij. annum suscipe/rent, nec pūellas ante quintumdecimum uel decimumsextum, si nos cura animarum sollicitaret.

Vehementer etiam temerarium est, in cōmutandis uotis & relaxandis, melius (ut uocant) opus imponere, cum enim apud deum nulla prorsus sit operum differentia, qui non secundum magnitudinē uel multitudinem operum, sed secundum affectum operantis iudicat: & ut scriptum est, spirituum ponderator est dominus, qui sępius artificis sordidi manuale opus prefert ieiunio, aut orationi sacerdotis, ut est exemplū in S. Antonio & Alexandrino Coriario: Quis audeat præsumere, se uelle uotum in melius aliquod opus cōmutare? Sed hæc alio loco dicenda fuerunt. Hic enim confessionis ritum ad præcepta dei duntaxat referendum suscepimus, pro quietandis componendisc̄ conscientijs scrupulosis. Vota cōmutare.

Vnum tantū adijciam, struunt multi etiam coniugatis periculosos laqueos præsertim in casu incestus, ut siquis (nam fieri hæc possunt, immo heu fiunt) sororē uxoris suæ, aut socrum suam, aut alio quopiam gradu cōsanguinitatis contingentem polluerit, mox arcent a iure exigendi debiti matrimonialis, & tamen sinunt eum, immo cogunt uxoris thorum non deserere: obsecro, quod est hoc portentū? quæ medicina peccati noua? Qualis satisfactio peccati? Non ne apparet hos tyrannos, alienæ infirmitati secure imperare, & suæ nimis indulgere? da legislatorem quantūuis pœnitentem ac castum, qui hanc legem ferat sibi statui. Ad ignem ponunt aridum lignū, & dicunt, noli ardere: in sinum mulieris nudæ uirum collocant, & prohibēt ne tangat, nec cognoscat: & id autoritate propria citra mandatum dei, quid insanimus? Me consule, caueat confessor ab his tyrannicis siue decretis siue iuribus. Et cum fiducia talem peccatorem, aut alia pœnitētia mulctet, aut desinat punire in totum, liberum ei relinquens ius matrimonij, quod non homo, sed deus ei dedit. Non habet potestatem ullus angelus in cœlo, nedum homo in terra hanc pœnitentiā (id est, peccati assidui ardentissimā occasionem) iniungere. Quare nec audiendi sunt ullo modo, qui talia fieri uolunt, & confitens ab hoc scrupulo & periculo cum fiducia liberandus. Sed quis omnes tyrannides recenseat, quibus confitentium & pœnitentiū miseræ conscientiæ Christianorum, mortiferis cōstitutionibus & moribus quotidie exagitantur per ineptos homunculos, qui alligare tantū nouerunt onera grauia & importabilia, & imponere humeris hominum, quę ipsi nec digito uolunt mouere? Et factum est hoc saluberrimum pœnitentię sacramentū, aliud nihil c̄ mera tyrannis magnatum. Deinde morbus & augmētum peccatorū, ut alia significet, & alia operetur miseris peccatoribus, sic ministrātibus impijs & indoctis in lege domini sacrificulis ecclesiam dei, quam suis legibus & somnijs repleuerunt. Ius petēdi debitum fatue interdicitur.

Oratio

ORATIO MANASSE REGIS IVDA APVD BABYLONEM CAPTI.

DOmine deus omnipotẽs patrum noſtrorum, Abraam, Iſaac & Iacob & ſemini eorum iuſto, qui feciſti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui ſignaſti mare uerbo præcepti tui, qui concluſiſti abyſſum & ſignaſti terribili ac laudabili nomini tuo, quod oms pauent & tremunt a uultu uirtutis tuæ, & inſuſtentabilis ira ſuper peccatores cõminationis tuæ, immenſa uero & inueſtigabilis miſericordia promiſſiõis tuæ, quoniam tu es dominus altiſſimus ſuper omnem terram longanimis & multum miſericors, & pœnitens ſuper malitiam hominum. Tu autem domine ſecundum bonitatem tuam promiſiſti pœnitentiam remiſſionis peccatorum. Et tu deus iuſtorum non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraam, Iſaac, & Iacob, his qui tibi non peccauerunt, quoniam peccaui ſuper numerum arenę maris, multiplicatæ ſunt iniquitates meę: Incuruatus ſum multo uinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi, quia exercitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci, ſtatuens abominationes, & multiplicans offenſiones: Et nunc flecto genua cordis mei, præcans ad te bonitatem domine, peccaui domine peccaui, & iniquitatem meam agnoſco, peto rogans te domine, remitte mihi, remitte mihi, ne ſimul perdas me cum iniquitatibꝰ meis, neq; inæternũ reſerues mala mihi, quia indignũ ſaluabis me ſecũdum magnam miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper omnibus diebus uitæ meæ, quoniam te laudat omnis uirtus cœlorum, & tibi eſt gloria in ſeculorum, AMEN.

IN EPISTOLAM PAVLI AD GALATAS, F. MARTINI LVTHERII AVGVSTINIANI COMMENTARIVS.

OTHO GERMANVS PIO LECTORI S.

NOn dubium est, quin ea philosophia Christiano uel maxime conue niat, in qua & citius promoueat, & synceram felicitatem propius cõ tingat. Qualis est nimirum, quæ ex sacris literis, in primis euangeli cis, apostolicisq; petitur. Hac etẽ, siue facilitatem, siue altitudinẽ, siue utrunq; sequaris, nihil est expeditius, nihil efficacius. Quippe quæ omnibus omnium ingenijs ita se attemperet, ut neq; difficultate quẽq; deterreat, ne q; simplicitate in sui contemptũ adducat, neq; sanctos aculeos, æternæ uitæ desyderium excitantes, in animis non relinquat. quo quid potest in hac mortalitate, aut perueſtigari salubrius, aut optari sanctius? Quo magis eorum requiro prudẽtiam, qui hac sacra philosophia, Christiano maxime necessaria, uel prorsus neglecta, uel leuiter transmissa, in gentilium philosophorũ libris macerantur & senescunt. Quotus enim quisq; hoc seculo, non prius, magno sudore, lõgo temporis spacio, Aristotelis uolumina censeat excutienda, atq; memoriter tenenda, q̃ ad hanc diuinam sapientiam se transferat? Quasi Peripatetica philosophia nõ magis præpediat ad Christi doctrinam, q̃ expediat uiam. An semper Christiani ignorabimus, mundi sapiẽtiam, apud deum esse stulticiam? An nunq̃ credemus, suaue esse iugum domini ab adolescẽtia portare? Quod quo minus fieri possit, quid magis officit, q̃ prophanæ disciplinæ perpetua, nimisq; curiosa tractatio? Nec est, quod hic imperitiæ pariter & inuidiæ me insimules, quasi omnium philosophorum principi naturæ miraculo, quinetiam, cum iniuria Platonis, deo sim parum æquus. Non sum adeo stupidus, pie lector, at q; malignus, ut ei philosopho, in suo Albo, nõ plurimum tribuam. Verum id conqueror, istius seu miraculi, seu mõstri, immo Christianæ philosophiæ uere hostis tricas, magis inuoluentes q̃ expedientes, tanto, temporis, ac fructus dispendio Christianũ sectare. Deinde quicquid in eo lectum est, sine iudicio, in sanctiſpiritus oracula cõuehere atq; inculcari. Vnde necessarium est uel nullũ uel admodum paruum locum, ueræ theologiæ in nobis esse reliquum. Quod si quis paulo cordatior admonet, pro officio, tanq̃ schismaticus dãnatur & hæreticus. Quemadmodũ nuper accidit Martino Luthero, homini, quod ad uitæ genus attinet, satis spectato, & in diuinis literis non uulgariter erudito. Is cum themata quædam in scholis disputanda, propter eorum licentiam, qui pro libidine sacris literis, prætextu religionis abutebantur, necessario proposuisset, atq; nonnihil ab indulgentiarijs, Aristoteliciſq; theologis uariasset, primum citatus est Rhomam, scilicet propter tam graue hæreseos periculum: deinde ubi itineris difficultatem causatus esset, ad amicorum preces Augustam. Quo cum uenisset, uarijs artibus petitus, ita tãdem dimissus est, ut adhuc pene nesciatur, quatenus illic sit profectum. Illud sane constat, hominem de Christiano nomine bene meritum, a seria & frugifera scripturæ tractatione, non sine frequentis auditorij iactura, in nescio quæ deliramenta quorundã Trossulorum factione esse detrusum, quod in sequenti epistola, si nõ gratis querelis, profecto necessa

Gymnasiorũ abusus.

Aristoteles.

ríjs proſequitur magis q̄ expoſtulat. Cæterum in tanta omnium rerum turba famæ & uitæ periculo laboranti, inter alia non infelicia opuſcula, & hic qualiſcunq̄ eſt, in epiſtolam Pauli ad Galatas, excidit commentarius: quem, quia p impatientiam æmulorum non ſatis expoliuit, commentarij nomine fuit dedignatus: quo tamen uel inuito autore, per amicos inuolgatus eſt. In quo ſi quādo tibi uidebit uehemētior, cogitare debebis: Primū, oēs homines eſſe mēdaces, & pinde peccatores. Deinde Chriſti uerbū eſſe æternū, nec de maioribus tantum noſtris accipiendum. Poſtremo quod hæc Pauli epiſtola, paulo concitatior, occaſionem præbuerit, peruerſos mores, ſtudium, leges, ſuperſtitionē, luxum, libidinem, ac tyrannidem ſalubri ſeueritate uellicandi: libenter tacitu/rus, ubi locus nō exegerit. Habet & in omnes reliquas Annotationes, quæ ſi hic bene ceſſerit, non ſupprimentur. In Pſalterium quod ſcripſit, quātum per aduerſarios licet, ſtrenue prodit. Tu interim hoc fruere, & uale. Data Vuittenbergæ, trium linguarum profeſſione, claræ.

PRAESTANTISS. VIRIS PVRAE ET VERAE THEOLOGIAE DOCTORIBUS, dominis, Petro Lupino Radhemio, cuſtodi: & Andreæ Bodenſteyn Caroloſtadio, archidiacono, Canonicis omnium ſanctorum Vuittēbergeñ. ordinariis &c. Præceptoribus ſuis in Chriſto obſeruandis, F. Martinus Lutherius Auguſtinianus, S.

Indulgentiæ

EFFVTIVI DIEBVS ISTIS, ORNATiſſimi uiri, nugas aliquot de indugentijs, res ſane leuiculas, de rebus (ſicuti mihi uidebar) leuiculis. Verum, ut nunc expertus ſum, res omnium maximas, de rebus omnium maximis. Ego enim mire ſtultus, & errās grauiſſime, peccata & errores metiebar mandatis diuinis, & ſacroſancto euāgelio Chriſti. Illi uero amici mei, pro gloria ſapientiæ ſuæ, non niſi poteſtate Papæ, & priuilegijs Rho. eccleſiæ metiuntur quodlibet operis genus. Hoc eſt, quod tam diuerſum ſaperemus, & ego mihi tātas turbas cōcitarem apud Chriſtianiſſimos illos, & religioſiſſimos ſacræ Theologiæ profeſſores. Accidit q̄ mihi, quod ſemper ueritus fui, uarium aliorum iudicium. Alijs impius, alijs mordax, alijs uane glorioſus, alijs aliud uiſus fui: quæ ſors cōmunis eſt in publico ædificantibus (ut uulgo dicitur) & in publicū ſcribentibus. Tot magiſtros fere inuenio, quot lectores: atq̄ id gratis. Quorū felici auſpicio & ductu, ne pertinax eſſem, & hæreticus fierem, diſcendum mihi fuit, neminem grauius delinquere poſſe, q̄ eum qui de opinionibus hominum dubitat, aut diſputandi ſtudio reluctatur, etiam ſi interim Chriſtū & Chriſti fidem negarit: hoc eſt, puerile quid luſerit. Qua in re, cum eſſem Auguſtæ patiebar ſatis paternum & benignum Pædagogum, ſicut ſcitis. Atq̄ horū uirorum

Iudiciū uarium de Luthero.

rorum illustris. illustrissima administratione factum est, ut noua illa & admiranda regnet libertas Christianorũ, qua cæteris omnibus impune habentibus, una tantum lex sit reliqua, in quã peccari possit hodie: Hæc est potestas Papæ, & priuilegia Rhoma. ecclesiæ. Hinc conniuere, consentireq; in omnes flagitiorum & corruptelarũ lernas: quæ ex urbe Roma. sub innoxio, & sacro Papæ, & Rhomanæ ecclesiæ nomine, in omnem terram sine fine exundãt: sanctum est laudasse, ac pro uirtutibus summis adorasse, pietas est: contra mutijsse, sacrilegiũ. Tanta est ira furoris domini omnipotentis, tanta meruit impia nostra ingratitudo, ut tam diu toleranda sit inferorum Tyrannis, qua uidemus, multo gemitu frustra gementes, nomen sanctum & terribile Christi, in quo iustificati, sanctificati, glorificati sumus, tam fœdis, tam spurcis, tam horrendis monstris, auariciæ, tyrannidis, libidinis impietatis prætexi, in seruitutem uitiorum cogi: & quod extremum est malorum, nomen Christi, per nomen Christi extingui: ecclesiam, per nomen eccclesiæ uastari: atq; omnino ijs rebus nos ludi, falli, perdi, per quas debueramus salui fieri. Quare dũ illi maximis illis rebus occupãtur, dum mordẽt, dum Baal suo lanceolis se incidunt, dum Lyndio deo sacrificant, dumq; iactant extrauagantes, & declaratorias illas Rhomanæ eruditiõis fidelissimas testes: ego ad minimas res me recipere statui, id est, ad diui nas literas, & inter has ad eas, quæ sunt minimi autoris (uel nomine suo testante) Pauli apostoli, qui adeo non fuit summus apostolorum, aut Pontifex maximus, ut se minimum quoq; apostolorum, nec dignum qui uocetur apostolus clamet: tantũ abest, ut sanctissimum se iactet. Denicq; de tribu Beniamin ortus est, qui a Ioseph minimus fratrum uocatur. Atq; ut nihil non sit minimum, nihil iudicat se scire, nisi Iesum Christum, nec tamen hunc, nisi crucifixum, id est, minimum & nouissimum omnium: non ignarus uticq; de rebus illis maximis, & omnium primis, de potestate Rhoma. ecclesiæ, & decretis illius, non sibi rudissimo & indoctissimo apostolo, sed solis ter maximis Theologis licere tractare. Spero autem hanc meã operam prosperius habituram, quod sit de rebus illis mere nihili, de potestate Christi, qua potens est in nobis aduersus portas etiam inferi, de priuilegijs ecclesiæ cœlestis, quæ nec maximam Rhomam, nec sanctissimam Hierusalem, nec ullum locũ nouit, neq; hic aut illic Christũ quærit, sed in spiritu & ueritate patrem adorat. Quid eẽ tanti uiri his nugis mouerentur, irritarenturue, cum sint extra eorum facultatem? Tutius ergo nunc in publicum uenio, abstinens ab ijs rebus, quibus illi irritantur, & rescellulas mea paruitate dignas, tractans. Cæterum si quid ueteris illius Tragœdiæ, de rebus magnis coortæ, supereſt, ipsis relinquo, tum quod unus, & paruus, & infirmus præsertim cum illi & otiosi stent tota die, ego autẽ sim negotiosissimus. Quoniam superfluum est, utrãq; partem causæ distorqueri. Sat malorum est, unam partem dolere & mœstam esse. Porro, optimi uiri, ut uobis serio dicã, ego Rhoma. Pontifici, eiusq; decretis, eum honorẽ habeo, quo nullus est superior: nec excipio, nisi principem huius Vicarij, Iesum Christum dominũ nostrum & omnium. Huius uerbum ita præfero Vicarij uerbis, ut nihil dubitem, secundũ ipsum iudicare de omnibus, & dictis, & factis Vicarij. Volo enim subiectum eum esse huic irrefragabili regulæ apostoli, Omnia probate, quod bonũ est tenete. Ab hoc inquã iugo, neminem patiar collum excutere, siue nomine matris, siue magistræ ecclesiarum uehatur. Atq; ideo magis, quo nostro seculo uidimus concilia reprobari, rursum alia cõfirmari, Theologiam meris opinionibus tractari, iurium sensum ab unius hominis pendere arbitrio, & adeo confundi omnia, ut

Libertas Christiano seculo nostro.

Furor dñi.

Vtinã mẽdacium loqueretur.

Stilus Rhomanus.

Cœlestis ecclesia.

Deuotio autoris.

Concilia rei probantur.

nia, ut nihil certi pene nobis relictum sit. Sed & multas decretales esse, a sensu euangelico alienas, luce clarius est: ita ut necessitas ipsa rerum nos cogat, ad diuinæ scripturæ solidissimam petrã confugere, nec temere credere ullis, quicunq; sint, qui citra illius autoritatem loquuntur, statuunt aut faciunt. Nec uereor dum censeo, quid contra Card. Caietanus, & Syluester Prierias adulẽtur. Qui etiam in rebus fidei, nudum uerbũ hominis sufficere cauillantur. Diuus Augustinus docet nulli credendũ, quantalibet sanctitate doctrinaq; præpolleat (credo etiam sanctissima) nisi diuinis literis, aut ratione probabili persuadeat: nesi aliter ludamus, illudamur. At hi in Christo boni autores, uolunt nos ui cogere in hanc illusionem. Sanctus Petrus toties lapsus est, & semel post acceptũ spiritum, grauissimo animarum periculo erauit. Et nos homines, lõge infra apostolicam sublimitatẽ reptantes, ultra apostolicas perfectiones eleuamus: quasi Christus mentitus sit, quando sese promisit nobiscũ esse, usq; ad cõsummationẽ seculi. Adeo quærimus alios Christos, in quorum nutu renutuq; pendeat ecclesia. Satis est Rhomanũ Pontificem, summũ Pontificem esse. Impijssimum sit, Christo æqualem ei uirtutem & sapientiam affingere, sicut audent quidam. Quanquã, ut ingenue confitear, ipse pene ignoro, quæ sit, & ubi sit Rho. ecclesia, ita ludentibus, iocantibus, confundentibus nomina Rho. ecclesiæ, teterrimis illis nugatoribus. Syluester eam secat in tres Ecclesias: in Papã, in Cardinales, in populum. Quæ distinctio, quia magistralis & sufficiens est, nec membra coincidunt, facit, ut Papa & Cardinales sint extra ecclesiam, inter Paganos habendi, ut qui in essentiali ecclesia non sint. Aut tres Christos præficiet tribus illis ecclesijs. Immo nec Christus ad ecclesiam pertinebit tanto autori, quum nec uirtualis, nec repræsentatiua, nec essentialis sit ecclesia. Cardinalis Caietanus, passim se pro ecclesia Rho. uendítat in Germania: sub nomine illius Breuia apostolica cõminiscí satis doctus. Est Rho. ecclesia, bonus ille Copijsta, qui declaratoriam illã pulcherrimam, qua Caietanus dignissime gloriatur, æditurus, cũ in formulario suo, non scripturas, aut ullas rationes, sed immemorabile tempus, consueuisse & tradidisse inueniret: hæc ipsa satis fideliter mẽbranæ illeuit. Vendunt se ubiq; pro ecclesia Rhomana, prout cuiq; libitũ est, impij illi nebulones, plumbo tantũ & cæra Rho. curiæ totã Germaniã illudentes & exhaurientes. Quid istis ludificationibus nominũ sanctorum Papæ & Rho. ecclesiæ faciunt, nisi quod nos Germanos, meros blennones, bardos, buccones, & (ut dicunt) barbaros & bestias arbitrantur, etiam irridentes nostræ illusionis & expilationis incredibilem patientiam. Proinde ego in tanto rerum & uerborũ caho, e tanta Syluestrorum sylua, ad ciuitatem Augustam reuertor, & iudiciũ interim sequar, quo Principes Germaniæ in nouissimis Comitijs, recte, sancte, & auguste discreuerunt, inter Rhomanã ecclesiã, & Rhomanam Curiam. Nam quomodo licuisset eis recusare decimas, & uigesimas, & quinquagesimas (id est medullas, totiusq; Germaniæ semel subitaneam uastitatem) quas in concilio illo sacratissimo (ut sic dixerim) Rhomano, nouerãt sancitas, & tantis legatis apostolicæ sedis expetitas: nisi tandem, licet sero, sapientes, intellexissent, nõ Rho. ecclesiæ decretum, sed Rho. curiæ illud esse commentum? Viderũt nimirum (dictũ mirum, & nullis, neq; Syuestris, neq; Caietanis creditu possibile) Concilium & Papã errasse, & posse errare: aliudq; esse nomen ecclesiæ Rho. & aliud quod nomine Rho. ecclesiæ geritur: Aliũq; esse Rho. curiæ, aliũ Rho. ecclesiæ Legatũ. Hunc euangeliũ afferre, illũ pecunias quærere. Vnde barbaris illis & bestijs tantũ iudicij? nisi q deus tãdem fessus

blaſphe

Cogit necessitas.

S. Petrus.

Sũmus Pontifex.

Doctus copijsta.

Germani Rhomanis.

Rho. ecclesia Rho. curia.

Sapientia principum.

blaſphemijs ſui, & irriſionibus, abuſionibuſq; ſui, & ſanctæ Rhoma. eccleſiæ nominis, monere uoluit Rhomanos proceres, ut res eccleſiæ, poſito ioco & lu do, aliqñ ſerio curarent, anteq; eliciant ſanguinẽ, dum nimium mũgunt Germaniam. Quare & ego horũ Theologorũ laycorũ exemplo pulcherrimo, longiſſime, latiſſime, profundiſſime, diſtinguo inter Rhomanã eccleſiam, & Rhoma, curiam. Illam ſcio puriſſimum eſſe thalamũ Chriſti, matrem eccleſiarũ, dominam mundi, ſed ſpiritu, id eſt, uitiorum, nõ rerum mundi, ſponſam Chriſti, filiam dei, terrorem inferni, uictoriam carnis. Et quid dicam? cuius ſunt oñia, iuxta Paulum. j. Corin. iij. Ipſa autẽ Chriſti, Chriſtus autẽ dei. Hæc uero ex fructibus ſuis cognoſcitur. Nõ q̃ magni faciendũ ſit, res noſtras & iura diripi, cũ fixum ſit in cœlo, Chriſtianos in hac uita preſſurã, nimbrotos, & robuſtos uenatores pati. Nec ab hac conditione liberabitur eccleſia, niſi per mortem. Palma eſt, quanto fortius premitur, tanto ſublimius exaltatur in cades. Sed quod omnibus lachrymis ſit miſeria maior, hæc a fratribus & patribus, in fratres & filios fieri (ſicut in propheta dicit dñs, filios a parentibus uorari) quæ a Turca uix fierent: aut ſi fierent, non tamen nomen ſanctum Chriſti, tam fœdis monſtris prætexeretur, quæ eſt omnium intolerabiliſſima, Chriſti & eccleſiæ iniuria. Res ſane eant, & uita peſſum: At nomẽ Domini æternũ, cur patiamur tam fœde conſpurcari? Nullo modo ergo Rhoma, eccleſiæ reſiſtere licet: at Rhoñ. Curiæ, longe maiore pietate reſiſterent, Reges, Principes, & quicũq; poſſent, q̃ ipſis Turcis. Hæc uerboſius forte & liberius. Verum propter eos, qui cum illuſoribus illis, ſine fine illudunt Chriſtũ, coactus ſum meipſum exponere, ut ſciant ſeſe errare, quando me a Rhoma, eccleſia alienũ clamant, qui puriſſime diligo, non modo Rhomanam, ſed totam eccleſiam Chriſti. Deinde, q̃ certus ſum, aliquãdo moriendum eſſe, & in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti rationem reddendã, de ueritate, uel tacita, uel dicta, atq; omnino de talento tradito, ne ipſum abſcondiſſe iudicer. Iraſcantur ſane qui uolent, modo ego impij ſilentij reus non inueniar, qui mihi conſcius ſum, eſſe me debitorem uerbi, quantũ libet ſum indignus. Nunc̃q; ſine ſanguine, aut periculo, uerbũ dei tractari potuit. Sed ſicut pro nobis mortuũ eſt, ita uiciſſim, ſui confeſſione, & nos pro ſe mori exigit. Nec eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me (inquit) perſecuti ſunt & uos perſequentur. Si meũ ſermonem ſeruauerint, & ueſtrum ſeruabunt. Sed ad me redeo, & ad uos, optimi uiri, refero, ſeu (ut Paulino utar uerbo), uobiſcũ cõfero hoc meũ in Paulinam epiſtolã ſtudium, tenue quidem illud, nec tam cõmentarium, q̃ teſtimonium meæ in Chriſto fidei, ne forte in uanũ cucurrerim, & ſenſum Pauli nõ ſatis tenuerim. Hic eñ, quia res dei, & ſerio maxima eſt, abs quo libet puero erudiri cupio. Maluiſſem certe & ego expectare cõmentarios olim ab Eraſmo, uiro in Theologia ſummo, & inuidiæ quoq; uictore, pmiſſos. Verum dum ille differt (quod deus faxit, non ſit diuturnũ) cogit me in publicum ire caſus iſte, quem uidetis. Scio quidem me infantem & ineruditum, ſed tamẽ (quod auſim) pietatis & eruditionis Chriſtianæ ſtudioſum, atq; hoc ipſo eruditiorem his, qui diuina mandata, impijs legum humanarũ pompis, mere ridicula & ludibria fecerunt. Vnũ ſpectaui, ſi conſequar, ut mea opera ij, qui me apoſtolicas epiſtolas audierunt enarrantẽ, Paulum apertiorem habeant, & feliciter me ſuperent. Sin nec id effeci, age, & hoc libẽs perdiderim laboris, conatus reliquus eſt, quo alios ad Paulinam Theologiam uoluí accẽdere, quem nemo bonus mihi uitio dederit. Valete.

Res eccleſiæ ſerio curãdæ

Eccleſia Rhomana.

Rhomana curia.

Fiducia autoris.

Chriſtianũ aduerte.

Modeſtia uiri.

ARGVMENTVM EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS.

GALATAE primum ab Apostolo sanam fidem, id est, in solum IESVM Christum, nõ in suas aut legis iustitias, fidere docti: post per pseudapostolos rursum deturbati sunt, in fiduciam operũ legalis iustitiæ: decepti uidelicet q̃ facillime, magnorum & uerorum apostolorum false commendato, & nomine, & exemplo. Neq; enim in omni uita mortaliũ quic q̃ fallacius est superstitione, hoc est, falsa & infelice imitatione sanctorũ. Quorum cum opera sola, non etiam cor spectaris, in procliui est, ut simia fias & Leuiathan, id est, addimentum addas, quo ex uera religione superstitionẽ uel impietatem facias. Nam, ut exemplo præsente monstrem, Apostoli per ecclesias Iudæas nonnullas legum ceremonias seruabant. Sicut de Marco Philonẽ scripsisse Hieronymus testatur. Hoc autem stulti illi, qua ratione id facerent ignorantes, mox de suo addiderunt, necessaria esse ad salutem, quæ a tantis apostolis obseruari uiderant: nec unius Pauli, qui Christum neq; uidisset, neq; audisset in terra, habendam rationẽ. At Apostoli, ut manifestissime Act. xv. Petrus definierat, non ut necessaria, sed ut quæ licerent, & nihil obessent ijs, qui nõ in ipsa, sed in Iesum Christũ salutis fiduciã ponũt, seruabãt. Nã in Christũ credẽtibus, oĩa mũda, indifferẽtia, licita sunt, q̃cũq; uel p̃cipiunt̃, uel ꝓhibent̃ externis ceremonijs, corꝑalibusq; iustitijs: nisi q̃tũ sua sponte, aut pro charitate sese eis subijcere uelint. Ad quã intelligentiã PAVLVS tãto æstu laborat Galatas reuocare, ut & PETRI & oĩm Apostolorũ prorsus nullã rationẽ habeat, quantũ ad ꝑsonã, conditionẽ, id est, dignitatẽ (& quod dicunt) qualitatẽ attinet. Deniq; se ab eisdem nihil accepisse, quin cõmendatum ab eis fuisse, gloriatur sanctissima quadam superbia: nihil cedens apostolorum quoq; opinioni, qua euãgelicæ ueritati uidebat calumniã strui apud rudiores, longeq; melius ducens, inglorios esse, seipsum & apostolos ipsos, q̃ Christi euangeliũ euacuari.

Lapsus in superstitionẽ facillimus.

Fieri simiã & leuiathan.

Ceremoniæ licitæ, nõ necessariæ.

Credẽtibus oĩa cooꝑant̃ in bonum.

Pauli sanctissima suꝑbia.

EPISTOLAE PAVLI AD GALATAS, CAPVT PRIMVM.

PAVLVS APOSTOLVS. Quando iam græcatur totus orbis Christianus, & Erasmi theologicissimi annotationes omnium manibus teruntur, non est necesse indicare, quid Apostolus græce significet, nisi ijs, quibus non Erasmus, sed ego scribo. Apostolus enim idem quod missus significat. Et doctore d. Hiero. hebræorum uocabulum est, quod silas apud eos sonat, cui a mittendo, nomen misso impositum est. Ita apud Ioã. ix. Vade, laua in natatoria Silohe, quod interpretatur missus. Cuius mysterij & Esa. vij. nõ ignarus dicit: Abiecit populus iste aquas Siloe, quæ uadunt cum silentio. Sed & Geñ. xlix. Donec ueniat Silo. quod Hiero. transtulit, qui mittendus est. Ex quo loco Paulus Christũ apostolũ appellare uidetur, ad

Erasmus.

Apostolus.

Silas.

Christ⁹ apostolus.

tur, ad Hebræos, id est, Silan. Meminit in Actis Lucas Silæ cuiusdam. Hæc magis consyderanda sunt, ꝙ Apostolus uerecundū nomen est, sed mire simul augustū ac uenerabile, insignem iuxta humilitatē, & sublimitatē præ se ferens. Humilitas est, quod missus est: officiū, seruitutē, obedientiam protestatus: tum ne quispiā uelut dignitatis nomine motus, in ipsum fidat aut glorietur: sed per officij nomen, in autorem mittentē mox rapiatur, a quo iam maiestas & sublimitas missi & serui concipiatur, ut reuerenter excipiatur. Non sicut nostra ætate, qua nomina Apostolatus, Episcopatus, ac reliqua, non officij, sed dignitatis ac ditionis uocabula esse cœperunt. Quos Christus Ioan. x. contrario nomine, nō missos, sed uenientes, & seipsum interpretatus fures & latrones appellat: ut qui non mittentis uerbum, quo pascant, afferunt: sed suū lucrū, quo mactant oues, referūt. Quotquot (inquit) uenerūt, id est nō mittebātur, fures sunt & latrones. Et ut Apl'us Rho. x. Quomodo prædicabunt, nisi mittātur? Quas doctrinas, o utinā nostro seculo digne appenderēt Christiani populi pastores & rectores. Quis em̄ pōt prædicare, nisi sit apostolus? Quis aūt est apostolus, nisi qui uerbū dei apportat? Quis autē potest uerbū dei apportare, nisi qui deū audierit? At qui uel sua, uel humanarū legum, decretorū, aut philosophorum dogmata affert, nunquid is dicendus est apostolus? Immo ueniens & fur, & latro, & perditor, & mactator animarū est. In Siloa lauatur cæcus, & uisum recipit. Et Siloæ aquæ salutares sunt, non aquæ fortes & superbæ regis Assyriorū.

In mores nostræ ætatis.

Quis apl'us.

Misit uerbum suū (nempe deus) & sic sanauit eos. Venit homo & uerbū suū & hæmorrhoissam peius habere facit: Hoc est, ut clare dicā, quoties uerbū dei prædicatur, reddit lætas, latas, securas conscientias in deū: quia est uerbum gratiæ, remissionis, bonū & suaue. Quoties uerbū hominis, reddit tristem, angustam, trepidā conscientiā in seipsa: quia est uerbum legis, iræ, & peccati: ostendens quid nō fecerit, & quanta debeat. Proinde, nō fuit ecclesia unquā infelicior ab initio sui, ꝙ nunc est, & cotidie magis fit, tot decretis, legibus, statutis pene infinitis carnificinis excarnificata, longeꝙ atrocius, ꝙ tēpore martyrū, a tortoribus confecta. Et ijs perditionibus animarū, pōtifices adeo nihil afficiūtur, adeo nihil compatiunt̄ super contritione Ioseph, ut (tanquā deo obsequiū præstent) etiā addant dolorē super uulnerū dolorem.

Deus uerbo suo sanat, hō uerbo suo affligit.

Incōmoda p̄sentis eccl'iæ.

Non ab hominibus, neꝙ per hominē, Sed per Iesum Christū, & deū patrē: qui suscitauit eū a mortuis: & qui mecū sunt, omnes fratres.

Statim ab initio percutit oblique falsos Galatarum apostolos, quos non per Iesum Christum missos subindicat, sed uel per seipsos, uel per alios apostolos: quorū tamen doctrinā false tractabāt. Id sane notandū, quod nullum uoluit Christus apostolum fieri ex hominibus, seu hominū arbitrio, sed ex sua solius uocatione. Vnde & Matthiam apostoli non ausi sunt eligere, sed de cœlo per orationē impetrabant. Et Paulum ipsum de cœlo uocauit, & apostolum fecit.

Notandū.

Maxime autem per uocem spiritussancti, Act. xiij. Segregate mihi (inquit) Paulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Ita Rhoma. j. gloriatur se in Euangelium dei segregatum: quo cæteris apostolis in circūcisionem missis, ipse cum Barnaba in præputiū & gentes segregati sunt. Et aduerte quod Paulus, nomē Apostoli adeo officij & dignitatis asserit, ut eo uelut participio utatur, d. Apostolus non ab hominibus, quod sonat, missus non ab hominibus. Nisi hebraismum sapit oratio, ut Psal. iiij. Myrrha & gutta & casia a uestimentis tuis, a domibus eburneis.

Apostolus.

Consilium

Quæ omnia eo tendunt, ut uideas, quanta cura Christus ecclesiã suam instituit, atq; muniuit, ne temere quisquam docere præsumeret, nisi ab ipso, uel a se missis, missus sit. Sicut enim primũ & maximum ecclesiæ beneficium est, uerbum dei: Ita contra, nullo maiore detrimento ecclesia perditur, q̃ uerbo hominis, & traditionibus huius mundi. Deus solus uerax, omnis homo mendax. Denicq; in hanc gratiam, sicut olim Dauid reliquit omnes impensas, quibus Salomon ædificaret templum. Ita Christus reliquit Euangelium & scripturas alias: ut ijs, non humanis decretis ecclesia ædificaretur. Quod q̃ misere sit iam plus trecentis annis neglectum, immo peruersum, satis ostendit facies hodierna omnium rerum ecclesiæ.

Inuentiuncu lis humanis ecclia perdit

Apłorũ quatuor genera.

Quatuor apostolorum genera, di. Hierony. ex hoc loco colligit. Primum, quod neq; ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christũ & deum patrem, ut prophetæ olim & omnes apostoli.

Alterum, quod a deo quidem, sed per hominẽ, ut discipuli apostolorum, & qui in finem mundi legitime succedunt apostolis: ut episcopi & sacerdotes. Et hoc genus sine primo non potest consistere, a quo habet exordium.

Tertiũ, quod ab homine seu hominibus, non a deo: ut cũ fauore & studio hominũ aliquis ordinatur, ut nũc uidemus plurimos, nõ dei iudicio, sed redẽpto uulgi fauore, in sacerdotiũ subrogari. Sic Hiero. Si hoc Hiero. tpibus malũ iã tum inualescebat, quid mirũ, si hodie triũphet & regnet? Nam huius generis esse oportet omnes, qui seipsos offerũt ad episcopatus & sacerdotia, antequam uocentur: animalia scilicet uentris & gloriæ. Ideoq; quantũ ex ijs ecclesia cõmodi habeat, satis uidemus.

In inuocatos operarios.

Quartũ genus, quod neq; a deo, neq; ab hominibus, neq; per hominẽ, sed a semetipso, ut pseudoprophetæ & pseudapostoli. de quibus Paulus: Istiusmodi pseudapostoli, operarij iniquitatis, transfigurantes se in apostolos Christi. Et dñs Ioan. x. Quotquot uenerũt, fures fuerunt & latrones. Hiere. xxiij. Nõ mittebã prophetas, & ipsi currebãt, nõ loquebar, ad eos & ipsi ꝓphetabãt. Ab hoc malo summe cauendũ est. Nam hinc Christus nec dæmonia sinebat loqui & si uerũ dicebant: ne prætextu ueritatis, intret mendaciũ mortis: quãdo non potest loqui, qui ex seipso loquitur, nisi mẽdaciũ, ut Christus ait. Vnde Ioan. viij. Ne apostoli ex seipsis loquerentur, dedit eis spiritũ suum. de quo dicit: Non uos estis qui loquimini, sed spũs patris uestri, qui loquit in uobis. Et rursus.

Cauendum:

In quorundã religiosorum querimoniã.

Ego dabo uobis os & sapientiã &c. Non possum hic (& si leuiculũ est) transire multorũ præsertim religiosorũ & sacerdotũ fatuam querelã, satis tamẽ acrẽ tentationẽ: qua queruntur, sese talentũ domini habere, ideoq; necessitate euangelici præcepti sese urgeri ad docendũ. Itaq; nisi doceant, stultissima conscientia credũt, sese pecuniã domini sui abscõdere, & reos esse damnationis. Diabolus hæc facit, ut instabiles eos reddat in uocatione sua, in quã uocati sunt. O bone frater, uno uerbo Christus te liberat ab hac querela. Vide euangeliũ, quod dicit sic. Vocatis seruis, tradidit illis bona sua. Vocatis inquit, quis autẽ te uocauit? Expecta uocantem, interim esto securus. Immo si esses sapientior ipso Salomone & Daniele, tamen nisi uoceris, plusquam infernum fuge, ne uerbum effundas. Si tui eguerit, uocabit te. Si non uocabit, non te rumpet scientia tua. Denicq; neq; est uera, sed uidetur tibi scientia: & stultissime fingis tibi fructum quem possis facere. Nemo fructificat uerbo, nisi qui sine suo uoto uocatur ad docendum. Vnus est enim Magister noster Iesus Christus, Hic solus docet, & fructum facit per uocatos seruos suos. Qui autem non

uocatus

uocatus docet, non sine damno & suo auditorũ docet, ꝙ Christus nõ sit cũ eo.

Quod ergo Apostolus se non ab hominibus missum dicit, pseudapostolis se opponit. Quod non per hominem, ipsis fidelibus, qui ab apostolis missi fuerant, opponit. Ideo cõtra tria genera apostolorũ tali exordio utitur. Et testatur Hiero. quod ex Iudæis quidam in Christum credentes, in Galatiam perrexerunt, & docuerunt, quod & Petrus, & Iacobus, & Ioannes legem seruarẽt: ut magis infra uidebitur. Quod autem resurrectionem Christi interserit, uidet ociosum. Verũ solet Apostolus libẽter resurrectionẽ Christi cõmemorare, potissimũ contra eos, qui in iustitiam propriã confidunt. Sic & in Rho. salutatione eiusdẽ & copiosius meminit, quod & ibidem fortiter contra iustitiam operum disputat. Qui enim tales sunt, necesse est, ut resurrectionẽ Christi negent immo irrideant. Nam Rhoma. iiij. Christus (inquit) mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. Ideo qui alia uia præsumit iustus esse, ꝙ credẽdo in Christum, hic Christum a se reijcit, & ociosam eius passionem & resurrectionem ducit. Qui enim in Christũ morientem credit, simul & ipse moritur peccato cũm Christo. Et qui credit in resurgentem & uiuentẽ, eadem fide & ipse resurgit, & uiuit in Christo, & Christus in eo. Ideo resurrectio Christi est iustitia, uitaq; nostra: non tantũ exemplo, sed & uirtute.

Vna causa, cur de resurrectiõe interserit.

Sine resurrectione Christi nemo resurgit, quãtumlibet operetur bona. Rursum, per resurrectionẽ quilibet resurgit, quantũlibet operatus sit mala, ut hæc latius ad Rhoma. Forte etiam ideo meminisse solet in salutatione resurrectionis, quod spiritussanctus datus est per resurrectionẽ Christi, quo spiritu distributa sunt dona apostolatus, & alia. j. Corinth. xij. Vt sicse apostolum asserat autoritate diuina, per spiritum resurrectionis Iesu Christi. Et qui mecum sunt omnes fratres. omnes fratres inquit. Quo uidetur occurere eisdem pseudapostolis, qui (ut Hierony. ait) ipsum quoq; Paulũ aliter apud alios sapere dicebãt ꝙ Galatas docuisset. Deinde, ꝙ ad populum corrigendũ plurimũ ualeat, multorũ de eadẽ re sententia atq; consensus.

Altera causa

ECCLESIIS GALATIAE.

In alijs epistolis ad unius urbis scribit ecclesiã, in hac ad multarum, ac totius prouinciæ scribit ecclesias. Et eximie notandũ, quod beatus Hiero. hic pulchre obseruat: scilicet ecclesias uocari, quas tamen Apostolus arguit errore deprauatas. Ex quo noscendũ est, inquit, ecclesiam dupliciter posse dici. Et eam quæ nõ habet maculã, neq; rugã, & uere corpus Christi sit. Et eam, quæ in Christi nomine, absq; plenis perfectisq; uirtutibus congregetur. Quo modo sapientes bifariam nuncupãtur, tam ij, qui sunt plenæ perfectæq; uirtutis: ꝙ illi, qui incipiunt, & in profectu positi sunt. De perfectis dicitur: Mittã ad uos sapiẽtes. De incipiẽtibus: Argue sapientẽ, & diliget te. Iuxta hunc sensum, de cæteris quoq; uirtutibus intelligendũ, quod scilicet fortis & prudens, castus, iustus tẽperans, interdũ plene, interdũ abusiue accipiunt. Verum hæc de perfectione sane intelligenda sunt. Nam nullus ita pfectus in hac uita est, ne apostolus quidẽ, quin pficiẽdus sit magis: immo ut Sapiens dicit: Homo cũ consummauerit, tũc incipiet. Ad aliorũ itaq; cõparationẽ, alios perfectos dixeris, alioqn & ipsi cotidie incipiũt, atq; proficiũt. Proinde melius b. Aug. ecclesiã sine macula & ruga in futurã uitam differt, quæ nõ amplius dicat: Dimitte nobis debita nostra. Attamen recte hæc Hiero. & Orige. sententia est, quod contra hæreticos bene pugnat ex apostolo. Qui mox nomine Babylonis criminantur ecclesiã

Duplex ecclesia.

Sapiẽtes bifariã dicuntur.

Consilium.

Augustinus de ecclesia.

Sentẽtia Hieronymi recta.

ecclesiã, quæ mixtim malos habet: ut sibi solis, uelut sanctis, ecclesiæ nomẽ arrogent. Quin si mali sunt in aliqua ecclesia, certe accurrendũ est, & exemplo isto Pauli clamandũ, exhortandũ, obsecrandũ, orandũ, terrendũ, & omnia tentanda, ut boni fiant. Non autẽ sacrilego illo dei timore (ut dicũt) & impio conscientiæ studio, discedendũ, & schisma faciendũ. Quæ est ista charitas, quæ malos neq; ferre neq; iuuare statuit? furor est, nomine charitatis ineptissime seuiens. Quid hic respondebunt? Apostolus ecclesias appellat, quæ nõ morum (nam hi soli offendunt, superbos & hæreticos faciunt) sed fidei errore laborabant; ac tota substantia, unde possent ecclesiæ uocari, peribat.

Non deficiendũ ab ecclia.

Gratia uobis & pax, a deo patre, & domino nostro Iesu Christo.

Discernit Apostolus hanc gratiã & pacem ab ea, quã mũdus uel ipse homo sibi dare potest. Gratia enim dei patris, & domini nostri Iesu Christi, aufert peccata: cũ sit spiritualis & occulta. Sic pax dei serenat, quietat, ac lætificat cor hominis coram deo in absconditis. Et, ut alibi dictum est, Gratia culpam, pax pœnã aufert. Vt sic iustitia & pax osculentur & conueniant. Verum quando hæc fiunt, mox amittit̃ gratia & pax hominũ, mundi, carnis: id est, sui ipsius & diaboli: concitat̃ autem ira & turbatio omniũ. Nam qui in gratia dei est, operatur quæ deo placẽt: ideo mox displicet diabolo, mundo, & carni suæ. Et dum deo iustus est, carni & mũdo peccator est. Et sic oritur bellum. Bellum foris, pax intus. Intus inquã, nõ sensibiliter, & experimẽtali suauitate, saltem semp: sed inuisibiliter & per fidem. Nam pax dei exuperat omnẽ sensum: id est, incõprehensibilis est, nisi fide. Sic contra quin in gratia mũdi est, & sua ipsius, & placet sibi: statim peccat corã deo, & iram incurrit. Qui enim, ait Iacobus, amicus huius mũdi esse uoluerit, inimicus dei constituitur. Ideo sequit̃ & hic mox bellum. Bellum intus cũ deo: pax foris cũ mundo: quia nõ est pax impijs dicit dñs. Et tamen Psal. lxxij. Pacẽ peccatorũ uidet. & Psal. xxxvj. prosperat̃ pctõr in uijs suis. Ideo & istud bellũ est abscõditũ, & insensibiliter, saltẽ aliqñ habet̃. Quare in quadã bibli bri sese cõponderãt ista quatuor. Gratia dei, & indignatio mũdi: Pax dei & turbatio mũdi: Gratia mũdi, & ĩdignatio dei: Pax mũdi, & turbatio dei. Sic Christꝰ Ioã. xvj. In mũdo pressurã habebitis, in me uero pacẽ, sed cõfidite. Ego uici mundũ. Et infra Paulus. Si adhuc hoibus placerẽ, Christi seruus nõ essem, id est, nõ placerẽ. Quare hac salutatione summã statuit doctrinæ suæ, quod uidelicet, nemo iustus esse potest, nisi per gratiã dei, nequaq; per opera. Et conscientiæ turbatio nõ quietat̃, nisi p pacẽ dei: nõ ergo p opa cuiuscũq; uirtutis aut satisfactionis. Quid est autẽ, quod nõ suffecit apostolo dicere: A deo patre nostro, nisi adderet, & dño nostro Iesu Christo? Hoc dicitur ad differentiã regni gratiæ, & regni gloriæ. Regnũ gratiæ, est regnum fidei, in quo Christus, ut homo regnat, cõstitutus a deo patre sup omnia: iuxta Psal. viij. In quo a deo accepit dona in homines, ut Psal. lxviij. dicit. Et hoc usq; ad iudiciũ nouissimũ. Tunc enim, ut. j. Corinth. xv. apostolus docet, tradet regnũ deo & patri, & erit deus omia in omnibus, cũ euacuauerit omnẽ principatum & potestatẽ. Hoc est regnũ gloriæ, in quo deus ipse per se, nõ amplius per humanitatẽ regnabit in fidem. Non quod aliud & aliud sit regnũ, sed aliter & aliter. Nunc in fide & enigmate, per humanitatẽ Christi: tunc in specie & reuelatione diuinæ naturæ. Inde apostoli fere appellant Christũ dominum, patrem uero deum: cum sit idem deus uterq;: sed, ut dixi, propter regni differẽtiam, quod sumus nos, qui in fide purgamur, in specie autem salui erimus.

Gratia dei

Pax dei.

Gratia mũdi

Nemo iustus nisi p gratiã dei, nõ p opera uirtutis.

Duplex regnum

Regnũ gratiæ.

Regnum gloriæ.

Qui

Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris: ut eriperet nos de pſenti seculo nequam secūdum uoluntatem dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum: Amen.

Singula hæc epitasin & emphasin quoq; habēt, quibus iam omnino asserit, legem & arbitriū humanū prorsus nihil esse, nisi Christus credat̄ traditus pro peccatis nostris. Qui dedit, inquit, tanq; immeritis donū gratuitū, non reddidit tanq; dignis præmiū. Sicut Rho. v. Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo, per mortē filij sui. Dedit autē non aurū, nō argentū, sed neq; hominem, neq; omnes angelos: immo semetipsum, quo maius nihil est, neq; habet. Dedit inquā, tam inæstimabile preciū, pro peccatis nostris, pro tam despecta, odioq; dignissima re. O dignatio & charitas dei in nos, quā eximijs & obseruatis apte uerbis cōmendat, & dulcissimā nobis reddit misericordiam dei patris? Vbi sunt nunc superbi iactatores liberi arbitrij? ubi eruditio moralis philosophiæ? ubi legum tam sacrarū q; prophanarū uirtus? Si tanta sunt peccata nostra, ut nō, nisi dato tanto pretio, potuerint tolli. Quid facimus dum arbitrio, legibus, ac doctrinis nos iustos facere conamur, nisi quod peccata nostra tegimus, falsa iusticiæ seu uirtutis specie, ac hypocritas incurabiles facimus? Quid prodest uirtus, si peccata manent? Desperandū itaq; est de ijs omnibus: & ubi nō fides Christi docetur, omnē uirtutē nō aliter habeamus, q; uelamen nequitiæ, & operculū omnis spurcitiæ, sicut pharisæos Christus describit. Nihil ergo sunt gentiū uirtutes, nisi fallaciæ: nisi ocioſe Christū pro peccatis nostris traditum contendas, ut quod nostris uiribus potuimus, tanto impendio frustra sibi uoluerit constare. Verū id pronomen, nostris, ne cōtemptim prætereas. Nihil em̄ tibi profuerit credere, Christū esse pro peccatis sanctorū aliorū traditū, pro tuis autē dubitare. Nam hoc & impij & dęmones credūt. Verū cōstanti fiducia præsumendū est tibi, quod & p tuis, ut unus sis illorū, pro quorū peccatis ipse traditus est. Hæc fides te iustificat, Christū in te habitare, uiuere & regnare faciet. Hæc est testimoniū spiritus, quod reddit spiritui nostro, quod simus filij dei. Quare facile senties, si aduertas, hunc affectū ex tuis uiribus in te nō esse. Impetrādus ergo per humilē, & in seipso desperatū spiritū. Fabulæ ergo sunt opinatoꝝ scholasticorū hominē esse incertū, in statu salutis sit, nec ne. Caue tu ne aliquādo sis incertus, sed certus, quod in teipso pditus, laborandū aūt, ut certus & solidus sis in fide Christi, p peccatis tuis traditi. Quō potest fieri, ut hāc fidē, si sit in te, nō sentias? cū b. Aug. asserat, eā certissime uideri ab eo, qui habet. Nunc uide, Paulus nō ait, pro peccatis uestris, sed nostris, certo enim erat. Ita & illud: Eriperet nos, nō ait uos. Quo iterū fulmine uerbi cōtundit p̄sumptionē arbitrij, legis, & operū iustitiæ nostræ. Non inquit, ista eripiūt nos, sed Christus traditus, si modo credas te eripi. Ista aūt ereptio spūalis est, nō corporalis hæc fit, qñ aīa moriē & crucifigiē mūdo, id est, cōcupiscētijs, quæ sunt in carne omniū hominū. Quod ad Titū. ij. latius explicans, dicit: Abnegātes impietatem & secularia desyderia, sobrie, & iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. In quo loco utrunq; expressit, scilicet uitam in hoc seculo (quod seculum non sit malum) & secularia desyderia: quia in seculo isto abundant mala desyderia. Vnde & hic addit, de præsenti seculo nequam. Alioquin si seculum nequā, ipsum cursum temporis uellet intelligi, iam de hac uita rapiendos doceret omnes, quotquot credunt in Christum. Sicut &. j. Corinth. v. seipsum non id uoluisse

Donum dei.

Mira charitas dei.

In iactatores liberi arbitrij

Virt⁹ moral sine fide uelamē est nequitiæ.

Pronomē nostris. Quō credendum.

In fabulas scholasticas.

Ereptio spiritualis.

explicās

explicans, dicit: Alioquin debueratis de hoc mundo exisse. q.d. nō id uolui, ut deberetis e uita fugere, sed a uitijs & cōcupiscētijs, quæ sunt in mundo. Vt &. ij. Petri, fugientes eam, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.

Hieronym⁹. Tropum autē huius locutionis beatus Hieronymus pulchre & late explicat, dicens: Sicut infamantur saltus, cum latrocinijs pleni sunt. Detestamur & gladium, quo humanus effusus est cruor: & calicem, quo uenenum temperatum est: non calicis gladijq; peccato, sed quod odiū mereantur illi, qui ijs male usi sunt. Ita seculum, quod est spacium temporū, nō per semetipsum bonū aut malum est: sed per eos, qui in ipso sunt aut bonū aut malū appellatur. Idem beatus Augustinus. Augustinus. Malum seculū intelligit malos homines in seculo. Hæc tamen omnia sic accipe, ut & te partem huius mali agnoscas. Nam omnis homo mendax, & nō est iustus in terra. Psal. xiij. ne superbia super cæteros nimiū eleueris Ideo quando Christus te eripit a seculo, neq; certe a teipso, ut omniū tibi pessimo hoste te eripit. Sicut Paulus Rho. vij. Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Igitur non tuis uiribus seculū nequā & uitia tua uinces. Fruſtra sunt opera, nisi Christus te eripiat solus. Quare caue, ne ieiunia, uigiliæ, studia, temperantia, sobrietas, aliæq; uirtutes, te hypocritā irreparabilē faciant. Secundū uoluntatē suam: hoc est, quod nos eripimur: non currentis est uirtutis nostræ, sed miserentis uoluntatis dei. Sicut ait Psal. l. Benigne fac domine, in bona uoluntate tua Sion. Et Lucæ. ij. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, nō suæ, sed dei: Vt in græco Eudocia. Sicut enim uiri misericordiæ, & uasa misericordiæ dicuntur, quod nō suo merito, sed dei misericordia suscipiunt: Ita homines bonæ uoluntatis, quod non suis uiribus, sed diuinæ uolūtatis beneplacito saluentur. Vt stet gloria soli deo in secula seculorū, Amen: ut hic apostolus dixit. NOTA. Nam si quid nos possumus, certe nō hoc in gloriam dei, sed in nostrā referri debet. Sed absit, ut puluis & is qui nihil est, laudē & gloriā habeat. Vide ergo quāto impetu sola salutatione percutit Galatas, & eorū magistros, aptissimo exordio pro huius epistolæ argumento.

Fruſtra sunt opa hoim, nisi Christus adsit.

Miror, quod tam cito transferimini ab eo, qui uos uocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt conuertere euangelium Christi.

D. Hiero. hyperbaton hic esse dicit. Et in hunc modū ordinat. Miror, quod tam cito transferimini a Christo Iesu, qui uocauit uos in gratiam. Græcis, pro Christi, habetur dei. & potest tum in genitiuo, tum in ablatiuo latine reddi, ut Erasmus indicat. Item, Quod non est aliud, intelligit, quod sit nihil aut nullum: ubi, si meo liceret sensu diuinare, crederem Apostolū uelle, nō esse aliud euangeliū, q̄ quod prædicarat ipse: & mutata coniunctione, nisi, in sed, clarior fieret sensus: ut sit iste textus, me temerante: Miror, quod tam cito transferimini a deo (qui uocauit uos per gratiā) in aliud euangeliū, cum nō sit aliud euangelium. Sed sunt quidam, qui uos cōturbant, & uolunt subuertere euangeliū Christi. Quod si cū hyperbato placet legere, nec inepte legetur, ab eo, qui uos uocauit per gratiā dei, uel deo. Vehemens est sententia Pauli, & tamen modestissima. Mirari se dicit, cum indignari & ardere penitus sese infra ostendat. Sed suauiter, non pro impetu concepto inuadens. Vtiq; bōno exemplo omnibus rectoribus ecclesiasticis, præsertim in fulmina promptis, etiā pro re nihili. Non errare, nō peccare eos dicit, sed peiore malo, prorsus translatos extra euangelium, alienatos a deo esse. Nam mitius est, si arbor maneat, fractis aliquot ramis,

Sententia Lutherij

Vehemēs sententia, sed modesta.

ramis, aut alio incõmodo læsa, ꝙ si penitus transferatur emulsa, de loco suo in locũ, ubi necesse sit eam aresc̃ere & sterilescere. Adeo terribile est, iustitiam suã quærere, & in legis ac arbitrij opera fidere. Nã hoc est Christum abnegare, gratiã & ueritatem abijcere, & (ut infra docebit) seipsum in idolũ statuere. De quo Iob. xxxj. Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio cõtra deum altissimum. Osculari enim manum ore proprio (ut S. patres sapiunt) est sua opera laudare, in sua iustitia fidere. Atq; hac iniquitate fit, ut non in deo gloriemur, sed in nobis ipsis, & gloriam deo subtrahamus. Quod uitium cultoribus Baal tribuitur. iij. Regum. xix. Qui non incuruauerunt, inquit genua sua ante Baal: & omne os, quod non adorauit eum, osculãs manum. Et Esa. ij. opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Contra, Psal. ij. dicitur, osculamini filium: ut est hebraice, pro apprehẽdite disciplinã: id est, in Christum pura fide credite, & hunc colite. Fides enim debetur ueritati, quæ nulla est, nisi solus deus. Ideo fides est uerissima & interior latria. Hinc illud intelligimus, quod ex b. Augu. duplex malum asseritur contra fidem, & cõtra bonos mores. Malum fidei, in optimis moribus facit hæreticos, superbos schismaticos, quos scriptura proprie impios, heb. resthaim uocat. Mali mores peccatores faciunt salua fide, saltem aliorum: hoc est, non impugnant fidem, & si eam sciunt se nõ habere & debere: ideo sunt facile curabiles. Malum autem fidei, mox etiam crimínatur & persequitur fidem aliorum ut suam statuat.

Idolũ se facere.

Osculari manum.

Malum fidei.

Mali mores.

Hoc uerbũ, conuertere, diuus Hiero. notat: quia ex græco metastrepsę, significat id quod in facie est, post tergum facere: & quod post tergum est, in faciem ponere. Est enim infinitiuus futurus. Vult itaq; Paulus: Euangelium, quod est spiritus & gratiæ doctrina, conantur illi retrorsum in literã, iam diu post tergũ relictam reuocatum iri: cum per Euãgelium id effectum sit, ut in spiritum libertatis magis ac magis proficeretur. Volunt inquam sed non poterunt pręualere. Et hodie sane Euangelium subuersum est in magna parte ecclesiæ. Quãdo non, nisi decreta Pontificum, & traditiões hominum auersantium ueritatẽ, populus eruditur. Aut euãgeliũ sic tractatur, ut a legibus & moralibus p̃ceptis prorsus nihil distet. Fidei & gratiæ cognitio ipsis quoq; Theologis contẽpta.

μεταστρεφω.

Subuersum euangelium.

Putat & d. Hiero. uerbum, Transferimini, congrue ad Galatas aptatũ, quod Galatia hebraeis trãslatiõem significet: quasi Apostolus ex eorum proprio nomine occasionẽ huius exordij sumpserit. ac si diceret. Vere Galatæ estis, & trãsferri prompti, res congruit cũ nomine uestro, allusione scilicet hebraicæ linguæ.

Nec sunt inuitandæ eiusmodi peregrinarum linguarũ allusiones, si suo loco ueniãt. Vt si de Rhoma diceres, uere tu Rhoma es, hebraice quod est, superba & excelsa. Quid enim & ad Rhomanos apostolus aliud facit, ꝙ quod superbiam & arrogantiam eorum contundit? uelut re ipsa, allusionem nominis Rhomani tractans.

Allusiões linguarum.

Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelisẽt uobis, præterquam quod euangelisauimus uobis, anathema sit: sicut prædiximus. & nũc iterum dico: Si quis uobis euangelisauerit, præterquam quod accepistis, anathema sit.

Anathema græcum, teste Hiero. proprie Iudæorum uerbum est, quod apud eos horma dicit. Iosue. vj. Sitq; hæc ciuitas Anathema, & omnia quæ in eo sunt heb. herem, & sonat uastitatem, perditionem, occisionem. Inde cum sit uerbum

Anathema.

maledictionis, pro maledictione, & execratione, & detestatione accipitur. Sic Psal. xlij. Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm a monte modico. Vbi anima turbata peccatis suis, memoria Christi pro se crucifixi, & anathema facti sese cõsolatur. Nã & ros hermon, qui Psal. c. xxix. scribitur descendere in montem Zion, utiq; uerbum est, de crucifixo filio dei. Latini autem dicerẽt: Anathematisatus, uel si de uerbo, anathematisatũ sit. Hebræis frequens est usus abstractorũ. An autẽ anathema græcum (quod ea significat, quæ in templis suspẽduntur & seponuntur) uim hebræi uerbi impleat, uiderint grammatici. Nobis sat est, quod apostolus zelo euangelij feruens, potius seipsum, & angelos cœlestes, nedũ apostolos uellet alienos, deuotos, execratos, separatos, & maledictos q̃ ut ueritas euangelica periclitaretur. Atq; id repetito ingeminat. Non q̃d angelos cœlestes, aut seipsum aut Apostolos aliud p̃dicaturos crederet, sed quod uelut cum impetu opprimi, & (ut ad Titum scribit) os illis obstrui, & penitus ac radicitus præcidi oportebat, qui nomine & exemplo Apostolorum, legẽ docebant: ac si diceret: Apostolorũ iactatis mihi nomen & authoritatẽ: fingite amplius, quod & ego & angeli de cœlo aliud doceant, aut docere possint, hos etiã anathema esse uolo, quanto minus Apostolorũ titulo uos terreri oportet.

Cõtra inexorabiles & uiolẽtos pontificaliũ decretorũ exactores.

Vtinam & nostro sęculo tales essent Christi tubæ aduersus inexorabiles & uiolentos decretorum & decretaliũ pontificaliũ exactores: qui sub nomine apostolorũ Petri & Pauli, Rhomanæq; ecclesiæ, eo nos urgẽt: ut nisi necessaria ad salutem credamus, quęcũq; ibi dicuntur, scribuntur, aliquando & somniantur, hæreticos audeant impudentissima fronte pronunciare. Cũ hęreticus non sit, ni si qui in uerbũ fidei peccat. Illa autem hominũ uerba, adeo sunt moralia, & sine fide, ut fidei nullo possent beneficio magis seruiri, q̃ si semel funditus, penitusq; abrogarentur. Quid putas fecisset Paulus, si nostro tempore tot inutiles, imo pernicios as leges hominũ uidisset, in totũ orbẽ sæuire, & Christum radicitus extinguere, qui tanto ęstu fertur in leges dei per Mosen traditas: & uno tantum loco apud Galatas Christum pessundantes? Igitur cũ Paulo fidentes dicamus: pereat, maledictaq; sit omnis doctrina de cœlo, de terra, undelibet allata: quæ docet in opera, in iustitiam, in merita alia cõfidere, q̃ ea quæ sunt Iesu Christi. Nec in hoc contumaces sumus in pontifices, apostolorũq; successores, sed pij atq; ueraces in Christũ. Hunc em̃ eis p̃ferri oportet; & si id pati nolint, ipsos penitus, ut anathemata fugere.

Hæreticus.

Modo enim hominibus suadeo, an deo?

Huius quæstionis partẽ priorẽ affirmant, & posteriorem negatiuã intelligũt qui latine tãtũ Apostolũ, ul' interpretẽ potius, legũt: ut quia nemo suadeat deo: cui sunt omnia manifesta: reliquũ iam sit, ut hominibus suadeat.

Suadere.

Est autẽ Suadere hoc loco, pro inducere ad credulitatẽ, ut Act. ulti. Suadẽsq; eis de Iesu ex lege Mosi, & ꝓphetis, quod nemo ad fidẽ possit ui cõpelli, sed tantũmodo trahi & ĩduci, ut Ioan. vj. Nemo uenit ad me, nisi pater meꝰ traxerit eũ.

In nostrum sęculum.

Nostro tñ sęculo Turcas, imo & Christianos cogit Rho. Curia ad fidẽ, i. ad odiũ & pernicię sui. Quanq; aũt hunc sensum & Hiero. & Aug. & Amb. habeant, placet tamen magis Erasmi sententia, qui id quod in græco accusandi casu homines suadeo, an deũ, interpretat, modo humana suadeo, an diuina? hoc est doctrina, quam ego doceo, non ex hominibꝰ, sed ex deo est, ut latius statim ipse explicabit, quando euangeliũ suũ, neq; secundũ hominem, nec ex homine esse dicet. Est aũt iste tropus, non rarus etiam in latina lingua, Virgilium lego, Hieronymũ enarro, Et. j. Co. j. Nos prędicamꝰ Christũ dei uirtutẽ &c. Metonymia itaq;

Tropus metonymia.

mia itaq; est. Ad hūc sensum apte quadrant præcedētia, ac si dicat: Cur nō optē anathema esse eos, qui alia docent? Nunquid humana, ac non potius diuina doceo, quibus omnia cœlestia & terrestria merito sileant & cedant? ac maledictio/ne dignum est, quod diuinis aduersatur. Potest aūt & nostra translatio huc du- Alius sensus
ci, si uerbum Suadeo absolutum sit a regimine, ut quo modo Rhoma. xiiij. Qui manducat, domino manducat: ita hic sit sensus, quod suadeo seu suasor sum, nō hoc hominibus, aut ad gloriā uel gratiā hominum facio, sed deo, & in dei glo/riam, hoc officio seruio. Et huic sensui non inepte adhæret, quod sequitur: Si ad huc hominibus placerem &c. quasi neget se hominibus placuisse suadendo, sed soli deo. Et hoc aduerbium modo, totum apostolatus sui tempus, non Modo.
autem huius epistolæ scriptæ significat. Quia reuera in hac epistola, non ex integro gratiam Christi docet, sed ad eam reuocat lapsos, & iam scientes con/firmat. Vnde & allegoricos infra loquetur, quod ad instituendos nos pertinet: quib⁹ linguæ sunt in signū: ut. j. Corinth. xiiij. dicit. ut sit sensus: Maledicti sint, qui aliud docent: quia postquā conuersus sum a legum traditionibus, iam non amplius humana doceo, sed diuina. Et diligenter quæso serua tibi, quod hu/mana appellare audet, legem Mosi, quæ tamen per angelos tradita est: de quo infra latius.

An quæro hominibus placere? si adhuc hominibus placerē, Chri/sti seruus non essem.

Hoc ideo dicit, quia pseudapostoli etiam hac ratione docebant legales iusti/tias, ne propter euangeliū paterentur persecutiones a Iudæis: qui pro lege Mo/si aduersus uerbum crucis, insaniebant in omnes homines. ut. j. Thessalo. ij. scri/bit: quod & infra. vj. ca. dicit. Quicunque uolunt placere in carne, hi cogūt uos circūcidi, tantū ut crucis Christi p̄secutionē non patiant. Ideo Paulus cōtra hāc pusillanimitatē spiritus erectus, docet amore Christi cōtēnendos esse hoīes, & nō omittendū uerbū quo illis placeat. Hominibus hoc loco per emphasin ac NOTA
cipitur, ut qui tantū sunt homines iuxta primā natiuitatē ex Adam extra Chri/stū & fidē eius. Hos em̄, cū sint a ueritate alieni, necesse est, mēdacio & odio ue/ritatis plenos esse. Ita oīs homo mendax. Sic. j. Corin. iij. Nōne hoīes estis? Et usu scripturæ ferme opprobrium est, hominem dici. Nō enim secūdum substā/tiam, metaphysice (sic enim theologi nihil non laudis in homine uident) sed the/ologice, & ut in oculis dei est, eum nominat. Contra iusti non uocantur fere homines, sed dij. Psal. lxxxj. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. Ideo, ut Psal. ij. uere dicit. Deus dissipauit ossa eorū Homo.
qui hominibus placent, confusi sunt: quoniam deus spreuit eos, Quare? quia Hominibus placētes, de⁹ dissipat.
deum & uerbum suum negant amore hominum, dum persecutionem timent.

Ita contra, Custodit dominus omnia ossa eorum. quorum? iustorū. Qui sunt ij? qui hominibus displicent, honorati sunt, quoniam deus susceptor eorum est Et Lu. xvj. Quod hominibus altum est, abominatio est ante deum. Cum autē nos quoq; simus homines, necesse est & nobis displiceamus: iuxta uerbū Chri/sti. Qui amat animam suam, perdet eā. Videant ergo illi, qui ex arbore Pur- In philoso/
phiriana, & Aristotelis, aliorumq; philosophorū doctrinis didicerunt, hominē phicos theo/logistas.
rationalem laudare, iactare, ac amare: deinde in sua dictamina confidere, sua consilia iustificare: & recte ad scripturæ ueritatem sapiant. Quæ omnia huma/na, mendacio, uanitati, & perditioni deputat. Ideoq; lugendum docet, quoties nos homines, rationales, liberi arbitrij, omniū denicq; operū nostrorū titulis lau

dari contingit: Quando seruum Christi, id est ueritatis esse non posse pronunciet Paulus, qui sibi uel hominibus placeat. Verbū autem placere, hic in spiritu intelligitur: hoc est, pro uoluntate placēdi. Quandoquidem non in nobis est, quibus placeamus uel displiceamus: quod satis ipsemet apostolus hic explicat, cum prius dixisset: An quæro placere. mox non ait: Si adhuc quærerem placere, sed si adhuc placerem. Ita &. j. Corinthi. iij. Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Quomodo omnibus places? sequitur Non quęrēs quod mihi utile sit, sed quod multis. ecce placere est quęrere, ut placeat omnibus, etiam si forte nulli aut paucissimis placeat. Canonicum est ēm Christo & suis, ut dum quærunt placere, & ea faciunt, unde debeant placere, displiceāt. Iuxta illud: Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi. Et rursum: Odio habuerunt me gratis. Item: Impugnabant me gratis: id est, cum esset in me causa amoris. Ideo exemplo Christi perdēda sunt beneficia, ut quæramus, quo placeamus omnibus, nullo modo quęramus, quo placeam⁹: Sed ut Rho. xv. Vnus quisq; alteri placeat, in bonum (inquit) ad ædificationem. Vtiq; non ad eorum desyderia & uanitates &c.

Placere.

Perdenda beneficia.

Notum ēm uobis facio fratres Euangeliū, quod euangelisatum est a me, quia non est secundum hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: sed per reuelationem Iesu Christi.

Hic ostendit quod iuste illos anathematizauerit: longo tractu, multisq; argumententis declarans, quod nō humana, sed diuina docuerit. Primū, inquit ut euangeliū meū diuinū esse sciatis: ego non ab homine accepi, neq; ipsemet didici, sed per reuelationē Iesu Christi. Hic inter Accipere & Discere b. Hierony. sic distinguit. Quod accipit cui primum intimatur, & ad fidem eius inducitur. Discit autē, qui ea, quæ in illo figurata sunt, explanata cognoscit. Hoc sic intelligo. Accipit qui incipit, discit qui proficit in euāgelij notitia. Quid si Apostolus id uelit, quod uerbum accepi, copuletur cū nomine isto, ab homine, & uerbum didicit absolute ponatur, adhunc scilicet sensum: Neq; ab homine, aut ullius magisterio, illud accepi: neq; mihi traditum est a quoquā, sed neq; a meipso didici, nō meo studio inueni, nec quæsiui: a deo sola reuelatione Christi ipsum accepi: & ipso docente, didici: scilicet in itinere, quando ad Damascū profectus, Christi uocem audiuit, ut b. Hierony. sentit. Notat hic idem d. Hiero. Christū a Paulo deū p̄dicari: quia non ab homine, sed per Christū: ergo Christus pluscq; homo. Item saluberrime admonet, & q̄ grāde sit periculū in ecclesia, loqui sine reuelatione Christi. Ne peruersa interpretatione, ex euangelio Christi, euangeliū hominis fiat, ut nunc passim fit, ubi scripturas uel humanis opinionibus ac ceptis, uel proprio magisterio inuentis glossis contaminant.

Accipere & discere discernuntur.

Hiero. admonitio, de modo tractandi euangelij.

Homo.

Hominem autem hoc loco, non tantum pro malis, sed & pro ipsis apostolis accipit, ut statim dicet, se non ab eis eruditum, neq; cum eis contulisse, mox post reuelationem. Quod ideo facit, ut corroboret quæ supra dixit: scilicet, etiam si apostoli, aut ipsemet aliud doceret (cum sint homines) non tamen deserendum esse, quod semel docuisset: quando hoc nec ex apostolis, nec ex seipso habuisset. Ideo Anathema habendum, quicquid pseudapostoli uel apostolorū, uel etiā Pauli nomine aliter docerent. Non enim posse eos, nisi ex homine acceptum euangelium, uel potius errorē habere: se aūt ex Christo ueritatē. Euangelium & Lex proprie in hoc differunt, quod lex prædicat facienda & omittenda, immo iam cōmissa & omissa, ac impossibilia fieri & omitti; ideo solā peccāti

Euāgeliū & lex differunt.

ministrat

miniſtrat cognitionem: Euangelium autem remiſſa peccata, & omnia impleta, factaq; Lex enim dicit: Redde quod debes. Euangelium autē: Dimittuntur tibi peccata tua. Sic Rho. iij. per legem cognitio peccati. Et. iiij. Lex iram operat. Vbi em̄ non eſt lex, nec preuaricatio. At de euangelio dicit Lucæ vlti. Sic oportuit Chriſtum pati, & a mortuis reſurgere, & prædicari in nomine eius (nota insigniter, in nomine eius, non noſtro) pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. Ecce prædicatio remiſſionis peccatorum per nomen Chriſti, hoc eſt, euangeliū. Et Rho. x. Quam ſpecioſi pedes euangeliſantiū pacē, annūciantiū bona. i. remiſſionem peccatorū, & gratiā, legis plenitudinē p̄ Chriſtum. Inde iuſtificatus per gratiā, a lege ad euangelium fugiens, dicit. Dimitte nobis debita noſtra.

Cur Chriſtus in euāg. multa p̄cipit, itē apoſtoli.

Sed cur Chriſtus in euangelio multa præcipit & docet, ſi hoc legis officiū eſt? Itē & apoſtoli multa p̄cipiunt, cū tñ ſint euāgelici p̄dicatores. Reſpondeo Doctrinæ eiuſmodi, quæ ultra fidem traduntur (nam credentibus annunciatur ſalus & remiſſio peccatorum in euāgelio: ut Ioan. j. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, credentibus in nomine eius, quotquot eū receperūt) ſunt uel interpretationes legis, quibus peccatū clarius cognoſceretur, ut gratia tanto ardentius quæreretur, quanto peccatū certius ſentiretur. Vel ſunt remedia & obſeruatiōes quibus gratia iā accepta, & fides donata cuſtodiretur, aleretur, perficereturq; ſicut fit, dū ægotus incipit curari. Igitur uox euangelij dulcis eſt. ut ſpōſa in Cāticis: Sonat uox tua in auribus meis. uox em̄ tua dulcis. Et iterum: Meliora ſunt ubera tua uino, fragrantia ungentis optimis: id eſt, uerba Chriſti, quibus paſcit fideles ſuos, ſunt meliora uerbis legis: quia ſpirant ungētum gratiæ, quo remiſſis peccatis, ſanantur naturæ uulnera. Ita Pſal. xliij. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, non ſcientia, non cognitio, quæ & in Moſi labijs diffuſę ſunt: ſed gratia, id eſt gratioſa & iucunda ſunt uerba tua peccatoribus perditis, quia remiſſionē & gratiam nunciant. Hoc eſt, quod Pſal. l. quoq; orat. Docebo (inquit) iniquos uias tuas, & impij ad te conuertent̄. ac ſi diceret: Obſecro, non doceam uias hominum, & doctrinas iuſtitiæ noſtræ: quoniam ijs nō ad te conuertentur, ſed lōgius auertentur: labia mea quæſo aperias tu, ut os meum tuam potius annūciet laudem, id eſt, gratiam qua peccata remittis. Ex hoc enim fiet, ut homo te laudet, glorificet, diligat, dum ſenſerit beneficiū miſericordiæ tuæ: & non ſeipſum laudarit in iuſtitia ſua. Qui enim iuſti ſunt, non docentur, non ad te conuertunt̄ non te laudāt, ſed ſeipſos. ſani ſunt, medico non egent. Ideo nec annunciari poteſt eis laus gratiæ tuæ: de quibus mox ibidem: Libera me de ſanguinibus, deus deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Non noſtram homini iuſtitiā, ſed gratiā tuā, qua iuſtitiam nobis tribuis: per quā & deus ſalutis noſtræ tu es.

Gratia.

Quod euāgeliū Paulus p̄dicauit.

Quæſitum eſt autē, quod nam euangelium Paulus prædicarit, an Lucę, Matthæi, aut alteri⁹. Et b. Hiero. ex Euſebio uł Origene alicubi Lucę euāgeliū, Pauli putat. Quaſi nō plura ſint euangelia, cū quatuor iſta uſitata, cū quilibet apoſtolus, idē quod omnes, prędicarit. Euangelium enim eſt ſermo bonus, nuncius pacis, de filio dei incarnato, paſſo, reſuſcitato per ſpiritum ſanctū, in ſalutem noſtram, ut Rhoma. j. deſcribitur: & ut Zacharias, Lucæ. ij. dicit. Viſitauit, & fecit redemptionem plebi ſuæ. Et infra, ad dandam ſcientiam ſalutis, in remiſſionem peccatorum, per uiſcera miſericordiæ dei noſtri. Igitur quandocunq; prædicatur gratia dei, & remiſſio peccatorū, per Ieſum Chriſtum facta, hic uere euangelium prædicatur. Proinde epiſtolæ Pauli, Petri, Ioannis omnino ſunt, & uere euangelia. Nec Paulus Lucæ, aut ullius euangelium prædi-

Euangelium

cauit: sicut hic expresse dicit: Euāgelium a se prædicatū, nec ab homine, nec per hominem, sed a solo Iesu Christo sibi reuelatum: sicut & infra: Reuelaret filium suum in me, ut euangelisarem illum ingentibus. Ecce euangelium est doctrina de filio dei Iesu Christo.

Audistis enim conuersationem meam, aliquando in iudaismo: quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebam in iudaismo, supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existēs, paternarū mearum traditionum.

Dissentit ab Hierony.

Hæc pro consequentia sentētiæ, oportet intelligi dicta ab apostolo ad confirmandum id, quod iam cœpit: id est, euangelium suū non ex homine esse, sed se diuina suadere: & si scio d. Hiero. alio respicere, & ordinē sententiæ relinquere.

Igitur uult apostolus dicere: ut plenissime sciatis, me nec a maioribꝰ meis, nec ab apostolis, aut ullis hominibus eruditum, sed a solo deo: ut sic diuina uos audisse certi sitis, & non transferamini ad humana, ullis aut meo, aut apostolorū nominibus. Ecce denuo uobis recenseo, & suggero historiam meam. Audistis enim &c. Mira autē (ut b. Hierony. ait) & pulchra obseruatio, ponduscꝫ uerborum. Conuersationē, inquit, nō gratiā: aliquando, non modo: in iudaismo, nō in fide Christi: non ut cæteri persecutores, sed sicut grassator & prædo uastabat ecclesiam dei: non quod eam talē tunc crederet, sed talem nūc cognitā nominat. Et iterum. Proficiebā in iudaismo, non in fide Christianismi: super multos, nō super omnes (ut modestiam seruet) super coætaneos meos, non super senes: in genere meo, non in gentibus. Sic enim gentem hebræam solet nominare: ut. ij. Corin. xj. periculis ex genere, periculis ex gentibus. Non tñ negarim, quin simul & obiter, dū ex historia sua probat se diuina docuisse, uelit & exemplo suo Galatas retrahere a lege, ut inter audiendum, simul moneantur, moueanturcꝫ. Si talis ac tantus legis æmulator, qui multo potest amplius de lege gloriari, & in carne cōmendari, cꝫ illi pseudapostoli (sicut facit. ij. Corin. xj. & Collo. iij.) & tamen hæc uelut stercora arbitratus reliquit: quanto magis nos, qui in gratia sumus, ad legem non debemus reuerti? Hoc notādum, quod paternas traditiones, Hierony. intelligit, pharisaicas doctrinas, & mandata hominum: sed mea temeritate credo, quod totā legem Mosi intelligat: quod nō aliunde, cꝫ ex ipsomet Apostolo docebor: qui Philip. iij. dicit. Si quis uidetur confidere in carne, Ego magis circumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, hebræus ex hebræis, secundum legem pharisæus, secundum æmulationem persequēs ecclesiam dei, secūdū iustitiam, quæ est in lege, cōuersatus sine querela: sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc propter Christum arbitratus sum detrimenta. (Ecce circūcisionem quocꝫ & iustitiam legis sine querela, propter Christum detrimēta arbitratur.) Et ut inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est sed illam quæ ex fide est Iesu Christi. Quare traditiones paternas, legem uocat: quod in illa sit ab hominibus, patribus, ac maioribus suis eruditus, tū quod patres sui illas a Mose acceperint, & filijs suis tradiderint, iuxta edictū Psal. lxxviij. Quanta mādauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis. omnia enim apostolus contentiose aptat, & opponit pseudapostolis, ut suum euangeliū, a deo esse statuat, ac sic Galatas firmiter in ipso stare cogat. Ideo & paternas traditiones, quadam uelut tapinosi, opponit Euangelio, quod diuinas traditiones uult haberi. Sed ne cuiquam scrupulum injiciam, rem hanc Paulo tractemus latius,

Pulchra obseruatio ponduscꝫ uerborum.

Consilium Pauli.

NOTA.

quo

quo simul & sequenter dicendis uiam paremus.

Lex non modo ceremonialis, uerum & moralis, denique ipse sacratissimus decalogus æternorum præceptorũ dei, litera est, & literalis traditio, neq; uiuificãs, neq; iustificans: ut abunde probat beatus Augustinus, de spiritu & litera, sed occidens, & peccatum faciens abundare. Quantũcũq; doceatur, aut obseruetur, non per hoc cor ipsum purificatur. Corde aũt nõ purificato, quid sunt opera bona, siue ceremonialia, siue moralia, nisi species ipsa pietatis & hypocrisis? Sicut Christus pharisæos foris speciosos, intus plenos spurcitia dicit. Quo fit, ut licet non faciat furtum, non adulteretur, extra in opere, tñ uel intus in eadem pron⁹ est, uel amore commodi sui, uel timore pœnę abstinet, ac sic alio peccato aliud uincit: ut beatus Augustinus dicit de nuptijs & concupiscentijs. Nã amor commodi, & timor pœnæ uitia sunt, & quoddã genus idolatriæ: cũ soli deo amor & timor debeaẽ. Ab hac igitur impuritate cordis nihil nisi fides liberat, ut Actum. xv. Fide purificans corda eorũ. ut sic stet uerbum Pauli Ti. j. Omnia munda mũdis: ĩmundis uero & incredulis, nihil mũdũ. Eadem regula, Rho. ij. dicit Qui doces non furandum, furaris &c. interprete beato Augustino, furaris scilicet non opere, quod doces non faciendum, sed rea uoluntate. Quare nisi doctrina fidei, qua cor purificatur & iustificatur, reueletur, omnis omnium præceptorum eruditio, literalis & paterna traditio est. Præceptum enim docet quæ sint facienda. Quæ cum fuerint impossibilia, doctrina fidei (id est euangelium) docet, quo modo fiant possibilia. Hæc enim docet ad gratiam dei confugere, & implorare ipsummet deũ, magistrum & doctorẽ. Qui digito sui spiritus scribat in corda nostra suas literas, uiuas, & lucẽtes, & ardentes. Quibus illuminati & accensi clamemus: Abba pater. Et hæc non est paterna, sed diuina eruditio.

Sola fides ab ĩpuritate cordis liberat.

Aduerte autem lector. Si apostolus tam speciosam ludaismi sui conuersationem & iustitiam legis damnat, adeo ut stercora & detrimenta arbitretur: quid pretendent isti naturæ prædicatores, & moralium operum laudatores? Si malo erat iste apostoli profectus, omni nimirũ dictamine rationis, sed & ipsa lege dei probatus, quando & finis (ut uocant) suæ uitæ erat æmulatio dei, & legis eius: quid erunt actus illorum, qui uel alio fine, uel simili fine iactantur? Nẽpe id, ꝗd Hiere. de eiusmodi prophetis dixit, Viderunt tibi uisiones stultas & eiectiones: nec aperuerunt tibi peccata tua, ut te ad pœnitentiã puouocarent. Itaq; timorẽ dei ab hominibus tollunt, securitatemq; docent, dũ moralia sua bona, & dictante ratione opera, non esse peccata garriunt.

In naturæ prædicatores, & moraliũ operum laudatores.

Cum autem placuit ei (qui me segregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam) ut reuelaret filium suũ in me, ut euangelisarem illum in gentibus.

Aliud ergo est, legem nosse, & in iustitia eius excelluisse: & aliud filium dei cognouisse. hoc enim salutẽ, illud perditionẽ operatur. Et uide q̃ gratus & syncerus cõfessor sit gratiæ diuinæ. Non (inquit) reuelatus est mihi filius dei, quia sic profeceram in iustitia paternæ legis, non meo merito: sed quia placuit deo ita fieri, cum ego longe meruissem contraria. Quod autem placuerit ei sine meritis meis, id conuincit, quod me in hanc sortem, antequam natus essem, segregarit: & in utero matris meæ me talem præpararit. Deinde & per gratiam uocarit: ut his omnibus intelligatis, quod fides & cognitio Christi,

Aliud ẽ legẽ aliud filiũ dei cognouisse.

Non potest esse salus ex legibus.

non ex lege mihi uenerit, sed ex prędestinante & uocante gratia dei. Quare nec uobis ex lege salus esse poterit. Alij uerbũ, segregauit, eo referunt, quod Act. xiij. dicitur. Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus &c. uerũ coacte, cũ uterum matris tum coganť intelligere allegoricos, synagogam. Prætereo quæ d. Hiero. hic tractat, satis scrupulose & scopulose. Mihi omnino uidetur de prædestinatione sui loqui, sed breuiter obscure, pro captu Galatarum. Sat habens, quod Iesum Christum filium dei simpliciter asseruerit, nõ ex se, nec alijs, sed ex reuelante patre sibi cognitum, & a sese doctum & euangelisatum: ut sic diuina sese didicisse ex Paulo scirent. iam sequitur. & simplici narratiõi hist oriã addit, demonstraturus, non ex hominibus eruditũ, aut humana docuisse.

Continuo non acquieui carni & sanguini.

Mire hic torquetur & torquet diuus Hieronymus: primum, ne apostolos carnem & sanguinem dici, & Porphyrio blasphemanti Paulinam fiduciam, cedere cogatur, per carnem & sanguinem Iudæos & peccatores intelligit, præsertim cum postea sese contulisse cũ apostolis euangelium suum profiteatur, quod hic negat. (Nam idem uerbũ, quod hic, Acquieui, infra translatum est, Contuli.) Sed mittamus ista: uideat qui uolet. Ego interim sic abũdo, quod Paulus ostensurus se ex deo reuelante docuisse Galatas: nõ prius cõtulerit suã reuelationem cũ ullo hominum, sed continuo accepta reuelatione, Christũ prędicarit. Quemadmodum Act. ix. scribitur.

Sententia Lutherij.

Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot: & continuo ingressus synagogam, prædicabat Iesum. Continuo scilicet, nõ prius conferẽs cum eis. Vnde & & hic eclipsis in Paulo uidetur, ut integer contextus sic habeatur: Cõtinuo prædicaui seu euangelisaui filium dei, nõ contuli prius cum hominibus. Vt aduerbium, continuo, prorsus neget, sese ex hominibus eruditum esse: sed potius contra, homines continuo ex sese eruditos in Christo. Nam, ut dixi, contentiose apostolus agit, ut sese diuina docuisse probet. Hoc enim uelut capitali argumento probato, iam pronũ erit, oĩa destruere, quæ contra se tradita erãt Galatis. Est autẽ, teste Hiero. Cõferre, q̃d hoc loco acquieui dicitur, aliud quiddã, q̃ apud nos ĩtelligit: cũ scilicet ea q̃ nouim⁹ cõferim⁹ cũ amico, ac uelut in sinũ & cõscientiã eius reponimus: ut pari cõsilio, uel ꝓbãda sint ul'im/probanda. Et quanq̃ interpres id uerbi non reddiderit, nõ tñ penitus aberrauit a sensu. Qui em̃ hoc modo cõfert cũ amicis, certe iã animo acquiescit, & docilẽ sese præbet illis. At Paulus nec uoluit doceri, nec animũ unquã habuit disputandi, recta ne essent an minus, quæ ex deo audierat, & iustissime. Impiũ em̃ fuerat diuinã reuelationẽ, ac si dubitaret, hominũ consilio stabilire. Nihil ergo facit Porphyri⁹ criminator Pauli, superbiã in eo taxãs: nõ em̃ ꝓ superbia, sed ꝓ gloria diuinæ autoritatis & certissimæ ueritatis, noluit cõferre: sed nec potuit citra iniuriã authoritatis diuinæ. Quanq̃ & in hoc errat, quod Paulũ putat hic de de apl'is loq, cũ de ijs loquať, q in Damasco erãt: quicũq; tandẽ illi fuerũt. Nam de apl'is statim dicit. Nec ueni ad antecessores meos apl'os. Alij ergo sunt, quos carnẽ & sanguinẽ uocat. Et ut mihi uidetur, alludit more suo & hebræorum ad nomẽ Damascus, q̃d iuxta etymologiã, sanguinẽ & saccum significat, & nõ raro in scripturis mysterium gerit carnis & sanguinis. q.d. Non contuli cum ijs, qui Damasci erant, qui caro sunt & sanguis.

Conferre.

Impiũ est diuina hũano consilio stabilire.

Paulus alludit more suo ad nomẽ Damascus.

Verũtamẽ hoc ipsũ nõ negarim, de sanctis dici. Nec apl'os ipsos dubitẽ carnẽ & sãguinẽ appellare, etiã autoritate Christi, q ad Petrũ dixit: Caro & sãguis nõ

reuelauit

reuelauit tibi: id est, nec ex teipso, nec ex alijs id habes. Et alibi. Nõ ẽm uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri. In quo manifeste significat, eos esse aliud a spiritu, & spiritus reuelatione, nimirum in seipsis uere carnem & sanguinẽ

Placet ergo tempestiua hæc Tapinosis, qua in odium pseudapostolorũ etiam sanctos dei, carnem & sanguinem appellat, præmaiestate diuinæ reuelataonis. Quia si ceperint hominum quantumlibet sanctorũ, uel uerba uel exempla aduersus diuina iactari: tẽpus est, ut quicquid nõ fuerit diuinũ, cũ fiducia carnẽ & sanguinem immo nihil ducamus. ταπεινοσις. Humiliatio.

Neq; ueni Hierusalem ad antecessores meos apostolos.

Non solum Damascenos non consului, sed nec apostolos, qui ante me fuerant in apostolatu, (id enim significat antecessores meos) quod tamen oportuerat fieri, si p hominem, uel ab homine doceri uoluissem. Satis mihi fuit, certa & infallibilis reuelatio patris. Nota necessariã Pauli superbiã, uel rectius æquitatem. Cæteros apostolos priores fuisse se confitetur: nec sese maiorẽ, nec tamẽ rursus minorẽ. Quamquã ẽm iuxta personam omnibus sese inferiorem, & minimum apostolorum pronunciet, immo nec dignum uocari apostolũ, tñ officium & ministerium ita honorificat (hoc enim dei, non suum est) ut nulli prorsus apostolorum cedat. Nam quęcunq; sit persona apostolorum, officium certẽ idem & æquale est omnium: eundem Christum docent: eandẽ potestatẽ habent ab eodem æqualiter missi sunt. Et tñ dicit .ij. Corin. xj. Existimo me nihil minꝰ fecisse a magnis apostolis. Et. xij. Nihil enim minus feci ab ijs qui supra modũ sunt apostoli. Ecce mire præfert eos, & æquat se eisdem, dignitate humiliter cedẽs, officio & potestate fidenter se conferens. Necessaria Pauli superbia. Idẽ & æquale est officium apostolorũ.

Sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.

Lucas Act. ix. non meminit huius in Arabiã secessus, sed omnino Paulũ per murũ submissum, uenisse Hierosolymam scribit. Inde d. Hierony. uarias ratiões exquirit: ex quibus secundã sequor, quæ est, fuisse Paulum post baptismum aliquot diebus Damasci: ut Lucas scribit: in quibus Christũ prædicarit in synaga/ga. Deinde (quod Lucas tacuit) abijsse in Arabiam, & redijsse Damascum: ut hic dicit: tũ ea quæ prosequit Lucas, scilicet propter insidias, missum per murũ in sporta, ac uenisse in Hierusalem.

Laborat itaq; d. Hiero. Cur Paulus hæc recitet, quæ Lucas tacuit. Mea temeritate puto, sicut omnia, ita & hoc referat, ad ostendendum quod nõ uenerit ad apostolos, nec ab eis didicerit, quin potius fretꝰ diuina reuelatiõe, prius in Arabiã doctusꝰ abierit. Deinde & reuersus Damascũ eadẽ docuerit: uidelicet, adeo certus de reuelatione Christi sibi facta. Neq; ẽm ea doceret, diuersis etiã locis, si talia æstimaret, quæ cum apostolis uel hominibus conferenda essent. Quod aũt d. Hiero. eũ in Arabia frustra putat fuisse, & mysteria quædam sectatur, permittendum est tanto uiro. Opinio Lutherij.

Deinde post annos tres, ueni Hierosolymam uidere Petrum, & mansi apud eum quindecim diebus.

Obserua q; diligenter addat, post tres annos, & non audire, sed uidere Petrũ Quod ẽm annos tres Damasci se docuisse insinuat (scilicet donec p murũ coactus est abire) id certe contendit, se nõ factũ a Petro, sed iã diu euãgelistã fuisse qñ uenit ad Petrũ, ut obstruat os pseudapostolorũ, qui forte hoc argumẽto Paulũ a Petro doctũ asseruerãt: per cuius exẽplũ Galatas ad legẽ seruãdã solicitarãt.

Verum

Verum d. Hiero. hoc loco geminam intelligentiam se professus sequi, & eā qua asseritur Paulus a Petro doctus, & eam, qua negatur. In Epistola tamen ad Paulinum, omnino declinat in sententiam priorem, uolēs doctorem gentium (ut suis utar uerbis) mysterio Ogdoadis & Hebdoadis instructum. Quod ideo cōmemoro, ut prudēs lector ita Hierony. intelligat, ne contra apostolum Paulum sapiat: qui hæc omnia eo spiritu detonat, ut conuincat fortissimis argumentis, se nihil ab Apostolis didicisse, sed a solo deo (ut iam satis dictum) omnia accepisse. Quod autem d. Hierony. in mysterio quindecim dierum, libenter & sæpius ludit, non contēnendum est: sed hoc loco non mysterij tantum delectatione, sed rei & historiæ necessitate quoq; positos esse a Paulo, omnino credendū est: forte ut ostenderet, sat temporis se cum Petro fuisse, si docēdi gratia uenisset uel contra, non discendi gratia, sed uisendi tantum, tanq; hospitem apud eū māsisse. Quando ad discendum, longiore tempore opus fuisset.

Hiero. in epistola ad Paulinum.

Alium autem Apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domini.

Ne dicerent, si non a Petro, saltē ab alijs Apostolis doctus es. Non uidit autē quia (ut Hierony. ait) erant toto orbe dispersi ad prędicādū euangelium: quod si uerum est, ubi subsistet fabula illa, qua dicitur de diuisione apostolorū, anno tertiodecimo post resurrectionē Christi fuisse aplos diuisos? Cum hic Paulus post tres annos, aut certe post quatuor annos suæ cōuersionis, iā dispersos inuenerit, qui tn anno eodē quo Stephanus coronatus est, uideri potest cōuersus esse. Sed alijs hæc otiosis relinquo. Hoc uide, quod Lucas Actuū. ix. scribit, Paulū cū eū discipuli timuissent, a Barnaba ductum ad Apostolos, & cū illis egressum & ingressum &c. cum hic fateatur, se neminē Apostolorū uidisse nisi Petrū & Iacobum. Aut ergo Lucas, Apostolos pluraliter appellat Petrum & Iacobū: aut illud uerū est quod d. Hieronymus dicit, apostolorum nomine & multos alios censeri, præsertim in Epistolis Pauli, ut qui ab apostolis primis ordinati fuerūt.

De diuisione Apostolorū.

Eusebi⁹ de Iacobo minore fratre dñi.

De isto Iacobo qui usitate a uulgo, Iacobus minor uocat, dicit Eusebius lib. ij. Eccle. histo. ca. j. quod dictus sit frater domini, quia esset filiꝰ Ioseph, qui quasi pater Christi habebatur. Hoc beatus Hierony. lib. illust. uirorū recitās & dissentiens, dicit: Iacobus, ut nonnulli existimant, Ioseph ex alia uxore, ut aūt mihi uidet, Mariæ sororis matris domini, cuius Ioannes in euangelio suo meminit, filius &c. Ioannes enim ca. xix. dicit. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Itē Marcus. xv. Inter quas erāt Maria Magdalenę, & Maria Iacobi minoris, & Iose mater, & Salome Cui consentiēs Matthæus. xxvij. Inter quas (inquit) erāt Maria Magdalenę, & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorū Zebædei. Ex qbus colligit, q̄d ea dē est Maria Iacobi & Maria Cleophæ, ipsa scilicet soror uirginis Mariæ, dicta Cleophæ a uiro, Iacobi aūt a filio: quæ & ipsa mater est Simonis & Iudæ. Nā & Euseb. lib. iij. Eccle. dicit Cleophā fuisse fratrē Ioseph, & exinde Simonē dictū consobrinū domini. Hoc autē clarissime uidetur Marcus. vj. dicere. Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Iose, & Iudæ, & Simonis? Proinde manifestus error est eorum, qui tertiam Mariam finxerunt, quam Mariam Salome uocant. Salome enim fœmininum nomen est. Et quam Marcus Salome, hanc Matthæus matrem filiorum Zebedæi appellat. Sed & non nisi duas Marias fuisse, scilicet Magdalenæ & Iacobi satis Matthæus ꝓbat, qui Mariā Iacobi, fere alterā Mariā solet appellare. Sed finē tędij faciamus. Et hunc Iacobū fratrem

Error quorūdā tertiā Mariā fingentiū.

fratrem domini, id est fratruelem seu potiꝰ consobrinum domini, intelligamus dictū aliorum ad Iacoborū differentiam. Plures enim Iacobos inter discipulos Christi fuisse omnes affirmant. Et licet beatus Hieronymus aduersus Helphidium, & hoc loco, dicat eū potius similitudine uirtutis & sapientiæ, q̄ carne fratrem domini dictum: Magis tn̄ placet, quod ex illustrib. uiris supra adductū est. Plures Iacobi.

Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo, non mentior.

Iurat apostolus in re (ut apparet) tam leui, nempe ut uerum credant, eum uenisse Hierusalem, neminē apostolorū uidisse, & quæ alia cōmemorauit. quæ necessitate? Anxiꝰ est, & urgeri se sentit, apostolorū nomine & conuersatione, quibus pseudapostoli nitebantur. Ideo cum non habeat, quo firmet suam narrationem, iurat, & sancte ac pie: ne scilicet diuinæ reuelationis autoritas, qua Galatas docuerat, apostolicę & humanæ autoritatis prętextu & pompa minueret, in pręiudicium & fidei & euangelij. Iurat aūt non tantū pro p̄dictis, sed & p̄ sequenter dicendis. Ita em̄ solent nimium soliciti, inter medium sermonem iurare. Apłus iuras.

Deinde ueni in partes Syriæ & Ciciliæ.

Quod Lucas Act. ix. sic: Loquebatur quoq̄ (scilicet in Hierusalē) gentibus, & disputabat cū Græcis: illi aūt quęrebant occidere eum. Quod cū cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tharsum, quæ est Ciliciæ

Ecce habes, quid gesserit per quindecim dies apud Petrū. Non didicit, sed docuit gentes (harum enim Apostolus futurus erat, uel iam erat.) Et cum Græcis disputabat, utiq̄ Iudęis: sicut & Stephanus ante eum, Actuum. vij. Quid ergo necesse est nos audire, quod in Syriam & Ciliciam uenerit? Nempe nusquā se secte doctores Apostolos habuisse, sed doctorē ubiq̄ se fuisse probat: semp̄ huc spectēs, & arcum narrationis eo tendens, ut tādem robustissime feriat omnes, quibus contraria docebant & sapiebant. Quia diuina, nō humana ipse docuerit: Illi uero humana, non diuina.

Eram autē ignotus facie ecclesijs Iudęæ, quæ erant in Christo Iesu tantum autem auditum habebant: quoniā qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelisat fidem, quā quondam expugnabat: & in me glorificabant deum.

Hoc scilicet uult, quod non solum a Petro, & ab alijs apostolis nō sit doctus, sed nec ab ullis alijs, qui in Iudæa Christiani erāt, & legem mixtim cū fide seruabant: immo quod maxime cōmendat Pauli doctrinam, cū ipse nec uisus eis fuisset, testimoniū tn̄ eorū habuit, quod fidē doceret (Hanc em̄ solā quærit in tota epistola statuere.) Igitur iam authoritate omnium ecclesiarū sese recte docuisse demōstrat, qn̄ fidē prędicās, ab illis ecclesijs laudatus est, & deus glorificatꝰ, quārū tamē exemplo pseudapostoli Galatas ad legē cogebant: manifeste probans quod non uere ecclesiarū Iudęæ exemplum & authoritatē induxerint Galatis.

Glorificant illi deū, q̄ Paulus fidē prædicat, qui doluerūt prius, quod fidē expugnabat nihil de lege q̄rētes. Quid ergo legalibus iusticijs illi falso apłorū nomine Galatas tētās? Reliquū ergo est, quod legalia seruauerint ecclesiæ Iudææ, non salutis necessitati compulsi, sed libera charitate aliorū infirmitate seruiētes.

Outinā & nr̄æ leges in eccl̄ia hodie simili prudētia & docerent & seruarent. Nunc uero ita regnāt, ut in his salꝰ cōstituta putet, & fides p̄pe sit extincta. Paulus fidē In mores nostri seculi.

lus fidem facit dominam liberrimam omnium legum humanarum: Nos leges humanas facimus tyrannos fidei. Nec ipsas tamē proceres & magnates pili faciunt, non sine scandalorum uastissimo gurgite ecclesiam uorātes, & solos subditos tot oneribus importabilibus opprimentes, aut libertatem eorum Christiana, per hos pecuniarum laqueos captiuam, denuo fœdissime uendētes, dispēsantes, indulgētes.

CAPITVLVM SECVNDVM.

DEinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus. Seorsum autē ijs qui uidebantur aliquid esse, ne forte in uacuum currerem, aut cucurrissem.

Postquam satis probauit, nullius hominis magisterio se apostolum factum, sed diuina reuelatione: nunc probat se eandem reuelationem tam certā firmāq; habuisse, ut nullos prorsus homines, etiam apostolos, sit ueritus habere iudices tum nullorum quoq; importunitati cesserit.

Quot annos Paulꝰ p̄dicauerit, priusq; cū alijs cōferre uoluerit.

Primum (inquit) post annos quatuordecim, quibus si annos tres, quos supra memorauit, adiunxeris: iam decem & septem, aut decem & octo annos, eū prædicasse inuenies, antequam conferre uoluerit: ita ut impossibile uideatur, quod tot locis, tot populis prædicarat, potuisse reuocari. Ideoq; nō sua causa ascendit, quasi timuerit (ut Hierony. sentit) ne falsum per decem & septem annos prædicasset: sed ut ostenderet alijs, non inuacuum sese cucurrisse, approbātibus & cæteris apostolis suum cursum. Si enim dubitasset, uerum ne an falsum doceret, insignis & inauditæ temeritatis ac impietatis fuerat, dilata necessaria collatione, tot populos ludere incerta doctrina. Secundo non ascendisset unquā, nisi reuelatione dei monitus non aliorum importunitate commotus: tantum abest, ut de doctrinæ certitudine diffisus contulerit: nullam habens prorsus necessitatem ascendendi in hāc causam. Tertio, ad ipsam Hierosolymam, ubi erant principes tam synagogę, q̄ ecclesiæ, paratus cū omnibus cōferre: nec multitudinē ludęorum, nec legis acerimos æmulatores formidans. Quarto nō solus, sed cum Barnaba & Tito, diuerso genere, aptissimos testes: ne aliud egisse præsens, aliud absens agere crederetur: ut si quid pro Iudæis nimium faceret, Titus gentilis proderet: Si rursus nimis pro gentibus, Barnabas Iudæus obsisteret Quare fiduciam eius uide, hos duos secum duxit, & utrūq; testē habuit. Denicq; cum utroq; sese offerens, manifestum facturus, quod cum Tito gētilem, cū Barnaba Iudæum esse licuerit. Et sic euangelij libertatem in utroq; probaret, q̄d circumcidi licet, & tñ circumcidi non sit necessarium: ita & de tota lege sentiendum. Supra satis dictum est de uerbo Contuli & Acquieui. Et tropum hebræum, uel scripturæ sacræ proprium nota, quod currere significet officium docendi, seu uerbum dei nunciandi: sumptum a nuncijs, qui mittuntur & currunt.

Currere in sacris literis.

Sic supra ex Hiere. dixi. Currebant, & non mittebam eos. Et Psal. cxlvij. Velociter currit sermo eiꝰ. & multa in sacris literis eiusmodi. Quo significat, oportere uerbi dei præcones esse prōptos, & fideles nuncios, ut magis currāt q̄ eant. Ita & Isa. liij. Quam speciosi pedes euangelisantium &c. Et Ezech. j. Animalia sua

lia sua cū pedibus & cursu describit. Et Ephe. vj. Calceatos iubet haberi pedes, euāgelico paratu, & omnium pedum officia, cursus, missio, ac similia, ministerium uerbi dei significant in sacris literis. Nec multum dissimilia poetæ quoq; in suo Mercurio adumbrāt. Iterū nota, quod post annos quatuordecim Paulus inuenit apostolos in Hierusalem, aut saltem Petrum & Iacobum & Iohannem, si nō omnes, & cum illis confert. Non quod me torqueat adeo fabula de diuisione apostolorū, anno tertiodecimo facta, & sic iactata, q̄ ut moneam, ne in similes nugas (quæ plurimæ hodie sunt) facile labamur, contra apertissimas scripturas, sine iudicio quoduis superstitionis figmentum, titulo quocūq; pietatis ornatum acceptādo. Illud iam ex Erasmi annotationibus notū est, Qui uidebant esse aliquid, quid significet. Nam & d. Hiero. habet, Qui uidebant, id est, maioris autoritatis & opinionis erant. Quare, esse aliquid, addititiū est.

Fabula de diuisione apostolorū, anno decimotertio facta.

Sed neq; Titus, qui mecū erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi. Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierant explorare libertatem nostram, quā habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem redigerēt: quibus neq; ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij maneret apud uos.

D. Hieronymus indicat, olim in latinis codicibus fuisse scriptū, quibus cessimus ad horam, affirmatiue. Quod coarguit tum ex græcis, tum ex euidenti cō textus præcedentis sententia, qua Paulus negat Titum circūcidi compulsum, & non se cessisse potius monstrat. Deinde laborat in coniunctione Sed uel Autē, & tollendam dicit, ut sit ordo. Sed neq; Titus compulsus est circumcidi, propter subintroductos fratres &c.

Verum si mea diuinatio aliquid est, uel hyperbaton, uel hebræam iterū eclipsin hic facit, ut coniunctio Sed, pertineat ad uerbum Cessimus, uel aliud uerbum iuxta eam subaudiatur, puta, restitimus, aut repugnauimus, ac uicimus: atq; hoc fecimus non odio, aut contemptu legis, aut operum legis, sed propter falsos fratres, qui ex libertate seruitutem nobis facere uolebant &c. Istas autem eclipses solet & alibi facere, præ uehementia affectus, nec infrequens est in ueteri testamento, ut satis notum credo. Illud quoq;, quibus neq; ad horam cessimus subiectioni, poterat clarius dici, quibus neq; ad tempus (sic Hieron. habet) cessimus in subiectionē, seu ut subīceremur: hoc est, adeo stetimus pro libertate euangelica, ut nec id saltem a nobis obtinere potuerint, quo ad tempus cederemus, & pro hac tantū uice: quasi postea redituri, postq; expletus fuisset, hac cessione, animus æmulatorum legis, cū tam multa pro tempore & loco ac personis facere soleamus, quæ nobis liberum est postea omittere. Verum hoc fiat in ijs, ubi diuina ueritas & euangelica libertas non uenit in periculum, pro qua nec tempus, nec locus, nec persona curanda sunt. Hæc pro Grammatica.

Diuinatio autoris.

Ad horā cedere.

Cæterum tota uis huius cōtrouersiæ consistit nō in operibus legis, quæcūq; illa sint, sed in necessitate & libertate operū legis. Nō enim opera legis, & lex ipsa, sic sunt mortificata & finita per Christum, ut ea nullo modo liceat operari (quemadmodū d. Hierony. ex Origene suo ductus nō uno loco cōtendit) Sed tantū, ut absq; eis salus esse credatur per solum Christum, qui finis legis est, in quem futurū erant præcepta. Postq; enim Christus aduenit, legis opera sic abrogauit, ut indifferenter ea haberi possint, non aūt amplius cogant: sicut infra ca. iiij. pulchrū dabit paradigma de hærede paruulo. Ideo cæteri apostoli ea se

Opera legis, & lex.

cerunt cum Iudæis fidelibus. Paulus autem & Barnabas aliquando fecerunt,
ἀδιάφορα, in corruptibia aliquando non fecerunt, ut ostenderent ea prorsus esse adiaphora, & talia qua
lis esset ille, qui faceret. Vt. j. Corin. xij. Factus sum Iudæis tanq̃ Iudæus, ut iu
dæos lucrifacerem. Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cũ ipse nõ essem
sub lege. Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem. Quomodo potuit
libertatem euangelicã clarius explicare? Veni, inquit, ad Iudæos prædicaturus
Christũ: at ut me audirent, necesse mihi fuit propter eos, nondũ hac uti liberta
te, & eos contemnere cũ suis operibus. Feci ergo quæ ipsi faciebant, donec do
cerem non esse necessaria, sed solam fidem Christi sufficere. Ita ueni ad Gentes
iam nihil eorum egi, quæ apud Iudæos egeram: sed omnino edebã, bibebã quæ
& illi, donec docerem eos Christum. Quomodo me admisissent, si eos statim
Opa legis licita, si requirat charitas fraterna. fastidijssem in rebus illis neutralibus? Alioquin si licet, immo meritoriũ est
pro fratre & proximo dolere, pati, mori, laborare, quanto magis licet opera le
gis quæcunq; fieri, si ea requirat charitas fraterna? Modo non lege cogente (nã
superatus est ille exactor per paruulum, qui datus est nobis) sed charitate, spõ
te & hilariter seruiente, facienda scieris. Prinde, si fratris necessitas postularet,
ut circumcidereris, iã non modo sine periculo (quia non propter legem & ne
cessitatem ei⁹) immo cũ multo merito circũcideris. Proinde Apostolus uigi
lanter non ait: Non uoluit, non licuit: sed non est compulsus circũcidi. Circũ
cidi malũ nõ erat, sed iã Christo solo nos per gratiã iustificante, cogi ad circũci
sionem, tanq̃ necessariã ut iustificeris, hoc impiũ erat, & in Christi iustificatri
Opera legis qualia sint. cem gratiã contumeliosum. Quare legis opera sunt post Christum: sicut di
uitiæ, honor, potestas, iustitia ciuilis, ac quæcunq; alia res temporalis: quas si
habeas, non ideo melior es corã deo: si careas, nõ ideo peior. Esses autem pessi
mus, si eas necessarias assereres, quo deo placeres. Igitur uerba apostoli uide,
in quibus uis intelligentiæ sita est. Compulsus (inquit) Item libertatẽ, seruitu
tem, subiectionẽ. Quibus id satis exponit, fuisse scilicet inter eos, qui obserua
rant eũ, q̃ legem pro licentia & libertate sua quandoq; seruarit, quandoq; con
tra fecerit, prout lucrandis animabus & euangelio prædicando uidebat conue
nire. Et illi prodentes accusantesq;, q̃ legẽ nõ seruaret, nõ circũcideret gentes,
Libertas. & c̃, uolebant eũ cogere, quã uocat hic subiectionem & seruitutẽ. Est enim li
bertas ista, quam in Christo nos habere gloriatur, q̃ nulli prorsus uni externo
operi sumus alligati: sed liberi in quodlibet, ad quẽlibet, quocũq; tẽpore & mo
do: nisi ubi fraterna charitas & pax offenditur. Sicut Rho. xiij. nulli quicq̃ de
Verus Christian⁹ ad oĩa indifferens. beatis, nisi ut inuicẽ diligatis. Igitur Christianus uerus, ut infra ca. v. nec est li
ber, neq; seruus, neq; iudæus, neq; gentilis, neq; masculus, neq; fœmina, neq;
clericus, neq; laicus, neq; religiosus, neq; secularis: neq; orat, neq; legit, neq; fa
cit, neq; omittit: sed ad omnia prorsus indifferens est, faciens & omittens, sicut
ad manũ sese res uel obtulerit, uel abstulerit. Sicut Samuel. j. Regũ. x. dixit ad
Saul: Mutaberis in aliũ uirũ. Et, Fac quodcunq; inuenerit manus tua, dñs tecũ
est. Quod aũt alius ducit uxorẽ, alius intrat monasteriũ, alius alio sese man
cipat operi, non facit lege cogente, sed sua sponte se subijcit seruituti. Quod si
Religiosi litigantes. ex charitate facit, optime facit. Sin ex necessitate, aut timore urgente, nõ Chri
stianiter, sed humaniter facit. Quocirca grauisse errãt nostri seculi homines,
maxime clerus & religiosi, qui propter pompas externi cultus, propter ritus &
ceremonias suas (quibus usq; ad incurabilem perditionem animarũ sunt im
pliciti) ita fastidiunt alios, qui simili specie non speciuntur, ut & sine sine liti
gent, & audeant protestari, nũq; uelle eos cõmunia cũ illis sentire & habere.

Vltimo

Vltimo, ueritas euangelij hoc loco non pro ipsa sententia euangelij, sed pro uero usu euangelij accipi uidetur, quia euangelium semp uerum est: usus autē eius simulatione nō raro subuertitur. Est em̄ ueritas euāgelij, scire, quod oīa liceant, omnia munda mūdis, & nullū opus legis ad salutem & iustitiā necessarium, cum lex mortua sit, non amplius cogat. Licere tamē pro charitate legem operari, sed non ut legem. Veritas euāgelij

Ab ijs autem, qui uidebantur esse aliquid, quales aliquādo fuerint nihil mea interest. deus personam hominis non accipit.

Hoc uno loco Esse aliquid, cum uerbo, Videbantur, Paulus ponit, unde & in alia duo loca, idem additū est a librarijs. Iterū eclipsis hic est, Ab ijs autem, qui uidebant aliquid esse, subaudi, nihil accepi, quod infra repetēs, dicit: Nihil mihi contulerūt. idem uerbū contulerunt, quod supra. D. Aug. illud, quales aliqn̄ fuerint, ad indignitatē refert, quod & apostoli peccatores aliqn̄ fuerint, uerum sua illud nihil referre, quanq̄ ijs, qui eum persecutorem ecclesiæ fuisse, ob idq̄ cæteris nō comparandū, potuisset ita respōdere. Nunc quādo deus personam hominis nō respicit, nec illorum, nec sutum apostolatū, propter priora peccata uilescere. Omnes em̄ æqualiter ad salutē uocat deus. Sed san. Hiero. placet sentētia, qui ad dignitatem refert, & dictum esse in pseudapostolos, qui apostolorū gloriam iactabant, quod cū Christo conuersati essent, omnia uidissent, audissent, accepissent Christo præsente, Ideoq̄ Paulo præferendos, legēq̄ cum illis seruandam. Paulus autē apostolos nihil uituperans, & uera esse quæ obijciuntur admittens, optima & saluberrima eis obuiat responsione, scilicet totum hoc nihil ad rem pertinere, quo ipsi inflantur. Non em̄ ideo uerum, aut bonū aliquid est, quia a magno, sancto, aut cuiuscūq̄ tandem personæ sit, profertur, Sed quia a solo deo proficiscitur. Quid enim Iudæ traditori profuit, cum Christo fuisse conuersatum, & omnia cū apostolis cōmunia habuisse? Frustra ergo laruam, & externam apostolorū gloriam illi iactāt aduersus uerbum dei, quod deus sine ista persona reuelat & docet. Si personā apostolatus in Iuda despexit deus, certe nec in alijs eam accepit. Et notabis Personā hoc loco lōge aliter accipi, q̄ in scholis nūc usus habet. Non em̄ rationalem individuāq̄ substantiam, ut illi dicunt, sed externā qualitatem uitæ, operis, aut cōuersationis, iuxta quā homo de homine iudicare, laudare, uituperare, nominare potest. Et quicquid non fuerit in spiritu, iuxta illud. j. Reg. xvj. Homo uidet ea quæ patent, deus autē intuetur cor. Et Psal. vij. Scrutās cordas & renes deus. Ista ergo patentia quæcūq̄ tandem sint, tu intellige personas, facies, apparentias, & personalia ista, si recte uis intelligere scripturas, de respectu personarum loquentes. Homo semp respicit personas, nunq̄ cor: ideo semp male iudicat. Deus nunquā respicit personas, semp autē cor: ideo iuste iudicat populos. Denicq̄ alibi prosopon, faciem uertit. facies autem in scriptura proprie significat oīe, quod externe apparet. Sic Mar. xij. Non em̄ uides in faciē hominis. Et. j. Reg. xvj. Ne respicias in uultum eius. Quando autē nomē personæ iamdiu abijt in aliam significationem, bonum uidetur, si ubicq̄ facies pro persona scriberetur in Biblijs. Vides ergo, q̄ saluberrime nos Paulus erudit, ne titulo, nomīe facie, persona decepti, omittamus consiliū eius, qui dicit. Omnia probate, quod bonum est, tenete. Quid putas modo diceret, si audiret in ecclesia doceri oīa sine omni probatione, per eos, qui gloriantur de potestate, de sanctitate, de eruditione autorum suorum? Apostolorū faciem nihil ad rem pertinere audacter Esse aliquid. Eclipsis. Quō ꝓsona accipiatur. Deus sp cor intuetur, nō personas. προσωπον. In mores nostri seculi.

asserit. At apostolorū facies erat sanctitas, potestas, Christi familiaritas, & multo maiora, q̄ nunc in quocunq; pontifice inuenias. At nunc potestas Papæ sola sufficit. Sanctitas doctorū sola dominatur, ut doceatur quicquid uel libuerit At certe potestas Papæ, cum sit persona quædā hominis, a deo non respicitur: neq; sanctitatis opinio, neq; scientiæ fama: omnia sunt personalia: ideo nec satis firma, ut propterea necesse sit uerum credi, quicquid senserint. Certū est autem, quod nec ipsis apostolis placuerit, iactata eorum persona: ut qui scirēt, in domino, non in se aut sua apparente uel potestate uel sanctitate gloriandum.

NOTA Et nota hanc Paulinam monitionē diligentissime.

Mihi enim qui uidebantur, nihil contulerunt.

Non rursum suum Paulo euangelium exposuerunt, & cum eo contulerunt (id enim uerbum conferre, iam dictum est significare) sed nec opus erat. Satis erat, q̄ approbauerunt, & (ut sequitur) uiderunt sibi creditum præputij euāgelium. Hoc dicit, quo iam autoritate apostolorum quoq;, quos illi iactabant aduersus Paulum, recte se docuisse ostendat, & apostolos secum stare, cōtra iactatores personarum pseudapostolos. Ideo id nūc latius prosequitur.

Sed econtra, cum uidissent, quod creditum est mihi euangeliū præputii, sicut Petro circuncisionis (Qui enim operatus est Petro in apostolatu circūcisionis, operatus & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioānes, qui uidebantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem, tantum, ut pauperū memores essemus. Quod etiam solicitus fui, hoc ipsum facere.

Hyperbaton sanctus Hiero. esse putat, & sublatis quæ in medio interiecta sunt, sic legendum. Sed econtra, dexteras dederūt mihi, & Barnabæ societatis &c. Mihi uidetur, more suo defectum oratiōis facere: rapitur enim interim, & digreditur in alia, interserta etiā parenthesi, ac sic non redit ad cœptam orationem. Subaudirem ergo uerbū, ut, sed contra uiderunt & cōprobauerunt meū quod ego cōtuleram. Et cū ex ista collatione uidissent &c. Ecce idem euangelium Pauli & Petri: ille in gentes, hic in iudæos apostolus. Quomodo ergo pseudapostoli Petrū & apostolos cōtra Paulū iactant, qui eadē sapiūt? Si aliter sensisset Petrus, Iacobus & Ioānes, q̄ Paulus Galatas docuerat, corripuissent utiq;. Nūc aūt & cōmendāt, & dextras societatis dant. Nōdū erāt in ecclia cōtentiones istæ de p̄cellētia ecclesiarū & pontificū. Petrus, Ioannes, Iacobus Paulū & Barnabam nō dedignātur socios & æquales suos: sed successu temporis & uitiorū (ut Hiero. ait) societas desijt in potestatē & præcellentiā. Videt & id hebraismū spirare, Dexteras societatis, pro dextras socias, uel pro societate firmāda. Nisi id malit, q̄ non dederint dextras adorationis exosculandas, pro reuerentiæ confessione. Illud uide, q̄ nihilominus seruat ordinem & reuentiā dignitatis, Iacobū præponit Petro, quia episcopus Hierosolymitarum fuit: cæteris apostolis euntibus & redeuntibus. Id enim apostolus constituisse ferūt, Petrum, Iacobum, Ioannem: ut iuxta doctrinam Christi, minores se facerent, cū fuissent uiuente Christo cæteris priores & maiores. Non dicit, Qui cooperatus est, sed qui operatus est. Intelligit autem id, quod .j. Corint. xij. copiose describit,

Idē euangelium Petri & Pauli.

De p̄cellētia ecclesiarum & potestat pōtificum.

Iacobus præponitur.

scribit, quod diuisiones operationum sunt, idem autem deus, qui operatur omnia in omnibus. Sed & græca uox, autore Erasmo, pluscp operari latinũ significat, scilicet efficacem uim suam ostendere. Vnde latentem energiam Hierony. ad Paulinam dicit. Hæc est gratia spiritus, qua diuersa dona & opera multiplicat in apostolis, & cum uirtute perficit in auditoribus. Vide electum uerborum pensatorem, Euangelium præputij, euangelium circumcisionis, Apostolatus circumcisionis, apostolatus in gentes. Nomina officij & laboris tantũ recenset. Euangelium em̃ pro officio euangelij prædicãdi nimirum accipit. Et in præputium, in gentes, quod ad gẽtes hoc officio fungeretur. Apostolatus uero ipso nomine, officiũ sonat. At nostro seculo nomina dignitatis duntaxat sunt.

ἐνεργεῖν, efficaciter operari.

Verborum pensator.

Euangelium enim, cp contemnatur ab ijs, qui titulo eius uehuntur, horrendum est cogitare, si æstimes quid sit uerbum dei, & quanto pretio paratum, ut reuelaretur hominibus. Non satis erat dicere, cum uidissent, quod mihi creditum esset euangelium, sed addit, cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi. Ministerium uiderunt, gratiam cognouerunt. Quid ita? Nempe gratiam sapientiæ, qua præ cæteris pollebat in uerbo, & uirtutis, qua inter gentes miracula fecerat, ex uerbo & opere cognita est in eo gratia. Necessarium forte ratus, hæc duo simul ponere, ne officium uerbi suscipiat, qui gratia careat, qua ministeriũ eiusmodi adimpleat. Multis uidemus credi euangelium & officium apostolicum, sed gratiam non cognoscimus in eis: necp em̃ uerbo, necp opere eam possunt indicare. Videbantur columnæ esse. Obsecro, cur non dicit, Erant colũnæ? An inuidet eis gloriam? Absit. Sed de re, ut est, loquitur. Esse enim columnam in ecclesia, personale est, & iuxta faciem quã deus nõ respicit. Est enim in usu & opinione hominum, necessaria quidem ipsa, propter subiectos, sed non res ipsa, in qua sit fidendum. Necesse est esse principes & reges: id est, uideri, & tales in opinione hominum existimari, cæterum personæ sunt mundi & externæ uitæ, intus ubi deus uidet, forte ultimis seruis inferiores. Ita episcopatus, sacerdotium, & omnis ordo & status ecclesiæ personæ sunt, non res ipsa solida in æternum. Quare aptissimæ per uerbum Videbantur, de ijs loquitur, cõtra insensatos, qui in personas, non secus ac res ipsas ueras intuentur. Quare uerbum uidebantur, non accipiendũ est, quo nunc usu habetur, dum de re uel falsa, uel apparente dicimus, mihi uideor. Sed simpliciter, uidebantur: id est, habebantur & suspiciebantur pro columnis, & ueræ columnæ erant, quantum in hac uita esse potest: in qua omnia, quæ uidentur, personæ sunt, & externa rerum facies. Et hæc ecliptica oratio est: Vt nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem, subaudi euangelisaremus, aut apostoli essemus: & huic tropo Paulino tandem assuescendum est. Non autem sic partiti sunt ministeria ista, ut nullum iudæum Paulus, & nullum gentilem Petrus doceret, cum sint in contrarium utriusp epistolæ, ideo aduerbium Tantum, non potest cohærere præcedẽtibus. Sed quod (ut Hiero. sentit) utricp populo suus apostolus mitteret. Gentibus is, qui liberam fidem sine onere legis doceret. Iudæis is, qui legem inolitam, propter fidem paulatim alendam, toleraret. Pauperes, quos Rho. xvj. pauperes sanctorum uocat, ij sunt, quibus Iudæi substantias rapuerant propter Christum, ut ad Hebre. scribit. Aut qui sua bona cõmunia fecerant, ut Actuũ iiij. scribitur. Forte & ij, qui penuria laborabant famis tempore, quã sub Claudio factam, Lucas in actis meminit. Certum est autem, p sub Claudio ista contigerunt, quæ hoc narrat capitulo, Si calculum duxeris annorum. Cernis autem, quod alterum apostolicũ opus sit, solicitum esse pro pauperibus. Admonendi

In nostrum seculum.

Officium cũ gratia.

Esse in ecclesia columnã.

Videbantur.

Eclipsis tropus Paulinus.

Pauperes.

Apostolicũ opus est, solicitũ eẽ de pauperibus.

nendi enim gratia hoc addidisse uidetur, futurum sciens, apostolorum successores alia curaturos & pauperes. Vnum merito mouere potest, Cur potissimum Petro sese æquet, cæteris apostolis tacitis? Quin & Petro apostolatū circumcisionis tribuit, itē cæteris tacitis. Forte ꝙ hic, ut erat primus inter apostolos, ita maxime eum pseudapostoli iactauerint ad euangelij iniuriam. Aut iterum futuris monstris prouidit cautionem.

Cum autem uenisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat. Prius enim quā uenirent quidam a Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem uenissent, subtrahebat & segregabat se timens eos, qui ex circumcisione erant: & simulationi eius cæteri iudæi cōsenserūt: ita, ut & Barnabas duceretur ab eis in illā simulationē.

Acriter in hoc cāpo cōgredi unt Hierony mus & Aug.

Ista est Abel, seu planicies magna, in qua acriter congressi sunt illustrissimi duo patres, Hieronymus & Augustinus. Hieronymus nixus eo fundamento, quod Paulus similia fecerit, quando Act. xvj. circumcidit Timotheum propter Iudæos, qui erant in illis locis: nō utiq; necessitate legis, cum iam (ca. xv.) apostoli statuissent, gentiles non debere oneribus legis premi. Timothei autē pater gentilis fuerat. Et quod amplius est, in eodem ca. docet custodiri dogmata & decreta apostolorum, contra quæ ipse eodem tempore circumcidit Timotheum. Item Act. xviij. totondit sibi caput in cenchreis, & habebat uotum. Et ca. xxj. cum uiris quatuor habentibus uotum super se, intrauit templū, & sanctificauit se cum illis, & oblata est oblatio pro eo. Item suo ipsius testimonio. j. Corinth. xij. Factus sum iudæis tanquam iudæus.

B. Hierony.

Dicit ergo b. Hieronymꝰ Qua fronte, qua autoritate audet hoc in Petro reprehendere, qui circumcisionis apostolus erat, quod ipse apostolus gentium arguitur commisisse? Quare putat Paulum simulatoria reprehensione in Petrum usum esse, ut quia Petrus simulatione sua, gratiæ periculum dederat: Paulus noua (ut dicit) usus arte pugnandi, noua simulatione, seu contradictionis dispensatione corrigeret. Huic sententiæ textus græcus fauere uidetur, ubi secundum faciem, seu in facie habetur. Vt enim Erasmus hic dicit, præpositio kata, cum accusatiuo significat secundum, seu per: cum genitiuo autem, in, seu aduersus. hic autem Kata propositum est, id est, secundum faciem, in facie, apparenter, coram alijs, pia scilicet hypocrisi, apud se aliud sentiens. Et illud quod in græco, non reprehensibilis erat, sed reprehensus erat. Quia reprehensus esse potuit infirmis & ignorantibus, qui tamen reprehensibilis non sit.

κατὰ πρόσωπον.

B. Augusti.

Beatus August. eo uerbo nititur, quod supra dixit Paulus: Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo non mentior. Ne si Paulus, quando dicit Petrum reprehensibilem, & se ei in facie restitisse, & eum corripuisse, nō uere hæc ita sint facta, citraq; simulationem, iam nō uerum dicat, sicut iurauit dicturum. Et mē dacio saltem officioso sit mentitus. Ac sic totius scripturæ uacillabit autoritas, si in uno loco aliud dicatur, & aliud sentiatur. Necesse enim Petrum fuisse uere reprehensibilem, & uere a Paulo correctum, aut Paulum esse mentitum, quā do eum correxit & reprehendit. Et quanquā sententia B. August. possit eludi per græcum textum, qui non reprehēsibilis, sed reprehēsus habet, ut & Hierony. subnotat: tamē adhuc uerum est & certum, eum reprehensibilem fuisse, ex facto Pauli, qui irreprehensibilē non reprehenderet. Sed textū uideamus qui erit optimus in hac re iudex. Primo certū est, ꝙ Paulus Petrū non repre-

Text⁹ iudex optimus.

hendit

hendit, quia gentiliter uixisset (ut uult b. Hiero.) tunc enim uere & idem in seipso reprehendisset, & staret omnino firmiter sentētia b. Hiero. qui legalia nō licere putauit, & mortifera esse post passionem Christi. Hic enim defecit sanctus uir, abductus a maioribus suis aliquot. Sed ideo reprehēdit, quia simulauit. Simulationē inquā, Petri Paulus nō tulit. Nam hoc approbat quod gentiliter uixerat, & rursum iudaice: sed quod ueniētibus iudæis subtrahebat, ac segregabat se a cibis gentilium: qua subtractione gētibus & iudæis autor fiebat, gentilia esse illicita, & iudaica necessaria: cum tamen sciret utraq; esse libera & licita. Vnde & textus indicat, Petrū nō ignorasse hæc esse libera, quia prius (inquit) cum gentibus edebat. Item timēs eos, qui a Iacobo uenerāt: timore ergo, non ignorantia hæc fecit. Non enim dicit Paulus: Quare tu gentiliter uiuis? Nec dicit: Quare ad iudaismum reuerteris? Vtraq; licuit facere, sed quare cogis gentes iudaisare. Coactio ista per simulationē & subtractionē reprehensibilis erat, qua gentes & iudæi credebant, esse iudaica necessaria, & gentilia illicita. Sic non queritur cæteros iudæos consensisse in cibum, uel gentilem uel iudeū (sciebant enim esse licitum) sed in simulationē Petri, coctionē gentium & iudæorum ad iudaismū, ut necessarium. Item non queritur Barnabam edisse cum eis iudaice uel gentiliter, sed abductum in eandem simulationem, & coactioni gentium & iudæorum ad iudaismū consensisse. Igitur cōtra necessitatem pro libertate pugnat Paulus. Sola enim fides Christi necessaria est, ut iusti simus: cætera omnia liberrima: neq; præcepta amplius, neq; prohibita. Si ergo Petrus recta fronte utraq; fecisset, non fuisset reprehendendus: Sicut Paulus utraq; cum fiducia fecit. Ad Hierony. ergo dicimus, quod admittendū sit in græco, Reprehensus, ad eos pertinere, qui Petrū apud Paulū accusarūt, quod ab eis se subtraxerat, & Paulum in hanc reprehensionē Petri cōmouerūt: fuit tamen uere reprehēsibilis. Porro an Petrus in hoc peccauerit (ut uocāt) mortaliter, uiderint alij. Hoc scio, quod ij, qui tali simulatione cogebātur ad iudaismū, nisi fuissent per Paulum reducti, perijssent: quia non in fide Christi, sed in operibus legis iustificari cœperūt. Ideo Petrus cū cæteris præbuit efficax scandalum, nō morum sed fidei, & æternæ damnationis. Nec Paulus tam fideliter restitisset, si leue & ueniale periculū hic fuisset: conqueritur enim, euangelij ueritatem fuisse desertam. At ueritatem euangelij non sequi, iam infidelitatis crimen est. Non mihi placet studium illud in sanctos nimiū excusandi & efferendi, præsertim si in sacræ scripturæ uim uergat. Melius est Petrū & Paulum in infidelitatem lapsos, immo anathema haberi (ut supra dixit) q̄ unum iota euangelij perire. Iam quod græce Kata prosopon, in facie, putatur ad simulationem Pauli astruendam ualere, nō probo. Non simulabat Paulus, sed ex corde pleno restitit simulationi Petrinæ noxiæ. Et in facie, idē est, quod coram omnibus, seu in manifesto, ut beatus Ambrosius quoq; exponit, sic infra: Dixi Cephæ coram omnibus. Sic enim supra dixi, faciē (more scripture) significare id, quod in manifesto est, & contrarium absconditō: ut illic homo uideat ac iudicet, hic deus. Quo uerbo non procacitatem ac superbiam suam prodit, ut insipiens Porphyrius criminatur, sed necessitatem & summam modestiam. Nec enim reprehendit Petrum, donec cæteri omnes consenserunt, deinde & Barnabas socius suus quoq; esset abductus, ac iam nullus prorsus relictus, qui pro ueritate euangelij staret, & illorum factum iam autoritas fiebat, contra libertatem euangelicam. Modestiæ debetur, quod non mox reprehendit, sed omnes prius abduci permisit. Necessitati autem quod euangeliū iam

Defecit sanctus Hiero.

Coactio per simulationē reprehēsibilis

Ad Hiero.

Petrus scandalum fidei præbuit.

NOTA

κατὰ πρόσωπον, in facie

Factū nō fiat autoritas cō tra euāgeliū.

peribat. Aut si pertinaciter in ui uerbi græci statur, quod secundū faciē omni no significet, secundū apparentiā: ut Ioan. vij. Nolite iudicare secundū faciem. adhuc nō cogit simulationē in Paulo fuisse. Sed iste potius erit sensus, quod ex animo quidem restitit, externo uerbo obiurgans, sed non ex corde maligno.

Quo modo Eccles. vij. Filiæ tibi sunt, serua corpus earū: & nō ostendas hilarem faciē tuā ad eas. Sic parentes sunt asperi filijs secundū faciē, non ex corde, nec tamen simulatorie. Et quilibet Christianus seruata cordis dulcedine & unitate, corripere fratrem & dissentire ab eo debet. Sed & de ipso deo dicitur Threñ. iij. Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominū. Quis autem dicat, deum simulare flagella, & abiectiones hominū? Ita Paulus uera reprehēsione Petrū corripuit: durus in facie, dulcis in corde erga Petrū. Vera itaq; culpa Petri, & reprehensione dignissima, & in neutro simulatio, qualem d. Hierony. putat. Prior autem erat simulatio illa, qua rogabat Petrus, iudaica & legalia seruari.

Dissentire a fratre.

Paulus uere Petrū corripuit.

Quæstio.

Quando Petrus infirmorū scandalum ueritus, pia cogitatione se subtraxit, Quid faceret Paulus, si in eodē euentu utrinq; essent infirmi, tam gentiles, q̄ iudæi? Cui cederet? Nam seorsum singulis consentire, nullā habet perplexitatem. Si enim cum Iudæis ederet, gentiles offendet sicut Petrus. Si cum gentilibus, Iudæos offendet, sicut Petrus hic timuit. In hoc euentu euangelica ueritas seruanda est, & reddita ratione exponēda: sicut Paulus hoc loco facit, corā omnibus arguens Petrū: & licitū asserens, gentiliter uiuere, & supra, qñ Titū gentilē nō permisit circūdi, nec cessit ad horam. Si autē hic Iudæi infirmi nolint sequi, dimittendi sunt. Melius est unam partem, cum euangelij ueritate seruari, q̄ utranq; partem, una cū euangelio perire. Hunc autē locum apostoli, q̄ uellem cunctis Christianis esse cognitissimū, præsertim religiosis, clero, & non paucis superstitiosis, qui propter leges pontificias, aut sua statuta, nō raro subuertunt euangelicā & fidē & charitatē. Nec tantū habent iudicij, ut si postulet fraterna charitas, omittāt onera sua, nisi denuo per pecunias emerint & dispensationes & indulta. Cum nec pontifices, nec ecclesia possit quicquā statuere, nisi quatenus libera permittat charitas, mutuaq; beneficētia. Si enim aliqd potest pontifex dispensare, & causa uel utilitatis, uel honestatis, aut, quæ maxima est, charitatis subsit, iam nō eges dispensatione, nisi tua propria. Nec ēm lex hominū hucusq; peruenire potuit, ut in his causis te uel pilo ligaret, sed exceptas semper habeat has causas, Velit, nolit. Quod si causæ hæ nō subsint & solam libidinē tuā sequeris, certe pontificis dispensatio, tui & ipsius dissipatio & perditio erit. Heu quot carnificinas conscientiarū in ecclesiā inuexit ignorantia ista legis dei, & legum hominū. Non possum omittere nobilē illam historiā ad hanc rem maxime pertinentē, De S. Spiridone Cypri episcopo, extat lib. j. tripertitæ, quod in quadragesima suscepto peregrino, cū aliud nō haberet, apposuit carnes porcinas, orans tamen primū, ac ueniā petens a deo: cum autē hospes refutasset, & Christianū se ꝓfessus esset: propterea (inquit) magis nō debes refutare: omnia enim munda mundis, sicut sermo diuinus edocuit.

Quæstio.

Solutio

Notabile.

Spiridonis nobile factū.

Non quod uelim præcepta maiorum contemni ullo modo, sed recte intelligi: quod ubi necessitas uel charitas contrarium obtulerit, ibi (præsertim accedente consilio confessoris uel boni uiri) pia humilitatē & reuerentia debet præceptum eiusmodi infringi. Vt non sit necesse confessionalia illa & indulta uendi & emi: Nam nisi alia causa tibi licuerit leges infringere, nulla dispensatio, nullum confessionale, nullum indultum per se tibi satis fuerit. Si

Notandum

rit. Si autē alia causa fuerit, iam illis nō indiges, ut dixi. Ego tamen pontifices monerē, ut aliqñ ecclesiarū periculis miserti, tollerent tandem leges suas, quibus uidemus, nihil nisi cōsciētias illaqueari, aut pecunias expiscari, insuper & fiduciam Christi penitus suffocari: id est, ueros Christianos extingui, & ecclesiam hypocritis & idolis repleri. Consilium

Cum autem uidissem, quod non recte ambularent ad ueritatē euangelij, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cum Iudæus sis, gentiliter uiuis, non iudaice, quomodo cogis gentes iudaisare?

Prodit Paulus Petrum, & retegit eius simulationē (nam hanc solam arguit) Simulabat se Petrus, nō uiuere gentiliter, sed iudaice. At Paulus, immo (inqt) gentiliter uiuis, & uixisti, & nunc aliud simulas: & hac simulatione cogis gentes non gentiliter, sed iudaice uiuere: & ita in seruitutē legis urges. Ex quo perspicuum fit, Paulum non fuisse a d. Hierony. satis intellectū. Nam Hierony. eam simulationē intelligit, qua Petrus propter iudæos iudaisabat, seruans legem, quam non licebat seruare. At hanc Paulus nō arguit, neqꝫ curat: sed eam, qua simulabat & segregabat se a gētilibus escis, quasi nō liceret eis uti: hæc em̄ erat euangelio periculosa, non illa. Fuerunt qui hunc Cephæ, alium quendam ex. lxx. discipulis fuisse assererent, ut est in Ecclesi. historia Eusebij. Sed hoc erudite & potenter conuellit d. Hiero. Peruerso enim studio uoluerunt Petro patrocinari, cū Paulus dedita opera hæc ad Galatas scripserit, ut obtūderet os detrahētiū sibi, quod sua doctrina esset Petro postponēda. Cōtra (inquit) nō ex hominibus, sed ex deo, insup̄ nō solum probata fuit per Petrum & apostolos, sed & ipse Petrus per eā correctus, ut iam non reliquū haberent, quod Paulo oggannirēt, quando & Petrus lapsus fuerit in ueritate euangelij: libertatem, quam sibi uendicabat alijs, timore iudæorū subtrahens, ac per hoc inique cum eis agens. In qua re, nimirū Paulus superiorē se Petro ostendit. Nec ista superioritas (ut dicitur) inflationis causa fuit. Quia persona hominis est, quam deus non respicit, super qua tamen horrenda discordia olim Rho. & Constantinopol. sedes contenderūt, tanqꝫ re ad ecclesiam sola necessaria. Quasi unitas ecclesiæ sita sit in persona hominis, & potestate præcellente, ac nō potius in fide, spe, & charitate in spiritu. Illud quoqꝫ omittendū non est, quanqꝫ tritum & uulgare, quod Cephe autore Hiero. hebræum, immo Syrum idem sit, quod Petrus seu Petra græce, saxum uel soliditas latine, ut & decreta indicāt, ex Leone & Ambrosio sumpta. Errat ergo decretū Nicolai (si titulus nō mentitur) quod Cephæ sit idem quod caput, ut Petrū anxia illa affectione caput ecclesię præter Christū faciat. Cephale græcū, caput significat, non Cephe Syrum. Peruersum studiū, p̄ sanctis. Hic Paulus Petro supior In quo sita unitas eccl̄iæ Cephe. Error decreti κεφαλη.

Nos natura iudæi, & non ex gentibus peccatores.

Comparat iudæos & gentes. Nos inquit natura iudæi, in legali iustitia excedimus quidem gentes, qui peccatores sunt, si nobis conferantur, ut qui, nec legem, nec opera eius habeant, uerū non in hoc iusti sumus coram deo. Externa est ista iustitia nostra. Et hanc sententiam, copiosissime tractat Rho. j. & ij. ubi primū gētes declarat maxīos pctōres fuisse: sed in. ij. ca. ad iudæos uertens, etiā si tales nō sint, quales gētes descripserat, nihilominꝰ pctōres asserit ꝙ legē foris nō intꝰ seruarint, & in lege gloriātes, p̄ legis trāsgressionē deū īhonorauerint.

Scientes autē, quod non iustificatur ex operibus legis, nisi per fidē

Iesu

Iesu Christi: & nos in Christum Iesum credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.

Iusti (inquit) sumus, sicut natura iudæi: Non peccatores, sicut gentes, sed iustitia operum legis, qua nullus iustificatur coram deo. Ideo & nos, sicut gẽtes iusticia nostra pro stercore ducta, per fidem Christi iustificari quærimus: iam simul peccatores cũ gentibus, simul iustificati cũ gentibus: quando deus nihil discreuit (ut Petrus Act. xv. dicit) inter nos & illos fide purificans corda illorũ.

Verum hic locus, quoniã absurdus uidetur ijs, qui Paulinæ theologiæ nondum assueuerunt. Quando & d. Hierony. non nihil sudat in hac intelligentia, latius prosequemur, eadẽ quæ supra cœpimus, de paternis traditionibus. Nec uideo inter extantes autores, qui ad hanc sententiã satisfit, præter unum Augustinũ. Nec hunc in omnibus locis, sed ubi cum Pelagianis gratiæ dei hostibus pugnat. Hic facilẽ tibi & apertũ faciet Paulũ. In primis itaq; sciendũ, quod homo dupliciter iustificatur, & omnino contrarijs modis. Primo ad extra, ab operibus, ex propriis uiribus: quales sunt humanæ iusticiæ, usu, ut dicitur, & cõsuetudine comparatæ. Qualem describit Aristoteles, alijq; philosophi: Qualem leges ciuiles, & ecclesiasticæ in ceremonijs: Qualem dictamen rationis, & prudentia parit. Sic enim putant, operando iusta, iustũ fieri: temperãdo temperatũ, & similia. Hanc facit & lex Mosi, ipse quoq; decalogus: scilicet ubi timore pœnæ, aut promissione mercedis seruitur deo, non iuratur per nomen dei, honorantur parentes, non occiditur, nõ rapitur, nõ adulteratur &c. Hæc est iusticia seruilis, mercenaria, ficta, speciosa, externa, temporalis, mundana, humana: quæ ad futurã gloriam nihil prodest, sed in hac uita recipit mercedẽ, gloriam, diuitias, honorem, potentiam, amicitiam, sanitatem, aut certe pacem, ac tranquillitatem, minusq; malorũ, q̃ ij, qui secus agunt: sicut Christus pharisæos describit. Et beatus Augusti. Rhomanos lib. j. ciui. viij. Hæc mire fallit, etiam sapientes & magnos uiros, nisi in sacris literis fuerint eruditi. Hanc Hiere. ij. uocat cisternam dissipatam quæ nõ continet aquam: & tamen (ut ibidem dicit) facit, ut præsumãt se sine peccatis esse. Et omnino similis est actibus ijs, quos uidemus a simia fieri, æmulatione hominũ: aut quos personati in scenis & ludis ostentant: atq; omnino hypocritarum & idolorũ propria est. Ideo in scripturis uocatur mendaciũ & iniquitas. Inde nomẽ Bethauen, domus iniquitatis. Ex horum genere sunt & hodie, mentium illi deceptores, qui libero freti arbitrio, bonam (ut aiunt) formant intentionem, & actum diligẽdi deum super omnia, ex naturalibus elicitum habentes, mox gratiam dei sese obtinuisse perditissime præsumunt. Hi sunt, qui hemorrhoissam (id est, peccatricẽ conscientiam) operibus sanare laborant, & consumpta substantia, peius habere faciunt. Secundo, ab intra, ex fide & gratia: ubi homo de priore iusticia prorsus desperans tanquam ab immũdicia menstruatæ, prorsit ante deum, gemẽs humiliter, peccatoremq; sese confessus, cum publicano dicit: Deus propitius esto mihi peccatori. Hic, inquit Christus, descendit iustificatus in domum suã.

Iustitia duplex.

Iusticia humana.

Iustitia dei & uera.

Nomen dei.

Nomen nostrum.

Hæc enim, quia est aliud nihil, q̃ inuocatio nominis diuini. Nomen autem dei, est misericordia, ueritas, iustitia, uirtus, sapientia, suiq; nominis accusatio. Est autẽ nomen nostrum, peccatum, mendacium, uanitas, stulticia: iuxta illud Omnis homo mendax. uanitas &c. omnis homo uiuens. Inuocatio autem nominis diuini, si est in corde, & ex corde uere facta, ostendit quod cor & nomen dñi sint unũ simul, & sibi cohærentia. Ideo impossibile est, ut cor nõ participet

ticipet, eiusdem uirtutibus, quibus pollet nomen domini. Cohærēt autē cor & nomen domini per fidem. Fides autem per uerbū Christi, quo prædicatur nomen domini, sicut dicit: Narrabo nomen tuū fratribus meis: Et rursum. Vt annunciet in Sion nomen domini. Sicut ergo nomen domini est purum, sanctum, iustum, uerax, bonum &c. Ita si tangat, tangaturq; corde (quod fit per fidem) omnino facit cor simile sibi. Sic fit, ut credentibus in nomine domini, donentur omnia peccata, & iustitia ei imputetur, propter nomen tuum domine, quoniam bonū est: nō propter meritum ipsorum, quoniam nec ut audirent, meruerūt. Iustificato autē sic corde per fidē, quæ est in nomine eius, dat eis deo potestatē filios dei fieri, diffuso mox spiritu sancto in cordibus eorum: qui charitate dilatet eos, ac pacatos hilaresq; faciat omniū bonorū operatores, omnium malorum uictores, etiā mortis contēptores & inferni. Hic mox cessant omnes leges, omniū legū opera, omnia iam sunt libera, licita, & lex per fidem & charitatē est impleta. Ecce hoc est quod Christus nobis meruit, scilicet prædicari nomē domini (id est misericordiā, ueritatē dei) in quod qui crediderit, saluus erit. Igitur si te conscientia uexat, & peccator es, & quæris fieri iustus: quid facies? An circūspicies, quæ nam opereris, aut quo eas? Non. Sed uide, ut nomen domini uel audias, uel recorderis: hoc est, quod deus est iustus, bonus, sanctus: & mox huic adhære, firmiter credens eum esse tibi talem, & simul tu iam talis es, similis eius. Verum nomen domini nusquā clarius uidebis, q̄ in Christo, ibi uidebis, q̄ bonus, suauis, fidelis, iustus, uerax sit deus, ut qui ꝓprio filio suo nō pepcerit. Hic te per Christū trahet ad seipsum. Sine hac iustitia impossibile est, cor mundū esse, ideo impossibile est, iustitiam hominū ueram esse. Hic enim assumitur nomē domini in ueritatem, illic assumitur in uanitatem, quia hic deo gloriā, sibi confusionem, illic sibi gloriā, deo cōtumeliā, reddit homo.

Hæc est uera cabala nominis domini, nō tetragrāmati, de quo Iudæi superstitiosissime fabulantur. Fides inq̄ in nomen domini, est intelligentia legis, finis legis, & prorsus omnia in omnibus. At in Christum posuit hoc nomen suum, sicut per Mosen prædixit. Hæc est iustitia liberalis, gratuita, solida, interna, æterna, uera, cœlestis, diuina. Quæ in hac uita, nihil meretur, neq; accipit, neq; quærit. Immo, cum sit in Christum, & nomen eius (quod est iustitia) fit ut Christi & Christiani iustitia, sit una eademq; ineffabiliter sibi cōiuncta. Christo enim scaturit & ebullit, sicut dicit Ioan. iiij. Aquam, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis, in uitam æternam. Ita fit, ut sicut alieno peccato omnes facti sunt peccatores, ita aliena iustitia, omnes fiunt iusti. ut Rhoma. v. dicit. Sicut per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: Ita per unius hominis Christi iustitiam, iusti constituuntur multi. Hæc est illa misericordia per omnes prophetas prædicta. Hæc benedictio, Abrahæ & semini promissa: ut infra uidebimus. Nunc reuertendo ad textum, uidemus, q̄ recte Apostolus dicat: Scientes, quod ex operibus legis, non iustificatur homo, nisi scilicet ex fide Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Iesu Christi, & non ex operibus legis. In quibus uerbis, utranq; hanc iustitiam designat, & priore reprobata, posteriorem amplecti/tur. Ita & tu facias charissime frater: audi primum, quod Iesus significet salutem, & Christus unctionem misericordiæ. Et inauditam hanc salutem, & misericordiam crede firmiter, & iustificaberis. Hoc est, Crede eum tibi fore salutē & misericordiā: & ita erit sine omni dubio. Quo circa, satis impie & nimis gentiliter docetur, quando remissio peccatorum, per satisfactiunculas, per con/

NOTA

Quid faciendū peccatori ut fiat iustus.

Vera Cabala.

Fides in nomen domini

NOTA

tritiones

tritiones coactas fieri docetur: hac fidei in Christū doctrina prorsus omissa, ut
Opa legis. nunc uulgus sententiastrorū theologisat. Notandū tamen hic, ꝙ opera legis apostolus nō reprobat, ut & d. Hierony. hoc loco docet, sed fiduciam operum legis: hoc est, opera nō negat, sed negat per ea quēcꝫ iustificari posse. Vnde cū emphasi & epitasi uerbū apostoli legendū est, quando dicit: Non iustificatur homo ex operibus legis. q.d. Admitto fieri opera legis, sed dico eis, non iustifi/ficari hominem, nisi coram se & hominibus, & pro huius uitæ mercede. Sint opera legis, modo sciatur ea esse coram deo peccata, & iam non uera opera legis. Ac sic funditus destruit iusticiæ nostræ fiduciam. Quod ultra omnia opera legis, lōge alia iusticia opus sit, nempe operibus dei & gratiæ. Item & hoc obseruabis, ꝙ opera legis generaliter dicit, nō tantū ceremonialia, sed prorsus omnia, etiam decalogi. Quia & ipsa extra fidem & iusticiā ueram dei facta, tū non sufficiunt, tum falsam fiduciā hypocritis in specie sua præstant. Desperandum ergo omnino ab omnibus uiribus, operibus, legibus, uolenti saluari.

Item tropum huic apostolo familiarem tibi notabis, ꝙ opera legis, non aliorum usu uocat, quibus impletur lex ipsa. Nam hic sensus in causa est, ꝙ apostolum plurimi non intelligunt, qui opera legis non nisi iusta & bona intelligere possunt, quando lex ipsa bona est & iusta: ideo coacti sunt per legem intelligere ceremonialia, ꝙ illa fuerint tunc mala & mortua. Verum errant, Lex ceremonialis sicut fuit, ita nunc quocꝫ est bona & sancta, quia ab ipso deo statuta

Lex non im/pleť p opera sed per solā fidem. Apostolus constanter negat impleri legem per opera, sed per solam fidem. Quia impletio legis est iustitia, sed hæc non est operum, immo fidei: ideo per opera legis non potest intelligere ea, quibus satis fit legi. Quid ergo? Regu

Regula apli. la apostoli est hæc. Non opera implent legem, sed impletio legis facit opera. Non iusta faciendo, iustus fit: sed factus iustus, facit iusta. Prior est iustitia, ple

Opa legis. nitudoꝫ legis, anteꝫ fiant opera, cum hæc ex illa fluāt. Ideo opera legis appellat ad differentiā operū gratiæ, seu operū dei: quia opa legis, uere legis sunt, nō nostra: cum nō fiant uoluntate nostra operante, sed lege, per minas ea torquente, uel per promissa eliciente. Quod autem nostra uoluntate libere non fit, sed alio exigente, iam non nostrū, sed exactoris potius opus est. Eius enim sunt opera, quo imperante fiunt: Sed fiunt imperante lege, nō lubente uoluntate. Quod satis patet, si cui liberum esset, sine lege uiuere, nunc ꝫ sua sponte faceret opera legis. Inde apud Isaiam. ix. lex uocatur exactor, quando dicit. Virgam humeri eius, iugum oneris eius, sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Quia per paruulū, qui datus est nobis in quē credimus, efficimur liberi, ac lubētes in legum: ac iam nos nō legis sumus, sed lex nostra est: & opera non legis, sed gratiæ sunt: ex qua libere & suauiter scaturiunt, quæ lex prius

Nota. aspere & fortiter exprimebat. Hæc intelliges, si quatuor ordines operū dispo

Quatuor ordines operū. sueris. Opera peccati, quæ dominate cōcupiscentia fiunt, sine resistentia gratiæ. Opera legis, quæ foris coercita concupiscentia fiunt, tamen intus eo magis feruente, & legem obediēte: id est, quæ sunt bona in specie, mala in corde. Opera gratię, quæ repugnāte cōcupiscētia, uictore tamen spiritu gratiæ fiūt. Opera pacis, & perfectæ sanitatis, quæ extincta cōcupiscētia, plenissima facilitate & suauitate fiunt: quod in futura uita erit, hic incipitur.

Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Eandem Rho. iij. sententiā concludit. Et ibidē late probat ex Psal. xiij. Non est iustus qui faciat bonū &c. Ideo necesse est opera legis esse peccata: alioquin

iustificarent

iustificarent certe. Atq; ita clarum est, iustitiam Christianam & humanam esse prorsus non modo diuersas, sed contrarias quoq;. Quia hęc ex operibus fit: ex illa fiunt opera. Inde nihil mirum, quod theologia Paulina penitus ceciderit nec intelligi potuerit, postq; ij cœperūt Christianos docere, qui Aristotelis moralia prorsus conuenire mentiti sunt, cū Christi Pauliq; doctrina: prorsus nec Aristotelem, nec Christum intelligentes.

Iustitia Christiana & humana.

In Aristotelicos theolog.

Nostra enim iustitia de cœlo prospicit, & ad nos descēdit. At impij illic sua iustitia in cœlum ascendere præsumserūt, & ueritatem illic adducere, quæ apud nos de terra orta est. Stat ergo Paulus fortiter: Nō iustificatur omnis caro ex operibus legis. Sicut & Psal. Non iustificabit̄ in cōspectu tuo omnis uiuens. Reliquū est, opera legis non esse opa iustitiæ, nisi eius quā nos facimus.

Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores. Nunquid Christus peccati minister est? Absit.

Id est, diximus iam, nos in Christū credere, ut iustificaremur ex fide Christi. At si nec sic iustificamur, immo adhuc inuenimur peccatores, & iustificationis indigentes: (Quia ex operibus legis tu cogis nō iustificari) ergo iustificatio ex fide nihil est: & Christ⁹ sua fide nos peccatores fecit, & legis iustitia egētes: q̄d est absurdissimum, & Christum prorsus abolere. Quia sic peccatum nobis ministrasset, quod per legē dilueretur: & iam esset legis iustitia melior, q̄ Christi.

Argumentatur enim apostolus ab impossibili & absurdo. q.d. Si lex necessaria est nobis, qui in Christo quærimus iustificari: ergo iustificati per Christum adhuc peccatores inueniemur, & legis debitores. Quod si hoc est, iam Christus non iustificauit nos, sed peccatores tātum fecit, ut per legem iustificemur, quod est impossibile. Quare & hoc est impossibile, legem, inquam, esse necessariam: & operibus legis nos iustificari. Iustificati enim in Christo, non inuenimur peccatores, sed iusti: quia Christus nō peccati sed iustitię minister est. Hæc b. Hieronymi sententia est. B. Augustinus Paulo aliter & coactius. Vt autem apostolum intelligas, aduertes, quod subobscure Mosen cū Christo comparat. Nā is est Paulo tropus, quod legem appellat occasionem, uirtutemq; peccati: ideo ministerium legis, ministratiōem mortis & peccati audet nominare. ij. Corint. j. Si ministratio mortis in literis deformata &c. Et Rho. vij. declarat, quomodo peccatum per legē occiderit. Ideo Mosen ministrum legis intelligit ministrum peccati & mortis: quod per legē peccatū ueniat, per peccatū mors. Quia, inquit Rho. iiij. Vbi non est lex, nec præuaricatio: cui opponit Christum, ministrū iustitiæ: qui hoc impleuit, quod Moses per legem exegit. Quod & Ioan. j. nō omnino tacet. Lex, inquit, per Mosen quidem data, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est: q.d. lex non auten. gratia, nec ueritas per Mosen: ergo potius peccatum & transgressio per eū ministrata est. Igitur Christus non est legislator, sed legis impletur. Omnis legislator minister peccati est: quia ponit occasionem peccati per legem. Vnde ueterem legem non per seipsum, sed per angelos ordinauit: nouam autem (id est gratiā) per seipsum dedit, misso spiritu sancto de cœlo. Atqui iterum hic occurrit miseria ecclesiæ, & populi Christiani, quando intendo in syluas, harenas, nubes maria legum Rhomanarum: quarum neq; titulos sufficias edisscere tota uita. Hic apostolus cū fiducia leges pronunciat esse peccatorum ministrationes: cum tñ nostri legislatores & peccatis & litibus occurrere sese iactent aceruis legum: nec ipsam in oculos impingent tē

Argumētat apostolus ab absurdo.

Pauli tropus

Christus non legislator, sed impletor.

In miseriam christianæ ecclesiæ.

Allegoria in decem plagis

experientiam sentiunt, stultum hoc eorum consilium demonstrare. Et ut ego aliquando allegoriis ludam, decem plagas Aegypti arbitror figuras fuisse, non tantum iudaicorum Thalmudim, sed & ecclesiasticorum. Nam quod per angelos malos eas inflictas legimus, non potest negari doctinas ac traditiones hominum illis significari. Cum angelus omnino nuncium uerbi & doctorem significet. Vt etiam angeli illi Apocalypsis ostendunt, cum suis plagis & phialis.

Verum cæteræ plagæ, quod aquæ nostræ in sanguinem uertunt: quod loquacissime glossarum ranæ nos inquietant: quod pediculi uellicant, & exugunt totas substantias nostras: quod muscæ quoq; laborantes & sudãtes nos depascũt: quod pecora simplicis cordis occiduntur: quod uesicis inflamur: quod grãdine tyrannicæ uiolentiæ censemur & ferimur: quod locustis ad medullas usq; exugimur, forte tolerãdæ erant, pro peccatis nostris. Sed quod nouissimis malis accedentibus, tenebris palpabilibus excæcamur: & heu tandem primogenitã iustitiæ & fidei in Christo gloriam amittimus, non satis plorari potest. Verũ, quãdo hic paternum in pontificibus officium dormit, ego quod possum, saltem prę sto fraternum: Monens ac rogans, ut & nos ad dominũ clamemus: si qua miseri corditer descendat, & nos liberet de fornace ista ferrea, & domo seruitutis durissimæ.

Obiectio:

Credo autem aliquos moueri, quod Apostolus hic negat peccatores esse eos, qui in Christum credunt, & iustificãtur: cum nullus sit hominum sine peccato. Nec ipsemet: ut Rho. vij. &. viij. de seipso testatur.

Dilutio.

Respondeo, omnis qui credit in Christum, iustus est: nõdum plene in re, sed in spe. Cœptus est enim iustificari & sanari: sicut homo ille semiuiuus. Interim autem dum iustificatur, & sanatur, non imputatur ei, quod reliquum est in carne peccatum, propter Christum: qui cum sine omni peccato sit, iam unũ cum Christiano suo factus, interpellat pro eo ad patrem. Sic Rho. vij. cum dixisset se captiuari per legẽ membrorũ in peccatũ, dicit: nihil dãnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui

NOTA.

nõ secundũ carnẽ ambulãt. Nõ ait, nihil peccati, sed multũ peccati est adhuc reliquum: uerum non damnationi imputatur. In hoc mysterium uidetur Christus

Quõ iustorũ cõmendatiõnes intelligẽdæ.

in cruce dixisse, consummatũ est, antequam moreretur. Quare omnes eiusmodi iustorum commendationes eodem modo intelligendæ sunt quod nõ omnino in seipsis perfecti sint, sed in deo reputante & ignoscente propter fidem filij Iesu Christi, qui est propitiatorium nostrum. Hæc longe b. Augu. lib. de natura & gratia. Pernitiose errant & fallunt, qui baptisatis & pœnitẽtibus nullum peccatum tribuunt, sed tantum infirmitatem, fomitem & morbum naturæ: præsertim dum in seipso non esse peccatum garriunt, quod in deo reputãte & ignoscente, tantummodo non esse peccatum, debuerant dicere.

Si enim quæ destruxi, iterum hæc reædifico, præuaricatorem me constituo.

Hoc est, qũando ego per fidei prædicationem docui iustificationem in Christo, & legem impletã: ac per hoc peccata destruxi: si iterum legem docerem seruandam, & nõ impletam, quid aliud facerẽ, q̃ quod peccata rursus statuerem, & adhuc esse superanda operibus nostris? In qua re nihil facerẽ, nisi quod me uel tunc, uel modo male egisse ostẽderẽ: hoc est, p̃uaricatorẽ statuerẽ, immo facerẽ me alienũ a Christo, in quo iustificatus fui: & denuo sub legẽ & peccata me traderẽ, æque p̃uaricatorẽ sicut ante Christũ fui. Iterũ suis tropis apostolus utit: ideo uariant interpretes. D. Hiero. destructa & reædificata uult intelligi legem scilicet ceremonialẽ. Quæ sentẽtia & si uera est, angustior tñ est, q̃ ut satis sit, cæ

teris

teris scripturæ locis cõuenire B. Augu. destructa uocat opa legis, immo superbiam gloriãtem & præsumentẽ de operibus legis. Nec hanc damno. Verũ apostolum cum præcedentibus, & alijs locis cõparando, peccata (ut dixi) uidet destruere, non legem: præsertim cum Rho. iij. neget se destruere legem p̃ fidem sed potius statuere. Pec cata aũt destruit Rho. vj. ut destruatur corpus peccati. Nã per fidem destruuntur peccata, quæ per legẽ erant & abundabant. Peccatũ em̃ non destruitur, nisi lex impleatur. At nõ nisi per fidei iustitiam lex impletur Ita fit, ut per fidẽ simul & lex statuatur, & peccata destruant̃. Dũ em̃ per fidẽ satisfit legi, desinunt peccata, & lex permanet in robore.

Reædificare uero peccata, est rursum legem prędicare, & putare seruandã & ĩplendã. Vbi uero implenda lex est, nec dũ iustitia facta est, immo peccatũ super est. Peccatũ est em̃ legem nondũ impleſſe. Ita redeunt peccata, quæ prius destructa per fidem docebantur. Quare ædificare peccatũ, idem est, quod infirmare destruere, irritamq; facere legem. Destruere autem peccatũ, idem est quod legem statuere, ædificare & implere. Quicunq; ergo docuerit legem impletam factamq; iustitiã: hic utiq; destruit peccata. Hoc autẽ facit, qui docet p̃ fidẽ Iesu Christi iustos fieri: id est, legis impletores. Qui uero dixerit legem implendã, neq; fractã iustitiã: hic utiq; rursum statuit, ac resuscitat peccata, & debitores legis constituit, ac reos facit seruandæ legis.

Reædificare peccata.

Aedificare peccatum: Destruere peccatum.

Hunc inquam, esse sensum apostoli puto hoc loco. Qui per peccatum destrui legẽ, solet docere: ut Rhoma. viij. Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, id est, non implebat̃. Caro enim non implet legẽ, ideo infirmat legem. Sed in alijs quoq; locis scripturæ, idẽ tropus inuenitur. Sic Hiere. xxxv. Firmauerunt filij Ionadab pręceptũ patris sui, quod præceperat illis. Item pręua luerunt sermones Ionadab, quos pręcepit. Et Psal. cxl. Audient uerba mea, quoniã potuerũt: id est, potẽtia facta sunt, firmata, impletaq; sunt. Rursus Psal. xvij. Nõ sunt infirmata uestigia mea: id est uię meę firmatæ & ĩpletæ sunt. Sed Psal. x. Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: id est, legẽ tuam, ut Heb. habet, dissipauerunt &c. Sed ex præcedentibus quoq; hunc esse sensum liquebit. Vbi nę gauit inueniri peccatores, qui in Christo iustificati sunt: ideo peccata eis esse destructa conuincitur. Si autẽ inuenirẽtur peccatores, iam peccata prius destructa restituerentur: quod esset in Christũ blasphemia, qui peccatũ & mortem nobis destruxit, si in eũ crediderimus. Et, ut Ioan. ait. Qui natus est ex deo, nõ peccat.

NOTA.

Legẽ firmari

Credo autẽ satis patere, apostolũ nõ tantũ de ceremonialibus legibus loqui, sed prorsus de omni lege. Parũ enim Christus cõtulisset, si sola peccata legis ceremonialis destruxisset. At quando etiã decalogi peccata destruxit, iam a fortiori, planũ est, & ceremonialia destructa esse, & liberas omnes leges factas.

NOTA

Iterum autẽ cogor admonere lectorẽ triuiali isti Theologiæ assuetũ, qui forte turbabitur, audiens legem esse impletam omnibus, qui in Christum credunt Dicet enim, Cur ergo decalogus, & tot euangelij & apostolorum præcepta docentur implẽda: & exhortamur cotidie ad eorum opera? Respondetur, sicut supra dictũ est: Quõ in Christo iustificati non sunt peccatores, & tñ sunt peccatores. Vtrũq; em̃ de iusto scriptura statuit. Ioan. in cano. sua. ca. j. Si dixerimus, qa peccatũ nõ habemus, ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis non est. Qui eiusdẽ c. ulti. dicit. Scimus, qm̃ oĩs qui ex deo natus est, nõ peccat: sed generatio dei id est, qui ex deo natus est, conseruat eũ, & malignus nõ tanget eũ. Idem ca. iij. Omnis qui natus est ex deo, peccatũ nõ facit: quoniã semen ipsius in eo manet & nõ potest peccare. Ecce nec potest (inquit) peccare: & tñ si dixerit, se non habere pec/

Quæstio. Responsio.

bere peccatum, mentitur. Similē contradictionē in Iob licet uidere, quē deus qui mentiri non potest, pronunciat uirum iustū & innocētem. ca. j. Qui tamē inferius confitetur, se peccatorē, in uarijs locis, præsertim ca. ix. Et. vij. Cur non tollis peccatum meū &c. Verū autem loquatur oportet: quia si coram deo mentitur, iam deus eum non pronunciaret iustū. Simul ergo iustus, simul peccator Quis soluet hæc diuersas contra se facies, aut in quo conuenient? Nempe in propitiatorio, in quod uultus Cherubin alioquin sibi contrarij, conueniunt.

Quia ergo per fidem incepta est iustitia, & impletio legis: ideo propter Christum in quo credunt, non imputatur, quod reliquum est peccati, & implendæ legis. Fides em̄ ipsa, ubi nata fuerit, hoc sibi negotij habet, ut reliquū peccati e carne expugnet, uarijs afflictionibus, laboribus, mortificationibus carnis. Vt sic lex dei nō modo in spiritu & corde placeat, & impleatur, sed & in carne, quæ adhuc resistit fidei & spiritui amanti & implenti legem: sicut pulchre Rho. vij. describitur. Proinde si fidē spectes, lex impleta est, peccata destructa, nullaq; lex super est: sed si carnem, in qua non est bonum, iam peccatores cogeris fatērī eos, qui iusti sunt in spiritu per fidem. Totū ergo quod æstuat apostolus, est, ne quis per opera legis introducere iustitiā in cor præsumat, quasi non iam fidei iustitia ibi regnet, e qua in carnem fluāt opera & plenitudo legis. Et accipe tibi simile. Sicut Christus sine omni peccato, caput iustorum, nihil debet legi prorsus: nec docendus est, quid facere debeat, qui omnia iam facit, & abundātius q̄ lex doceat: tm̄ corpus suum & carnē suā ecclesiam regit & exercet, ut suam iustitiā ei influat: ut quo modo ipse patri per oīa obediens est, ita corpus quoq; suū reddat obediens, quod nondum est tam obediens, & sine peccato: ita spiritus iusti, iam per fidem sine peccato, nihil debens legi: corpus tm̄ habet adhuc sibi dissimile & rebelle, in quod operatur & exercet: ut ipsum quoq; sine peccato, iustū ac sanctum sibi simile reddat. Ideo præcepta sunt necessaria tantum peccatoribus. At iusti quoq; sunt peccatores, propter carnem suā. Quod tamē non imputatur eis, ꝓpter fidem interioris hominis: qui deo cōformis, persequitur, odit crucifigit peccatū in carne sua, donec in futuro consummatus, in carne & spiritu, nulli legi debeat. Ex parte ergo impleta est est lex: ex parte nihil debemus legi: ex parte destructa sunt peccata. At qui iustitiā quærūt per opera legis, ip̄i reædificāt etiam infidelitatis peccatū, contra fidē in spiritu: immo peruersissimi hominum, peccatū in carne, quod fides expugnat per totam uitā, ueluti non sit, per opera legis extollunt. Et in hoc statuunt iustitiā, legis impletionem, non in fidem. Arbitrantur enim sese iustos, si legis opera fecerint: cum tamen nec fidem Christi habeant, quæ interior est iustitia, nec puritatem carnis, sed simulāt eam. At ita nec intus, nec foris iusti sunt: sed mera specie se & homines illudunt

Igitur necessaria sunt pręcepta, non ut per opera eorū iustificemur, sed ut iam iusti, sciamus qua ratiōe spiritus noster carnem crucifigat: & in rebus huius uitæ dirigat, ne caro insolescat: & ruptis frenis sessorem spiritū fidei excutiat. Nō equiti, sed equo frenum debetur.

Fidei negotium.

Simile.

Qui reædificant.

Quare necessaria ꝓcepta.

Ego enim per legem legi mortuus sum, ut deo uiuam.

Et huc tropum Rho. vij. latius prosequitur, ubi describit mulierem uiuā solui a lege mariti mortui. Quæ omnia, nisi metaphysicas mortes & mutationes ab intellectu dimoueris, barbara tibi erūt. Sicut mors mortē, peccatū peccatū, captiuitas captiuitatē, libertas libertatē, seruit⁹ seruitutē, uita uitā, bonū bonū, malū malū, maledictū maledictū, lux lucē, tenebræ tenebras, dies diē, nox noctē: ita

lex legē

lex legē tollit. De ijs in scripturis, pſertim Paulo late patēt exēpla. Manifeste itaq; duplicem legē tangit. Vna eſt ſpiritus & fidei, qua uiuit deo, uictis peccatis, impletaq; lege: ut ſatis dictum eſt. Altera lex literę & operū, qua uiuit peccato, nunq; impleta lege, ſed ſimulata impletione. Per legem em ſuſcitatur odiū legis: ſed per fidem infunditur dilectio legis. Ideo legis operator legē ſeruat, cū odio legis, id eſt, peſſime omittit, duma liud intus optat, aliud foris ſimulat: fidei autē ſpiritus legem ſeruat, cū dilectione legis: hoc eſt, optime legem implet, & tamē foris cū peccatis ſuis, pugnans oſtendit ſe peccatorē eſſe. Sunt ergo duo iſti aduerſarij, legalis ille intus peccat, & foris iuſtitiam prętexit. Fidelis intꝰ bene facit, & foris peccata ſua portat ac perſequitur. Igitur Paulus per legē fidei uiuit intus deo, ibidemq; eſt mortuus legi. Verū in carne nōdū, uiuit deo, ſed uiuificatur deo: nondū eſt mortuus legi, ſed mortificatur legis: dū eādem fidei puritatē cordis ſatagit, & in carnē foris ꝓpagare: quo ſtudio mereī, ut totus deo uiuere, & legi mortuꝰ reputeī: eodē ꝓrſus tropo q̄ ſupius peccator & nō peccator ipletor & nō ipletor dictꝰ eſt. In futuro em eſt, ut plene deo uiuamꝰ, & legi mortui ſimꝰ. Viuere & Mori hoc loco nō corporaliter, aut naturiliter accipi, ipa locutio oſtendit apoſtolica: quia nō ſimpliciter, ſed legi mortuū ſe dicit, & deo uiuum. Eſt autē uiuere legi, eſſe ſub lege, & domino eius: Vt Rho. vij. lex in homine dominaī quanto tempore uiuit: ſicut ſeruus cū dia nō redimitur, domino ſuo uiuit p legē ſeruitutis & ius gentium. Ita nos, dum extra fidē ſumus, regnāte concupiſcentia, legi ſeruimus, coacti eius opera facientes, ac per hoc legē nō implentes, quæ dilectione fidei tantū impletur. Mori autē legi, eſt liberū fieri a lege: ſicut debitor quiſpiā, cū mortuus fuerit, liber eſt ab exactore ſuo. Ita dum per fidei gratiā homo uetus incipit occidi, & deſtrui peccatum, quod per legem abundabat, morimur hac ſancta morte, id eſt, uiuificamur ad iuſtitiam: ſicut copioſe Rhoma. vj. & vij. diſputat eodē uerborum tropo, mortuos peccato, uiuos iuſtitiæ appellans. Quare legi uiuere, eſt legem non implere. Legi mori, eſt legem implere. hoc per fidē Chriſti fit, illud per opera legis. Sic Rhomanorum. iiij. Arbitramur enim hominē iuſtificari per fidē, quam & legē fidei dicit. Item Rhoma. viij. Lex ſpiritus uitæ, id eſt fidei: liberauit me a lege mortis & peccati: id eſt, lege quæ mortē & peccatum operatur & auget: ut eſt omnis lex, ſiue diuinitus, ſiue humanitus data. Vnde ut cœpimus, duas has leges clarius exponemus. Lex ſpiritus eſt, quæ nullis prorſus ſcribitur literis, nullis profertur uerbis, nullis cogitatur cogitationibus: Sed eſt ipſa uiua uoluntas, uitaq; ex perimētalis, res quoq; ipſa, quæ ſcribitur digito ſolo dei in cordibus. Rhom. v. Charitas dei diffuſa eſt i cordibꝰ noſtris, p ſpiritū ſanctū. de qua & Hiere. xxxj. ut Heb. viij. & x. adducit apoſtolus. Dabo leges meas in mētes eorū, & in corda eorum ſuperſcribam eas. Hæc inquam, intellectualis lux mentis, & flamma cordis, eſt lex fidei, lex noua, lex Chriſti, lex ſpiritus, lex gratiæ, iuſtificans, oīa implēs, & carnis concupiſcentias crucifigēs. Ita & b. Auguſt. pulchre hoc loco dicit: Ipſam quodammodo legē uiuit, qui cū dilectione iuſtitiæ iuſte uiuit.

Lex ſpiritus & literæ.

NOTA.

Viuere & Mori.

Legi uiuere. Legi mori.

Lex ſpiritus

Nomīa legis ſpiritus, ac eius uirtus.

NOTA, cum dilectione iuſtitiæ, hanc em natura neſcit, ſed fides eam impetrat. Sic. ij. Corin. iij. Epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata a nobis: ſcripta aūt nō atramento, ſed ſpiritu dei uiui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Lex literæ, eſt quæcunq; ſcribitur literis, dicitur uerbis, cogitatur cogitatiōibus, ſiue ſit tropologia, allegoria, anagogia, aut cuiuſcūq; tandē myſterij doctrina. Hæc eſt lex operū, lex uetus, lex Moſi, lex carnis, lex peccati, lex iræ, lex mortis, damnans omnia, reos faciens omnia, concupiſcentias augēs, & occidēs

Lex literæ:

Noīa legis literæ atq; ipſius uitium.

eoq; magis quo fuerit spiritualior: sicut est illa: Non cõcupisces. hæc enim plures reos facit, q; illa: Non occides: aut illa: Circũcidite præputia uestra. aut similis ceremoniæ. Quia sine lege spiritus, nullũ opus benefit, sed semper simulatur.

Similitudo

Consequens est, quod lex spiritus est id, quod lex literæ requirit: uoluntas in quã: Psal. j. sed in lege domini uolũtas eius: id est, charitas. Rho. xiij. plenitudo legis, dilectio. Et. j. Timo. j. finis legis charitas. Atq;, ut planissime ac uulgariter dicam, Lex literæ, & lex spiritus differunt: sicut signum & signatũ: sicut uerbum & res. Ideo obtenta re, iam signo non est opus: itaq; neq; iusto lex est posita. Habito autẽ solo signo, docemur rẽ ipsam quærere. Sic Moses & prophetę tandẽ Ioannes baptista, ad Christum nos mittũt. Lex docet quid debeas, & quo careas: Christus dat quod facias & habeas. Ideo qui lege aliter utuntur q; signo quo ad Christum diriguntur. quo cognoscant suam miseriam, & quo gratiam quærant, pessime abutuntur: ut qui suis uiribus freti, mox lege audita, in opera eius accinguntur: rẽ legis in seipsis quærentes, ac præsumentes, cum nec signũ, ipsam inquam legẽ, in seipsis inuenisse se uideãt. Item sequitur, quod omnis lex literę est spiritualis: q̃ modo dici potest spiritualis. sicut Rho. vij. Scimus qa lex est spũalis. Neq; unq; in scripturis legim⁹ carnalem legẽ uocari, quæ literis scribat: licet Origenes multo freq̃ntiq; studio huc feratur, actus suis opinionib⁹ Habet quidẽ Paulus legem mẽbrorũ, & carnis cõcupiscentiam: sed hæc nõ est litera, sed significatur prohibeturq; litera legis. Igitur spiritualis est, quia spiritũ fidei requirit: id est, non propter signũ, sed propter rẽ, spiritualis est. Cũ nullũ opus bonũ fiat, nisi hilari, uolente gaudenteq; corde fiat: id est in in spiritu libertatis. Alioqui si lex spũalis dicẽda est, q̃ tantũmodo spiritualia opa præcipiat ſã nulla lex spiritualis erit, nisi quæ iuxta Theologos nostros, de actibus cordis elicitis præcipit. Neq; charitatis opera erunt spiritualia. An lauare pedes hospitũ, subuenire pauperi, monere errantẽ, orare pro peccatore, tolerare iniuriã, nõ sunt corporalia? immo non minus, q; ulla ceremonialia, tam ueteris, q; noui testamenti. Sed spiritus fidei, ipse solus inter opera discernit: alioqui operũ nulla prorsus differentia, neq; eorũ, quæ per animam, neq; quæ per corpus fieri possunt. Omnia tunc sunt carnalia uel literalia, quando cogẽte litera, absente lege spiritus fiunt. Tunc sunt spiritualia, qñ præsente lege spiritus fiunt, ut infra uidebimus. Et hic uides, credo radicem, unde mihi crescit indignatio, in tot decreta statuta, decretales põtificũ, qua tyrannide nunc ecclesia & oppressa iacet, & in dies uastatur. Nam cũ frigescente charitate, & deo pro peccatis nostris, legẽ spiritus paulatim auferente, penitus tolli oportuit & leges, quas sine illo spiritu impleri non sit possibile. Potius augentur cotidie, magna ira dei: & fit, ut imponant onera hominibus importabilia (præsertim si redẽptrice careas pecunia) quæ nec digito ipsi mouere uelint aut possint: interim pastura ouium per uerbũ fidei & spiritus, ne cogitata quidẽ, a tã uigilantibus pastorib⁹ ouiũ Christi: hoc est quod gemo, p tot inutiles leges & noxias, nihil nisi infinitas offensas dei augeri, cũ & spiritu impleri præcepta oporteat: & tñ ex nobis spiritus haberi non possit. Verum consilium tamen interim dabo. Primum si spiritum habes, ut uoluenter possis omnia illa tolerare, fac ita & uelut si sub Turca alioue tyrãno, pro uoluntate dei premereris. Siquidem legum tyrannis cum premat conscientias, longe superat Turcarum tyrannidem, quæ corpora tantum premit, aut rescuias corporis: quanq; nec in hac parte Turcas nobis superiores habemus, si rapinas palliorum, annatarum, aliosque intollerabiles bullarum cauponationes expenderis. Sin inuitus es, age, data uel pecunia, uel fauore, eme, quæ tibi gratis

Lex docet quid debeas & q̃ careas. Christus dat quod facias & habeas.

Opus bonũ fit in spiritu libertatis.

In decreta, statuta & decretales.

Consilium

NOTA.

Bullarũ cauponationes.

gratis debebantur, quando aliter fieri non potest: & excute per indulta collum tuum ab hoc onere. Verum hæc intelligo de ijs præceptis, quorum opus nō ob stet necessitati aut charitati. Nam talia, ut supra dixi, cum fiducia rūpenda sunt etiam gratis, adhibito consilio boni uiri: de ijs autem loquor hic, quæ inuitus facis, etiam si non sit necessitas uel charitas causa omittēdi. Hic enim melius est ut modicam, pecuniam perdas, q̄ laqueo legum conscientiam torqueas. Nec simoniam timeas, quando non studio & uoluntate emis (uelles enim magis gratuitum dari tibi) sed uelut exactiōibus importunis cedis inuitus. Si pauper es aut loci distantia prohiberis, saltem in publico, pro uitando scandalo, obtempera: in occulto penes teipsum, arbitrium consule boni uiri: certus, quod ubi pastor tuus, curam tui posthabuit, Christus eo mitius tecum aget: modo suis mandatis obedieris ex corde. NOTA

Christo cōfixus sū cruci. uiuo aūt, iā non ego, uiuit uero in me Chrs.

Mortuum se dixerat legi, iam modū huius mortis exprimit: qui est crux Christi. Huc pertinet quod Gala. infra. v. Qui Christi sunt, carnē suam crucifixerūt cū cōcupiscentijs suis. Et Petrus. j. pe. iiij. Christo in carne passo, & uos eadē cogitatiōe armamini: qua q passus est ī carne desijt peccatis. Et c. ij. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus. Christi passio, est sacramentum & exemplum.

Hinc b. Augu. li. iij. tri. iiij. passionem Christi esse, & sacramentum, & exemplum docet. Sacramentū, quod significet, & credentibus donet mortem peccati in nobis. Exemplum, quod & nos imitari eum oportet patiendo, moriēdoq̄ corporaliter. Sacramentum est illud Rho. v. Qui mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificatiōem nostram. Exemplū est. j. Pe. ij. Christus pro nobis passus est, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Sacramentum latissime tractat Rho. vj. viij. Colos. iij. & alijs multis locis. Ita & hic, Crucifixum se dicit Christo, iuxta sacramentum, quod peccatum & concupiscentias mortificauerit. Quod autem dicit apostolus, hoc est, ij. qui per legis opera iustificari quærunt, non modo nō crucifigunt carnem suam, sed etiam augent concupiscentias eius: tantum abest, ut iustificari possint. Lex enim uirtus peccati est, irritans inuitam concupiscentiam, dum eam prohibet. Fides aūt Christi, cum diligat legem, concupiscentiæ prohibitricem, iam idem quod lex iubet faciens, concupiscentiam aggreditur, & crucifigit. Non ergo per legē peccati abolitio, sed cognitio tantū & auctio, frustraq̄ in illa iustificatio queritur. Tum uiuit iustus, nō ipse, sed Christus in eo: quia per fidem Christus inhabitat, & influit gratiam: per quam fit ut homo non suo, sed Christi spiritu regatur. Nam dum nostro agimur spiritu, concupiscentias sequimur, non crucifigimus. Totum ergo Christo, non nobis dandum est, quod credimus, quod iusti sumus, quod legi mortui sumus quod concupiscentias mortificamus. Lex uirtus est peccati. Oia tribuenda sunt Christo, nō nobis

Quod autem nūc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me & tradidit seipsum pro me.

Optime Erasmus, Quod autem nunc uiuo: id est, quam uitam nūc uiuo &c. Sicut & ad Rhomanos, vj. idem interpretatur, aut quod tempus uiuo. Sicut. j. Petri. iiij. Voluntati dei, quod reliquum est, uiuat tempus. Esse in carne

D. Hieron. aliud putat, esse in carne, & uiuere in carne, quod alibi dixerit. Vos non estis in carne. Et Rhom. viij. Qui in carne sunt, deo placere non possunt.

Hoc uideo, quod .ij. Corin. x. In carne enim ambulantes, non tamen secundū carnem militamus: malum semper intelligat secundum carnem ambulare. Permanere aūt in carne, necessarium scribit ad Philippēses. Proinde haud scio, an constans sit ista distinctio. Est autem sensus apostoli. Dixi me iam non uiuere, sed Christum in me. Verum ne existimetis, aut hæreticis futuris occasio data uideatur, quod uita Christiana sit extra carnem, in religione angelorum, in mirabilibus supra se ambulando: sic uiuit in me Christus, ut tamen in carne uitam agā. Non autē sic in carne uiuā, quod ex carne, in carne aut secundum carnem sit uita mea, sed in fide filij dei. Iustitiarij uero & ipsi in carne quidem uiuunt, id est, in præsenti uita agunt: uerā hanc uitam non agunt in fide Christi, sed in operibus legis: ideo mortuam in peccatis uitā agūt, ubi Paulus uitam in iustitia uiuentem ducit. sic utranq; uitam simul inuoluit, corporalē & spiritualem. Corporalem tunc uere esse uitam, si in Christo & spiritui fidei uita uiuatur. Sicut enim lex occidit suos cultores spirituali morte, dum facit peccatum roborari & augeri, ita & uitā corporis mortuam, id est, peccatricem facit. Vbi sunt ergo nostri neutrales, qui inter peccatum & iustitiam fidei, medium statū finxerunt, scilicet moraliter bonum: cum apostolus ipsam legis iustitiam appellet mortuam. At mortuam apud apostolum non dicitur, nisi quod peccatum prius sit: sicut dicit: Stimulus autem mortis, peccatū est. & Rho. v. per peccatum mors. Non ergo opus aliquod mortuū & non mortale (ut dicunt) seu nō meritorium, sed mortuum simul & peccatum est.

Interpretatio apostoli.

In iustitiarios.

In neutrales & morales theologos.

Non abijcio gratiam dei. si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.

Tam magna iniuria est, uelle operibus, tiribusq; nostris per legem iustificari, ut apostolus id appeller, abiectionem gratiæ dei: non tātum ingratitudinem (quæ per se pessima est) sed & contemptū: cum gratia dei, summis studijs debuerat inquiri: at illi gratis acceptam repudiant, uehemens certe obiurgatio. Illū syllogismum apostoli, dignū est perpendere. Si per legem iustitia &c. cū fiducia pronunciat. Aut Christum esse gratis mortuū (quod est summa blasphemia in deum) aut per legem nihil, nisi peccatū, haberi. Nā illi procul a sacris literis arcē di sunt, qui distinctionibus e suo cerebro depromptis, iustitiā aliā moralem, aliā fidei, & nescio quas alias, ad Theologiam afferūt. Habeat sane ciuile ius suam iustitiam, Philosophi suā, & quicūq; suam. Nos oportet hic, iustitiam ad intellectum scripturæ accipere, quam apostolus plane negat esse, nisi per fidē Iesu Christi. Cætera omnia opera, etiā sacratissimæ legis dei, adeo non præstare iustitiā, ut etiā peccata sint, & hominem peiorem faciāt corā deo. Quin tanta esse peccata, & a iustitia tā lōge, ut necesse fuerit filiū dei mori, quo iustitia nobis donaretur. Ne ergo in Theologia iustitiā uocaueris, quod extra fidē Christi fuerit.

Magnopere notandum.

Syllogismus apostoli.

In cerebrosos distinctores.

Si autem iustitiā non esse certū est: certū pariter est, peccatum esse, & damnabile peccatū. Vide ergo, nouā iustitiā, nouāq; iustitiæ definitionē. Vsitate em̄ dicitur, Iustitia uirtus est, reddēs unicuiq; quod suum est. Hic dicitur: Iustitia est fides Iesu Christi: seu uirtus, qua creditur in Iesum Christū. ut Rho. ix. Corde creditur ad iustitiā: id est, si quis uelit iustus esse, credat necesse est corde in Christū Et b. Hiero. c. iij. Scita est sapientis uera illa sentētia, nō fidelē uiuere ex iustitia sed iustū ex fide. i. non sua iustitia fidelis est, sed fide iustus est. pulchra certe sententia. Iam sequit quod iustus per fidē, nulli dat quod suū est per seipsum, sed per aliū, scilicet Iesum Christū: qui solus ita iustus est, ut omnibus reddat, quod

Iustitia moralis.

Iustitia Christi

Fides iustum facit.

reddēdū

reddendum est: immo omnia ei debent. Qui autē in Christum credit, & spiritu fidei, unus cū eo factus est: iam non solum satisfacit omnib⁹, sed id quoq; efficit ut omnia sibi debeant, habens cū Christo omnia cōmunia. Peccata sua iam nō sua, sed Christi sunt. At in Christo, peccata iustitiam uincere nō possunt, sed uincuntur: ideo in ipso consumuntur. Rursum iustitia Christi, iam nō tantum Christi, sed sui Christiani est. Ideo nō potest ulli debere, aut a peccatis opprimi, tanta fultus iustitia. Hæc est illa inæstimabilis gloria christianorum. Hæc in effabilis diuinæ charitatis circa nos dignatio, qua tanta, tam pretiosa nobis donata sunt, pro quibus ne abijciantur merito sic æstuat Paulus. Vnde & hęc iusti tia, dei iustitia uocatur. ut. j. Cor. j. Qui factus est nobis a deo iustitia & sapien tia, & sanctificatio, & redemptio. Sic Rho. j. Non erubesco euāgelium, iustitia dei reuelatur in illa, ex fide in fidē, sicut scriptū est: Iust⁹ ex fide uiuet. & Rho. x. Ignorantes iustitiam dei & suā quærentes statuere, iustitię dei nō sunt subiecti.

Christianorū gloria.

Iustitia dei.

Iustitia dei, fides & gratia.

Hæc est illa uox Psalmorum. xxx. In iustitia tua libera me, non mea utiq; quæ ex lege est, & peccatum est. Et iterum. xlij. Exaudi me in tua iustitia. Et lxxj. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Orietur in dieb⁹ eius iustitia, & abundantia pacis. Et. xcvij. Iudicabit orbem terrarum in iustitia & quid multis? Iustitia dei in scripturis fere semper pro fide & gratia accipit̄, rarissime pro seueritate, qua damnat impios, & liberat iustos: ut nunc passim usus habet. Quod si iustitia fidei, dicenda est, reddere unicuiq; qd suū est ex nobis ipsis, potius intelligitur id facere per cessionem (ut uocāt) omnium bonorū quo modo docuimus Lucæ. xiiij. in parabola ædificantis turrim, & pugnaturi cōtra fortiorē se docet. Hi em̄ ædificant turrim (exemplo eorum, qui Babyloniæ turrim cœperunt) qui suis uiribus freti, per opera legis se se quærunt iustificare, & saluos facere. Et occurrunt Christo iudici futuro robustissimo, cum pauculis operum copijs. Quibus consulit, ut primum sumptus supputent: & inuenient, quod non possint: ideo relictis omnibus, sapientiæ, uirtutis, iustitię præsumptionibus, adhuc illo longe agente, rogent pacem, desperantes de seipsis: & se in misericordiam uenturi regis, plena fide proijcientes. Sic enim concluſit eandem parabolam. Sic omnis ex uobis, qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: hoc est, non eris Christianus, nisi sola fide nitaris, tuis iustitijs penitus reiectis.

Cedendū bonis nostris.

NOTA.

CAPITVLVM TERTIVM.

O Insensati Galatæ, quis uos fascinauit non obedire ueritati.

Nunc ad Galatas reuertitur. Nam hucusq; cōtra Petrum dixisse, diuo Hiero. putatur. Verū an oīa ista, præsente Petro effuderit, nescio. Ego diuinarem, ab illo loco: propter quod non iustificatur ex operibus legis omnis caro, desijsse cū Petro loqui. Quia repetit, quod paulo superius ad Petrum dixisse se scribit: scientes, quod non iustificat̄ homo ex operibus legis &c. Atq; iā ab isto loco, cum Galatis deinceps disputare, & reliquis argumētis opa legis confutare. Tamen esto unicuiq; hic suum iudicium. Igitur Paulus totus æstuans pio zelo, & si totam epistolam fere argumentis & confutatiōibus replet uerit, immiscet tamen aliquoties exhortationē, obiurgationē, nōnunq; & eadē repetēs inculcat, oīa tētans, p Apostolica solicitudine, insensatos, stultos, amētes eos uocat: autore Hiero. Vel qd regionis, pprietate eos pulsat: sicut ad Titū Cretēses mēdaces, & al's gētes, alijs uitijs notat; ul' q a maiorib⁹ ad minora uenerant,

Pia & seruāda apostoli solicitudo.

nerant, ac uelut repueraſcere cœperãt, ad pædagogum legis reuerſi. Et hoc magis mihi probatur: nã in ſequentibus de elementis, de pædagogo, de hærede paruulo diſputat: manifeſte eorum ſtultitiã ac puericiam taxans. Hoc & uerbũ faſcinauit, oſtendit. Pueris enim & ętati paruulæ, ut idem Hiero. ait, dicit propriè faſcinus nocere. Eſt autem faſcinare, aſpectu malefico lędere: ut Virg. Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat hagnos. Hoc utrũ uerũ ſit, nec ne, deus uiderit, inquit Hiero. Quia poteſt fieri, ut dæmones huic peccato ſeruiant.

Faſcinare.

Ego credo hunc eſſe morbum infantulorum, quẽ mulierculæ noſtræ uulgo die elbe, ſeu, das hertzgeſpan, uocant quo uidemus infantes tabeſcere, macreſcere, ac miſere torqueri: aliquãdo inceſſanter clamare & flere. Cui morbo, rurſum neſcio qbus literis & ſuperſtitionibus, tentãt occurrere. Creditũ eſt eñ, ab inuidis illis, & maleficis uetulis, ſi cui formoſulũ infantulũ matri inuideant, talia fieri. Vnde & uerbum græcũ, non tantũ faſcinare, ſed & inuidere quoq; ſignificat, teſte Hiero. Ita & Galatę, cum eſſent in Chriſto, quaſi modo geniti infantes, & feliciter creſcerent, a pſeudapoſtolis faſcinantibus ſint læſi: & ad legis macredinem, immo miſeriam, tabeſcentes reducti. Et ſatis pulchra ſtat ſimilitudo. Nam ut faſcinator diros figit in infantem oculos, donec noceat: Ita peſtilens doctor, figit oculum ſuum nequã, id eſt, ſapientiam ſuam impiam, in ſimplices animas donec in eis ueram intelligentiam corrumpat. Oculus enim, ut Lucæ. xj. in ſcripturis, doctrinam, cognitionem, etiã ipſum doctorẽ ſignificat, ut Iob. xxxj. oculus fui cæco. Et, Si oculus tuus ſcandaliſat te &c. Hi ſunt quos ſcriptura dolos, illuſores, mentiumq; deceptores uocat Pſal. j. In cathedra peſtilentiæ nõ ſedit. heb. in ſeſſione illuſorũ. Prouerb. iij. abominatio eſt domino omnis illuſor, & cũ ſimplicibus ſermocinatio eius. Sed hic inſurgit quæſtio: An apoſtolus hoc loco, credendus ſit approbare, facinum eſſe aliquid. D. Hierony, putat eũ uſum ſermone triuij, & ex opiniõe uulgi exemplũ ſumpſiſſe: nõ quod faſcinũ eſſe ſcierit. Quo modo & non nulla alia, ex gentium fabulis in ſcriptura aſſumi uidenẽ: ut arctũrus, orion, pleiades in Iob: ſyrenę, onocentauri piloſi apud Iſa.

Pulchra ſimilitudo.

Oculus in S. literis.

Quæſtio de faſcino, an ſit aliquid.

Ego (ut dixi) credo maleficas illa, opera demonũ deo permittente, uere infantulis nocere poſſe, in pœnã infidelium, & in probationem fidelium: cũ & multa alia, ut euidẽs eſt experiẽtia, noceant, tã in corporibus hominũ, q̃ pecorũ, omniumq; rerũ. Atq; hæc Apoſtolum non ignoraſſe.

Ante quorũ oculos Chriſtus Ieſus ꝓſcriptus eſt, & in uobis crucifixus.

D. Hierony.

B. Ambro.

B. Auguſt.

Varie hunc locum uideo tractari. D. Hiero. proſcriptus intelligit: Quod Galatæ Chriſtum crucifixum, nõ modo apoſtolorum uoce, ſed ex ſcripturis quoq; prophetarum cognouerint: & ſic pro & ante ſcriptũ cognouerint, q̃ dictũ ſeu prædicatũ. Et iſta gemina eruditione ſcripturæ & uocis firmati, non debuerant utiq; a Chriſto deſciſcere. B. Ambro. quem Lyra ſequit, arbitrat Galatis, quia in opera legis cõfidebant, Chriſtũ eſſe proſcriptũ, ut iuriſtæ de proſcriptione loquuntur: id eſt, eiectũ, damnatũ, & exulẽ factum. B. Auguſt. præſcriptus legit. Et ſicut poſſeſſio amittitur per alterius præſcriptionẽ: ita Chriſtus amiſerit Galatas, prędcriptus ſcilicet a pſeudapoſtolis. Nulla harũ me capit. Eraſmus ſed & Stapulenſis non diſſimiliter, ſic accipiunt Chriſtum fuiſſe, uelut in pictura Galatis p̃ſcriptũ, & depictũ: ita ut manifeſtiſſime cognitũ haberẽt, & tñ nũc faſcinati & illuſi, eũ nõ agnoſcãt. Sic eñ ſolẽt incantamẽtis & p̃ſtigijs capti, nec id cernere, quod in oculis manifeſtiſſimũ eſt, & id uidere, quod nuſquã eſt.

Et huic

Et huíc uerbum græcum proegraphe patrocinari uidetur ſenſui. Id antē me mouet, quod Chriſtum in aliquo crucifigi, nūquam in bonum accípitur in ſcríptuŕis: ſicut Heb. vj. Rurſus crucíſigentes in ſemetipſis filium dei. Et ſupra non ait: Crucifixus eſt in me Chriſtus, ſed uiuit in me Chriſtus. Hic autē dicit, in uobis crucifixus, utiq; hoc gemēs & æſtuans. Q. Chriſtus nō uiuit, ſed mortuus in eis eſt: hoc eſt, fidem eius per legis iuſtitiam, in eis extinctā eſſe. προεγραφη. Chriſtū in alíquo crucifigi

Proinde ſi auderē, diuinationē meam hāc diuinarem. Primum, uerbum Præſcriptus, ſiue de ſcriptura, ſiue pictura accípiatur, probo, ut ſit præſcriptus, quod coram poſitus, & ad oculum monſtratus: nam ideo addit, ante oculos, ut exprímat hunc ſenſum. Deinde deleta coniunctione, & (ut in græco) ſic ſtet textus: Quibus in oculis, ſeu ante oculos, Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in uobis crucífixus: hoc eſt: Ecce uos ípſi cernitis, & argumentis prædictis effectum eſt a me, ut clarum, & in oculis uobis depictum & ante ſcriptum ſit, Ieſum Chriſtū eſſe in uobis crucifixum. Hunc eſſe ſenſum, ſi precedentia, immo totius epiſtolæ argumentum attendas, credo non negabitur; præmiſerat enim: Non abíjcio gratiam dei: uiuo non ego. Item, ſi ex lege iuſtitia, iam Chriſtus gratis mortuus eſt. Quæ omnia eo tendūt, quod Chriſtus ſit in his crucifixus (ſicut in Iudæis) quícunq; non in eum, ſed in ſeipſos, ac legem confidunt. Nam tunc eſt abiecta gratia dei, non uíuit in eis Chriſtus. Quid ergo reſtat, niſi quod ſit mortuus, & crucifixus in eis? Vtitur autē apoſtolus pro æſtu ſuo uerbis epitaſi multa ardentibus, & uelut impetuoſis. Ante oculos præſcriptus (inquit) quaſi di. neſcio quo modo clarius mōſtrare poſſem. Deinde non ſolū nomē Chriſti, ſed Ieſus Chriſtus. Vtrūq; nomen cū pondere inclamans: tandem in uobis crucifixus. Mitius erat, ſi non in uobis, qui tanti fuiſtis: & leuius erat, mortuus, aut paſſus, aut infirmus, ſed atrociter crucifixus (inquit) in uobis: ignominioſiſſime ſcilicet a uobis tractatus. Obſecro qd faceret, ſi & modo uideret in eccleſia, legibus hominū Chriſtum etiam pluſq; crucifigi? Nempe illud, quod Actu. xx. cū lachrymis intrabunt poſt diſceſſionē meā lupi rapaces in uos, nō parcentes gregi &c. Diuinatio Lutheri. Nota pōdus ſcripturæ.

Hoc ſolum a uobis uolo diſcere, ex operibus legis ſpiritum accepiſtis, an ex auditu fidei.

Vide q̄ efficaciter tractet locum ab experientía. Quid enim hic prætexent? ſint cætera (inquit) infirma argumenta, quibus uſus ſum: quid hic dicetis? hoc ſolum docete, age ſim hic diſcipulus ueſter in operibus legis, qui uerſati eſtis: dícite, ſi unquā ſpiritū acceperitis, donec me prædicante Chriſtum, crederetis? Sic cum fiducia inſultans, ac iam uelut inſolubili uinculo obſtrictis, dicit:

Sic ſtulti eſtis, ut cū ſpiritu cœperitis, nunc carne cōſummamini.

Apparet autem iſta ab apoſtolo ſcripta ijs, qui ex iudaiſmo crediderāt, & prius in operibus legis uerſati fuerant: Deinde ſpiritum ſanctum uiſibili ſigno acceperant, ſicut tunc dabatur: alioquin non ſatis urgeret hic locus. Aut certe mixtim gentibus & iudæis ſcribit. Sed gentibus, quæ a iudæis antea in legem tractæ fuerant. Niſi dixeris apoſtolum loqui de operibus legis, in quæ relapſi fuerant a fide Chriſti quod ſane mihi probabilius eſt. Nam ab apoſtolis falſis non accepiſſe eos ſpiritum, ſicut acceperant per Paulum antea, ſatis certus erat.

Quod aūt D. Hiero. hoc loco diſcernit opera legis ab opib⁹ bonis, & Cornelium ex operibus ſpiritū accepiſſe putat, Act. x. ſane nō credo: cū clarū ſit ad p̄dicationē Petri, hoc eſt, ad auditū fidei (ut hic dicit) cecidiſſe ſup eos ſpiritū ſanctū Neq; etiā Abraham, Moſes, & cæteri ſancti (ſicut conaē) ex opibus legis naturalis

Sola fides iustificat, & bona opa facit.

ralis iustificati sunt, sed ex fide: ut hic, & Rho. iiij. scribitur. Apostolus non legem ceremonialem tantum, sed omnem prorsus legem notat. Quia cum sola fides iustificet, & opera bona faciat, sequit̃, quod nulla prorsus cuiuscũq; legis opera iustificent: neq; bona sint opera ullius legis, sed tantũmodo fidei.

Admonet lectorẽ Hieronymianum.

Hæc autem attuli, ut lectorem Hieronymianũ monerẽ id, quod ipsemet postulat, & in prologo suo & epistola ad b. August. scilicet cõmẽtatarios a se esse scriptos, in quibus usus est, referre aliarum sententias, & lectoribus liberũ iudicium relinquere. Hoc enim, cum non pauci theologi & iurisperiti nõ obseruẽt aliquando monstra sententiarum sequuntur, pro domestica ecclesiæ doctrina.

Auditꝰ fidei.

Illud autem Auditu fidei, pulchre Erasmus (ut oĩa pro ipso audibili, pro ipso (ut inquit) sermone, qui auditur: ut sit auditus fidei, id quod uerbũ fidei auditũ Act. x. Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant uerbũ. Sic Isa. liij. Dñe, quis credidit auditui nostro? Et Abacuc iij. Domine, audiui auditionem tuã, & timui. Item frequens hic tropus scripturę ut Hiere. xlix. Abdiæ. j. Auditum audiuimus a domino &c. Sed hic rursus laborat d. Hiero. Vnde surdi fiant Christiani, pʒsertim quando Rho. x. dicit. Quo modo audient sine prędicante? Quomodo credent, quem non audierunt? Et, ut habet illic gradatio apostoli. Primum est mitti, deinde prędicari, tũ audire, tũ credere, tum inuocare, & sic salutẽ cõsequi. Addã ego, quõ infantes salui fiũt & baptisantur: cũ & ipsi non audiant. Respõdet primũ, quod fidem ex auditu esse, & in parte & in toto accipi potest: sed hoc euincit Paulus. Quomodo (inquit) credent, quem non audierunt? Deinde ꝙ aliorum gestu & conuersatione possunt surdi euangelium discere. Sed ubi infantes? Igitur quod notissime sentit, sequor: scilicet, quod uerbo dei nihil surdum est: & ad eas loquitur aures, de quibus dicitur. Qui habet aures audiendi, audiat. Hanc responsionem forsitan amo, eo quod nec in adultis & audiẽtibus, uerbũ dei audiat̃, nisi intus spiritus incremẽtum det. Ideo uerbum uirtutis & gratiæ est, simul dum aures pulsat, intus spiritum infundit. Q2 si spiritum non infundit nihil differt audiẽs a surdo Quocirca ipse sonus uerbi, ministerio ecclesiæ super infantem prolatus, eo facilius operatur per spiritũ, quo paruulus uerbi est capacior, id est, patientior, nullis rebus alijs implicatus. Potentissime ergo Paulus hic confodit opera legis, tum etiam nostrorum Theologorum somnia, qui meritum congrui inuenerũt ad gratiam obtinendam. Verum apostolus dicit, non operibus, sed auditu uerbi, hoc est, si patiaris uerbũ quiescas tu: & sabbatũ dñi a tuis operibus ferieris, ut audias quid loquatur in te dominus deus tuus. Ideo signabis hoc Pauli memorabile documentũm. Si uis gratiam consequi, id age, ut uerbum dei uel audias intente, uel recorderis diligenter, uerbum inquam, & solum uerbum est uehiculum gratiæ dei. Nam quæ tu opera congrui uocas, aut mala sunt, aut gratiam iam uenisse necesse est, quæ illa operetur: stat fixa sententia, ex auditu fidei accipi spiritum. Hoc modo acceperunt spiritum, quicunq; acceperunt. Tu ergo ne tibi propriam fabrices machinam consilij, reiecto cõsilio dei. Obserua, carne consummari dicit: hoc est, finiri, desinere, deficere. Ex quo loco claret, carnẽ non modo pro sensualitate, seu concupiscentijs carnis accipi, sed pro omni eo, quod extra gratiam & spiritum Christi est. Nam certum est, Galatas non ideo consummari carne, quod luxurias, libidines, aut quibuscunq; moribus carnem sequerentur. Sed quod opera legis & iustitiam, relicta fide, quærerẽt. At iustitia & opera legis nõ sunt tm̃ res sensuales, cum huc etiam pertineat opinio & fiducia, quæ in corde sunt. Quicquid igitur ex fide non est, caro est. Heb. ix. In uarijs iustitijs

Gradatio apostoli.

NOTA.

Meritum cõgrui.

Verbum audire.

Caro.

rijs iuſtitijs & baptiſmatibus carnis. Sic Geñ. vj. Nõ pmanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Nõ ait, quia carnem habet, ſed quia caro eſt. Et Rho. vij. Nõ inuenio in me, hoc eſt, in carne mea bonũ. Idem ergo ipſemet & caro ſua, quantũ eſt ex Adam. Sic iterũ. Caro & ſanguis regnũ dei nõ poſſidebunt. Et Matth. xvj. Caro & ſanguis nõ reuelauit tibi. Sed &. j. Corint. iij. adhuc (inquit) carnales eſtis, homines eſtis: cũ tamẽ de apl'oꝝ nominibus certarẽt. Quibus ſit, ut omnis omniũ hominũ, philoſophorũ, oratorũ, etiã pontificũ doctrina & iuſtitia carnalis ſit, ubi nõ fidem docent. Et ſatis abuſiue ſacros Canones dici, qui de dignitatibus & opibus ſtatuũtur, intelliges, ſi hic apoſtolũ audias. Doctrina carnalis. Canones ſacri.

Rurſum nihil tam carnale eſt, & externũ, quin ſi operatore fidei ſpiritu fiat, ſpirituale ſit. Conſummant ergo Galatæ carne, dum affectum & opinionẽ accipiunt operũ legis quorumcũq; præſertim relicta fide. Quod autẽ Orig. & d. Hierony. triplicẽ hominẽ ex apoſtolo colligit, Spiritualẽ, animalẽ (quẽ neutralẽ & mediũ intelligit) & carnalẽ: infra forte uidebimus, quid ſentiendũ ſit. NOTA

Tanta paſſi eſtis, ſine cauſa, ſi tamen ſine cauſa.

Varie hunc locum d. Hiero. enarrat, ſed breuiter unam ſententiam ſequor. Quod Galatæ, cum bene currerẽt in fide Chriſti, multa fuerãt paſſi, præſertim a Iudæis: qui nullũ Chriſtianum non perſequebantur: ut in Actibus apoſtolorum, & multis epiſtolis Pauli patet. Quæ tamen fruſtra paſſi ſunt, ſi in legem recidentes, permanſerint extra fidem: tamẽ quia ſperat eos redituros, dicit: ſi tamen ſine cauſa. quaſi di. ſi redieritis, nõ fruſtra paſſi fuiſtis. Arguit enim ab eorum damno, & fruſtraneo labore, ut cõmoueat eos, quia p legem non modo a iuſtitia Chriſti, ſed & ab omnibus illius meritis & præmijs ſimul exciderint. D. Hierony.

Qui ergo tribuit uobis ſpiritum, & operatur uirtutes in uobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei.

Subaudi, tribuit & operatur. Repetit autẽ, & inculcat quæ iam ſupra dixerat. Examinat enim experientiã, qua fortiſſime eos ſtringit, ſimul ut addat, & ſequentia ſubiungat. Prius enim ſolum ſpiritum acceptum, nunc & operationes uirtutum opponit: hoc eſt, miracula, quæ ex legis operibus ſeſe prius operatos non fuiſſe, non potuerunt negare.

Sicut Abraham credidit deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam.

Hoc exemplum & argumentum late Rho. iiij. tractat: ubi probat, Abraham ante circũciſionẽ credidiſſe, & hanc fidem ſibi in iuſtitiam reputatam. Veriſimile eſt & apud Galatas, eundem locũ ab eo fuiſſe uocaliter explicatũ: & nũc illos cõmonefieri, & reuocari ad priorem intelligentiam.

Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt, hi filij ſunt Abrahæ.

Cognoſcitis ex iam citata ſcriptura: non ergo qui ex ſemine, aut ex circũciſione. Rho. iij. Et ſignaculum accepit iuſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri: ut ſit pater omniũ credentiũ per præputiũ, ut reputetur & illis ad iuſtitiam. Et. ix. In Iſaac uocabitur tibi ſemen, id eſt, nõ qui filij carnis, hi filij dei ſunt ſed filij promiſſiõis æſtimantur in ſemine. Ex hoc loco uides, q̃ intente & obſeruanter uelit ſcriptura legi. Quis enim hæc argumenta ex textu Geneſis traxiſſet, quod Abraham ante circũciſionem credidit, quod Iſaac non, niſi per repromiſſionem obtinuit: Et in hoc ſignificari, ſicut Iſaac acceptus eſt per fidem Abrahæ credentis ꝓmittenti deo, & in ſemen ei uocatus: ita nullus ſit alius, q̃ Scriptura attente legẽda.

Abrahę filius, aut ſemen, niſi ꝓmiſſus, & fide acceptus: Et tam longe ante glo-
riam iudæorum fuiſſe contuſam, qua de carne gloriantur patrum? Tropus ille
(eſſe ex fide, eſſe ex operibus) credo ſatis iam notus ſit. Sunt ex fide, qui credũt
& infra. Sunt ex operibus legis, qui operãtur. Eiuſdem generis ſunt, eſſe ex le-
Apſus nõ ſe ctatur dialecticam. ge, ex circũciſione, & ſimilia apud Paulum. Sed non ſeruat apoſtolus regu-
las dialecticæ conſequẽtię. Dicit enim, ſpiritum tributum, & uirtutes factas ex
auditu fidei. Et hoc probat, quia ſic Abrahæ fides eſt reputata ad iuſtitiam. Er-
go ne fidem reputari ad iuſtitiã, eſt ſpiritum accipere? Aut ergo nihil facit, aut
Gratia donũ ſignat, nõ tm fauorem. accipere ſpiritum, & repũtari ad iuſtitiã, idem erit. Quod & uerum eſt, & ideo
refertur, ne diuina reputatio extra deum nihil eſſe putetur: ut ſunt, quibus uer-
bum apoſtoli gratia, magis fauorẽ ꝙ donum ſignificari putatur. Nam fauente
& reputãte deo, uere accipitur ſpiritus, donum, & gratia. Alioquin ab æterno
gratia fuit, & intra deum manet, ſi tantũmodo fauorẽ ſignificat, eo quo in ho-
minibus modo fauor eſt. Deus enim ſicut diligit re ipſa, nõ uerbo tantum: ita
Vide rationẽ conſequẽtiæ. & fauet re præſente non tantũ uerbo. Nec iſta ratio conſequentiæ uidetur ali
qua eſſe, quod dicit, Abraham credidit, ergo qui ex fide ſunt, filij Abrahæ ſunt
Poſſes eadem dialectica dicere: Abraham genuit ex uxore filium, aut come-
dit, aut aliud fecit: ergo qui idem facit, eſt filius eius. Deniq; iudæis ſua ſenten-
Fides Abrahę tia firmabitur. Abraham eſt circũciſus, ergo circumciſi erunt eius filij. Verũ
apoſtolus ad Abraham reſpicit, quando Iſaac (qui ei ſolus in ſemen promitte-
batur) fidei merito obtinuit. Non enim de fide cõmendatus eſt, quãdo Iſmael
genuit: ſed tunc pater fidei inſtitutus eſt, & multarum gentium, quando uerũ
filium ſuum & legitimum ſemen accepit. Ideo Iſaac nõ tam carnis, ꝙ fidei fili-
us eſt. Abrahæ caro non potuit, ſed fides Abrahæ eum genuit, tamen ex carne
ſua. Quare non tam Abrahæ, ꝙ credentis deo promittẽti filius eſt. Ideo tot uer
bis agitur in Geñ. ut deſcribatur promiſſio ſeminis: & fides Abrahæ in eandẽ,
& appellatio ſeminis in Iſaac, ſic promiſſi & crediti: ut oſtendatur Abrahæ nõ
eſſe filios, qui ex carne, ſed qui ex fide ei naſcuntur. Ideo quod breuius dixerat,
iam latius proſequit, quomodo ſint filij Abrahæ, qui ex fide ſunt, propter, ſci-
licet promiſſionem, quæ ſuper Iſmael non contigit. ideo nec in ſemen ei re-
putatus eſt.

Prouidens autem ſcriptura, quia ex fide iuſtificat gentes deus: prę
nunciauit Abrahæ, quia benedicentur in te omnes gentes.

Prouidens, id eſt, longe ante uidens. Scriptura, id eſt, ſpiritus in ſcriptura: Si
id, quod hic dicitur, Benedicent in te oms gentes, acceperimus pro eo, quod
Geñ. xij. ſcribitur, laborem nobis apoſtolus præbet: non illum ſolum, quo b.
Hierony. laborat, quod apoſtoli ſenſum magis ꝙ uerba adducant: Sed illum
potius, quod eo tempore Abrahæ nõdum erat de filio promiſſum, nec de fide
cõmendatus ipſe, quod c. xv. contigit. Proinde Hiero. accipit iſtud Geñ. xxij.
ubi poſt tentationem Abrahæ dicitur: Benedicẽtur in ſemine tuo omnes gen-
tes terræ, quia obediſti uoci meæ. Apoſtolus autẽ hoc loco, non in ſemine tuo
Apſs omiſit, in ſemĩe tuo. ſed in te, dicit ſicut Geñ. xij. dicitur. Et ego Hiero. ſecutus, puto apoſtolũ bre-
uitatis ſtudio omiſiſſe, in ſemine tuo: cum ſtatim infra utrunq; poſiturus eſſet.
Abrahæ autẽ (inquit) dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius. Et ita uerum
eſt, in utroq; Abraham, & in ſemine eius promiſſionẽ factam. Non refert au-
Filij Abrahę credẽtes, obe diẽtes, & ſpi rituales. tem, utrum hic dixerit. Cum igitur hæc dicta ſint ad Abraham, non qualem-
cũq;, aut carnalem: ſed iam credentem, obedientem, ſpiritualẽ, & omnino aliũ
hominem

hominem, denicq; habentẽ promissionẽ: Sequitur, quod scriptura nos nõ uoluerit docere, nõ esse filios Abrahæ, nisi qui talis & huius Abrahæ filij & semẽ essent. Adeo, ut etiã illi fierent filij, qui de carne eius nõ essent, sed gẽtes, ut hic dicit. Quod deus iustificet gentes ex fide, ut scriptura prouiderat, & Abrahæ pronunciauerat. Ergo in Abraham benedicimur, sed in quo Abraham? Credente utiq;. Quod si extra Abraham sumus, maledicemur potius, etiam si in Abraham carne fuerimus. Quia de Abraham carne nihil agit scriptura. Sũt ergo in Abraham, qui credunt deo sicut Abraham.

Igitur qui ex fidẽ sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

Obserua epitheton Abrahæ, Fideli: cum credente Abraham benedicentur, non cũ carne generante, aut alia faciente. Nõ enim scriptura ei tribuit filios, aut semen, nisi credenti. Qui ergo sine fide sunt, patris sui imaginẽ & hæreditatem non referunt, ergo nec filij quidẽ sunt, nisi spurij. Sed adhuc obstrepet argutulus quispiã, nec sic ratio consequentiæ stabit, Abraham credit, ergo credentes sunt filij eius. Quia per fidem Abraham meruit quidem filium & semen: sed nõ hinc sequit̃, filios eius oportere credere. Alioquin & omnia quæ credendo meruit, necesse erit, ut credant, aut Abrahæ nõ erunt. At iam necesse erit, terram Cananeã credere. Sat ergo est, Abraham credidisse, & filios meruisse: sed nõ ideo filios oportet esse credulos. Respondet̃. Primũ, quod apostolus Galatis, ut rudioribus satis esse credit: si filios Abrahæ esse non posse sciant, nisi sint similes eidem. Profundiorẽ huius mysterij rationẽ, quam Rho. x. prosequitur, consulto hic prętermittit. Nam ųere non sunt filij Abrahæ, nisi promissionis filij. Cum autẽ diuina promissio & prędestinatio fallax nõ possit esse, sine difficultate & cõsequẽtia infallibili erit, ut omnes sint fideles, qui promissi sunt: ut sic fides promissorum stet, nõ necessitate operum & fidei illorum, sed firmitate diuinæ electionis. Hoc loco satis erat imitationẽ Abrahæ cõmendare, nõ promissiõis & prædestinationis sublimitatẽ inculcare. Ideo quãuis consequentia illa non stet: Abraham credit, ergo filij eius credent, nisi dum ꝓmissionis filios (qui non in sua, neq; Abraham iustitia firmabuntur, sed in electione dei: nec ideo credent, quia filij Abrahæ erunt: sed ideo filij Abrahæ erũt quia credent certissime, ut qui a deo donabunt̃, Abrahæ non mendaciter promittente) consyderes: tamen hæc stat: Abraham credidit, ergo filij eius debent credere, si uolunt esse filij. Hoc inquam, satis erat Galatis insensatis, Rhomanis sapiẽtibus alia debebent̃. Itaq; sunt filij Abrahæ, qui credunt: nõ alij.

Non credentes spurij. Sophista eluditur. Filij Abrahę promissiõis filij. Nota consequentiam.

Quicũq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptũ est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

Dixerat, benedictos esse eos, qui ex fide sunt. Iam alio argumento, & a contrarijs assumpto, maledictos dicit, qui ex operibus sunt. Vide autem mirabilẽ syllogismum apostoli. Adducit ex Deutro. c. xxvij. Esse maledictos, qui nõ faciunt ea, quę scripta sunt in libro legis. Ex qua negatiua, colligit affirmatiuam hanc: Maledicti, qui operantur opera legis. Nonne hoc affirmat, quod Moses negat? Et quo maior sit absurditas, suam affirmatiuam, ꝓ Mosi negatiuã probat. Diceret aliquis Festus Portius: Insanis Paule, multæ literæ te ad insaniam conuertunt. Quid ergo dicemus? An benedicti sunt, qui nõ operãtur legis opera, etiam tanto apostolo doctore? At Moses dicit: Maledictos, qui non

Mirabilis syllogismꝰ apĩi. Quæstio. Solutio.

faciant. Reſtat itaq; ut iam ſupra diximus, quod quicunq; extra fidem ſunt, operãtur quidẽ opera legis, ſed legem nõ implent. Opera enim legis, ſimulata opera ſunt. Sicut & infra ca. vj. dicit. Neq; enim qui circumcidunt, legem cuſtodiunt. Et. v. Teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt uniuerſæ legis faciẽdæ. Ecce nihil implet de lege tota, q circumcidit ſe: ergo neq; ſi ullum aliud opus legis faciat. Conſequẽs eſt, ut Moſes eo uerbo omnes homines ſub maledictionẽ coegerit: & cum dicit: Maledictus omnis &c. idem uoluerit, ac ſi diceret: Nullus hominũ hæc faciet, quæ ſcripta ſunt: ideo omnes erunt maledicti, egentes redemptore Chriſto. Igitur apud apoſtolũ & ipſam ueritatem fixum eſt, quod operantes opera legis, nõ implent legem: Et facientes non faciũt. Sicut audientes nõ audire, & uidentes nõ uidere Chriſtus dixit

Operantes opa legis, nõ implẽt legẽ.

Videntur enim ſibi legẽ implere, & opera legis facere: ſed ſimulãt potius, dũ ſine gratia nec cor, nec corpus mũdare poſſunt. Ideo immũdis nihil eſſe mundum neceſſe eſt. Iam puto neutralenſes meos, hoc loco ſatis confoſſos, qui opera quædã neutralia, & in genere morum bona finxerũt. Hic apoſtolus legis opera maledicit: legis inquam dei, quæ utiq; meliora fuerũt, q̃ dictaminis naturalis. Et ipſa adhuc ſtertentes facient ſecuros. At dicunt apoſtolũ loqui de legibus ceremonialibus, quæ iam ſunt mortifera. Contra ceremonialia, nec ſunt, nec fuerunt unquã mala, ſed fiducia eorum, ut b. Augu. docet. Deinde quod apoſtolus de omnibus legibus loquatur, patet: quod etiam querulante Hierony. uerbis Moſi addiderit omnis, & oĩbus inquiens, quæ in libro legis ſcripta ſunt. Fortiſſime autẽ quod ſtatim dicet, Chriſtum nos redemiſſe a maledicto legis. At gentes nunquã fuerunt ſub maledicto ceremonialis legis. Ergo omnes redempti ſub maledictione legis fuerunt. Sicut enim antequoq; dixi, parum præſtitiſſet Chriſtus, ſi a circumciſione, ſabbatis, ueſtibus, cibis, lotionibuſq; nos liberaſſet: & nõ multo magis a grauioribus legis peccatis, cõcupiſcẽtia, cupiditate, ira, impietate. Tum uere nõ fuiſſet ſaluator animarum, ſed corporum: quod hæc omnia corporalia fuerunt. Vere itaq; peccatum & maledictũ opus eſt cuiuſcũq; legis, ſi extra fidem, id eſt, extra puritatẽ cordis, innocẽtiã, iuſtitiã, fiat. Illud lectoris iudicio relictũ uolo, An idẽ, uel diuerſum ſit, quod Paulus dicit, Qui ex opibus legis ſunt. Et q̃d Moſes, Qui non p̃manſerit (ſeu ut heb. eſt) firmauerit omnia &c. ut faciat ea. Fortaſſe aliud eſt, facere opera legis, & aliud facere ea, quæ ſcripta ſunt: Vt ſit facere q̃ ſcripta ſunt, idem quod implere. Et facere opera legis, idẽ quod ſimulare, quibuſdam externis operibus, impletionẽ. Sicut Chriſtus dicit: Quid uocatis me domine, & nõ facitis quæ dico uobis. Et Rhoma. ij. Nõ auditores, ſed factores legis iuſtificabuntur. Certum eſt enim, quod maledictio utriſq; manet: & ĩs qui non faciunt, ut Moſes dicit: & ĩs qui ſunt ex operibus legis, ut apoſtolus dicit. Ideo omnino tropus eſt Pauli (ut dixi) eos q operant opera legis nõ facere quæ ſcripta ſunt in lege: in qua nimirũ fides ſcribit. Hæc ſola facit oĩa legis.

NOTA

Fides.

Facere ea, q̃ ſcripta ſunt.

Facere opera legis.

Sola fides oĩa legiſ facit

Quod autem in lege nemo iuſtificatur apud deum, manifeſtũ eſt, quia iuſtus ex fide uiuet.

Hęc eſt ſubſumptio explicaturi uerbũ Moſi adductum, ac ſi dicat: Audis ex Moſe, maledictum eſſe eum, qui non fecerit ea, quę ſcripta ſunt. Et ego pariter aſſumpſi, tales eſſe qui ex operibus ſunt: utrunq; ita eſſe illud conuincit, quia apud deum in lege non iuſtificabitur ullus. Si nõ iuſtificabitur coram deo, iam nõ facit quæ ſcripta ſunt. Quod ſi hoc eſt, uere maledictus eſt. Ii eĩm, qui faciũt

quæ

quæ scripta sunt, iustificabuntur. At quod operatores legis non faciant, ex eo sane probatur: Quia iustus ex fide uiuet. Abacuc.ij. Si hic scriptura uera est, sicut oportet: Et opera legis sine fide sunt, mortua nimirum sunt, & iniustus est, qui facit ea. Si iniustus, ergo non facit quæ scripta sunt. Hic uelim & illud, in lege, pro, per legem, seu lege dici: ut sit sensus, per legẽ nemo iustus erit apud deum, ut opera legis simul includat.

Lex autem non ex fide.

Hoc est quod dixi, ideo lege neminem iustificari, quia sola fide iustificabit iustus. At lex & fides non sunt idem. Nec ipsa, nec opera eius, sunt ex fide, nec cum fide. Proinde coram hominibus iusti sunt, sed non apud deũ, ut sequit.

Sed qui fecerit ea, homo uiuet in illis.

Hoc uerbum ex Leuit.xviij. adducit, & Rho.x. Est autẽ apostoli sensus, lex non uiuificat, nec iustificat coram deo: qui autem fecerit ea, quæ legis sunt uiuet ut homo in illis: hoc est, euadet pœnam legis, acquiretq; præmium legis, sed nõ uiuet in deo, nec ut filius Abrahæ. Quare uim uerborum expende. Homo uiuet in operibus legis, qui tamen mortuus est apud deum. Homo inquam non iustus, & in illis operibus inquam suis uiuet, id est, uitam tuebitur, ne occidatur iudicio legis, non autem uiuet iustus in illis, sed in fide. Memẽto itaq; hoc loco, te ex apostolo didicisse opera legis esse, quibus ad hominem apparemus iusti & legis seruantes: intus autem, defectu fidei, nihil minus q̃ iusti sumus. Ideo per legẽ, non nisi hypocrytã fieri, & sepulchrum foris specio sum, intus plenum spurcitia. Nam quo minus d. Hierony. Paulum intellexit, in his & similibus locis, causa fuit, operum legis non recta cognitio: & nimia Origenis allegorisatio. Dicit eñ hoc loco, Mosen & prophetas, sub operibus legis & maledicto fuisse, quod omnino falsum est: fide enim iustificati & sanctificati, uixerunt apud deum, etiam antecq; lex & opera legis præciperentur: qualia ipse uult ceremonialia tantum. Postea tamen ui ueritatis, redit in uiam dicens, eos fuisse peccatores. iuxta illud Eccles.vij. Non est iustus in terra, qui faciat bene, & non peccet. quod de lege morali utiq; intelligi oportet.

Hõ uiuet in opibus legis mortuus tñ apud deum.

Tale & illud est, quod iustum ex fide uiuere, sic intelligit, quod iusto si accesserit fides, iustitia eius uiua erit: ita ut sine fide, uirtutes asserat, sed uitiosas.

Sed hæc & alia prudens lector sic legat, ut meminerit ex alijs ea per d. Hierony. allata. Nõ est iustus ullus ante fidem, sed gratis iustificatur, & bonum pro malo accipit. Apostolus enim uult hominem ex lege uiuere apud homines sed iustum hominẽ ex fide apud deum, hoc est, quod iustitia, uita, & salus hominis, a pud deum sit fides, nõ iustitia prior fide, sed per fidem iustitia & uita.

Nota lector.

Apostoli sententia.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptum est, Maledictus omnis, qui pendet in ligno) ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

Primum, cum ijs expostulo, qui nec sub maledicto legis sunt, nec Christo redemptore indigent. Hi sunt, qui aliud esse contra legem, aliud contra intentionem legis statuunt. Contra legem agens, peccat: sed contra intentionem legis, non peccat, tantum a bono deficit. Hęc uenena quis ferat? Sed audi, quomodo probent (intentionem autem uocant, quod deus opera legis requirat in

NOTA.

charitate fieri) Si homo (inquiunt) teneretur ad intentionẽ legis, Sequeretur, quod existens extra gratiam, assidue peccaret, non occidendo, non mœchando, non furando &c. Respondeo, non peccat, non occidendo &c. sed peccat intus, odiendo, concupiscẽdo, cupiendo latenter, & irritatus euidenter. Ista enim immundicia occulta cordis & carnis, non tollitur, nisi fide per gratiam Christi. Non est ergo intentio legis, ut in gratia seruetur, tanquam sit gratia exactio quædam. Sed intendit lex, ut seruetur. Seruari autem non potest sine gratia, ideo cogit quærere gratiam. Itaq; omneis sub legis maledicto sum⁹, qui sine gratia fidei sumus, ut iam satis est dictum. Cum enim solum ex fide iustus uiuat, patet maledictio legis in incredulos, ne Christi redemptionem frustremus: aut tantum ad ceremonialia referamus, a quibus & homo potuisset nos redimere. Denicq; opera legis fieri ex nobis potuerunt. Reliquum ergo est, ut ab ira, impietate, concupiscentia, & alijs malis, in corde & carne, per Adam & Euam plantatis, redemerit, quibus facti immundi omnes nos, iustitias pollutas operabamur: & ita nihil implebamus de lege, quare iuste maledictioni & damnationi deputabamur. Sic per legem non adiutorium, sed nostri mali indicium & monitorium habemus. Sicut autem ad Corinthios dicit, Christum esse pro nobis factum peccatum, ut nos essemus iustitia dei in illo: ita hic maledictum, ut benedictio Abrahæ fieret in Christo eodẽ, in gentibus. Simili oĩno tropo: Sic mortuus est, ut nos essemus uita in illo: sic confusus, ut nos gloria fieremus in illo: omnia pro nobis factus, ut omnia fieremus in illo. Hoc est si credimus in eum, iam legem implemus, & liberi sumus a maledictiõe legis. Nã hoc, quod nos merebamur, maledici & dãnari, pro nobis subijt & exoluit.

Nota, hæc dura sunt, sed uera.

Christus pro nobis factus peccatum.

D. Hiero. D. Hiero, mire laborat, ne Christum a deo maledictum admittat. Primum ponderat, quod apostolus nõ reponat uerba legis, quæ sic habent, Deutro. xxj Maledictio dei suspensus. Apostolus autem. lxx. sequutus dicit, Maledictus omnis, qui pendet in ligno, omittens particulam, a deo, quam illi addiderunt.

Breuiter etiam si in heb. non ponatur (in ligno, & omnis) tamen præcedentia textus cogunt, de quolibet in ligno suspenso, Mosen intelligi: ideo nihil apostolus mutauit, quod mouere posset. Quod autẽ omisit (a deo) nec hoc mouet: certum fuit apostolo, quod a deo factum intelligeretur. D. Augu. refert quosdã, parum eruditos, id intelligi uoluisse de Iuda traditore suspenso. Stapulensis alia cogitat. Verum stat textus apostoli clarus: ideo Christum esse maledictionem factum, non quod aliquid dignum maledicto admiserit, sed quia scripturæ sententia generalis est, omnem, qui in ligno pepẽderit, esse a deo maledictum. Ideo apostolus forte, quia dire sonabat, Christum maledictum uocari: molliuit hoc statim, adducta scripturę autoritate. Nihil ergo est, quod d. Hierony. hoc uerbum, non de Christo uelit intelligi, cum apostolus, ut generalem sententiam adducẽs, de Christo uoluit probare, quod dixerat. Nam cum ipsemet Christus, ex Isaia. liij. dicat se cum iniquis deputandum: quid monstri est, eum maledictum, cum maledictis nominare? Si cum sceleritatis reputatus est: certe id quod scelerati uocantur, patiunturq;, uocãdus est. Est autem homo duplex, interior & exterior, ita duplex benedictio & maledictio. Benedictio interior, gratia & iustitia in spiritusancto. Hoc proprie Abrahæ promissa est in Christo. Maledictio interior, peccatum, iniquitas: ut psal. cxviij. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Et Matth. xxv. Ite maledicti &c. Et Hiere. xvij. Maledictus qui facit opus domini fraudulẽter. idem, Maledictus qui confidit in hominem. Benedictio exterior, est abundantia rerum corporalium

B. Augu: Christus maledictio.

Benedictio. Maledictio. Interior. Exterior.

rálium.hæc propria fuit ueteris legis. Maledictio est penuria: ut Malach.iij. Et in penuria uos maledicti estis. Sic Christus maledixit ficum, & exaruit. Sic Helisæus filios Bethel. Nullus itaq; scrupulus sit, Christum esse maledictũ cum omnibus suis sanctis, maledictione externa, simul benedictum benedictione interna, ut psal.cviij. Maledicent illi, tu uero benedices. Sic nec horror est, Christum esse mortuum, passum, crucifixum: immo beati (inquit) cum maledixerint uobis homines. At dices, nondum probas, quod a deo maledictus sit, id enim beatus Hierony. mouit. Obiectiõ. Respondeo, Maledictiones hominum, sine dubio, deo ordinante quenquam tangũt. Sicut.ij. Regum.xvj. Dominus præcepit ei, ut malediceret Dauid. Et ibidem: Dimitte eum, ut maledicat mihi secundum mandatum domini. Non præcepit deus Semei, ut maledíceret. Sed quando plenus erat maledictis, ut malo illius bene uteretur, uoluit, ut in Dauid euomeret maledicta sua. Quod autem d. Hierony. audacter negat, in scripturis inueniri quenquam a deo maledictum, & nunq; nomen dei cum maledictione adiunctum: miror quomodo intellexerit, quod Geñ.iij. Serpens a deo maledicit̃, & terra in opere Adam. Sed & Cain.c.iiij. maledicit deus. iiij. Reg.ij. maledixit Helisæus in nomine domini pueros Bethel. Et Abacuc.iij. Maledixisti sceptris eius. Et Malach.ij. Maledicam benedictionibus uestris, & benedicam maledictionibus uestris. Solutio. Sobrie in Hiero. Forte sanctus uir, quia usu loquendi, Maledictio fere sonat in pernitiem rerum omnium, maxime spiritualium & æternarũ, quo modo certum est, Cain & terram non maledictos, quia (inquit) maledictus eris super terram. Nam illud Matth.xxv. Ite maledicti, fortan denunciari maledictum magis, q̃ maledici intelliget. Excusat Hiero. Sed ad apostolum ut benedictio Abrahæ fieret in gentibus in Christo, id est, ut impleretur benedictio Abrahæ promissa, quod esset pater multarũ gentium in fide. Hęc inquã fides promissa est in benedictiõe. Vnde hic iterum breuiter & obscure tangit, Gentes fore filios Abrahæ, non quia imitarentur, sed quia promissæ fuerunt: & ideo imitaturæ essent, quia filij essent futuri, deo promittẽte & implente, nõ gentibus facientibus & imitantibus. Gentes fore Abrahæ filios. Non imitatio fecit filios, sed filiatio fecit imitatores. Addit autem, in Christo, ne a linea discedat, quia non suis meritis gentes, sed nec alia uia Abrahę facti sunt filij, q̃ per Christum, id eis promerentem, & ab eis per fidem susceptum, ut sequitur: ut pollicitationem spiritus, id est, promissionem dandi spiritus sancti, per fidem acciperemus. Spiritus enim sanctus, promissus est Abrahæ, dum benedictio fidei ei est promissa. Fides etiam per spiritum sanctum donatur merito Christi, in uerbo & auditu euangelij.

Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis testamentũ confirmatum, nemo spernit, aut superordinat.

Apocopen facit apostolus, adddendum est enim: Ergo multo minus testamentum dei confirmatum, nemo debet spernere, & superordinare. dicit secundum hominem: ut rudibus Galatis, humana similitudine persuadeat diuina, ut Hieronymus sentit. Verum, meo iudicio, nullus tam eruditus est, qui non egeat huiusmodi similitudinibus in discendo Christo, immo maxime necessarium fuit hoc similitudinis exemplum, alioquin difficilius intelligerẽt, q̃ Rho.iiij. ubi idem tractat sine exemplo huiusmodi, & nõdum uidi, qui digne explicaret. Statuamus ergo utrũq; ante oculos, similitudinem, & rem ipsam: & uidebimus quanto iterum argumẽto, legis iustitiam expugnet.

Intendit autem hanc inferre conclusionẽ. Si iustitia potest haberi ex nobis per legem & opera eius, iam frustranea est promissio benedictiõis Abrahæ facta, quia sine ea iusti esse possumus per legem: aut certe, ipsa nõ satis est, ut iustificet, si legis iustitia superaddenda est. Et sic testamentũ & promissio dei, aut superfluit, aut deficit: ut necesse sit aliud superordinari. Vtrũq; autem detestabilissimũ: ergo oppositũ uerum, iustitiam legis, neq; necessariã, neq; sufficientem. ecce fortissimũ certe argumentũ. Videamus itaq;. In omni testamento, est testator, est cui fit testamentũ, est ipsum testamentũ, est res quę testatur, seu legatur: ita hic: Deus est testator, ipse eẽ ꝓmittit & legat. Abraham & semen eius sunt, qbus fit testatio, ut hæredibus dei testatoris. Testamentũ est ipsa promissio, Gen. xxj. & xvij. Res testata, est ipsa hæreditas, id est, gratia, & iustitia fidei: scilicet benedictio gentiũ in semine Abrahæ. Si ergo gratia ꝓmissiõis, & iustitia dei, ꝙ Christũ exhibita (& sic testamẽto dei per mortẽ suam cõfirmato, immo iam executo & distributo) nõ sufficit, nisi & legis iustitiã habeas: Nõne iam testamentũ dei, nõ nuncupatũ modo, sed confirmatũ & expletũ quoq; irritum fit, & aliquid ei suꝑordinatur? quod ne hominis testamento quidẽ fieri debet. Si autem sufficit gratia, & testamentũ dei firmũ est, patet iustitiã legis non esse quærendã. Idem Rho. iiij. Si qui ex lege sunt, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita ꝓmissio: quod uidelicet iustitia legis satis esset, nõ opus esset fide & gratia Abrahę promissa. Vides ergo, q̃ digne tractet scripturas apostolus, ita ut impossibile sit eum intelligi ab ijs q̃ de lege ceremoniali tantũ eum putant loqui. Nam eodẽ argumento cõcludit contra iustitiã decalogi, si operibus eius iusti fieri possumus, frustra est fides, & benedictio Abrahæ ꝓmissa, in gentes diffundenda, cũ sine fide & benedictione illa, simus iusti.

Testamentũ ex quatuor conitat.

NOTA

Abrahæ autem dictæ sunt promissiones, & semini eius.

Id est, testamentũ dei ad eum dispositũ, quod hic ꝓmissiones, infra statim testamentũ uocat. obserua ergo, quomodo similitudinẽ per testamẽtũ applicet. ꝓmissiones (inquit) dictæ sunt, id est, res legatæ testamentũ. Quæ autẽ res? Benedictio gentiũ in semine eius, id est gratia fidei in Christo. unde sequitur.

Non dicit, in seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, in semine tuo, qui est Christus.

Illud quasi maleponit̃, melius diceretur, ut in multis, ut in uno, quod ui grãmatici sensus patet. Vide, ut semen Abrahæ significatũ docet, Christum: ne iudæi se esse iactarent, in quibus gentes benedicerent̃, cũ tam multi sint, ut certũ esse nunquã possit, in quo fieret satis promissioni, iterũq; promissio periclitaretur, & testamentũ dei corrueret. Vnum ergo semen oportuit, huic benedictiõi dandæ nuncupari: non modo, pro certitudine, sed & pro unitate unius populi dei, ad sectas ꝓhibendas. Habes ergo, testatorẽ, testamentũ, rem testamenti, ipsosq;, quibus factũ est, Iam restat, ut confirmet̃, & confirmatum reueletur ac distribuat̃, hoc est, ut gentes eam in Christo benedictionẽ accipiant.

Quasi pro ut

Hoc autem dico.

Id est, quod intendebam, nunc dico, nunc me explico, & applico.

Testamentũ confirmatum a deo in Christum.

Id est, per mortem Christi ratum factum. Ratum autem factum in Christũ, id est, ut in Christo tanq; repositum, gentibus distribuatur. Nam per Christũ,

in Christum

in Christū, testamētū dei impletū est, nō em̄ Christus sic mortuus est, ut gratia fidei diffunderet, qua in aliū q̄ Christū crederet, sed in illū ipsum Christum.

(Quæ post quadringentos & triginta annos facta est) lex, non irritum facit, ad euacuandam promissionem.

Obscurissime & inuolutissime loquit apl̄us, pro æstu suo. Testamentum (inquit) dei cōfirmatū in Christū, nō debet irritum fieri p̄ legē & iustitiā eius. Fieret autē irritum, & euacuaret promissionē omnino, si eius opera ad iustitiā necessaria forent, tanq̄ p̄missionis gratia nō esset satis, aut impotens, ad iustificationē nostri. Quod autē addit, quæ post. cccc. xxx. annos facta est lex, p̄ tapinosin facere uidet in legē. ac si dicat: Si p̄missio fuisset post legem data, poterat uideri per iustitiā legis merito impetrata. Nunc uero a deo sine legis operibus gratia iustitia datur: ut etiā tot annis ante legē, multo magis ante iustitiā eius, fuerit p̄missa, nullis merentibus, nullis petentibus, sed sola dei misericordia gratuito p̄mittēte. Cur ergo lex euacuabit hāc gratiæ p̄missionē, & nūc exhibitionē, cum ad utrūq̄ lex nihil fuerit operata? Et Rho. iij. dicit. Sine lege manifestata est iustitia dei, immo Rho. iiij. cōtra operata est lex, dum iram potius operatur, & offensiones auget. Absit ergo, ut iustitia innitatur legi, & operibus nostris, immo innitatur fidelissimæ promissioni dei, qui nō mentit: etiā si nos per legem peiores & indigniores efficiamur. NOTA

Iustitia innitit dei p̄missioni.

Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione.

Id est, si iustitia, quæ Abrahæ p̄missa est in benedictione, ex opibus legis, & ex nobis est, euacuata & supflua est p̄missio. Nō pōt idē ex nobis, & deo esse: cum ipse uerax, nos mendaces simus. Probat hoc uerbo, quod iam dixit, promissionē non euacuari p̄ legē. Quia (inquit) si ex lege, iam p̄missio euacuatur per legē. Sicut & Rho. iiij. Si ex lege hæredes, abolita est p̄missio. Tropum apostoli satis supra cōmendauī, quod legem, & opa legis, & iustitiā legis, pro eodē habet: quod iustitia eiusmodi, nō uolentibus nobis, sed sola lege exigēte fiat. Nostri theologi hoc uocāt ex nobis, seu ex uiribus nostris, seu ex puris naturalibus: ideo Paulū nequeunt capere, qui legē uidetur accusare.

Promissio nō euacuat per legem.

Nostri theologi Paulum nō capiunt.

Abrahæ autem, per repromissionem donauit deus.

Non per legē reddidit, sed per gratuitā p̄missionē donauit: cū lex nondum esset, multo miaus lege ueniēte ipleuit eādē. Sic habes totū hoc apl̄i argumētū

Nunc id uidendū, quod legē post. cccc. xxx. annos data est. Supputātur em̄ anni isti, ab exitu Abrahæ, de terra sua, quando primo accepit promissionem. Gen̄. xij. usq̄ ad exitum filiorū Israel, hoc modo: Abraham. lxxv. anno egressus est de terra sua. Gen̄. xij. cētenarius aūt genuit Isaac (sic habes. xxv. annos) Isaac sexagenarius genuit Iacob & Esau. Gen̄. xxj. (signa. lx. annos) Iacob nonagenarius genuit Ioseph (xc. annos signa) ut ex Gen̄. per multa cap. colligit, Ioseph uixit. cx. annos. Gen̄. ultimo. Post hunc durauit seruitus Aegypti. lxv ut Io. Annius ex Philone dicit: tunc Moses natus, cuius anno. lxxx. exierūt filij Israel. Igit a. lxxv. anno Abrahæ ad. lxxx. annū Mosi, sunt. cccc. xxx. anni.

Annorū ab exitu Abrahæ, ad exitū filiorū Israel supputatio
xxv.
lx.
xc.
cx.
lxv.
lxxx.

Hæc an ita habeāt alij uiderint. Ego cū d. Hiero. sentio dicēte: A multis hæc res q̄sita, & nescio an sic inuēta. Credo em̄ apostolū nō ex supputatiōe ista dixisse, sed ex. c. xij. Exodi, ubi dicit habitatio filiorū Israel, q̄ habitauerūt in Aegipto fuit. cccc. xxx. annorū. Sic & Stephan⁹ Act. vij. ex Genesi recitās historiā, ubi. c. xv. Abrae de⁹ p̄dicit. cccc. ānos seruitutē semē suū, ipse miscēs utrūq̄

locum

Deus moriturus subindicatur.

locum. cccc. xxx. annos nūmerat. Illud quoq; nota, quod apostolus promissiones dei, testamētū uocat, sicut & alijs locis scripturæ uocant, in quo subobscure indicauit fore, ut deus moreret. At q; ita in promissione dei, tanq; in nuncupato testamēto, simul incarnatio & passio dei intelligeret. Nam ut Heb. ix. Testamentū in mortuis confirmatur. Quare nec dei testamentū confirmari debuit, nisi deus moreretur, ut ibidem de Christo dicit. Idcirco noui testamēti mediator est, ut morte intercedente, repromissionem accipiant. Et hunc esse diem Christi, quem promittente deo, Abraham cognouit & gauisus est. Quod simul cōcordari pōt, quod d. Hiero. in heb. pactū potius q; testamentū haberi dicit. Is paciscit, qui uiuus manet, testatur moriturus. Ita Iesus Christus, deus immortalis fecit pactum, idem simul testamentū, quia futurus mortalis, sicut idē deus & homo, ita idem pactum & testamentum.

Pactum.

Testamentū

Quæstio

Quid igitur lex?

Quia negauit per legem iustitiam haberi, idq; satis robustis argumentis stabiliuit, iustissime sibi obijci posse uidet, ad quid tum lex ualeat, cum omnis lex propter iustitiā, & bonos mores poni uideat? Et satis uides, quod de omni lege loquatur, etiam decalogi, per omnia, ut ad Rho. iij. &. v.

Solutio.

Propter transgressiones posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata per angelos, in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, deus autem unus est.

Lex posita ē ut transgressiones abundarent.

Quis unq; expectasset talem responsionē, contrariā certe omnibus, qui de utilitate legū sapere & dicere solēt? legem dicit positam seu additā & appositā, ut transgressiones abundarent, eodem sensu, quo Rho. v. dicit, lex subintrauit ut abundaret delictū. Verū quod d. Hiero. negatiue intelligit, ut per legē trāsgressiones cohiberent, huic resistit. Primū, quod tum potius, ꝓpter iustificationē posita dici debuit: lex em̄ ꝓpter obseruationē ponit. Secūdo, quod iste sit tropus apostolo familiaris, lex est nirtus peccati, occasio pcti, lex mortis, lex iræ. Sic Rho. iij. lex iram operat: ubi enim non est lex, nec præuaricatio

Argumētat cōtra d. Hieronym.

NOTA

Ita certe ubi nō est p̄uaricatio, nec remissio: ubi nō est remissio, ibi nec salus. Proinde, ut remissio propter salutē, ita præuaricatio propter remissionē, ita lex ꝓpter transgressionē. Lex ponit peccatū, peccatū remissionē, remissio salutē. Hoc totū, quia sine lege, peccatū mortuū est, & non cognoscit. Rho. v. &. vij. Peccatū erat in mundo, sed nō imputabat usq; ad Mosen. Est ergo sensus, lex ꝓpter transgressionē posita est, ut transgressio sit, & abundet: atq; sic per legē, homo in sui cognitionē perductus, quærat manū miserentis dei, qui sine lege, peccatū ignorans, sibi sanus uideret. Tertio, nec sequētia cōsonant, donec ueniret semen. Absurdū est em̄, transgressionē cohiberi, donec Christus ueniat, quasi tum sit nō cohibenda, cū apostolus contrariū uoluerit, quod peccatū per legem non solū sit non cohibitū, sed auctum quoq;, donec Christus ueniens, peccatū finiret, legē implendo, & gratiā dando, ut Danie. ix. Gabriel dicit. Vt finem accipiat peccatū, & adducat iustitia sempiterna. ac si dicat: Peccatū sumpsit initium in Adam, per legē etiā incrementū, per solū Christū finem accipiet, qui iustitiā adducit, mortuo peccato, sempiternā: ut Psal. cx. &. cxj. Iustitia eius manet in seculū seculi. Quarto, nec cū illo cōuenit, ergo lex aduersus ꝓmissa dei? hoc nō inferret, si aplūs uellet intelligi, legē pro cohibenda trāsgressione positam, quia tum non esset aduersus promissa, sed pro promissis. Nunc

Sensus aplī

Pctū ꝙ legē, auctū, donec christ' finiret

NOTA

uero,

uero, quia peccatū auget, iramq; prouocat, apparet nō prouocare deum ad solu
enda ꝓmissa, sed potius irritare & impedire. Sic intelligendo, cōtextus sibi pul
chre cohæret: alioquin tot fingas sententias, quot sunt cōstructiōes, necesse est. Quinto, q̄d dicit: In manu mediatoris, quod meo iudicio dicit, quia lex nō sit posita in manu nostra, ut nos eam impleamus: sed in futuri Christi, eam implecturi. Quare non ut iustificaret, posita est: sed magis peccatores argueret & manū mediatoris requireret. Resistendū enim fuit humanæ superbiæ, ne filium dei suis meritis incarnatum crederet, & tantæ misericordiæ ingrata fieret. Nūc lege in demerita lapsi, tanto fideliorē & misericordiorem deum amamus quo indignioribus tantā charitatē exhibuit. Nobis em̄ per legem cognitio, soli autē Christo impletio & operatio. Donec ueniret semē, cui promissum erat, id est, in quo benedictio, iustitia, & plenitudo legis danda erat: & transgressiones, quæ p legē erant, non iam cohibendæ, sed extinguendæ, quod p fidem Christi efficit. Iam quæ sequunt̄, ego apud nullū doctorē inuenio explicata: trāseūt Hiero. Aug. Amb. nihil nisi Christū mediatorē dei & hominū dicentes: nō ostendētes, quæ uerborū sit cōsequentia, aut intelligētia. Porro recentiores etiam aliena hic cōminiscunt̄. Quare pio lectori submitto, quæ ipse meditari possum. Ordinata (inquit) per angelos, in manu mediatoris. Et b. Stephanus q̄q; Act. vij. Qui accepistis legē in dispositione angelorū, & nō custodiuistis. & Heb. ij. Si em̄, qui p angelos dictus est sermo, factus est firm⁹ &c.

In manu mediatoris.

In manu mediatoris.

Apparet itaq; apostolū uelle, legem esse literam, ideoq; non nisi uirtutē peccati existere, & ut. ij. Corin. iij. dicit: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Magnum quidem est, per angelos ordinatā esse, sed hoc nihil ad iustitiā: cum angeli nō possint, nec pro nobis eam implere, nec dare id, quo impleatur. id unū possunt, quod ordinante deo, nobis eam tradiderūt. At quoniā ordināte deo, tradita est, nimirū simul datur intelligi, omnino implendā esse: non em̄ angeli autores, sed ministri legis erant, per quos ordine ad nos ueniret. Rumpatur ergo ordo ille, & iam non sit inter deum & hominē mediator angelus, sed ipse qui p angelos ordinat, & nos longe sibi habet, ipse inquā ueniat, & legē nos doceat, cuius uerba erunt spiritus & uitæ uerba. Nihil em̄ proficit, quod nuncios quoscūq; mittit, nisi ipsemet uenerit. Sit ordinata per angelos, sed non in manu angelorū, immo mediatoris alicuius, qui reos per legē absoluat & iustificet. Nam hoc intelligo, In manu mediatoris, ut ipse legem per angelos ordinatam, in potestate habeat solus, non subiectus legi, ut cui ipse nihil debeat, & quem uolet, ab eadē liberet. Nos uero ipsa lex in manu habet, & subiectos per peccatum. Quibus omnibus id uult, impossibile esse, nos per nos saluos fieri, facile autem esse per manum alterius, scilicet mediatoris. Quod siquis putet sic intelligendū, ordinata per angelos in manu, id est, potestate, & imperio mediatoris, non resisto, nisi quis putet simpliciter, per mediatorem intelligi oportere Mosen, q̄ sit mediator ueteris, sicut ad Heb. Christū melioris, & noui testamenti mediatorem appellat. Iam illud: Mediator autē unius non est, ex nomine mediatoris concludit, nos adeo esse peccatores, ut legis opera satis esse nequeant. Si (inquit) lege iusti estis, iam mediatore nō egetis: sed neq; deus, cū sit ipse unus, secū optime cōueniens: Inter duos ergo quæritur mediator, inter deū & hominē. ac si dicat: Impiissima sit ingratitudo, si mediatorem reiicitis, & deo qui unus est, remittitis. reiicitis aūt, si iustificari potestis ex lege, ita fiet, ut nec uobis mediator esse possit, ut qui nolitis, nec deo, ut qui non egeat. Proinde, iam lex in manu uestra quoq; erit, & non sic ordinata p angelos, ut per

Christus mediator.

Mediator aūt unius non est.

mediatorem

mediatorem impleatur, sed prorsus impleta per uosipsos. Si quid profundius latet, alij quærant: ego mea uela colligo.

Lex ergo aduersus promissa dei? Absit.

Sic enim soluta una quæstione, aliam sibi suscitauit. Si enim lex transgressiones auget, iam irritare promittentis bonitatem uidetur. Hoc uerum esset, si promissio benedictionis inniteretur legi, aut iustitijs nostris in lege. Nunc uero soli ueritati promittentis nititur: ideo lex nō aduersus promissa dei, immo pro promissis dei. Quomodo? Quia dum peccata ostendit, & conuincit non posse per eam quenquā iustificari: quin & augeri peccatū per eam cōtingit: iam eo magis promissionis impletionē quæri, inuocari, expectari cogit, ut multo magis necessariam, & dum lex non esset: tantum ergo abest, ut cōtra promissa sit, ut eadem uehementer commendet, & optatissima reddat ijs, quos suorum peccatorum cognitione humiliauit.

Vide quæso.

Si em̄ data esset lex, quæ posset uiuificare, uere ex lege iustitia esset

Id est, non est aduersus promissa, quia data est, ut occidat, & peccatum augeat: hoc est, ut per legem homo agnoscat, & uehementer promissionis gratia indigeat, dum per legem bonam, iustam, sanctam, non nisi peior efficitur: ut sic non in lege nixus, fiducia operum legis securus fiat, sed longe aliud, & melius a lege quærat, id est, promissionem. Si enim lex uiuificare potuisset, iusti essemus: at nunc occidit potius, & peccatores amplius facit: atq; hoc ipso, pro promissis facit, dum ea fortius optari cogit, & oēm iustitiā operū funditus destruit. Si em̄ non destrueret, promissionis gratia non quæreret̄, ingrate susciperet̄, immo repudiaretur: sicut fit in ijs, qui legem nō recte intelligunt. Nō destrueret autē, nisi nō solum non iustificaret, aut uiuificaret, sed occasio quoq; fieret plurium peccatorū, & magis occideret. Nam ꝓhibita cōcupiscentia semp irritatur, & maior fit. Idcirco & si aduersus promissa uideatur lex esse, dum auget peccatū, apud eos, qui peccatum per legem nō agnoscant: Hoc tamen legis uitio nō fit, quia ne lex quidem est, ubi nō recte intelligit̄: tunc autē recte intelligit̄, quando peccatū per eam cognoscit̄. Vbi autē intelligitur & peccatum agnoscit̄, ibi certe, pro ꝓmissis facit, quia & gratiā ꝓmissionis suspirari facit: simul ostendens, & nullo merito, sibi gratia debeat̄, ut stet, & firmetur, per legis intellectum, purissima promittentis dignatio, & syncerissima exhibitæ dignationis gratitudo.

Quid est legē pc̄m augere

NOTA

Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi, daretur credentibus.

Hoc uerbo ad utrūq; respōdet simul, quod lex sit causa transgressiōis augendæ posita, nō tamē ꝓ transgressiōes auctas aduersus ꝓmissa dei. Omnes (inquit) sub peccatū conclusit deus, per scripturā: hoc est, per legē & literā, ostēdit id, quod eramus peccatores, & impotētes ad iustitiam seu legis impletionē: ut sic peccato ꝓ legē manifestato, infirmitate q; ad implendā cōuicta, cogeret humiliatos, de seipsis desperatos, tremētes ad gratuitā misericordiā dei in Christo propositā, currere. Et sic daretur (ut hic dicit) dare t̄, inquā, nō ꝓsolueret̄. Daretur autē indignis, & per legē lōge cōtraria meritis, ꝓmissio Abrahæ facta: hoc est, gratia benedictioq; iustificatiōis, ex fide Christi oīmibus, qui crederēt in eū

Lex est causa trāsgressiōis posita.

Idem Rho. iij. Conclusit deus omnes sub peccato, ut omniū misereat̄, & obstruatur omne os, & subditus fiat mundus deo, quia ex operibus legis nō iustificatur

ficatur omnis caro coram illo. Quomodo concluſit? per ſcripturas, per legem, per literam: Hoc eſt, quod ſupra fidenter de operibus legis expoſuit, quod Moſes ſcripſerat: Maledictus omnis, qui nõ permanet in omnibus: Hoc eſt, quod Rho. iij. cauſari ſe dicit cum fiducia, Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe. Et illud pſal. xiij. conſtanter ſuper omnes pronunciare: Non eſt iuſtus, non eſt intelligens, omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: Hoc eſt, quod & iudæos de ſpecie operum fidentes, ipſe nihil æſtimata ſpecie, audet Rho. ij. reos diffinire. Eadem (inquit) facis, quæ iudicas. Qui doces non furandum, furaris, ſcilicet cupiditate &c. Adeo certus erat, ſicut & reuera certum eſt, omnia quæ extra gratiam fiunt, peccata eſſe & meras ſimulationes. Ita & b. Auguſti. illud Prouer. ulti. tractans, de ſpiritu & litera. ix. Lex & clemẽtia in lingua eius præclariſſime dicit. Propterea de ſapientia ſcriptum eſt, quod gerat legem & clemẽtiam in lingua: legem, ut reos faciat ſuperbos: clementiam, ut iuſtificet humiliatos. Stat ergo ſententia, Omnis homo mendax. Stat ſententia, Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. ut ſtet ſimul, gloria dei, laus gratiæ, & magnificentia miſericordiæ ſuæ. Nobis (inquit Dañ. ij.) confuſio, deo noſtro iuſticia &c. Vides ergo, quid ſit per fidem Chriſti iuſtificari, nempe per legẽ cognita iniquitate & infirmitate tua deſperare de te, de uiribus tuis, de ſcientia de lege, de operibus, prorſus de omnibus, & cum tremore, ac fiducia in humilitate implorare ſolius Chriſti dexteram, ſeu manum mediatoris, fortiter credẽs, quod gratiam conſequaris. ſicut Rhom. x. ex Iohele dicit: Omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Simulq; uides, totum genus humanũ, quãcalibet ſapientia, aut iuſtitia coram hominibus fulgeat, nihil eſſe, niſi maſſam perditionis & maledictionis. Quod & ex uerbo promiſſionis licet cognoſcere: in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quid eſt omnes gentes benedicendas eſſe, niſi omnes gentes maledictas eſſe? Ita iuſtificandas, ſaluandas eſſe, & quicquid nomine benedictionis ſignificatur, eſt eas peccatrices perditas eſſe, & quicquid maledictionis nomine ſignificatur. Eſt itaq; lex poſita, ut peccatũ augeſcat. At non ſolum peccati augmentum quæſitum eſt, ſed ut homo ſuperbus, idipſum cognoſceret, & terreretur per legem, coactuſq; in ſui deſperationem, miſericordiam ſitiret. Sicut ille pſal. xlj. Quẽadmodum deſyderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſyderat anima mea ad te deus. Itẽ fuerunt mihi lachrymæ meæ, dum dicitur mihi cotidie, ubi eſt deus tuus. Hinc omnis clamor, gemitus, deſyderium patrum & prophetarum, & anxia Chriſti expectatio, & de legis onere grauiſſima quæſtio. Lex ergo bona, iuſta, ſancta, ſed non iuſtificat: oſtẽdit mihi quis ego ſim, dum per eam irritor, & magis odi iuſtitiam q̃ prius, magis diligo concupiſcentiam, q̃ prius, ſolo terrore minantis legis, coercitus ab opere malo, nunq̃ autẽ a concupiſcentia mala. Et ut rem ſimilitudine tibi tradam: Aqua bona eſt, ſed ſuperfuſa calci, incendit eam, nunquid uitium aquæ eſt, quod calx caleſcit? immo calx quæ frigere putabatur, per aquam conuicta eſt, quid intus haberet: Ita lex concupiſcentias & odia irritat & oſtendit, non autem ſanat. Si autem oleum calci ſuperfuderis, non caleſcit, ſed extinguitur ardor eius occultus. Ita gratia diffuſa in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ extinguit odium & concupiſcentiam. Verboſiſſime hæc dixi, quod noſtro ſeculo, non ſatis queat iſta res inculcari, adeo rurſum inualuit tyrannis iuſtitiarum legalium. Verum tu obſerua, ſi lex ſanctiſſima dei non potuit nos iuſtificare, ſed magis peccatores fecit: Quid facient maria iſta noſtrarum legum, traditionum, ceremoniarum in eccleſia? præſertim quando ea opinione ſeruẽtur,

NOTA.

Extra gratiã facta pcta.

Sententia.

Per fidẽ chriſti iuſtificari.

Similitudo.

Nota quæso cõmunẽ, sed pnitiosum errorem.

qua existimant sese iustificari in illis, nec scire pmittant, quid Christus, aut cur in eum credendum sit. Non enim utuntur eis legibus, ut peccatum per eas cognoscerent, neq; ut fidem Christi gratuita charitate exercerẽt: sed seruatis eis, iustos sese confidunt, nec aliquo alio amplius indigere se credunt. Aut si gratiam Christi implorant, ad hoc implorant, ut opera eiusmodi facere possint, nõ ut liberi fiant, ab interna carnis corruptione & immunditia. Itaq;, ut sæpe dixi per imprudentes & tot infelices leges, necesse est, ecclesiam funditus perire, nisi deus nobis remedium prouiderit.

Prius autem quam ueniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat.

Lex carcer.

Omnibus (inquit) qui sub lege sunt, anteq; fide iustificentur, lex ipsa uelut quidã carcer est, in qua concludantur & seruentur. Quia ui & terrore legis arcentur a libertate peccandi, inuita & reluctante concupiscentia. furit enim cõcupiscentia, & odit legem, carcerem suum, sed cogitur tamen ab operibus abstinere peccati. Hanc autem miseriã qui intellexerint, utiq; humiliati gratiam suspirant, nec possunt de legis iustitia confidere, quando sentiũt se inuitos ad legem, & pronos ad peccatũ per legem fieri. mallent enim legem non esse, ut impune liceret concupiscentias explere. At hoc malle, est legem odisse: legem odisse, est ueritatem, iustitiam, sanctitatẽ odisse: hoc iam non solum est peccatum, uerum & amor peccati: non solum non esse iustum, sed odisse etiam iustitiam, quod est uere peccatum per legem augeri. Vnde b. Augusti. hoc loco, q̃ per legem præuaricatores legis ipsius inuenti sunt, nõ ad perniciem, sed ad utilitatem ualuit eis, qui crediderunt: quia per cognitionem maioris ægritudinis & desyderari medicum uehementius fecit, & diligi ardentius. Cui enim plurimum dimittitur, plurimum diligit, & hoc Rho. v. Vbi abundauit peccatũ, superabundauit & gratia. Non ergo lex solum posita est, ut peccatum reuelaret & augeret, alioqui melius dilata fuisset ad extremum iudicium, ne duplici contritione contereremur, sed ut per peccatum reuelatũ humiliaret, & ad Christum urgeret. Illud, Priusq; ueniret fides, non tantum de fide, quæ post Christum reuelata est, sed de omni fide omniũ iustorum intelligitur. Nam & patribus olim eadem fides uenit, quia & lex dei eis primo reuelata, coegit eos gratiam dei quærere. Licet tum non ita per orbem prędicaretur, prædicabatur tamẽ priuatim per familias patrum. Item uide, ne sic contextum ordines: Conclusi in eam fidem, quasi in fide, uelut in carcere cõclusos intelligi uelit, cum hoc de lege affirmet: sed eramus concluſi carcere legis, & hoc in fidem, id est, ad fidem futuram seu in hoc, ut fide futura liberaremur, quando lex carcere suo id fecit, ut per fidem optaremus liberari. Sicut supra, testamentum dei confirmatum in Christum, id est, ut in futuro Christo cõfirmaretur: & mox pædagogus noster in Christum, id est, ad Christum fuit.

Fructꝰ legis.

Lex ad Christũ cogat.

Ordo contextus.

Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christum, ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iã non sumus sub pædagogo.

Pulchra similitudo a pædagogo sũpta. Pædagogus ἀπὸ τοῦ ἀγειν τοὺς παιδας.

Pulchra certe similitudo. Pædagogus a puero & ago nomen habet, quod pueros agat & exerceat Sicut (inquit) paruulis pædagogus assignatur, qui lasciuientẽ refrenet ætatẽ: ita lex nobis data est, quæ cohiberet peccata. At sicut pueri solo timore disciplinæ coercentur, plærunq; & odiunt pædagogum, & liberi esse malunt: omniaq; faciunt uel coacti, uel blanditijs illecti: nunq; aũt amore rei

re reiipſius, nec libertate uoluntatis, ita qui ſub lege ſunt, timore minãtis legis coercentur ab operibus peccati, odiunt legem, maluntq; & ipſi líberas cupiditates habere. Faciunt autem oñia coacti terrore pœnæ, aut amore temporalis promiſſionis illecti, nunc̃q; autem gratuita, liberaq; uoluntate. Deinde, ubi pueri ad hæreditatem peruenerunt, intelligentes, c̃q utilis fuerit pædagogus, iam incipiũt diligere quoq; & laudare officium pædagogi, damnareq; ſeipſos, quod non libentes & uolentes obtẽperarint. Nunc uero ſine pædagogo, ſua ſponte faciunt hilariter, quæ ſub pædagogo nolentes faciebant & inuiti. NOTA.

Ita nos, fide acquiſita, quæ uera eſt hæreditas noſtra, Abrahæ & ſemini eius promiſſa, intelligentes, c̃q ſancta, ſalubriſq; ſit lex, c̃q fœda uero cupiditas, iam legem diligimus, laudamus, & mire probamus, rurſum cupiditates noſtras eo magis damnamus & uituperamus, quo magis lex ipſa placet. Et nũc hilariter & libenter facimus, quod ignorãtibus tunc nobis, ſalubris lex, ui & terrore extorquebat foris, & tamẽ intus extorquere nequiuit. Hoc eſt, quod dicit, iam non eſſe nos ſub pædagogo, poſtquã fides uenit: ſed pædagogus amicus factus eſt, & a nobis honoratur magis, c̃q timetur. Iterum (ut dixi) caue, ne ſic contexctum legas, lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, quaſi in Chriſto iam uiuentibus, lex pædagogus noſter ſit, ut noſtra trãslatio habet, & ſapere uidetur: hoc enim apoſtoli ſenſum penitus ſubuertit, ſed ſicut pueri ſunt ſub pædagogo ad hæreditatem: id eſt, quo erudiantur, ut ad hæreditatem pertingant: ita lex eſt noſter pædagogus, ad Chriſtum: id eſt, ut per legem acti & exerciti, ad Chriſtũ ad fidem, ad hæreditatem quærendã & ſuſpirãdam paremur. lex enim (ut dixi) ad gratiam præparat, dum peccatum reuelat & auget, humilians ſuperbos, ad auxilium Chriſti deſyderandum. Et hunc ſenſum apoſtolus iuuat particula ſequẽte. Ad Chriſtum inquã, ut fide ſcilicet iuſtificemur, qui per legem peccatores fiebamus. Sic pſal. lxvíj. Quoniã ſuauis eſt miſericordia tua domine. Quare? quia amara eſt lex tua domine. Non ergo puer ſub pędagogo manebit ſed ad hæreditatem dulcius accipiendam erudietur, Ita & lex gratiam dei dulciorem reddit, & cõmendat. Egregie itaq; finem legis declarat, non eſſe ſcilicet noſtram iuſtitiam & impletionem, ſed ſuſpirium ad Chriſtum, ut per fidem eius quæratur impleri. At noſtri Iuſtitiarij legum ſuarũ finem habent, ipſas leges & opera earum, nec eas ad Chriſtum ordinant, ſed in opera ſolum, ut in æternũ pereant cũ iudæis, quos imitãtur, nec legẽ, nec opera eius intelligẽtes. Ad Chriſtũ. Lex gratiam dei dulciorẽ reddit. In iuſtitiarios.

Omnes enim filij dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Quia fides eſt ipſa benedictio, ipſa hæreditas Abrahæ, in ſemine ſuo Chriſto promiſſa, ideo qui fidem in Chriſtum habet, hæreditatem dei habet. Si hæreditatẽ habet, iam non ſub pædagogo, ſed liber, & dominus, & hæres. At nullis datur hæreditas, niſi filijs, ſequitur, quod credens in Chriſtum, ſit filius dei, ut Iohan. j. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, ijs qui credunt in noĩe eius.

Quicũq; enim in Chriſto Ieſu baptiſati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Declarat eſſe eos filios dei per fidẽ Chriſti. Baptiſmus (inquit) facit, ut Chriſtum induatis. Chriſtum autẽ induere, eſt iuſtitiam, ueritatem, omnemq; gratiam, totiusq; legis plenitudinem induere. Quare per Chriſtum habetis benedictionem, & hæreditatem Abrahæ. Si autem Chriſtum induiſtis, Chriſtus autem filius dei, & uos eodem indumento filij dei eſtis. Eſt autẽ hic tropus apoſtolicus, quo & Rho. xiij. uſus dicit: Sed induimini dominum Ieſum Chriſtũ. Ephe. iiij. Induite nouum hominem, qui ſecũdũ deum creatus eſt, in iuſtitia & Chriſtum induere. Tropus apoſtolicus.

& ſanctitate ueritatis. Veritatis (inquit) quia ſola lex ſanctitatem & iuſtitiam ſimulationis induit.

Non eſt Iudæus, non eſt Græcus, non eſt ſeruus neq; liber, nō eſt maſculus neq; fœmina.

Non (inquit) ideo iuſtus es, quia Iudæus es, & legis obſeruator: ſed quia in Chriſtum credēs, Chriſtum induiſti. Quid ergo ad Iudaiſmum trahimini per pſeudapoſtolos? In Chriſto ſicut perſona iudaicæ obſeruantiæ non eſt, ita nec ulla alia. Humanarum & legalium iuſtitiarū eſt, per ſectas diuidi, & penes opera diſcerni: aliud illis, aliud iſtis profitentibus, agentibus, ſectantibus. In Chriſto omnia omnibus cōmunia, omnia unum, & unum omnia. Sic infra. v. In Chriſto Ieſu neq; circumciſio aliquid ualet, neq; præputium, ſed fides & noua creatura. Idcirco Chriſtianus ſiue fidelis, eſt homo ſine nomine, ſine ſpecie ſine differentia, ſine perſona. Pſal. cxxxij. Ecce q̄ bonum & q̄ iucundum habitare fratres in unum. Vbi unitas, ibi nec ſpecies, nec differentia, ſed neq; nomen. Sic inclytus martyr Attalus, requiſitus de nomine dei, optime reſpōdit Qui plures ſunt, diſcernuntur nominibus: qui unus eſt, non indiget nomine. Et hac ratione uocatur eccleſia in ſcripturis, abſcōdita & occulta: & mire obſeruatur, ut quoties deſcribuntur iuſti, ſine unius ſectæ, aut perſonæ uocabulo deſcribantur, ut Pſal. j. Quoniam nouit dominus uiam iuſtorum. non ait, iudeorum, uirorum, ſenū, puerorum. Et. xiiij. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Reſpondet, qui ingreditur ſine macula. non ait, iudeus, huius aut huius profeſſionis. Et Pſal. cix. In conſilio iuſtorum & congregatione. nō ait, ſacerdotum, monachorum, epiſcoporum. Eodem iudicio dicendum de alia quacunq; perſona. Quia deus perſonam non reſpicit. Non eſt ergo diues nec pauper, nec formoſus nec deformis, nec ciuis nec ruſticus, nec Benedictinēſis nec Cartuſienſis, nec Minoritanus nec Auguſtinenſis. Omnia hæc talia ſunt, ut Chriſtianum nō faciant, ſi aſſint: nec infidelem, ſi deſint. Et prorſus in hoc cœpta & facta, ut Chriſtianum exerceant & meliorem faciant. Vnde hoc loco b. Augu. Iſta differentia iudæorum & gentium, uel conditionis, uel ſexus manet propter corpus in hac uita mortali: ablata eſt autē p unitatē fidei in ſpiritu. Quia de illa non tātum apoſtoli, ſed & ipſe dominus ſaluberrimas tradiderūt doctrinas. Chriſtus enim mandat dare cæſari, quæ ſunt cæſaris: Apoſtoli, ſeruos obedire dominis ſuis, uxores ſubijci uiris ſuis, omnes uero magiſtratibus parere, cui tributum, tributum: cui honorem, honorem. At hæc omnia ſunt perſonalia. Hoc ſolum queritur, ut ijs perſonis non contra unitatem fidei, ſed pro unitate fidei ſeruiamus: ut non ſit fortior diſſimilitudo externæ conditiōis q̄ ſimilitudo internæ fidei: ſicut proh dolor nunc inter titulos profeſſionū, dignitatum, religionum, eccleſiarum, artium, gentium, regionum, familiarum, amicitiarum, fœderū, uidemus pugnas & lites infinitæ diuerſitatis: ut uel hoc argumēto probatum ſit, fidem in eccleſia prope extinctam eſſe, & ſolas laruas & (ut Iſa. de Babylone dicit) piloſos, ululas, ſyrenas in ea bacchari.

Sectarū origo.

Christianꝰ ē ſine noīe, ſpecie, differētia perſona.

Attalus.

Iuſti ſine nomine.

In metientes ſanctimoniā ꝓfeſſiōibus.

Omnes enim uos unum eſtis in Chriſto Ieſu.

Sectę inſeruiant fidei unitati.

Id eſt, in fide Chriſti unū eſtis, & ſi p corpis & huius uitæ neceſſitate neceſſe ſit in diuerſas pſonas diuidi, ſicut multa mēbra, tñ unū corpus ſub uno capite.

Si autem uos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes.

Quia

Quia dixit, induisse nos Christum, & unũ in Christo factos: idẽ ergo quod de Christo dictum est, etiã de nobis propter Christũ dictum intelligetur. Non enim potest Christus separari a nobis, nec nos ab illo, cũ unum simus cum illo & in illo, sicut mẽbra unũ in capite, & cũ capite uno. Vt ergo de alio q̃ Christo promissio dei intelligi non potest, ita cũ aliud q̃ Christus nõ simus, de nobis quoq; intelligatur oportet. Vere ergo Abrahæ semẽ sumus, & hæredes, nõ secundũ carnem, sed secundũ promissionem: quia illi sumus, de quibus in promissione fit mentio, de gentibus inquã, in semine Abrahæ benedicendis. Sic Rho. x. filij ꝓmissionis æstimãtur in semine. Nõ qui filij carnis, hi filij dei &c. NOTA.

CAPITVLVM QVARTVM.

Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus & actoribus est, usq; ad præfinitum tempus a patre.

Adhuc alio ariete pulsat iustitiam & opera legis, sumpta iam tertia ex hominibus similitudine, propinqua priori, de pædagogo similitudini, ut de eodem paruulo, sed & illa de testamento ad paruulum, aut ad hæredẽ saltem pertinet. adeo locuples est apostolus in declarãda promissione dei. Primum, hæres paruulus non differt a seruis, æque potestatem nõ habens in bonis paternis, ac seruus. Secundo, est tamẽ dominus omnium, in spe & nũcupatione patris. Tertio, sub tutoribus & procuratoribus est, usq; ad præfinitum tempus a patre. Siue hic apostolus leges Rhomanas sequitur, siue alias, nihil refert. Nam, ut Hieronymus dicit legitimum tempus hæredis, legibus Rhomanis uigintiquinq; annorũ terminatur. Nos quantũ sat est, exemplo utemur. Exẽplis quantũ satis utendum.

Ita & nos cũ essemus paruuli, sub elemẽtis mũdi eramus seruiẽtes.

Reddit singula singulis. Paruulus hæres nos sumus, Tutores sunt elementa mundi. Nihil differimus a seruis, quia eramus seruientes. Et tamen domini fuimus omnium, prædestinante scilicet patre cœlesti. De hæredibus & hæreditate abunde satis est dictum. Esse uidelicet hæredes semen Abrahæ: id est, Christum & Christianos. Hæreditatẽ autẽ gratiam & benedictionem fidei Christianæ in gentibus. De seruitute autẽ hæredum, aljs uerbis superius dictum est. Serui em̃ sunt, qui non pro hæreditate patrisfamilias, sed pro mercede seruiunt, aut etiã timore pœnæ coacti opera faciunt: ideo ut Christus ait, Seruus nõ manet in domo in æternum, filius autẽ manet in domo in æternũ. Quod pulchre figuratum est Geñ. xxj. quãdo filius ancillæ Ismael eiectus est, datis ei uictualibus. Et. c. xxv. Dedit Abraham cuncta quæ possederat Isaac, filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos a filio suo Isaac. Ita & nos, quãdo citra gratiam in lege sumus, opera legis facimus seruiliter: hoc est, aut timore pœnarum coacti, aut temporali mercede allecti. Quibus tamẽ omnibus ita erudimur, ut ad hæreditatem, id est, fidem & gratiã suspiremus, qua de seruitute hac erepti, libertate spiritus legem impleamus: nõ iam timẽtes pœnã, aut cupientes mercedem̃, id est, nõ amplius seruientes. Interim sumus domini omnium, prædestinante & præparante deo nobis hanc hæreditatẽ, & nos per seruilem timorẽ pœnæ, & amorẽ rerum, quæ sunt in lege erudiente, ut illam appetamus. Nequaq; autẽ in seruitute cũ iudæis & hypocritis perstemus: quod faciemus Hæredes. Hæreditas. Serui.

ciemus, si per timorē pœnæ & amorē mercedis sentiamus nō legis amorē, sed odiū potius in nobis augeri: quia (ut dixi) mallemus legē non esse. Sic omnino lex cogit ad hæreditatē, p quā dñi efficiamur omniū, i. possessores benedictionis in Christo per fidē. De elementis mūdi, tutoribus & procuratoribus, uarie cogitatū est. Breuiter, Elemēta hic nō philosophice, p igne, aere, aqua, terra accipiuntur: sed p prio apostoli tropo & grāmatice, p ipsis literis legis, quibus lex cōstat. Sicut &. ij. Co. iij. & alias literā uocat: ut sint elemēta pluraliter, quod scriptura, uel lex scripta, nec alia opus est, p batione, q̄ ipsius apostoli autoritate, qui dicit: Sub elemētis mūdi eramus. & mox sequitur: ut eos, qui sub lege erant, redimeret. ut ostendat idē se intelligere, p legē & elementa. Alioquin & redempti in tēpore plenitudinis, sub naturalibus elemētis sunt. Et infra: Quō cōuertimini iterū ad infirma & egena elemēta huius mūdi, quib⁹ denuo seruire uultis? Et seipsum exponens sequit: dies obseruatis & annos &c. Ergo dies & annos obseruare, hoc est, ad elementa, id est ad literā legis cōuerti. Sed & ratio nō sinit per elemēta intelligi idola aut naturalia elementa, ut aliqui putarunt: tum q̄ nusq̄ legitur iudæos unq̄ elemēta coluisse, tum q̄ potius debuerat dicere, sub potestate idolorum aut tenebrarū eramus: ut ad Ro. & ad alias facit: tum q̄ generalissime loquitur, quod oēs quotquot sunt hominū, sub elementis seruierint, citra fidem Christi: quod nisi de lege intelligatur, nullo modo intelligitur. Lex enim conclusit omnia sub peccatū, ut supra dixit Præsertim, cū hic aliud non faciat, q̄ quod legem & gratiā inuicem comparat, ut hanc eleuet, illam deprimat. Maxime uero, quod hic locutionis tropus apostolo familiaris est, ut Col. ij. Videte ne quis uos decipiat, per inanem philosophiam, secundū traditionē hominū, secundū elementa mundi, & non secundū Christum. Neq̄ enim d. Hiero. credendū est, aliena recitanti, & elementa illo loco non eadē esse, quæ hac epistola ponuntur: nā sunt utiq̄ eadem. Elemēta enim uocat scripta & doctrinas mundi, id est, hominum, uel potius de rebus mundi statutas. Ibidē paulo infra, Si ergo mortui estis cū Christo ab elemētis mūdi, quid adhuc tanq̄ uiuentes, mūdo decernitis? Hanc esse sentētiā apostoli, sequentia mox probant, ubi de superstitionibus iudaicis docet, sicut & hic facit. Sed & Hebr. v. eodem modo utitur. Indigetis (inquit) ut doceamini quæ sint elementa exordij sermonū dei. Appellat autem legem elemēta mundi, utroq̄ uocabulo per tapinosin, id est, humiliationem & dejectionem utens: ut extenuet gloriā & opinionē iustitiæ, & operū legis. quasi di. Quid ex lege habemus, nisi literas, & eas inanes spiritu, ut quæ nec dent quo impleantur, nec nos eas implere possumus? Mundi autem uocat, quod sint de ijs rebus, quæ in mundo sunt: ut de externis operibus, sicut scientia dei dicit, quæ de deo sciitur. Non enim lex aliquē ad spiritū perduxit, sed in carne tantū obseruabatur, intus rebelle & odiente concupiscentia. Iam uide, quomodo possint apostolū intelligere, qui spiritualia uocāt, tonsuras, uestes, loca, tempora, ecclesias, altaria, ornamēta, & oēm illā pompā ceremoniarū. Siquidē negare coguntē hæc esse mundana, nisi uelint ipsi quoq̄ mūdani (quod summe abhorrent) uocari. Negantes aūt hæc esse mūdana, simul sibi apostoli intellectū præcludunt, qui mūdi nomine hæc oīa cēset. Elementa mūdi contēptibiliter uocās decreta & doctrinas in his reb⁹ externis statuta, immo & ipsa decalogi externa opera. Idcirco nostro seculo spiritualia sunt, diuitiæ, tyrannis, fastus, libertas: aut summo gradu, oēs uocales sine intellectu, & uestes & loca doctrinis hoīm asserta Corpalia sunt opa misericordiæ, & q̄cūq̄ alia op̄a & loca hoīm, etiā si ex spū pleno fidei sint sanctissima. Sed

Lex cogit ad hæreditatem

Elementa literæ.

Dissentit a quibusdā.

Nota diligēter.

Tapinosis extenuatio.

Spiritualia nō dicātur ceremonialia.

Elementa mundi.

Sed redeamus ad apostolū. Elementa ista sunt tutores & procuratores, sicut lex pedagogus. Quia litera legis, dum timore pœnæ inuitos cogit ad opera sua simul cogit agnita hac inuita uoluntate currere ad Christum, spiritus libertatis largitorem. Non ergo perdit lex, sed officiosissime prodest: modo intelligas te per eam, uelut pium procuratorem ad Christum, ad hæreditatē duci, immo pelli. Quod si non sic eam intelligas, erit tibi exactor & aduersarius, tradens te tortoribus, erit iudex & persecutor tuus, quia nunquā tibi quietam conscientiam relinquet, dū nunquā in te tuisq; operibus inuenire possis, quo illa sit impleta & contenta. Sic autem eam intelligunt, qui non ad Christū se dirigi per eam, sed suis uiribus eam implendam accipiunt. Notanda digna.

At ubi uenit plenitudo tēporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret: ut adoptionem filiorum reciperemus.

Plenitudinem temporis huic reddit, quod supra dixerat præfinitum tempus a patre, ita enim & deus præfinierat tēpus, quo benedictio Abrahæ promissa in semine suo Christo impleretur. Non q̄ non interim sancti patres eandem benedictionem consecuti sint, sed quod in Christo reuelanda erat per mundum, & ipse manifestandus, in quo & illi & nos benedicimur. Et hoc uocat plenitudinem temporis, id est, impletionem temporis præfiniti. Alij plenitudinem temporis, tempus plenitudinis, id est, gratiæ uocant. Ille quisquis est, quem di. Hiero. recitat, qui sibiipsi opponens dicit: Si necesse fuit, ut sub lege fieret, ut eos, qui sub lege erant redimeret: ergo necesse quoq; fuisset, ut sine lege fieret, ut eos (puta gentes) qui sine lege erant, redimeret. Aut si hoc non necessarium, illud quoq; superfluum est. Ille, inquā de sola lege ceremoniali apostolum intelligit, cum apostolus de tota lege loquatur. Non enim Christus de ceremonijs tantū, ac non potius de concupiscentijs, seu lege concupiscentiam prohibente, redemit: ipse enim nulli debuit, & tamen debitorem sese fecit, conuersatus sicut peccator. Proinde tropus apostoli seruādus est. Non enim sub lege esse, est id, quod tempore & decreto legis uiuere: sic nec Iob, nec Naaman Syrus sub lege fuerunt, nec Sareptana Sidonis mulier: Sed est esse debitorem legis, non habere quo impleas, & reum esse omnium pœnarum a lege positarū. Christus autē cum nō esset, nec esse possit sub lege, factus est tamen sub lege, peccatum & peccator, non contra legem operans sicut nos, sed pœnas peccatorum a lege statutas, pro nobis suscipiens innocenter. Quare omnes gentes sub lege fuerūt, saltē naturæ & decalogi. Nō ergo eodē modo Christus sub lege factus est, q̄ nos sub lege sum⁹. Sicut nec eodē modo maledictū & peccatū fuit, quo nos sum⁹. Ipse tātū corpe, nos utroq; corpe & spiritu. Et ut b. Aug. li. iij. tri. iiij. suo simplo, nostro duplo consonat, & pulchrum diapason adimplet. Plenitudo temporis. Reuellit quē pia a Hiero. recitatum. Esse sub lege Factum ex muliere.

Illud, factū ex muliere, nō uidetur prope contumelia uirginis matris? Potuit enim eodem uerbo factum ex uirgine dicere. D. Hiero. Propter Manicheū ita dictum, qui Christum per mulierem, non ex muliere natum dicit: non uerā, sed putatiuam eius carnem simulans. Potest etiam dici, commēdari ab apostolo diuinam dignationem, quæ eo descenderit, ut non modo ex natura humana, sed & ex infirmiore sexu eiusdem nasci uoluerit: ideo nomen sexus aptius fuisse, q̄ nomen conditionis. Simul quod illud monet, quod Adam nō ex muliere factus est, Eua ex uiro, nō muliere: ut sicut mulier ex uiro facta causa fuit peccati & perditionis; ita uir ex muliere factus, causa fieret iustitiæ &

Mariæ uirgi/nitas.

salutis, contrarijs sexibus contraria operãtibus: quod citra nomen sexus, non potuit obseruari, quãquã nec uirginitatẽ Mariæ in hoc intactam relinquit. Nã cum cæteri omnes ex uiro & muliere ueniant, solus hic ex muliere satis cõmen dat miraculũ, esse matrẽ, mulierem uirginem, & filium uirginis. Denicꝙ qui homo naturalis esse debuit, & filius, necesse fuit ut nascereturAd nascendum autem, & sexu muliebri opus est: nõ enim esset homo filius, nisi per mulierem natus esset. Sicut nec in Adam filius homo, nec Eua filia homo fuit. Adoptio filiorũ, aptius in græco, Hiothesia dicitur, a ponẽdo & filius, sicut legisp ositio eadem compositione dicitur. Hiothesia autem hæc fit, ut supra docuit, per fidẽ Christi, quã deus in ipso futuram promisit Abrahæ. Credere enim in Christũ, est eum induere, unũ cũ eo fieri. At Christus filius est, quare in ipso quoꝙ credentes, filij cum eo sunt. Propter eos, qui nondũ satis in Christo sunt eruditi, repeto, quæ supra sæpius dixi: hoc est, uerba illa, Redimeret, adoptionẽ recipieremus, estis filij, misit spiritũ, Non est seruus, sed filius & hæres, & similia, non sunt intelligenda, quod cõpleta in nobis sint, sed quod Christus hoc expleuit, quo in nobis & ipsa explerentur. Sic enim omnia incepta sunt, ut de die in diem sint magis ac magis perficienda: ideo & phase domini (id est, transitus) dicitur. Et nos Galilæi, id est, migrãtes uocamur: quod assidue de Aegypto per desertũ, id est, per uiam crucis & passionis eximus ad terrã promissionis: redempti sumus, & assidue redimimur: recepimus adoptionẽ, & adhuc recipimꝰ facti sumus filij dei, & sumus, & fiemus: missus est spiritus, mittitur, & mittetur: cognoscimus & cognoscemus. Et ita uitam Christiani, ne imagineris statum & quietem esse, sed transitum & profectum de uitijs ad uirtutem, de claritate in claritatem, de uirtute in uirtutem. Et qui nõ fuerit in transitu, hunc nec Christianum arbitreris, sed populũ quietis & pacis ad quos inducit propheta hostes eius. Ne ergo credas theologis istis deceptoribus, qui tibi dicunt. Si unum & primũ gradum charitatis habeas, satis habes ad salutem. Stultis opinionibus suis, otiosam, ac uelut in uase uinum, in corde charitatem fingentes. Non est otiosa charitas, sed crucifigit carnem assidue, & suo gradu stare nõ potest contenta, sed se dilatat in totũ hominẽ expurgandum. Illi autem cum suo uno gradu, tẽpore tentationis & mortis, nec primũ nec secũdũ gradũ habebũt.

Adoptio filiorum. υἱοθεσία.

Credere in Christum.

Repetitio ꝓpter rudiores

Pasca iugiter celebrãdum Christiano.

Vnus gradꝰ charitatis.

Quoniam autem estis filij, misit deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem, Abba pater.

D. Hiero. corda nostra, habet, quod & græcus habet, quin ita cõsonat, Rho. viij. Accepistis spiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, abba pater: non ait, in quo clamatis, cum tamen in secunda persona ad eos locutus sit: ita & hic facit. Abba pater, cur geminarit, cum grãmatica ratio non appareat: placet uulgata ratio mysterij, quod idem spiritus fidei sit iudæorũ & gẽtium, duorum populoꝝ unius dei: sicut Apostolus Rho. j. &. ij. Iudæo primum & græco dicit.

Abba pater.

Obseruat aplus, quia de filijs dei dixerat, ideo spiritũ sanctũ spiritũ filij dei appellat, ut eundem spiritum in fidelibus missum ostẽdat, qui in Christo est filio dei. Manifeste autem sanctam Trinitatem unum deum notat: Nam filius cũ sit uerus deus, uiuit spiritu suo, quo & pater sine dubio uiuit, & quẽ alibi spiritum dei uocat, hic spiritũ filij uocat. Ita & nos in deo sumus, mouemur & uiuimus. Sumus, propter patrem, qui substantia diuinitatis est. Mouemur, imagine filij, qui ex patre nascitur, diuino & æterno uelut motu motus. Viuimus, secundum spiritum, in quo pater & filius quiescunt, & uelut uiuunt.

Manifeste sanctã trinitatẽ unũ deũ notat.

Sed hæc

Sed hæc sublimiora sunt, & ut huic loco cõueniant. Hoc magis obseruandũ, quod apostolus credentibus, mox & spiritum filiorum dari testatur. Quia (inquit) estis filij, (utiq; per fidem, ut iam sæpe dictum est) misit deus spiritum filij, in corda nostra. Quibus facile soluitur illorum quæstio quomodo sola fide hominẽ iustificari & saluari doceatur. Nihil est, quod mouearis, si uera est fides, & uere filius, nõ deerit spiritus: si autẽ adsit spiritus, charitatẽ diffundet, & omnẽ illum uirtutũ concentũ absoluet, quem. j. Corinth. xiij. tribuit charitati. Charitas patiens est, benigna est &c. ideo quando de fide iustificãte loquitur, de fide quæ per dilectionem operatur, ut alias dicit, loquitur. Fides enim meretur ut spiritus detur: sicut & supra: Ex operibus, an ex auditu fidei spiritũ accepistis? Cæterum, fides qua & dæmones contremiscũt, & impij miracula faciũt, uera nõ est, cum nõdum sint filij, nec hæredes benedictionis.

Sola fide iustificatur hõ.

Fides meretur ut spũs detur

Itaq; iam non est seruus, sed filius: quod si filius, & hæres per deũ.

Per Christum, di. Hiero. legit: & ita græce legitur. Hoc enim addit, ne uel p legem, uel aliũnde hanc hæreditatẽ sibi quisquã speret, & per Christum. Quia in semine Abrahæ (qui est Christus) promittitur & exhibetur benedictio. Idẽ Rho. viij. Si autẽ filij & hæredes, heredes quidem dei, cohæredes autẽ Christi.

Quid sit seruus & seruitus, satis dictum est: nempe, qui legem seruat, & non seruat. Seruat in operibus, uel timore pœnæ, uel amore cõmodi. Non seruat in uoluntate, qua mallet non esse legem: ac sic iam intus odit iustitiã legis, quam foris simulat coram hominibus. Filius autẽ gratia adiutus, libere seruat, nollet nõ esse legem, immo gaudet esse legem, illi manus est in lege domini, huic uoluntas in lege domini.

Seruus Seruitus

Filius

Sed tũc quidẽ, ignorãtes deũ, ijs, qui natura nõ sunt dij seruiebatis.

Dupliciter deum dici, manifeste indicat: Deum natura, id est, uerum, unũ, uiuum, & æternũ. Alios multos falsos, mortuos, hoc est, homines, bestias, uolucres, ut Rhoma. j. Qui cõmutauerũt gloriam immortalis dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & uolucrũ, & quadrupedũ, & serpentũ. Ergo non natura, sed opinione & errore hominũ dij sunt, quibus contra præceptũ secundũ, nomen & gloriã dei ueri, in uanum assumentes, tribuerũt: sicut & nũc nomẽ domini infinitis superstitionibus seruit. Cum enim sit sanctũ & terribile, nõ potest nisi nocẽtissime prætexi, quibuscũq; iniquitatibus & deceptionibus quod illius terrore homines efficacissime trahantur. natura insita est ueneratio nominis diuini, sed difficillimum est nosse, quando inuocatur in ueritate.

Deus dicitur dupliciter.

Nomen dei uenerabile.

Hic enim ignorantia a uero deo subtrahit insidiosissime, qua & Galatas dicit olim fuisse, cum cæteris gentibus deceptos. Distinguunt recẽtiores ignorantiam aliam inuincibilẽ, aliam crassam & affectatã. Inuincibilis (inquiũt) excusat a toto peccato. Crassa non a toto, sed a tanto. Affectata uero magis accusat. Hæc mihi uidentur ad hoc conficta, ut gratiæ dei iniuriã faciant, & liberum arbitrium inflent, deinde homines securos in perditione sua reddant. Nam dum homo fecerit quod in se fuerit, securus est: quia inuincibilis ignorãtia non nocet. Breuiter, ignorantia inuincibilis, uel dicitur quo ad nos, nostrasq; uires, tunc certũ est, nullã esse uincibilẽ ignorantiã, saltẽ in ijs, quæ pertinẽt ad deũ. Ioan. iij. Non potest homo quicquã accipere, nisi fuerit ei datũ desuper. Et Ioã. vj. Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Nihil enim boni ex nobis possumus, sed tantum errare, ignorantias augere, & peccare.

Ignorantia duplex.

Eludit distinctionem.

Proinde

Proinde qui suis uiribus ignorantiã quãcunq; euadere tentat, duplici peccato & ignorantia se excæcat. Primũ, quod ignarus est. Secũdo, quod ignorat se ignarũ esse: & per ignorantiã ignorantiã præsumit pellere, & opus efficere, q̃d solius dei est: ita dũ ad meliora p̃ seipsum nititur, sine deo, de pc̃tõ impietatẽ facit: & quod a deo quærere debuerat, in seipso inuenisse se mẽtitur. Solus Christus est lux, & uita omniũ hominũ, nõ ratio nostra. Vel dicitur inuincibilis, quo ad gratiam dei nobiscum: sic nulla est inuincibilis, quia omnia possibilia credenti. Igitur non sunt docendi homines, ut ignorantiã inuincibilẽ non timeant, ne in se & sua confidẽtes, timorem dei remittant: quin potius, si ue fecerint, quod in se est, siue nõ, desperare de seipsis debent, & in solũ deum cõfidere, eius iudiciũ etiam in bonis timere, eius misericordiã etiã in malis sperare: ut nihil unq̃ faciant, quo securi sint, nihil unq̃ peccent in quo desperent: ita semp̃ est ignorãtia inuincibilis, eo ipso tamen dum timent, & sperant, sunt sine omni ignorantia. Quare nõ excusat ignorantia inuincibilis, sed cõfessio & agnitio gemebũda ignorãtiæ inuincibilis, excusat, uel potiꝰ gratiã impetrat.

Ignorantia quõ docẽda.

NOTA

Ignorãtia inuincibilis nõ excusat.

Nunc autem, cum cognoueritis deum, immo cogniti sitis a deo, Quomodo iterum conuertimini, ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis?

Nescio, an locũ ab ingratitudine tractet Apostolus, an a minori: utrũq; tentemus. A minori, si tunc, quãdo deũ ignorãtes, dijs falsis seruiebatis, nõ cõuertebamini ad elementa infirma, quõ nunc, cũ cognoueritis deum, ad illa cõuertimini? cum tunc magis uidebamini illorũ egere, quod iudaismus nõ parũ excellebat gentilitatẽ: nunc autẽ incõparabiliter etiam iudaismo superiores facti nihil prorsus illorũ egetis. Ab ingratitudine sic: Memores estis q̃ fœda idolatria, dijs immũdis seruieritis, & nunc misericordia dei, ad ueri dei cultũ uocati sitis, num ergo uos pudet, tantæ ingratitudinis, quod a deo rursum discediti, qui e tantis malis, in tanta bona uos uocauit? Aut utrũq; locũ forte simul inuoluit, more suo. Illud immo cum cogniti sitis, putat S. Augustinus dictum ue lut infirmis, explicandi gratia: quia rudes intelligerent cognitionem dei, qua eos cognouisse dicit, facie ad faciem fuisse: & ita apostolum non intelligerẽt, ideo seipsum exposuerit, quod cogniti magis sint q̃ cognouerint.

Locus a minori.

Locus ab ingratitudine.

Cũ cogniti sitis.

Verum sub hac simplicitate latet non minus sublimis illa intelligentia, quod nostrum agere, est pati deum in nobis operantem: quo modo uidemus instrumentũ artificis magis agi, quam agere. Quod & Isa. xxvj. Omnia opera (inquit) nostra, in nobis operatus es domine: ita nostrũ cognoscere, est cognosci a deo, qui & operatus est in nobis hocipsum cognoscere (de fide enim loquitur) ergo prior cognouit nos. Et aptissime hoc utitur tropo in eos, qui iã in sua iustitia niti cœperunt, quasi deum uelint præuenire operibus suis, & iustitiam deo parare, quã ab ipso acceptam oportuit. Qui furor cõmunis est omniũ legaliũ & ceremonialiũ iustitiariorũ. Simul tamen eodem uerbo, præde stinationẽ occulte tangit, sicut & superius alicubi eandẽ indicat tantũ, & transit. Nam nõ ideo cognoscunt̃, quia cognoscũt. Sed contra, quia cogniti sunt, ideo cognoscunt: ut sit non uolentis, neq; currentis, sed miserentis dei omne bonum, & omnis gloria boni. Simili modo de fide & spiritu sentiendum.

Nostrũ agere est pati deũ in nobis operantem.

In eos q̃ sua iustitia niti cœperunt.

Ecce pondus uerborum, & mira tapinosis. Ad elementa, id est, literam, & signa rerum: cum ipsi ad rem ipsam sibi uiderentur conuersi. Deinde infirma, quia lex prorsus ad iustitiam iuuare non potuit, quin potius auge-

bat.

bat peccatū. Et egena, uacua, quia lex nō solū nō potest ulterius prouehere, sed nec seruare & fouere uos potest, in eo quod estis, sed peiores uos per eā fieri ne cesse est. Gratia autē fidei in Christo, potens est, non modo seruare, sed & ad perfectū promouere. Dictū est supra, quid sint & quare sint elementa, uides ergo cū contemptim de lege loquatur, contra magniloquos pseudapostolos. NOTA.

Quærit hic d. Hiero. an Moses & prophetæ deū cognorint, & sic legē nō seruarint, aut legē seruarint & sic deum nō cognorint. Quia Apostus hæc duo facit pugnātia, & utrūlibet de prophetis asserere periculosum est. Sed uno uerbo Apostus hoc dissoluit, quibus (inquit) denuo uultis seruire. Seruare legalia, nō est malū, sed seruire legalibus, malū est. Seruit autē, qui timore (ut iam sæpe dictum est) minarū, eadē facit coactus: uelut necessaria, quib⁹ mereat iustificari. Libere autē facta, nihil obsunt. Sic prophetæ ea obseruauerūt, non pro iustitia obtinenda, sed pro charitate dei, & proximi exercenda, ipsi ex fide iustificati. Seruire legalibus malū est, nō seruare.

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.

B. Augustinus dubie hunc locū exponit, magis tamen de gentiū cū iudæorū ritu. Dicit enim, uulgatissimus error est gentiliū, ut uel in agendis rebus, uel expectandis euētibus uitæ ac negotiorū suorū, ab Astrologis & Chaldæis notatos dies, menses, tēpora, & annos obseruent. Et hoc sensu, Apostolū passim decreta allegāt, pro more suo, quo & multa alia assueuerūt hoc nomine, quod a sanctis patribus dicta sunt, nō qua causa dicta sunt. Quamcū statim b. Aug. de iudæis quoq; intelligēdū dicat. B. Hiero. simpliciter & recte de iudæis tantum accipit. Dies (inquit) ut sabbati, & Neomeniæ: mēses autē, ut primū & septimū mensem. Tempora, quibus ter ueniebant in Hierusalē per singulos annos. Annos autē septimū remissionis, & quinquagēsimū, quē iubileum illi uocant. Quærit idem an & nos eodē crimine teneamur, quod quartū sabbati, paraseuen, diē dominicā quadragesimæ ieiuniæ, pascæ, & pentecostes, & pro uarietati regionū, diuersa in honore martyrū constituta tempora obseruamus. Quæstio Hiero.

Respondet primū, Nos nō iudæorū, sed alios dies obseruare. Secūdo. Constituti sunt dies, nō quo celebrior sit illa, qua cōuenimus, sed ne iordinata congregatio populi, fidem minueret in Christo. Tertio, qui acutius respondere conatur, affirmat omnes dies æquales esse. Semper esse sanctum resurrectionis diē, semp licere ieiunare, semper uesci dominico corpore, semper orare. Ideo ieiunia & congregationes inter dies, propter eos, a iuris prudētibus constitutos, qui magis seculo uacant cū deo &c. Hoc uerū est, Sic enim Isa. ulti. futurū esse prædixit: Erit sabbatū ex sabbato, & mensis ex mēse. Reuera em̄ omnis dies festus est in noua lege, nisi quantū ecclesiæ præcepto constituit, pro uerbo dei audiendo, & cōmunicādo, & orando cōmunibus precibus. Sed nunc longe in maiorē superstitionē abierūt, cū iudæorū festiuitates: adeo ut se obsequiū deo nūc præstare arbitrent, si hos dies multiplicēt, nō orandi, non audiēdi uerbi dei, nō cōmunicādi gratia, sed tantū feriādi, & uere feriant̄ pfectius cū iudæi. Hi enim saltē Mosen & prophetas legūt: Nos nec deo, nec hominibus seruiētes absolutissime uacamus ab omnib⁹, nisi quod uentri & ocio, alijscū portētis seruimus. Nec sic tamē pontifices populorū miserti, dies aliquot festos abrogant & minuūt: timētes forte Rho. pontificis autoritatē, hæc sancientis: quasi non hoc ipsum impiū sit putare, quod Rho. pontifex intenderit, aut potuerit statuere, uel tolerare eos dies, qui diabolū tot monstris colunt, in summū dedecus Christiani nominis, & blasphemiā diuinæ maiestatis. Aut si putant illum Omnis dies festus in noua lege. In superstitionē nostri seculi. Pium & p christiano professu, consiliū.

hæc

hæc intendere, & tolerare uelle, impijſſimũ eſt obediſſe, & hominis ſtatutũ, in tantũ creatoris contumeliã uergens, non penitus, & cũ fiducia dirupiſſe & caſ-
Notent epi. ſaſſe. Nõ eſt excuſatus epiſcopus, aut ullus paſtor, ſi uiderit dies feſtos in ſua eccleſia, ebrietatibus, ludis, libidinibus, cædibus, ocio, fabulis, ſpectaculis con-ſumi, ſicuti fere conſumuntur, præter paucos celeberrimos: & nõ eos abroga-rit. Non (inquã) excuſatus eſt, quod ſine autoritate Papæ non licet. Nam ſi & angelus de cœlo ſic cõſtituiſſet, plus tamen diuinæ gloriæ & honori debemus in cuius iniuriã quicquid ſtatuitur, aut quicquid a quocũq; toleratur, tollendũ eſt cũ fiducia: niſi quis malit omniũ malorũ tali permiſſione factorum reus fie-
Quatenus Rho. eccleſiæ mãdatũ ligat ri. Non ligat mandatũ Rho. eccleſiæ, niſi ubi cum honore & gloria dei ſeruari poteſt: Quod ſi ſeruari nõ ita poteſt, iam impios eſſe pronũcio, qui illud man datum cogunt uideri. Sicut nos impijſſimi homines ludunt, qui hominis timo rem præponunt dei timori: & ſub nominæ Papæ, & S. Petri, diabolũ coronãt in eccleſia Chriſti, immo adorant. De bello in Turcas cogitamus, de hoc & alijs neceſſitatibus eccleſiæ longe q̃ turcarũ tyrannis ſit, peioribus, ſecuri ſu-mus, & in utrãq; dormimus aurem: quaſi nõ melius ſit Turcã uere uirgam dei uenire, & noſtris malis, uel morte corporis mederi, q̃ tanta licẽtia populi, tan-ta ſegnitie paſtorũ eccleſiæ, populũ in peiores turcas degenerare. Ille ſane cor-pora occidet, & terra ſpoliabit, at nos animas occidimus & cœlo priuamus.

Si tamen uera eſt diffinitio nouiſſimi concilij, animas ſcilicet eſſe immorta-les, præſertim Chriſtianorũ. Ad apoſtolũ redeundo, ſicut circũciſio, ita dies quoq; feſti nihil conferebant iuſtitiæ, neq; alia, quorũ latius meminit Col. iij. nõ ergo, ut neceſſaria fuerũt obſeruãda. Non magis certe q̃ noſtri feſti dies, nobis iuſtitiam conferunt obſeruati, aut ulla alia onera traditionũ. Sed ex fide Chriſti iuſtitia noſtra eſt, quæ nõ fit ex ceremonijs: ſed utitur ceremonijs libe-re pro charitate dei & proximi: niſi id lucri tibi fecerint, multiplicati dies feſti, quo ab operibus manuũ feriatus, rem familiarem extenues, & ſic paulatim ad inopiam uenias: iuxta illud euangelij: Beati pauperes: ut dies feſti, non ad cul-tũ dei, ſed ad paupertatẽ adducendã ualeant: aut ad euacuandũ præceptũ dei ſa luberrimũ, ueteri homini impoſitũ: In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Sed alias hæc & alia, miſere habet eccl'ia Chriſti, iraſcẽte pc̃tis noſtris, cœlo & terra

Timeo uos, ne ſine cauſa in uobis laborauerim.

Timeo uos, b. Hierony. pro timeo de uobis, dictum putat. Et defectum mihi uidetur oratio ſapere, tanq̃ uoluerit Apoſtolus eos terrere periculo eorum, & dicere: Timeo uos perituros eſſe in æternũ, & ita fruſtra omnia in uobis labo-rauerim. uerum, uertit uerba, & ut dura hæc ſupprimit, & ſuum damnũ tantum cauſatur: ita enim conuenit apoſtolicæ lenitati, non nimium aſpere inuadere,
Non acerbe inuadere re-cuperandos. quos recuperare cupiebat. Si quidẽ, ut eſt humanus affectus, præſertim in cul-pa deprehenſus, magis trahitur & corrigitur lenitate, q̃ cogitur minis & terro-re. Et uehemẽter mouet, ſi aliorum mala tua feceris, & te in illis deploraris, ut permoueas tandem, quo ſua ſaltem tecũ deplorent. Dicat ergo Paulus: O Ga-latæ & ſi ueſtrum malũ non ſatis uos mouet, miſeremini ſaltem mei, condole-te mihi, qui in uobis me perdidiſſe timeo, non rem, non famã, non honorem, nec ſolum uerbũ aut opus, ſed uniuerſum laborem. Mitius erat, ſi tantum locu-tus fuiſſem, nunc laboraui pro uobis, oraui, multa paſſus, multa periclitatus (ſi-cut ad Corinthios racitat copioſius) & hæc omnia nunc fruſtra conſumpſi. La-chrymas Pauli hæc uerba ſpirant.

Eſtote

Estote sicut ego, quia & ego sicut uos.

Et hic obscuritas uarietatẽ parit. D. Hiero. duas affert. Priorem: Estote sicut ego: id est, robusti & uiri in fide Christi, sicut ego iã sum: ut sit exhortatio ad perfectiora, quia & ego sicut uos, scilicet fui, tunc scilicet quando primũ uobis euãgelij lac dedi. Nam feci me paruulũ, & infirmum uobis, abscondens perfectiora, & infirmiora fidei uobis dedi, & talem doctorem exhibui, quem uos infirmi intelligere possitis. Eram ergo tunc sicut uos: quare nunc uicem rependite, & sitis sicut ego: id est, potentes me capere fortiora tradẽtem. Alteram, fui & ego quondam in ceremonijs, sicut uos modo estis: sed arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifacerem. Et uos quoq; sic facite, & estote sicut ego modo sum. D. Hierony. duas affert sententias. Vnam. Alteram.

B. Augu. Estote sicut ego, qui contẽno legalia iudæus: quia & ego sicut uos: id est, homo sum sicut uos. Si mihi, qui similis sum uobis homo, licet elementa negligere & uobis quoq; licebit. Potest & ita cogitari, quia dure eos increpabat, ne exasperarẽtur & læderẽtur, prœoccupat & expostulat, ut sese præbeant ei, qualem ipse se præbet illis, ut sit sensus: ego quidem non sum læsus a uobis, nõ exasperastis me. Ita rursus, nolite a me lædi, & exasperari: sed commune malum utrunq; deploremus. Meum malũ est, quod uos reciditis: ideo nõ a uobis offensus sum, sed a malo iam meo: ita uos nolite offendi mea increpatiõe, sed uestro malo potius. Et hunc sensum, sequens contextus uidetur iuuare, nihil (inquit) me læsistis. Huic non multum absimilis est sensus, si cũ præcedentibus iam dictis, ita nectatur: Quando ego uestro hoc malo, nõ secus afficior, ac si meũ esset ita ut iam uere cum infirmis infirmer, cum flentibus fleam, omnibusq; omnia factus sim: ita rursum peto, ut mihi quoq; timenti, ne frustra laborarim, assimilemini: & cum timenti timeatis, cum dolẽte perditum laborem esse doleatis: ut si uestro malo non mouemini, meo moueamini: ut sic ad uestrum quoq; perueniatis malum deplorandum. Sic eñ & Christus, teste d. Bernardo, cum nos peccata nostra non cruciarent, pro nobis doluit & passus est, ut suo ꝑ nostris peccatis dolore, multo fortius nos ad luctum moueret, sicut ad mulieres sequentes dixit: Nolite flere super me, sed flete super uosipsos. In his liberum linquo iudicium lectori. B. August. Alia interpretatio. Sententia B. Bernardi.

Fratres, obsecro uos, nihil me læsistis.

D. Hiero. ad superiorem sentẽtiam hoc iungit, sic legẽs Fratres, obsecro uos, estote sicut ego, quia ego sicut uos, nihil me læsistis. Verum cum apostolus soleat ingredi nouam sententiã, quando dicit: Fratres obsecro uos, nescio an iste ordo sit tenendus. Quid si per eclipsim, hoc uel simile uoluerit, obsecro, ignoscite mihi: durus fui, sed necessario: sustinete modicum quid zelotypiæ meæ. D. Hierony. Videtur esse eclypsis.

B. Hierony. sic, Quum hucusq; non me leseritis, quando uobis paruulis & infirmis, infirmus factus, infirma tradidi: cur nunc lædor a uobis, ad maiora uos prouocans? Et hanc sententiam statuit ex sequentibus, ubi per infirmitatem se eis prædicasse dicit. Et tamẽ susceptum sicut angelum dei &c. Igitur certum est apostolum hoc contextu pro paterna solicitudine, lenire & molire suam totius præcedentis sermonis asperitatẽ. Arguerat insensatos, cito translatos, cõuersos ad elementa mundi, carne consummatos, fascinatos, crucifixum in eis Christũ, contemptam gratiam, irritum testamentum dei, seruos ex filijs factos. Et iam in summa, frustra se omnia fecisse, & laborem uniuersum perdidisse: ac ita iam prope de eis oĩa pessima & desperata significarat. Et hęc oĩa ꝑ uehemẽtia, & studio ardentissimo tuendæ gratiæ dei: ideo nunc temperat, & castigationem mitigat, Solicitudo & lenitas apostoli.

oleo lenitatis postulans, ut sint patiētes, donent aliquid zelo dei, quo eos zelat; sicut ipse patiēs fuit multa, & hoc p̄sens quoq; malū eis donās, Obsecro (inquit) charissimi fratres, non sum hæc locutus, odio uestri, uera uobis dico: sed nō ideo inimicū uestrū me arbitremini. Nā quod timuerit eos nimiū offensos, satis indicat, quod infra dicit: Ergo inimicus factus sum uobis, uerum dicens? Et iterū. Vellem autem esse apud uos modo, ut mutarē uocē meā, quasi di. timeo ne scripta nimis offendāt, ut uidebimus. Et ut efficacissime suadeat, non amaro animo se esse, neq; odio hæc locutū, incipit eos copiosissime cōmendare. Non sum inimicus uobis fratres: nihil em̄ me læsistis unq̄: immo adeo non læsistis, ut & exime, sicut angelum dei susceperitis.

Scitis enim, quia per infirmitatem carnis euangelisaui uobis, iam pridem, & tentationem uestrā, in carne mea, nō spreuistis, neq; respuistis, sed sicut angelū dei excepistis me, sicut Christum Iesum.

Tropus Paulinus.

Infirmitatē carnis d. Hiero. ad Galatas refert, ut quibus tanq̄ infirmis, & adhuc carnalibus, non potuerit spiritualia prædicare: quod non placet: sed tropus est Paulinus, quo exprimit conditionis uilitatē: infirmitas em̄ inbecillitas est, qua apostoli, cū essent pauperes contēpti, uariis deinde persecutionibus subiecti: &, ut ad Corinthios dicit, nouissimi omnium secūdum carnē, & corā hominibus omnino impotētes, & nihil habebant. Nihilo tn̄ minus sub hac infirmitate, operabantur uirtutes, & erant potentiores in uerbo & opere, q̄ totus mundus: ideo genitiuus Carnis, neq; ad apostolū, neq; ad Galatas referri debet: Sed absolute, sicut ab apostolo ponitur, ad spiritū cōparari. ut Rho. j. Qui factus est ex semine Dauid, secūdum carnē: & declaratus filius dei in uirtute spiritus sanctitatis &c. Et. j. Pe. iij. mortificatus quidem carne, uiuificatus autē spiritu.

Infirmitas carnis.

Ita & hic: infirmitas carnis, id est imbecillitas, quæ est secundū carnem, si uirtutē non uideas, quæ est in spiritu. Quod autē infirmitas significat ea, quæ di xi. ex. ij. Corin. xj. &. xij. patet ubi omnia recēsens, quæ gesserat & passus fuerat Libēter (inquit) gloriabor in infirmitatib⁹ meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Et uirtus in infirmitate perficit. Et cū infirmor, potens sum. Laus ergo Galatarū exímia, quod illis offendiculis non sunt offensi, quibus totus mundus scandalisatus, irrisit apostolos, tū propter infirmitatē carnis, tū propter stultitiā crucis, qua futuram uitā docebant, & præsentia omnia contēnenda, in quibus gloriantur de uirtute sua homines: immo, sicut angelū, sicut Christū ipsum, sine dubio summa reuerentia, & humilitate exceperunt.

Tentatio Galatarum.

Tentatiōem aūt Galatarum d. Hiero. uarie interpretatus. Vltimo tandē, meo iudicio, recte dicit: contumelias, persecutiōes, & talia, quæ a iudæis maxime, & a gentibus, pro uerbo Christo tulisse, & ferre eum uiderunt in carne sua: hoc est, corā hominibus (nam in spiritu semper triumphabat eū deus per Christum, ut alibi dicit) non spreuerunt, neq; respuerunt: cum tamen his q̄ fortissime tētarent̄, ut illorū timore uerbū fidei relinquerēt. Nam & hodie ista tentatio multos cito subuertit, qui pro ueritate dei passos & afflictos consyderant, quæ tunc Galatas prorsus nihil mouebat, p̄ oīa apostolum afflictū cernentes: uere apostolicam quandam uirtutē in eis prædicat, qui contēptis omnibus, uictores huius tentationis, sicut Christum, susceperunt apostolū. Nōne putas, uitæ & omniū rerū p̄iculo hoc fecerunt? Nōne propter Paulū, oīm Pauli hostiū uim & irā i se deriuarūt? Nō potuerūt Paulū suscipere, & nō lædere Pauli p̄secutores; īmo & irritarūt eos magis, quod nō solū susceperūt

NOTA.

NOTA.

ſceperunt, ſed ut angelum, ut Chriſtum ſuſceperunt, ſumma ſcilicet reuerentia quem aduerſarij ſumma cõtumelia affectũ, ut omniũ peſſimũ quærebãt ad mortem. Monet hoc loco d. Hierony. Epiſcopos: diſcant (inquit) ab apoſtolo, errantes, inſipientes Galatas fratres uocari: diſcant poſt increpationem, blãda uerba dicentis: obſecro uos. Quod obſecrat, illud eſt, ut ſint eius imitatores: ſicut & ipſe Chriſti. Decutiunt hæc ſupercilio epiſcoporũ, q uelut in aliqua ſublimi ſpecula conſtituti, uix dignantur uidere mortales, & alloqui conſeruos ſuos.

Hæc retuli, quia noſtro ſeculo miraculum, immo pluſq; impietas eſt, pontifi NOTA.
cũ uitia uel recitare. Aliud dixiſſet, ſi noſtri ſeculi pontifices, pro magna parte regum & principum faſtus ſuperare: rurſum in Chriſti uita uel ſcientia, nec ideotas, aut mulierculas æquare, uidiſſet. At apoſtol⁹ pulchre memor, quod ad Timotheũ ſcripſit, argue, obſecra, increpa, inſta opportune, importune, cũ omi patiẽtia &c. idẽ in hac epiſtola, & exemplo docet: non excõmunicat, non clamat ad ignẽ, non mox hæreticos pnunciat, non aggrauat, nec reaggrauat, ſed ignẽ charitatis, & flãmas cordis ſui iactat: quia non occidere homines, ſed hominum uitia & errores, ſtuduit, neſcit fulmina latę ſentẽtiæ, niſi fulmen uerbi dei, & to- Apſus neſcit fulmina latæ ſententiæ.
nitru euangelicũ: quo ſolo occiduntur & uiuificantur peccatores.

Vbi eſt ergo beatitudo ueſtra?

Vel, quia pro tantæ fidei conſtantia, beatos ipſe tũc eos dixerat: Vel quia, qui tales ſunt, quales commendauit Galatas, uere beati dici poſſunt: niſi quis exiſtimet apoſtolicam uerecundiã hic ſignari: ut qui uellet dicere: ubi nũc eſt ueſtra illa in me reuerentia, obſeruantia, & quædam uelut adoratio? Maluerit uerecunde eorũ beatitudini, q̃ ſuæ gloriæ tribuere, exemplo Chriſti: qui & ipſe uirtutes ſuas fidei eorum, quibus fiebant deputare ſolebat. Aut ſi ſimplex ſenſus placet, fidem Chriſti, in qua beatificabantur, expoſtulat & exprobrat.

Teſtimonium enim uobis perhibeo: quia ſi fieri potuiſſet, oculos ueſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.

Hyperbolen eſſe putat d. Hiero. At non puto neceſſariam hyperbolen, cum ex prædictis pateat, eos & uitã ſuã pro apoſtolo in periculum poſuiſſe: ideo non mirũ, ſi fieri potuiſſet: hoc eſt, ſi ipſe permitteret & ita fieri oporteret (alioquin, quõ non potuit fieri, ſi uellent) eos erupturos fuiſſe & oculos: niſi ad occultam reprehenſionem, per myſterium oculorum alludit, ut qui tunc oculos ſuos, id eſt ſenſum ſuum, libentiſſime apoſtolo ſubmiſerunt, ut fidem docerentur: quæ ſtultificat ſapientes, & uidentes reddit, ut non uideant: nunc receperunt, ut ſuo oculo ſcandaliſentur, quẽ dñs erui iuſſit, & proiici a nobis. Vide quid ſit, paſtorẽ NOTA.
negligere oues Chriſti: tantã charitatẽ, tantã fidem, tam ſynceram religionẽ Galatarum, pſeudapoſtoli tam cito ſubuerterunt, breui, abſente apoſtolo: quid faciat diabolus, ubi nullus eſt paſtor: aut ſi eſt, oues Chriſti nunq̃ uiſitet aut paſcat? Nunquid ſolo titulo, nomine poteſtate, paſtores, poterunt ſeruari? Nã ijs illæſis, putatur eccleſia eſſe illæſa.

Ergo inimicus uobis factus ſum, uerum dicens.

Recte hoc Hiero. exponit, de ueritate, quã in hac epiſtola ad eos loquit: non de illa, qua primũ eos inſtituit. Nã, ut dixi, id agit apoſtolus, ne Galatę iniquius ferrent, quæ hucuſq; in eos dixerat, nonnulla ſatis dura, ſed tñ uera: ideo præuenit eos, ac dicit: non accipite uerba mea, quod dura ſunt, ſed hoc poti⁹ uidete, q̃ uera ſunt. Eſto durius uos inuaſi, nunq̃d ideo inimicũ me habetis, ac nõ magis

Pulcherrimũ docendę ueritatis exẽplũ. amicum: quia ueritatem, & si necessario duram, uobis loquor? O pulcherrimũ docendę ueritatis exemplũ. Sic ẽm uulnus infligere oportet, ut scias & mitigare, & sanare: sic sæuerum esse, ut benignitatis non obliuiscaris. Sic & deus fulgura in pluuiam facit, & tristes nubes atrũq; cœlum, in fructiferos imbres resoluit

Prouerbium ita habet Prouerbiũ, Innoxiam esse tẽpestatem fulgurũ, quæ pluuia mixta fuerit: formidabilem autẽ & noxiam, quæ sicca & sola. Neq; enim uerbũ dei in perpetuum irasci, neq; in æternũ cõminari debet.

Aemulantur uos, non bene: sed excludere uos uolunt, ut illos æmulemini.

Occurrit excusationi, quã uidet, eos posse prætexere & dicere, quod nos illis obediuimus, ideo fecimus: quia pio studio, & bona (ut nunc dicitur) intentione nostram salutem quærere uidebantur: præsertim cũ nemo debeat suus esse magister: & sicut Deut. xij. dicitur, non faciendũ est, quod rectum nobis uidetur.

Aemulari apud apl̃m Respondet: scio zelũ habent, sed non bonum, nec secundum scientiam. Hic sciendũ quod uerbũ æmulari quanq; frequenter idem sit, quod imitari, apostolꝰ tñ familiarẽ eius habet usum, pro inuidere cũ amore, seu alicuius amore contendere & conniti. Et ut plenius rem, pro opinione nostra tractemus, Amare dupliciter contingit, in bono & in malo: ita & æmulari. Diligimus enim quãdoq; sed non bene: ita æmulamur quandoq;, sed non bene. Verũ ut amor est diligere bonũ, odium odisse malum: ita æmulatio seu zelus utrũq; inuoluens, proprie est odisse malum in re amata: & quo uehemẽtius ames, eo ardentius odias & inuideas malum amati. Vnde ego soleo zelum intelligere, iratum amorẽ, uel amarosam inuidiam. Sic apostolus. ij. Cor. xj. Aemulor ẽm uos dei æmulatiõe, ubi de imitatione loqui, ne potest quidẽ fingi: quia sequitur: despondi ẽm uos uni uiro. Timeo autẽ ne sensus uestri corrũpant̃ &c. quasi di. ita diligo castã fidem uestrã, ut non possim non timere, & odisse corruptionem uestri: clare exponens, quid sit æmulari, æmulatiõe dei. Quin hoc ipso uerbo, duplicẽ illã æmulationẽ indicat. Aemulatio dei, id est, secundum deum, est odium mali in re amata, secũ dũ ueritatem: seu amor boni, & odium mali in re amata, secundum ueritatem.

Aemulatio dei.

Hominum Aemulatio hominũ, odiũ mali in re amata, seu amor boni, & odium mali, in re amata: sed secundũ speciẽ & erronee. Talis est pseudapostolorũ, de qua dicit: æmulantur uos, sed non bene: hoc est, quærunt bonum uestrũ, & abominantur malum uestrũ, sed male: quia malũ iustitiæ legis, uelut bonum in Galatis quærebant statuere. Iste est stultus ille zelus, quo & iudæos scribit ad Rho. Zelare deum, id est ea quæ dei sunt Non ẽm æmulari hoc loco, pro imitari accipi potest, quod pseudapostoli Galatas utiq; non imitarent̃: Sed cõtra (inquit) excludere uos uolunt, scilicet a Christo, & fiducia eius, in fiduciam legis in carceran dos, ut ipsos æmulemini. Hoc loco potest pro imitari, positum esse: quãquã nec a priore significatiõe abhorret, si intelligas, pseudapostolos uoluisse a Galatis diligi, pio studio ambiri, (& ut discipuli pro p̃ceptoribus solent) zelo in se affici, amari, q̃ illorũ essent: odio haberi quæ contraria. Et nõ inepte dixisset, excludere nos uolũt. Sed ne arrogãtiã, uel specie tenus incurreret, uos (inquit) uolũt excludere, ut nobis exclusis, simul uos quoq; excludant.

Stultus zelus

Bonum autem æmulamini in bono semper, & non tantum, cum præsens sum apud uos.

Alterã partẽ excusatiõis eorũ confutat, una ẽm erat, quod illi pio studio quærebant

rebant eorum salutem, quod apostolus negat: non bene (inquit) æmulãtur uos: non quæ uestra, sed quę sua sunt, quærunt, ut in uobis glorientur, ut infra. vj.

Altera, quod obediendũ sit, & non sibi ipsi credendũ. Ad hoc respondet: Bonum quidem est æmulari, & imitari alios, sed hoc præstate in re bona semper, nunc̃ in mala, non tantũ me pręsente, sed etiam absente, ne mei causa, ac nõ rei ipsius causa facere, uideamini. Quo circa miror interpretẽ & d. Hierony. hũc contextum ita præterijsse, cum satis sit obscurus, si dixeris: Bonum æmulamini in bono. Quid est bonũ in bono ęmulari. Quare officiose Erasmus & Stapuleñ. e græco sic reddiderunt: Bonum est æmulari in bona re semper: uel bona est æmulatio in re bona semp. Est enim infinitiuꝰ æmulari, non imperatiuus æmulamini, nisi sciolus deprauator quispiã, & interpretem, & Hieronymum uiolauerit. Quod apostolus uult, hoc est, Omnia probate, quod bonum est, tenete: quam regulã uidemus omnibus ecclesijs, ab eo traditam. Et tamen per multos annorum centenarios penitus est obliterata. Omia probate, q̃d bonum est, tenete.

Filioli mei, quos iterũ parturio, donec Christus formetur in uobis.

Vide miram apostoli charitatem, ut totus est nihil aliud c̃ Galatæ, adeo omnia in se transformat, sui penitissime oblitus: ut patiẽ in illis, ut laborat, ut ęstuat de nulla sua re, sed Galatarum solicitus. O exemplum apostolicũ pastoris Christiani. Verum charitas, non quærit quæ sua sunt. Dulcissimi filioli mei, materna mea uiscera torquẽtur, pater fui, mater factus sum, porto uos in utero, formo, fingoc̃ uos: uellem uos parere, & in uitã edere, si quo modo possem. Commendat affectum hunc multis d. Hieronymus. Nam hoc demum est, animas quærere, non pecunias. Nota uerboꝝ obseruationem, nõ ait, donec Christũ formem in uobis, sed formetur. Plus gratiæ dei tribuens, c̃ operi suo: uelut mater gestat eos in utero, rude semẽ, donec spiritus cooperatus, formet eos in Christum. Anxiari potest prædicator, quomodo pariat Christianos, sed formare non potest, non plusc̃ mater carnis format fœtum, sed tantum portat formandum & pariendum. Nec dixit, donec in Christũ formemini, sed formetur Christus in uobis. Quia uita Christiani non est ipsius, sed Christi in eo uiuentis: ut supra. ij. Viuo iam non ego, uiuit uero in me Christus. Nos oportet destrui & difformari, ut Christus formetur, & solus sit in nobis. Apostoli charitas. Christiani pastoris aias quærere. Verborum obseruatio. Vita Christiani Christi in eo uiuẽtis est.

Vellem autem esse apud uos modo, & mutare uocem meam.

Hoc Hieronymo uidetur dicere: quia scriptura diuina lecta quidem ædificat: sed multo magis prodest, si de literis uertatur in uocem: sicut & ad Paulinũ scribit, de energia uocis uiuæ. Non solum autem, hoc apostolus intendit, uerum uellem (inquit) ut essem modo apud uos, ad hoc, ut uocem possem mutare: non musica mutatione, sed theologica: hoc est, quia epistola scripta, si nimium obiurgat, offendit: sin blãdior est, nõ satisfacit apud insensatos: in tam seria re, scriptura mortua est: tantũ dat, quãtũ habet. At si pẽs esset, posset pro uarietate auditorũ, temperare sermonẽ: illos obiurgare, hos mitigare: illos rogare, hos increpare, & in omnem affectum, sicut opportunum esset mutare. Nã apparet apostolum solicitum esse, ne & in superioribus nimium in partem obiurgandi: & hic inter laudandum & blandiendum, nimium ad commendationem declinarit: timens pijssime, ne utrinc̃ aut nimium lædat, aut minus c̃ necesse est, percutiat & ita inter utrũc̃ hærens confunditur, ignarus quid faciat, nec, integrum habens obiurgare, nec commendare. Hanc sententiã probat uerbũ, quod sequit. Sentẽtia apti.

Quia confundor in uobis.

D. Hierony. Hoc est, ut dignissime Erasmus reddidit, hæreo, perturbor, inopsq; consilij sum, quid uobiscum agam: in quam sententiam & di. Hiero. multa comment° tandem ægre ac pene imprudens, & alia agens: confundor (inquit) in uobis, & ignoratione huc atq; illuc distrahor, & ignorãs quid agam in diuersa distractus laceror, dilaniorq;. Nescio enim, quæ primũ uerba promã &c. Hæc ille sparsim.

Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, legem non legistis?

Legem non audistis, Hiero. & Græcus habent. Laborat Hierony. legem uocari hoc loco Genesim, de qua apostolus sumit, quod dicit. At qñ Hebræis quinq; libri Mosi Thora, id est, lex uocantur, non inepte apostolus legem appellat, librum Genesis: in qua si nihil aliud, certe circũcisio saltem præcipit, præcipua Iudæorum lex, omniumq; prima.

Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera: sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta.

Quæstio. Non quod in Genesi allegorice sint intelligenda, sed apostolus a se dicta per allegoriam, quæ illic ad literam dicuntur, significat. Quæritur: Quomodo nõ & Ismael per repromissionem natus sit: de quo Genẽ. xvj. tam multa per angelũ domini promittuntur matri suæ, anteq; natus esset. Rursus. xvij. multo plura ad Abraham de eodem, ab ipsomet deo promittuntur, cum iam natus esset.

D. Hierony. multa adducit, & incertum relinquit. Verum clarum est, quod Ismael, non promittente deo, sed iubente Sara, naturali uirtute in adolescentula Agar conceptus est: Isaac autem de sterili, uetulaq; matre, supernaturali uirtute promittentis conceptus. Nam quod angelus ad Agar dixit: Ecce concepisti, & paries filium. certe non est promittentis concipiendum, sed prædicentis futura de iam concepto, aut etiam præcipientis est: ideo Isaac filius repromissiõis est tamen ex carne natus, sed non uirtute, nec secundũ carnem conceptus.

Hæc enim sunt deo testamenta, unum quidem a monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar.

Qui allegoricis doctrinis instituendi. Quia Galatæ fideles erãt, allegoricis doctrinis eruditi potuerunt: Alioquin ut. j. Corin. xiij. dicit, infidelibus sunt linguæ in signum. Infidelibus uero allegoricis nihil potest probari: ut & d. Augu. ad Vincentium docet. Aut certe, ꝙ apostolus Galatis, ut infirmioribus, paterna solicitudine, & uolens, rem similitudinibus & allegorijs deliniat, ut uerbum eorum captui attemperet. Nam rudiores similitudinib°. similitudinibus, parabolis allegorijs, etiam cum uoluptate capiunt: ideo & Christus in euangelio (sicut Matthæus dicit) parabolis docet, pro captu unius cuiusq;. Videamus ergo quomodo locũ hunc allegoricum tractet aduersus legis iustitiã. Hæc (inquit) duo testamenta, hoc est, duæ mulieres. Sara & Agar, si figura fuere duorũ testamentorũ, sub uno eodẽ Abrahã, qui patrẽ cœlestẽ repræsentat. Verũ, quod pene transierã de mysticis & allegoricis quoq; aliqua uidẽda sunt, qñ hæc res postulat & tempus. Quatuor sensus scripturæ in usu. Habentur in usu quatuor sensus scripturę, quos literam, tropologiam, allegoriã, anagogen, uocant: ut Hierusalẽ iuxta literã, ciuitas Iudææ metropolis est: Tropologicus, conscientia pura uel fides

Allego

Allegorice, ecclesia Christi: Anagogice, cœlestis patria. Ita Isaac & Ismael hoc loco, literaliter, filij duo Abrahæ: Allegorice, duo testamenta, seu synagoga & ecclesia, lex & gratia: Tropologice, caro & spiritus, seu uirtus & uitium, gratia & peccatum. Anagogice, gloria & pœna, cœlũ & infernus, immo alijs, angeli & dæmões, beati & dãnati. Permittat sane is lud⁹ ijs, qui uolũt, modo ne assuefiant aliquorum temeritati, scripturas pro libidine lacerare, & incertas face/re. Quin potius ad capitalem legitimũq; sensum, hæc uelut accessoria ornamenta adijciunt, quibus uel oratio locupletius ornetur, aut exemplo Pauli rudiores uelut lactea doctrina mollius foueantur: non autem in contentionibus pro stabilienda fidei doctrina proferantur. Nam ista quadriga (& si non reprobem) non scripturæ autoritate, nec patrum usu, nec grammatica satis ratione iuuatur. Capitalis sensus scripturæ.

Primum, manifestum est, q̃ apostolus hoc loco allegoriã & anagogen non distinguit, immo quod illi anagogen, hoc ipse allegoriam uocat: Sarã interpretatus, cœlestem Hierusalẽ, quę sursum est mater nostra: hoc est illorum anagogica Hierusalem. Deinde sancti patres allegoriam grammatice, una cũ alijs figuris tractant in sacris literis: sicut abunde docet b. Augustin. in li. de doct. Christ. Atq; Anagoge nõ tã figurã propriã, q̃ generalẽ dictorum cõditionẽ significat hoc est, Anagoge dicitur, quoties in recessu & inseparato aliud intelligi potest, q̃ sonat: unde & reductio interpretatur, quod & allegoria significat, id est, alieniloquium: hoc est, ut b. Hierony. ait, aliud prætendit in uerbis, aliud significat in sensu. Tropologiam sermonem de moribus esse conuenit, quam aliquando esse allegoriam nihil obstat: dum scilicet aliud dicitur, sub quo mores boni aut mali significantur. Liber igitur patrũ usus in his nominibus uidet anxietate quadã, in captiuitatẽ huius quadrupli coactus: sicut & multa alia, temere distinxerunt multi, quę & re, & uoce idem sunt. Illud magis monendum, quod & supradictum est, apud Origenem & Hierony. sensum spiritualẽ eum uideri, quẽ hic apostolus allegoriam uocat. Literam em̃ ipsi figuram & historiam accipiunt. Mysticũ aũt & allegoricum, spiritualem dicunt. Et uirum spiritualem qui sublimiter oĩa intelligat, nihil (ut inquit) Iudaicæ traditionis admittat. Hac regula incedit fere totus Origines & Hiero. &, ut audacter dicã, non raro in difficultates inextricabiles labuntur. Verũ, expeditius mihi incedit b. Aug. Nã ut omittã illud, quod mysticus sensus sit, uel allegoricus, uel anagogic⁹: aut omnino, qui aliud habet in recessu, q̃ in fronte ostenditur. Et huic opponatur historicus sensus, aut figuralis. Hæc tamen duo uocabula Litera & Spiritus, literalis deinde & spiritualis intelligentia segreganda sunt, & in sua propria significatione seruanda. Nam litera, ut idem psal. lxx. pulchre & breuiter dicit, est lex sine gratia, quod si uerũ est: Omnis lex litera est, siue allegorica, siue tropologica. Deniq;, ut supra diximus, quicquid scribi, dici, cogitari, citra gratiã potest. Anagoge reductio. Allegoria alieniloquium. Tropologia sermo de moribus. Origenes Hieronymus Augustinus. Litera Spiritus

Sola gratia autem est ipse spiritus. Vnde spiritualis intelligẽtia non dicit quæ est mystica uel anagogica, qua & impij præstant: sed ipsa proprie uita, & experimentalis lex in anima per gratiam digito dei scripta: & omnino, totũ illud impletum, quod lex præcipit ac requirit. Nam & decalogum Rho. vij. uocat spirituale legẽ, eũ tñ sit litera: Nõ cõcupisces. Quod si intelligẽtia spũalis dicit, qa spm̃ significat, quẽ lex req̃rit, ut ĩpleat: nulla lex est, q̃ nõ sit spũalis. Tũc aũt ĩlũ est literalis, qñ gr̃a q̃ ĩpleat, nõ adest: tũc nõ sibi, sed mihi est literal'. Maxĩe uero, si sic intelligat, q̃ gr̃a nõ sit necessaria. Cõcludim⁹ ergo: lex in se semp est spũalis: id est, spiritũ significans, qui est plenitudo eius. Alijs aũt, non sibi unq̃ est literalis. Nam quando dico: Non occidas, literam audis sonantem: sed quid Gratia est spiritus. Spiritualis intelligentia. Lex in se semper spiritalis.

significat: nempe, ne sis iracundus, hoc est, rem ipsam quæ est mansuetudo sua/uitasq; erga proximum. Hæc est autē charitas & spiritus, quo impletur. Ab hac significatiōe rei uerissimæ & solius spiritualis, lex quoq; spiritualis dicitur: quia semper hanc significat: sed quia nobis hanc non dat, nec dare potest: nobis litera dicitur quātumlibet spiritualis ipsa sit. Cum autem nullum opus sine charitate bene fiat, claret, omnem legem, quæ opus bonum præcipit, bonum opus, id est, charitatis significare & requirere, ideoq; spiritualem esse. Quare spiritualem intelligentiam legis, recte appellamus eam, qua scitur lex requirere spiritū, & nos carnales conuincere. Literalē autē eā, qua putat̄, īmo errat̄, legē posse impleri operibus, & uiribus nostris, citra spiritū gratiæ: ideo litera occidit, quia nunquā recte intelligit̄, dū sine gratia intelligit̄: sicut nūq; recte habet̄, dū sine gratia habetur utrobiq; mors & ira est. Hæc ex b. August. in lib. aduersus Pelagi. exucta sunt. Ad apostolum redeundo. Vnum quidem a monte Sina in seruitutem generans. Satis dictū est, quæ sit seruitus legis in quam tradimur, quando legem sine gratia accipimus. Aut enim timore mali intentati, aut spe mercedis: hoc est simulate eam seruamus, utrinq; seruiliter, non liberaliter agētes.

Spūalis intelligentia legis.

Literalis.

Apl̄m explicat.

Testamentū eiusq; symbolum.

Testamentum autem uocat. Ideo, ut intelligatur, uidendū est & hic testamenti symbolum. Primum est ipsum testamentum, quod erat nuncupatio terræ promissionis: ut Exo. j. scribitur. Testator fuit angelus in ꝑsona dei. Testata hæreditas, ipsa terra Canaan. Hi, quibus fiebat testamentum filij Israel: ut omnia hęc Exodus describit. Sed hoc testamentū confirmabatur morte & sanguine pecudis, quo aspergebātur: ut Exo. xxiiij. legitur: quia carnalis hostia, carnali promissioni, & carnali testamento, carnalibus hæredibus conueniebat. Quæ est Agar (inquit) id est, hoc testamentum seruitutis seruos generans, est allegorica Agar ancilla.

Sina em̄ mons est in Arabia, qui coniūctus est ei, quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filijs suis,

Primum hoc mouet, quod Sinam montem dicit coniunctum Hierusalem ciuitati Iudææ, cum illum in Arabia esse dicat. D. Hiero. legit, qui conterminatus est: & inter interpretandū dicit: q cōfinis est. Forte quod mōs Sina ideo confinis recte dicitur Hierusalem esse, nō quod mons ciuitatem attingat, sed quod Iudæa (in qua est Hierusalem uelut medio) & Arabia deserta (in qua est Sina mons) sunt confines. Nam Iudæa ab oriente habet Arabiam petream, & iuxta hanc ad meridiem tangit Arabiā desertam: ut sic propter totius confinitatem, pars quoq; parti confinis & coniuncta dicatur. Stapuleñ. uim græci uerbi explorans, dicit intelligendum, quod Sina mons coniunctus est, id est, incedit, & tractu quodam pertingit: seu, ut uerbo cosmographico dicam, pertinet usq; Hierusalem: quod utiq; nō potest intelligi, nisi quod Sina mons continēte sua, iungitur continenti Hierusalem. Sicut Vuittenberga coniungitur Lipsiæ: illa in Saxonia, huic in Mysia. Item Erasmus optimus, addit in græco sic haberi. Nam Agar Sina mons est in Arabia &c. Et Agar hic genere neutro dici, ut ad montem referatur, qui græcis est neuter, quæ mox iā dicta est fœminino genere: ubi ait, Quæ est Agar. ut sit ordo, Quæ est Agar. Nam hic Agar Sina mons est in Arabia &c. Dicitq; in græcis scholijs moneri, Sinam Arabice dici Agar. Et ipse cōtextus apostoli forte hoc uult, quādo dicit, Agar Sina mōs est in Arabia hoc est, Agar est, & dicit̄ in Arabia, q nobis Sina dicit̄: seu Arabes appellāt mōtem Sina, sua lingua Agar: ut sic reddat rationē eius q̄d dixerat. Vnum testamē/

Faber Stapu.

Erasmus.

Sina Arabiæ Agar.

tū a montē

tũ a monte Sina esse, & hanc ideo esse Agar: quia allusione Arabica, Sina mons Agar dicatur: quare deo sic ordinante, Agar prępărata fuerit figura montis Sina per legem generātis in seruitutem. Diximus autem supra, quod apostolus nõ abhorreat a peregrinæ linguæ allusiõib⁹, q̃d Galatas quoq; trãslatos suo nomine, hebraica allusiõe notarit: sicut hic Arabica allusione, Agar ancillam notat.

Sed & Salamon in Cantícis suis, montem Amanũ uocat Sanir, & Hermon, & Líbanum, pro uarietate linguarum (ut Deutro. iij. scribitur, usq; ad montem Hermon, quem Sydonij Sarion uocant, & Amorrei Sanir) sumens allusionem & allegoriã peregrinã, ad suæ sponsæ laudem. Itaq; cũ p̃ allegoriam se locuturum prædiceret, opportunũ fuit, ut Agar ancillæ nomen, cum monte Sina (ubi cœpit testamentum Agarenum) aliqua allusiõe componeret, & hoc commoditate cõmunis nominis. Nec est hic exigenda ab apostolo alia ratio, cum allegoriset infirmorum gratia. Verum quid hoc ad rem, quod Sinam montem coniunctum dicit Hierusalem? An non fuit satis, quod unum testamentum Sinę & Agar esset ancillæ? Nec ego habeo, quod dicam, q̃n cæteri omnes trãseunt. Diuinandũ ergo. Videtur id uelle, quod cum inter allegorisandũ (ut fit) allegoria allegoriam pariat: Dum de Agar ancilla ad montem Sina, nominis similitudine peruenit, simul de Hierusalem terrestri, incidenter ad cœlestem allegoricos, eodem nominis argumento prouocatus, peruenerit: ut quę uisio pacis interpretetur, & rectius tñ Sina, id est, tentatio appellaretur: Verum antequã nomẽ Hierusalem ad cœlestẽ transferret, sola collatione utriusq; cõtentus, allegorias multas implicat. Alioquin lucide dixisset. Nã Hierusalẽ ciuitas est in cœlo, in libertatem generãs: hoc em̃ uerbo sustulisset anapodoton obscurissimũ. Proinde inquit, q̃n Hierusalem cœlestis tãto interuallo distat ab ista terrestri: nihil refert q; hæc non Sina, sed in Iudæa est, cõtermina Arabiæ idem est, ac si esset ipsa Sina cui contermina est: conuenit cum eo monte communi termino terræ: ita communi legis generatione, quando illi cœlesti nulla ex parte confinis est, nec ad eam pertinet, sed ad Sina Agar potius, cui confinis est.

Salomon

Diuinatio Martini.

Multas hic prætermitto allegorisandi miras rationes, quas apostolus hic indicat, ne obscuritatibus maiores tenebras addam. Quare illud, Hierusalem quæ nunc est, referri debet ad futuram Hierusalem: sicut Agar ad aliam Agar retulit: ut sit sensus: Hierusalem, quæ huius uitæ est, & confinis, tum re, tum mysterio, Sinæ monti. Deinde quod addit: Et seruit cũ filijs suis: ideo facit, ut excipiat eos, qui fuerunt in Hierusalem, ad supernam Hierusalem pertinentes. Eam (inquit) Hierusalem appello, quæ nunc est, & in futuro nõ erit, nec omnem, sed eam, quæ seruit cum filijs suis, id est, qui sunt in ea seruientes legi, cuius termino terrę confines sunt. Seruire legi, satis & ad tędium usq; dictum est. Tropũ Hebræũ quoq; obserua: Filij Hierusalẽ uocãtur, quia ciuitas mater, habitantes in ea, filij uocantur: ut Psal. cxlvij. Lauda Hierusalẽ dominũ, Benedixit filijs tuis in te. Hæc autem uulgata & triuialia sunt in prophetis.

Hierusalem que nunc est.

Et seruit cũ filijs suis.

Tropus hebr.

Nunc nominum quoq; allegorias iuxta Hiero. Sara princeps dicitur, genere fœmínino, seu domina: ideo filij Saræ, filiæ dominæ, filij principis, filiij liberę recte dicunt. Cõtra ancillæ filij, filij seruæ, & seruitutis. Nã & nomẽ Sarę, pene expressit apostolus, q̃n eã liberã uocat. Prĩcipes em̃ in script. etiã Nedaboth. i. liberi & spõtanei uocant. Agar uero pegrinatio seu aduena, incola, mora, q̃ recte opponit ciuibus & domesticis dei. Nõ estis (inquit) aduenæ & hospites. quasi dí. Agareni, sed Saraceni: Nõ aduenę, sed liberę & dñæ filij. Seruꝰ nõ manet in domo in æternum, filius aũt manet in æternũ. Legis aũt iustitia temporalis est, sed

Nominũ allegoriæ. Sara.

Agar.

Christi

Arabia. Christi iustitia manet in seculũ seculi, quia illa mercenaria huius uitę, illa hæres gratuita futuræ. Arabia occasus uel uesper, qui uergit in noctem. At ecclesia & euangelium, aurora & matutinum uocatur in multis locis. Ita lex & synagoga occumbũt tandem: sed gratia regnat & cubat in meridie æternitatis. Quid si Arabiam apostolus, desertum quoq; notet: nam id quoq; significat Arabia: immo Arabia in sacris literis fere semper pro deserta Arabia accipitur. Nã Arabia felix, Saba, & alijs nominibus partialibus. Arabia Petrea, Cedar, Amon, Moab, & multis nominibus appellatur. Ita ut a uastitate Arabia sic uideatur appellata, ut significet sterilem & desertam synagogã, seu legis iustitiam coram deo. Contra ecclesia fœcunda corã deo, & si deserta corã hominibus. Sina tentatio dicitur, di. Hiero. teste, id est, inquietudo & turbatio pacis, quã ex lege habemus. per legem enim cognitio peccati: ideoq; & turbatio conscientiæ.

Arabia triplex.

Sina tentatio

Hierusalem Ismael. Hierusalem uisio pacis, quies conscientiæ. Per euangeliũ enim in ecclesia uidemus remissionem peccatorum, quæ est pax cordis. Ismael auditus dei, seu audiens deum, populus est, qui præcedẽs audiuit post se uenturũ Christum: sed non uidens ante faciẽ & manifesto. Audijt prophetas, legit Mosen: sed tamen non cognouit præsentem Christum: semper habens eũ in dorso, semper audiẽs & nunquam uidẽs. Ita est omnis qui in lege iustificatur, audit iustitiam legis & non uidet eã in Christo esse: alio respicit, & alia audit: respicit in ea, quæ sunt ante se, & in suas uires, non in uirtutes Christi: semper tamen audit sese ad iustitiã per legem cogi, ad quam nunq; peruenit. Isaac risus dicitur: hoc enim est gratiæ, quæ exhilarat faciem hominis oleo suo. Cui fletus contrarius est, hoc est culpæ, quæ est ex lege. Quare singula nomina suis cõtrarijs collata, pulchre differẽtiam legis & euangelij, peccati & gratiæ, synagogæ & ecclesiæ, carnis & spiritus, uetustatis & nouitatis ostendũt.

Isaac.

Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum.

Diceret, alterũ testamentũ a Hierusalem, quæ sursum est: sed interim aliam Hierusalem intuitus, mutauit distributionem, & anapodoton fecit, alijs tamen uerbis satisfaciẽs. Quia reuera alterum testamentũ cœpit in Hierusalem, misso spiritu sancto de cœlo in montem Zion: ut Isa. ij. de Zion exibit lex, & uerbũ domini de Hierusalẽ. Et Psal. cix. Virgã uirtutis tuæ emittet dominus ex Zion. Verum quia Hierusalẽ terrena, erat quidem hæreditas, in Sina priori testamẽto ꝓmissa: nobis aũt alia ꝓmissa in cœlo: ideo & aliam Hierusalẽ habemꝰ, quę nõ sit cõfinis monti Sina, & seruituti legis propinqua ac cognata quædam.

Lex literæ est a monte Sina. Lex spiritus de cœlo. Hierusalem inferna. Superna. Sed & illa differentia est: Lex literæ, est a monte Sina data, quibus promissa sunt tẽporalia, sed Lex spiritus non a Hierusalem, immo de cœlo data est in die Pentecostes, cui promissa sunt cœlestia bona. Ideo sicut Hierusalem est mater omnium & metropolis eorum, qui in lege sunt Sinaica, filij eius, ciues eius: Ita Hierusalẽ supna mater oĩm eorũ q in lege sunt gratię cœlestis, filij eiꝰ, ciues eiꝰ. Hi enim sapiunt quæ sursum sunt, non quæ super terram: quia spiritum habent pignus & promissionis arram, ac primitias futuræ hæreditatis, ciuitatis æternæ, & nouæ Hierusalem.

Sicut scriptum est: Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis. Quia multi filij desertæ, quam eius quæ habet uirũ.

Esa.

Esa. liiij. hęc scripta sunt, miraq; antitheſi & antilogía ſibi pugnant, ſterilis & uidua gaudet multis filijs: Rurſum, maritata & fœcunda caret filijs. Quis intelliget hæc? allegoricus eſt, & in ſpiritu loquitur, ſumpta ex carnali generatione parabola, in qua filij generantur, ſeminãte uiro, ex muliere. Vir iſte allegoricꝰ qui tum maritatas, tum uiduas, tum ſteriles, tum fœcundas facit, lex eſt: quod in græco, ut b. Augu. ait, aptius dicitur: ubi nomos maſculino genere dicitur: ſicut & Thanatos, quẽ æque apoſtolus genere maſculino, nouiſſimum inimicũ uocat. Lex (inquam) uir ſynagogæ, ſeu populi cuiuſq; extra gratiam dei poſiti, generat quidem, ſed cum ſuo dolore filios multos, omnes autem peccatores: ut qui ſapientia legis, & iuſtitia operum legis freti, in lege gloriẽtur, quod ex lege tales facti ſint: & parenti ſuo, id eſt legi, tota facie uitæ ſimiles: cum intus in ſpiritu ſunt longe diuerſi a legis forma: quandoquidem lege potius augeſcit peccatum (ut dixi) quæ peccatum oſtendit, non aufert. Id quod Rho. vij. latius tractat. Cum eſſemus, inquit, in carne paſſiones peccatorum, quæ per legem erant operabantur in membris noſtris, ut fructificarẽt morti. Seminat itaq; uir ille in mulierem ſuam: id eſt, docet bona ſynagogam: at illa deſerta ſpiritu gratiæ, non parit niſi peccatores, qui ſimulant legem, magis autem contra legem irritant: ſicut ludæi cõtra Moſen in deſerto, qui fuit figura legis, & uiri huius. Lex uir allegoricus.

Soluitur ab hoc uiro eccleſia, uel quilibet populus per gratiam: qua ſic moritur legi, ut lege iã urgente ac exigẽte non egeat: ſed ſpõte ac libere oĩa faciat q̃ legis ſunt, ac ſi lex nõ eſſet: qa iuſto lex nõ eſt poſita. Ita fit, ut q̃ legi ſubiecta erat, uelut uxor fœcunda prole peccatrice, iam ſit uidua & ſine lege ac deſerta ſterilisq; ſed bona & felici, tum uiduitate, tum ſterilitate: per hoc em̃ fit alterius uiri, ſcilicet gratię, ſeu Chriſti. Nam legi gratia, Moſi Chriſtus ſuccedit. E quo uiro, alia fœcunditate donata, dicit illud Iſa. xlix. Quis genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariens, tranſmigrata & captiua, & iſtos quis enutriuit? ego deſtituta & ſola, & iſti ubi hic erant? Hæc dicit dominus deus: Ecce leuabo manum meã ad gentes, & ad populos exaltabo ſignum meum, & afferent filios tuos in ulnis, & filias tuas ſuper humerum portabunt. Hæc ideo, quia eccleſiæ filiæ, non docẽte litera, ſed tangente ſpiritu dei, erudiuntur. Sicut Ioan. vj. dicit: Erũt omnes docibiles dei. Vbi enim ſpiritus non tangit, docet quidem lex, & parit multitudo populi: ſed non niſi peccatores, ut dixi, ſolũq; opus hominis ibi agitur: tales faciunt, quales ſunt & ipſi. Neutri uero boni. Boni fiunt ſine lege, ſola gratia ſpiritus. Hunc autẽ Pauli tropum allegoricum oportet habere familiarem, ne peregrina ſenſus raritas, nobis offundat caliginem uerborum Paulinorũ. Nam & b. Auguſt. egregie concubitum filiarum Loth cum patre ſuo, monſtrat, hoc præſens negotium ſignificare. Loth eſt ipſe Nomos, lex ſcilicet, quẽ inebriant filiæ ſuæ, id eſt abutuntur lege, nec recte eam intelligunt ſynagogæ populorum uino ſenſus ſui eam inebriant: cogentes hoc legem eſſe & uideri, quod non eſt. Deinde ex lege in hunc modum inebriata, impregnantur, docentur, concipiunt, aſſentiunt, & pariunt Moabitas & Ammonitas, id eſt, homines ſuperſtitioſos, & ſine gratia ſpiritus de legis opere præſumentes, qui uſq; inæternũ non ingrediunt in eccleſiam dei. Vnde recte Moab ex patre Ammon, populus mœroris interpretatur, quod iuſtitiariorum & hypocritarum hæc una ſit iactantia, ſe ex lege eſſe, ſecundum legem uiuere, ſcripturas ſibi ſolis arrogare, tãq; filij legis ſint legitimi. Vnde & Moab apud Hierony, ſuperbus ualde eſſe dicitur. Boni fiunt ſine lege, ſola gratia ſpiritus. B. Augu. de filiabus Loth. Moab, populus mœroris. Moab ſuperbus.

Interim tñ non aduertunt, q̃ inquies ſit eorum conſcientia, & ſint populus mœroris;

mœroris: cum sine gratia cor stabiliente in operibus legis, quieti esse nequeant
Maior filia. frustra portantes pondus diei & æstus. Maior sane filia, impudentior gloriat se ex patre filium habere. Moab (inquit) ex patre. Hæc est sensualitas & caro, in qua gloriantur iustitiarij, quod ex lege sint. Nam ad hominem fulgent opera legis & operatores legis.

Minor Conscientia ex lege caret requie. Sentētia apli Minor uero non gloriatur, sed infelicem populū suū filiū appellat. Hæc est conscientia, quæ ex lege & operibus eius, requiem non habet, sed magis inquietudinem & turbationem. Hæc satis. Dicit ergo apostolus, matrem nostrā habere multos filios, & si sit deserta, sterilis, uidua, sine uiro, lege, sine filijs, ex lege doctis & factis: ideo hoc ipso lætandū ei est, & erumpendum, & præ gaudio clamandum, quod hoc modo sterilis sit, & nec pariat, nec parturiat, cum interim filij legis minuantur, & filiæ gratiæ multiplicentur. Ad hāc rem pulcherrime uatet figura. j. Reg. j. de Anna & Phenenna: præsertim, cum addito cantico Annę ut uideri possit Isaiam ex eo loco, suam prophetiā, quā apostolus hic ponit, hausisse: præsente & illuminante eum eodem spiritu. Donec sterilis (inquit) peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Quia non in fortitudine sua roboratur uir. &c.

Nos autem fratres secundum Isaac, promissionis filij sumus.

Applicat allegoriā: nos secundū Isaac, id est, libere & dñę filij sumus, sicut Isaac: & sicut ille filius nō carnis, sed promissiōis per carnē fuit: ita & nos: quia in semine Abrahæ promissi ei sumus, ut superius latius dictum est. Iudęi autem secundum Ismael, id est, ancillę filij sunt non promissionis, sed carnis filij: ita & omnes, qui ex lege operibusq; eius confidunt iustificari.

Sed quo modo tunc is, qui secundū carnē natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc.

Non exprimit, Geñ. xxj. quæ fuerit persecutio, qua Ismael persequebat Isaac Sed ex uerbis Saræ licet eam trahere, quæ cum uidisset filium agar Aegyptiacæ
Ludus Ismaelis & Isaac. ludentem cum filio suo Isaac, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filiū eius nō enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac, ac si di. uideo eum uelle eo niti, ut sit hæres, contempto meo filio: oblitus, q; sit filius ancillæ. Apparet autē hunc lusum fuisse talem, quod Ismael inflatus primogenitura, exultauerit, irriserit, & insultauerit Isaac, tanq; primus filius Abrahæ: quod Sara uidens, contrarium statuit. Non erit, inquam, hæres filius ancillæ, per tapinosin filium ancillæ appellās. Et hunc sensum textus hæbreus iuuat, ubi habemus: Cūq; uidisset Sara filium Agar Aegyptiæ, quem pepererat Abrahæ ridētem seu ludentē (nā cum filio suo Isaac, additum est in nostris) quasi di. hoc inflabat, hoc ridebat &
Mysterium figuræ aplus tractat. gestiebat aduersus Isaac, quod Agar eum genuisset Abrahæ: ideo securus de hæreditate, fastidiebat Isaac uerum hæredem. Et in hoc consonat mysterium figuræ, quod apostolus tractat. Sic enim & nunc Israel (inquit) quorū uesica hæc est, se solos esse semen Ahrahę, se solos hæredes promissionis. Veros autem filios Abrahæ, nemo atrocius p̄secutus est, q; illi ipsi, ut in actis apostolorum legimus. Nam ipsi sunt Ismael, qui deum audiunt in prophetis post se uenturum: &
Filij Ismael. coram positum non agnoscunt, referentes in hoc & nomen, & sensum, & morē Ismael patris sui.

Denicq uocabulum Lūdentem, est idem, de quo nomen Isaac formatur, qui risus uel gaudium interpretatur: ut significet forte Ismaelem dicaculū fuisse, & nomen Isaac acuto scōmate, in irrisionem illius uertisse: quasi uere ridiculū hæredem

redem,& nihil hominẽ duxerit. Nõ em̃ frustra sic usurpat scriptura uocabulũ ludẽtem,seu ridentem: eoq; tam sanctam mulierem fuisse cõmotam recenset. Apostolus autẽ hoc adducit,ut confortet Galatas,ne propter persecutionem istorum Ismaelitarum,desinant esse Isaaceni,quia sic oportet fieri: futurum autem est,ut ejciantur,ut sequitur.

Sed quid dicit scriptura? Ejce ancillam & filium eius: nõ enim erit hæres filius ancillę,cum filio meo Isaac.

Epitatice loquitur,& omnino contraria præsumptioni ancillæ,& filij eius. Ancilla est,inquit,& domina esse præsumit: filius ille ancillæ,& filium dominæ irridet,& ironijs illudit,sed absit,ejciantur potius. Quo iterum intelligit̃, Agar ancillam consensisse,aut saltẽ indulsisse filio suo Ismael,ut Isaac irrideret ut quæ idem sperabat quod filius suus,se fore scilicet dominã. Nec dicit, Ejce filium tuũ,sed filiũ eius: contendens Ismael nec Abrahæ filiũ esse,sed ancillæ. Epitatice loquitur.

Ita & nunc (inquit) fiet. Non sunt hæredes filij carnis,sed filij promissionis.

Proinde si non uultis ejci cum filio ancillę,filij liberæ perseuerate: scriptura non mentietur,quæ filium ancillæ etiam inuito Abraham, tamen autoritate quoq; dei,ejciendum pronunciat.

Itaq; fratres non sumus ancillæ filij,sed liberæ.

Applicat historiam & allegoriam,& summam absoluit breui conclusione, quæ iam ex dictis abunde intelligitur. Esse enim filium ancillę,est seruire legi,debere legi,esse reum legis faciendæ,peccatorem,filiũ iræ,filiũ mortis,alienum a Christo,excisum a gratia,exortẽ hæreditatis futuræ,uacuũ benedictiõe promissionis,esse filium carnis,esse hypocritã,esse mercenariũ,uiuere spiritu seruitutis in timore: & si qua alia recẽsuit hic & alibi. Sunt enim infinita huius mali nomina. Et quamuis noster translator in fine huius capituli adiunxerit qua libertate nos Christus liberauit,tamen nos cum græcis hoc exordio capitulum quintum tractemus. Esse filiũ ancillæ. Noster translator.

CAPITVLVM QVINTVM.

QVa igitur libertate nos Christus liberauit, state: & nolite iugo iterum seruitutis contineri.

Vsq; ad nauseam inculco,libertatẽ & seruitutẽ esse eas,de quibus Rho.vj.dicit: Cũ em̃ serui essetis peccati,liberi fuistis iustitiæ. Liberati autẽ a peccato,serui facti estis deo. Cõstituamus aũt ordine & figura.

Libertas iustitiæ } Seruitus peccati.

Seruitus iustitiæ } Libertas peccati.

Qui em̃ liber est a peccato,seruus factus est iustitiæ: Qui uero seruus est peccati,liber est a iustitia,& ediuerso. Hæc oĩa repeto,sciens,quod multitudine locustarũ & bruchorũ,eo q; uenerint terræ nostrę fruges,ut seruitus & libertas ista,passim nõ intelligat̃: adeo inhæsit,atq; penitus insedit humanũ cõmentũ, de libero arbitrio in utrũq; cõtrariorũ,aut cõtradictoriorũ. Quin & carnaliter quoq; de libertate sapiunt: qbus & apl̃us eodem Rho.vj. coactus est occurrere, quasi in Christo licitũ sit quodlibet fieri. Cũ hæc sit libertas ea,qua facimus sponte & hilariter,sine pœnarũ aut mercedũ respectu, quæ in lege dicta sunt. Libertas.

Seruitus.

Seruitus autē qua timore seruili, aut amore puerili facimus. Non igitur refert, nec differūt, Seruus peccati, & Seruus legis. Quod is qui Seruus legis est, semp peccator sit, nunq̄ implens legem, nisi in speciē operū, cui detur merces tēporalis, sicut filijs ancillarum & concubinarū. Hæreditas autē filio liberę.

Christus nos liberos fecit.

Libertas humana, & christiana pugnant.

Christus (inquit) nos liberos fecit, hac libertate. Spiritualis est libertas, in spiritu seruāda, nō gentilis illa, quā nec gentilis Persius satis esse nouit. Libertas est a lege, sed cōtrario modo, quā in hominibus fieri soleat. Libertas em̄ humana est, quādo nō mutatis hominibus, leges mutant̄. At christiana libertas est, qñ nō mutata lege mutant̄ homines: ut lex eadē, quę prius liberoarbitrio odiosa fuit, iam diffusa p̄ spiritū sanctū charitate in cordibus nostris, iucunda fiat. Hac libertate fortiter & p̄tinaciter standū docet, quia Christus pro nobis legē adimplēs, & peccatū exuperans, spiritū charitatis, in corda eorū, qui credūt in eum mittit, quo efficiunt̄ iusti & legis amatores, non suis operibus, sed gratuita Christi largitiōe. A qua si recedas, & ingratus es Christo, & superbus in te ipso, uolens teipsum sine Christo iustificare, & a lege liberare.

Nota pōdus uerborum.

μὴ ἐνεχέσθε.

Nota pōdus uerborum. nolite iterū, nolite seruitute, nolite iugo seruitutis, nolite cōtineri, seu ut græce significantius dicit̄, Mi enechesthe, fere quod supra dixit, uelut cōclusi in carcere: hoc est, ne sub grauissimo & importabili onere legis, in qua tamen nō nisi seruos esse liceat & peccatores, cōcludamini, possideamini (ut Erasm⁹) illaqueamini, implicemini. Minus est teneri; sed in seruitute teneri durum est: durissimū, iugo seruitutis, præsertim post acceptam libertatē. State dicit, prę sumens maiora de eis quā inueniat, scilicet, nōdum cecidisse eos; alioquin dixisset, surgite, nunc blandius, state, inquit: ut simul erudiat, neminem oportere statim, cum desperatione reparandi corripere, immo cū magno spei bonę argumento. quod nō faciunt fulminatores nostri seculi, quibus satis est, suæ potestatis libidinem fecisse terribilem.

Blande corripere.

Ecce ego Paulus dico uobis: Quoniam si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit.

Postq̄ apostolus multis & fortissimis argumētis, legis iustitiā conuulsit, rationēq̄ de fide in Christū copiosissime reddidit; Nunc nō minore impetu exhortat̄, deterret, minat̄, p̄mittit, rigans quæ iam plantauerat: & oīa plane apostolico ardore & zelo tentat & tēperat, ut sit iucundissimū uidere, tantū specu lum apostolicæ solicitudinis. Primū terret Christū nō prodesse, si circumcidant̄, & hoc ego Paulus (inquit) denuncio uobis, repetens nomen suū in pondus autoritatis. Iterū hic & ego repeto, Circūcidi nō esse malū, sed iustitiam (in hoc em̄ circūcidebant̄) in circumcisiōe quærere, impietas est. Atq̄ in operibus ceremonialibus facilius est cognoscere, falsam iustitiæ fiduciā, q̄ in operibus moralibus decalogi. Quia neq̄ in his quærēda est iustitia, sed in Christi fide: quod dico, ne hinc aliquis existimet apostolū, solum cōtra ceremonialia legis pugnare, sed manifestissimū opus legis assumpsit, simul oīa opera legis intelligens. Contrariū huic uidet̄ Rho. ij. Circumcisio qdē prodest, si legē obserues. Quō (inqt Hiero.) circūcisio prodest, si legē serues, qñ nec Christus p̄dest circūcisis: Multa hic cōgerit idē. s. uir. Verū breuiter impossibile est legē impleri sine Christo, ut iam sæpius dictū est: hoc em̄ p cōstanti hypothesi apostolus habet, & satis p̄bauit. Seruātibus autē legē (id est, Christū legis cōsummatorē, p fidem habētibus) liberū est circūcidi, & nō circumcidi: oīa eis p̄sunt omnia cooperant̄ in bonū; sed qui circumcidunt̄ seruiliter, & timore legis, qd

Ceremoniæ nō sunt malę sed in eis fidere.

Lex impleri nequit sine Christo.

inde

inde legi satisfacere, & necessaria iustitia iustificari uolũt: utiq; Christũ & gratiam dei abijciunt, alia uia legẽ implere q̃ p̃ Christũ præsumẽtes, ita Christus eis ꝓpter circumcisionẽ nihil prodest, cũ illis circumcisio ꝓpter Christũ nihil noceat. Eadẽ stultitia, immo ipietate pereũt, qui uel tremore cõscientiæ, uel periculo instantis mortis, cũ uitam suam pessimã tandẽ aliqñ senserint, uidẽtes quãto interuallo a lege dei distent, aut desperãt, aut æquali impietate irruunt, uolentes satisfacere pro peccatis, & deinceps legẽ seruare, ꝓ serenãda cõscientia sua, arbitrãtes se bonos futuros, si quod lex p̃scribit, impleuerint: porro implere nõ intelligũt, credere purissimũ in Christũ legis impletorẽ, sed operibus multiplicatis legi satisfeciſſe. Has impias iustitias, ex decretis hominũ, & monstrosa theologia, cuius caput est Aristoteles, & pedes Christus, cũ sola regnẽt, discimus. Sic em̃ satisfaciũculas iactitãt, easdẽq; mirũ est quãti faciũt p̃ nundinas indulgentiarũ: quasi parũ sit in Christũ credere, in qua fide sola est iustitia redemptio, satisfactio, uita, & gloria nostra. Tu ergo, cũ lege duce, in peccatorũ tuorũ ueneris cognitionẽ, caue ne primũ p̃sumas deinceps legi satisfacere, melius uicturus, sed desperãs de uita tua p̃terita & futura prorsus, in Christum crede fortiter. Credens autẽ, & sic iustificatus ac legem implens, inuoca eundẽ ut & in carne tua, peccatũ destruat̃, & ibi etiam lex impleat̃: sicuti iam in corde tuo p̃ fidem impleta est. Et tum primũ opera bona iuxta legẽ facias. Proinde placet iste modus, quod morituris, nõ nisi Christus crucifixus inculcat̃, & ad fidem ac spem hortant̃. Hic saltem (quantũlibet totam nostrã uitam illuserint mentiũ deceptores) ruit liberũ arbitriũ, ruunt bona opera, ruit legis iustitia, reliqua sola fide, & inuocatione purissimæ dei misericordiæ: ita ut mihi sæpe fuerit opinio, in morte, aut plures, aut meliores esse christianos, q̃ in uita. Nam quanto purior ab operibus proprijs fiducia, & absolutior in solũ Christũ, tanto meliorẽ reddit christianũ. Et in hanc fidem, opera bona totius uitæ exerceri debent. At nunc nebulis, & nubibus, & turbinibus traditionũ legumq; humanarũ, deinde indoctorũ scripturæ interpretũ & concionatorũ, in merita nostra trudimur, ex nobis satisfacim⁹ peccatis, & nõ ad purgãda uitia carnis, destruẽdũq; corpus peccati, opera nostra dirigimus, sed uelut iam puri & sancti, tantũ cumulamus ea, uelut frumentũ in horreũ, quibus deum debitorẽ faciamus, & in cœlo, nescio quanta altitudine, sedeamus. Cæci, cæci, cæci, his oñibus Christus nihil prodest, alio consilio iustificant seipsos. Consequens autẽ est, hoc uerbũ Circumcidamini, nõ tam opus externũ, q̃ internũ uotum operis exprimere: in spiritu em̃ loquitur aplus de interiore cõscientia. Externũ opus indifferens est. Tota autẽ differentia, in opinione, mente, cõscientia, cõsilio, dictamine &c. consistit. Quare si opera legis fiant, conscietia necessitatis, & fiducia iustitiæ adipiscendæ, abitur in consilio impiorũ, statur in uia peccatorũ, & qui hoc docet, sedet in cathedra pestilentiæ. Si autẽ fiant pietate charitatis, & fiducia, ac libertate: iam per fidẽ adeptæ iustitiæ, merita sunt. Fiunt autẽ pietate charitatis, qñ ad necessitatẽ uel uoluntatẽ alterius fiũt. Tunc em̃ nõ sunt opa legis, sed opa charitatis, nec ꝓpter legẽ imperantẽ, sed ꝓpter fratrẽ uolentem uel indigentẽ, sicut aplus ipse eadem fecit. Hæc tibi stet sententia firmiter, in omnibus opibus, quarũcũq; legũ. Nã ita sacerdos ac religiosus, si opa suarum ceremoniarũ, immo castitatis & pauptatis fecerit, quod in illis iustificari, & bonus fieri uelit, impius est, & Christũ negat. Cũ illis, iam iustificatus fide, uti debeat ad purgandã carnem, & ueterẽ hominẽ, ut fides in Christo crescat, & sola in ipso regnet: & sic fiat regnum dei. Ideo hilariter ea faciet, nõ ut multa me-

In stultos. NOTA

Desperandũ docet.

Christũ morituris inculcari.

Christiani in morte.

Merita cumulare uolentes.

Opera legis bene fiunt.

Elegans & uera sentẽtia

reatur, sed ut purificet. At hui, quãtus nũc in gregibus istis morbus est, q & summo tædio, nec nisi pro hac uita, religiosi & sacerdotes sunt: ne pilum quidẽ uidentes, qd sint, quid faciãt, qd quærãt. Ignosce lector mihi uerbosissimo. Ad lectorẽ candidum. Madian iste sup ecclesiã sic multiplicatus est, ut sexcẽtis Gedeonibus opus sit nedũ trecentis tubis & lagenis qbus exturbenẽ. Aquæ Assyriorũ fortes, usq; ad collũ luda puenerũt, impleuitq; extensio alarum eius, latitudinẽ terræ tuæ o Emanuel, quia aquas Siloe, quæ uadũt cũ silẽtio, piecimus. Itaq; meruimus ligantibus clauibus, nõ nisi innumerabiles laqueos animarũ.

Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, qnoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ.

Primũ malum, quod uos terrere debeat, est quod Christus uobis nihil prodest: hoc est, nihil aliud q̃ legem non esse a uobis impletam: ideo alterũ malũ est, quod adhuc legis pondus sup uos est, & debitores estis totius legis faciẽdæ. Vtrũq; certissime maximũ damnũ, carere tanto bono, quod in Christo est, & premi tanto malo, quod ex lege est. Obiectio. Sed qua quæso, Paule, dialectica stabit, immo curret ista cõsequẽtia, Circũcideris, ergo totus legis reus es? Nõne sat tem circumcisionis legẽ seruat circumcisus? Responsio. Respõdet Hiere. ix. Omnes gentes habent pr̃eputium: omnis autẽ domus Israel incircũcisi sunt corde. Iterũ apostolus ex hypothesi sua loquitur, quod nullius legis opus sit uerum, nisi in fide cor purificante fiat: ideo neq; circumcisio, aut quodcũq; aliud satisfacit legi, nisi foris & simulanter. Hoc em̃ opus solum bonũ est, quod ex bono puroq; corde procedit. Bonum autẽ cor, non nisi ex gratia nascit: gratia non ex operibus, sed ex fide Christi uenit. Opus bonũ est, quod ex bono puroq; corde, pcedit Sic circumcisio Abrahæ prorsus nihil fuisset, nisi prius credidisset, qua fide iustus reputatus, fecit bonum opus circumcidendo se: hoc est, quod Rho. ij. dicit. Si pr̃euaricator legis sis, circumcisio tua præputium factum est: quid hoc est aliud, q̃ circumcisus nõ est circumcisus? & seruans legem nõ seruat legem? quia non seruat eam maiore & meliore sui parte, scilicet corde, sed carne duntaxat. Sic Iacobus: Qui offendit in uno, factus est omniũ reus. Fides est plenitudo oim legum. Nam qui fide unum implet, omnia implet. Fides enim plenitudo omniũ legum est, propter Christũ impletorẽ. Quod si in uno fide careas, iam in nullo eam habes. Recte ergo dicit: qui se circumcidit sine fide, sine interna circumcisione, nõ se circumcidit, sed nec ullum opus ullius legis facit, uniuersæ autem legi adhuc debet. D. Hiero. intelligit, si circumcidantur, necesse esse, ut & reliquã uniuersam legem seruẽt: quasi Galatæ tantũ circumcisionẽ seruarint. Quæ sententia mihi non placet: quia totam legem Mosi imposuerant Galatis pseudapostoli, ut supra dixi: dies, menses, annos, & tempora seruatis: ideo potius uult ostendere, longe contrariũ eis euenisse p obseruantiã legis, scilicet nullã obseruantiã, immo ueram ac maiorẽ transgressionẽ. Cõsiliũ apli.

Euacuati estis a Christo, q in lege iustificamini, a gratia excidistis

Ecce quod dixi, non circũcisionis opus, sed fiducia iustitiæ ab apostolo damnat̃. Qui in lege (inqt) iustificamini, uitiũ impietatis est, quod iustificari uultis operibus legis: fieri opa legis bene possunt a iustis, sed iustificari in illis nullus impius potest. Ceremoniæ fiunt a iustis sed non iustificant. Deinde & iustus, si illis iustificari præsumat, amittit potius q̃ habet iustitiã: & excidit a gratia, qua iustificat⁹ erat: trãslatus uidelicet, e bona terra, in sterilem. Iterũ hic alludere uidetur occulte ad nomẽ Galatarũ, quod

NOTA translationẽ significat, quod e gratia in legem exciderint. Vides ergo q̃ constanter

ſtanter apoſtolus, ſola fide nos iuſtificari contendat, & opera non eſſe iuſtitiæ parandæ principia, ſed iam parte officia, & augẽdæ miniſteria. Taxat d. Hiero. interpretem in uerbo, Euacuati eſtis, quod ſignificet magis, ab opere Chriſti ceſſaſtis. Et mire placet huius uerbi Emphaſis, uult dicere: otioſi, inanes, uacui eſtis opere Chriſti, Et Chriſti opus nõ eſt in uobis: ſiquidẽ (ut ſupra dictum eſt) chriſtianus nõ uiuit, non loquit̃, nõ operatur, nõ patitur, ſed Chriſtus in eo. Omnia opa eius, ſunt opera Chriſti: tam inæſtimabilis eſt gratia fidei. Qui ergo in legem tranſfert̃, iam ipſe in ſe uiuit ipſo, ſuũ opus, ſuam uitã, ſuum uerbũ exercet, id eſt, peccat, & legẽ nõ implet, otioſus eſt Chriſto. Chriſtus nõ habitat in eo, nec utitur eo: aitq; peſſimũ & infelix quoddã ſabbatũ ab operibus domini: cum contra, ſabbatiſſare deberet ab operibus ſuis uacare, & otioſus eſſe, ut opera domini in eo fierent, quod per ſabbatũ olim figuratũ docet b. Augu. Igitur qui credit in Chriſtũ, euacuatur a ſeipſo, fit otioſus ab operibus ſuis, ut uiuat & operetur in eo Chriſtus. Qui lege quærit iuſtificari, euacuatur a Chriſto, fit otioſus ab operibus dei, ut uiuat & operetur in ſeipſo: hoc eſt, pereat & perdatur.

Obſerua.

Credere Chriſto.

Iuſtificari a lege.

Nos enim ſpiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus.

Spiritu ex fide, hebraice dici uidetur, pro eo, quod eſt, nos ſpiritu, qui ex fide eſt, ſeu quia credimus: ideo nõ carnaliter, ſed ſpiritualiter expectamus ſpem iuſtitiæ. Illi uero qui non credunt, uacui ſpiritu ſunt: ideo ex operibus carnaliter expectant ſpem iuſtitiæ ſuæ. Fides facit ſpũales, opera carnales. Dixi & ante, nõ poſſe hominẽ citra gratiã, legem operari, niſi uel timore pœnæ, uel ſpe promiſſi: utrũq; autẽ carnaliter & mercenarie agitur, quare nõ ſpiritu expectatur ibi ſpes, ſed carne appetitur res, qua fruantur. Non em̃ amore iuſtitiæ, ſed commodo præmij, faciũt bene. Quid illud, ſpem iuſtitiæ expectamus? Quis ſpem expectat? Aliqui ſpem pro re ſperata accipiũt: ſicut li. iij. Señ. fidem pro re credita, ſeu uerbis fidei accipi dicitur apud Athanaſiũ, Hęc eſt fides catholica &c.

Fides facit ſpirituales, opa carnales

Verũ ego nõ libenter fidem & ſpem ſic accipi audio. Sicut em̃ recte dicit̃, uiuo uitam: ita nõ abſurde, ſpero ſpem, dici poſſe uidetur: tamẽ interim non contendã. Sequat̃ quiſq; quod poterit aut uolet. Ego ſcio, quod Tropus ſcripturę ferme habet, ut illud fidei & ſpei tribuat, quod fide & ſpe attingitur. Sic em̃ dij uocant̃, uocant̃ ueraces iuſti, ſancti, quæ ſolius dei ſunt, cuius participatione & adhæſione tales ſunt: ita ſpes, quia futuris inhæret, eorũ adhæſione, ſperatio ſeu res ſperata uocat̃: nõ ut illi putant nudo arbitrio abutẽdæ uocis, ſed iuſtiſſima ratione, quomodo ſeorſum quoq; citra adhæſionem diuinæ iuſtitię, iuſtos aliquos ſomniant. Cum fides ideo ſit iuſtitia dei, quia diuinæ iuſtitiæ & ueritati adhæret & conſentit: quod gratiæ eſt, non naturæ.

Viuo uitam? Spero ſpem.

Tropus ſcripturæ.

Nam in Chriſto Ieſu, neq; circumciſio aliquid ualet, neq; præputium: ſed fides, quæ per dilectionem operatur.

Hic manifeſtiſſime probatur Circumciſionẽ eſſe licitam, quod tanto ſtrepitu d. Hiero. cum ſuis impugnat. Quia, ſi non eſt licita, præputium erit neceſſarium. At præputium (inquit) non ualet, ergo non eſt neceſſarium. Rurſum & præputium eſt licitum: quia ſi nõ eſt licitum, circumciſio eſt neceſſaria. At circumciſio nihil ualet, ergo non eſt neceſſaria. Quid ergo reſtat, niſi quod be. Augu. recte hic dicit. Nec enim Timotheo non profuit Chriſtus, quia Paulus eum iam chriſtianũ circũmcidit, fecit enim hoc propter ſcandalum aliorũ,

Circũciſio licita, contra d. Hiero.

Præputium licitum.

nihil simulans omnino, sed ex indifferentia illa, circumcisio nihil est, & prę-
putium nihil est (.j. Corin. vij.) Nihil obest enim circumcisio ei, qui salutē in illa
esse nō credit. Ad hanc indifferentiā cōmendandam, prudentissime Paulus
utrūq; posuit, quia si dixisset, Circuncisio nihil prodest: iam uidebatur neces-
sarium præputium. Rursum, si dixisset, præputium nihil ualet: iam circumcisio
NOTA uideretur necessaria. Nunc uero sola opinio, fiducia, & conscientia, inter hæc
Opera legis neutra. discernit, quæ utraq; sunt licita, indifferētia, neutra, sicut & omnia alia opera le-
gis. Sic. j. Corin. vij. Circumcisus aliquis uocatus est, nō adducat præputium,
in præputio aliquis uocatus est, non circumcidatur. Circūcisio nihil est, & præ-
putium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Quid hoc est? Non est obser-
Obiicit. uare dei mandatum circumcidi? Nonne per Mosen & Abraham illud præce-
pit? Dixi supra, quod circumcisi carne, sine circumcisiōe cordis, coram deo in-
Diluit. circumcisi sint. Quanq; uerum est, quod ceremonialia legis usq; ad Christum
necessario fuerunt iudæis seruāda: usq; ad Christum enim Abrahæ promissio,
& Mosi lex durabat: ut Deutro. xviij. Moses clare dicit, quod prophetā quem
suscitaturus erat deus, audirent, sicut ipsum Mosen. Nō ergo uoluit Moses au-
diri, ultra hunc prophetam, qui Christus est: sicut apostolus Petrus eundē lo-
cum Act. iij. contra iudæos adducit. Et cum Abrahæ circumcisionem manda-
uit, utiq; usq; ad benedictionis promissæ exhibitionem uoluit eam durare. Ve-
niente enim semine, cui promissio facta fuit, certe simul finita est promissio, &
pactum promissionis cum signaculo suo. Post Christum igitur circumcisio
nihil est, neutra tamen & licita, sicut quęcūq; alia, de diebus, cibis, uestibus, lo-
cis, hostijs &c. q̄q̄ nec ante Christum, aliquid erant, quando sine interiore iu-
stitia fiebāt. ut Isa. j. dicit. Quo mihi multitudinē uictimarum uestrarum? Et
Micheas. vj. Quid dignū offeram domino? &c. Sic Hebræ. ix. dicit, illa omnia
Opera decalogi in spū. ad tempus correctionis imposita. Sed & opera decalogi, extra gratiam, erant
& sunt finienda, ut succedant uera opera illius in spiritu. Hæc dixi, ne quis
me putet circumcisionem, etiam ante Christum asserere neutram fuisse & in-
differentem, aut iudæis præputium licitum. Iob enim & multi alij orientales
Naaman Syrus Sareptanæ mulieris filius, rex Nabocodonosor conuersus, iu-
sti erant, & tamen incircumcisi, quia lege Mosi non tenebantur, nisi iudęi, qui
Fides uera. illam acceperant. Illud quod ait, fides, quæ per dilectionem operatur, decla-
ratio est sermonum illuminans, & intellectum dans paruulis, ut intelligamus
de qua fide toties loquatur. Nempe de uera & syncera, atq;, ut ad Timoth. j. di-
In fictā theo- cit, conscientia bona, & fide non ficta. Ficta uero est, quam Theologi nostri
log orū fidē, quā acquisi- tam uocant. acquisitam uocant, tum quæ, & si infusa est, sine charitate est. Neq; hic tracto
friuolas quæstiones, & rancidas opiniones eorum, quibus statuunt fidei infu-
sæ, necessariam fidem acquisitam, quasi spiritussanctus nostri egeat, & nō po-
tius nos illius, in omnibus. Nam quod somniant, si puer recens baptisatus
inter Turcas & infideles, sine christiano doctore aleretur, non possit scire, quę
sint christiano homini scienda, nugæ sunt, quasi non cotidie ad sensum expe-
riantur: quid prosit christiana doctrina ijs qui non trahuntur intus a deo. Rur-
sum quanta fiant per eos, qui foris non docentur, tot & tanta, quanta Theolo-
NOTA gi docent & docentur. Viua, immo uita & res est, si spiritus doceat, scit, loqui-
tur, operatur, omnia in omnibus, quem deus docuerit. Nō secus certe, q̄ dum
creat hominem e nouo. Quis enim rude semen uiri docet, uiuere, uidere, sen-
tire, loqui, operari, & totum mundum in omnibus operibus suis uigere? Ridi-
cula sunt illa commenta, & de deo nimis stulta cogitantia. Igitur qui uerbū

Christi

Christi synceriter audit, & fideliter adhæret, mox quoq; spiritu charitatis indui tur, ut supra dixit, Ex auditu fidei, an ex operibus spiritū accepistis? Necq; eñ fieri potest, si Christū syncere audias, non etiam mox eum diligas, ut qui tanta pro te fecerit, ac tulerit. Si diligere potes eum, qui te, xx. florenis donat, aut ho norat officio quocūq;, quo modo non diliges eum, qui non aurū, sed seipsum pro te tradit, tot uulnera pro te accipit, sanguinem sudat & fundit, moritur, & omnia extrema subit? Sin autem non diligis, certum est, quod hæc, nec syn cere audis, nec pure credis, pro te facta esse: hoc enim spiritus facit, ut facias. Re liqua autem fides quæ miracula facit, donum est dei liberale, in ingratos dispersum, qui in suam gloriam operantur, quæ operantur. De quibus. j. Corin. xiij. dicit: Si habuero omnem fidem &c. Elegantissime ergo, & significātissime dicit, fides, quæ charitate operatur, id est (ut Erasmus ex græco docet) efficax est, non quæ per acquisitionem sui stertit, nec quæ per miracula potēs est, sed quæ per charitatē efficax est, quomodo superius dixit: Qui operatus est Petro, operatus est & mihi inter gentes: energiam enim sonat.

Qui uerbum Christi synce riter audit, si deliter adhæ ret, spū q̄q; charitatis in duitur.

Currebatis bene.

Tropus scripturæ est, ire, ambulare, ingredi, uia, iter, gressus, uestigia, & similia, pro conuersari, immo & pro credere & diligere, accipi. Nā deo nō appropinquatur (ut Augustī. ait) loco, sed affectu & amore, quod est cordis & animi ambulare. Vnde & conuersationē nostram in cœlis esse dicit, dum sapimus ea quæ sursum sunt, ubi Christus est. Hæc q̄q; uulgatissima & frequentissima sunt in scripturis, opus tñ est ea cōmemorare: quod nūc passim uulgatissimus error dominet, quo pro religione cōtra religionē cursitāt Rhomā, Hierusalē, ad S. Iacobū, & mille alia loca, quasi regnū dei nō sit intra ipsos. Ad quā impietatem non segniter patrocinantur magnificæ & immodestæ ostentationes indulgētiarum. Quibus uulgus indoctum (quia nescit distinguere) illusum, has discursitationes longe præfert exercitijs charitatis, qua sola ad deum currītur, quā & in locis suis abūde possent exercere. Sed lucrum excæcat pastores, quo minus huic errori uulgato occurrant. Apostolus uero non dicit, ambulabatis, sed currebatis, quo eximie eos cōmendat, & paterne eis blanditur. Nā cursus perfectorū est, sicut psal. xviij. Exultauit ut gygas ad currēdam uiam. Et ad Corinthios: sic curite, ut comprehendatis. Rursum de ijs qui perfecti sunt, & obstinati in malo, dicit Prouer. j. Pedes eorum ad malum currūt & festināt, ut effundant sanguinem. Et idem repetit Isa. lix. Quare currere in Christo, est festinare, ardere, perfectum esse, in fide & charitate Christi.

Tropus scripturæ.

B. Augu.

In peregrinā di errorem.

NOTA

Lucrū cæcat

Quis uos impediuit ueritati non obedire?

Quis impediuit uos in cursū bono, & adeo impediuit, ut ueritati non credere tis? quasi d. nullius astus, nullius autoritas, nullius quantalibet persona, seu species, uos debuit mouere, stertētes & uix reptantes in Christo (hoc est infirmiores) queat aliquis fallere, impedire, seducere: at currentes, ardentes, & plane eos, qui me sicut Christum exceperunt, qui oculos suos eruerūt, qui omnia pericula rerum & uitæ, pro me obiuerunt tam cito, non modo impediri, sed eo etiam transferri, ut ueritati non credant, quis non miretur? Vere Galatæ, & nimium transferibiles estis, a tanta perfectionis sublimitate, in tantam cōtrariæ superstitiōis ꝓfunditatē tam cito deiecti. Simul recordare, quid sit humana natura, qd liberū arbitrium, si deus manū subtrahat. Deinde quid facturi sint populi, bonis pastorū officijs carentes: qñ Galatę tanti in Christo, tam cito, ab

Explanatio apostoli.

In pastores. sente Paulo, tam grauiter lapsi sunt. Erant nunc, qui multorũ locorum pasto/res, immo multorũ pastorum pastores esse uolunt, & de potestate sua glorient pasturam interim, nec sibi ipsis prudentes. Siquidem, hodie corruptissimæ affectiones id quod Christus ad Petrum dixit, Pasce oues meas, sic interpretãtur: Esto super oues prælatus, & dominare earum. & hoc solum est hodie pascere oues Christi, etiam si euãgelij (quod solum pascua est ouium) nec uiderint syllabam. Deinde illud, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. idem interpretantur sic: Supra petram, id est, super potestatem ecclesiæ quando Christus fidei soliditatem in spiritu significauit, faciẽtes nobis ex fide Christi spiritualissima, potentiam terrenissimam. Proinde nobis nõ opus est dicere: Quis uos impediuit nõ obedire ueritati? Sed quare uos nemo impedit obedire mendacijs, in quibus pessime curritis? Quid em̃ aliud faceremus, quando pastores nõ quo curramus, sed quantũ ipsi dominent̃, spectant?

Tu es petrus NOTA

Cõtra dominantes pastores.

Nemini consenseritis.

Hiero. hãc particulam penitus reijciendam arbitratur, quod in græcis libris non inueniatur: nec in ullis eorum, qui in apostolum cõmentati sunt, quare & nos eam prætereamus.

Hæc persuasio, non est ex eo, qui uocat uos.

D. Hierony. legit persuasio uestra, & multa de libero arbitrio disputat, quæ prudenter intelligenda sunt, præsertim cũ aliorum recitet sentẽtias, id est, commẽtaria scribat. Mihi Erasmi sentẽtia placet, qui dicit, nec uestra, nec est, nec hæc in græco haberi, & responsionẽ esse, ad quæstionẽ præcedentẽ, hoc modo Quis uos impediuit non obedire ueritati? Certe non nisi persuasio, quæ nõ est ex deo, qui uocat uos. Persuasio autem, utroq; modo accipi potest, actiue & passiue: nisi quod uehementius obiurgat, & magis præcedenti quæstioni quadrat, si passiue accipiat̃, ut sit sensus: Impediti estis, quia nimis cito psuasi estis: Galatæ estis, cito transferimini ab eo, qui uocat uos, ut supra dixi. Debuerant tam perfecti, nõ tam cito psuaderi, quantũlibet suasores urgerẽt. Iterũ nota, quod fidem magis persuasionẽ uocat: quia res est, quã nisi suadenti credas, demonstrari nõ possit. Non em̃ sophistarũ pugnas, fides patitur.

Persuasio. Fides.

Modicum fermentum, totam massam corrumpit.

Male in nostris codicibus habet̃, Modicũ fermentũ totã massam corrumpit Et sensum potius interpres suũ q̃ uerba ap̃li trãstulit: Hæc d. Hieronymus sic autẽ transfert, Modicũ fermentũ, totam consperſionem fermentat. Eandẽ sententiam, immo eadem uerba. j. Corin. v. ponit: Nescitis quod modicũ fermentum totam massam corrumpit? Videturq; apostoli, familiare quoddã prouerbium esse, sane pulcherrimũ, & multæ emphasis. Apostolus autem. j. Corin. v. manifeste indicat duplex esse fermentũ, quando dicit: Expurgate fermentũ uetus. Et iterum: Non in fermento ueteri. Est ergo & nouum fermentũ. Vetus est pestilens doctor, pestilẽs doctrina, pestilens exemplũ. De primo & secundo loquitur hic apostolus. De tertio. j. Corin. v. ubi fornicariũ iubet auferri de medio tanq̃ fermentũ uetus, ut sitis (inquit) noua cõsperſio. Itẽ Matth. xvj. & Lucæ. xij. Attendite a fermẽto pharisæorum, quod est hypocrisis, quod infra euangelistæ ipsi exponunt, de doctrina pharisæorum. Massa seu consperſio, populus, discipulus, uel pia doctrina puræ fidei. Sicut autẽ fermentũ simile est cõsperſioni: ita puersa doctrina semp̃ induit speciẽ ueritatis, nec nisi sapore, id est, discretione

Fermentũ uetus & nouũ.

est, discretione spirituum discernitur. Fermentum nouum, Christus est, uerbum Christi, opus Christi, ac omnis Christiani, id est, doctor doctrina, exemplum. Massa autem populus, sapientia carnis, uetus homo, uita mundi &c. Nouum. Massa.

Vnde Matth. xvj. Simile est regnum cœlorũ fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermẽtaretur totum. Mulier, ecclesia uel sapientia dei fermentũ accipit (id est, uerbũ euangelij) & abscondit (quia uerbum fidei in interiore cõscientia uiget, nõ in operibus externis legis, ut dictum est. In corde meo (inquit) abscondi eloquia tua. iustificat eũ in spiritu coram deo in tribus satis farinæ, in certo numero & mensura electorum suorum Mulier.

Est eũ, teste Hiero. satum hebraice, more palestinæ prouinciæ, mensuræ genus, unum & dimidiũ modium capiens. (Et tantũ ferme solent mulierculæ, pro fermentãda farina accipere.) Sata ergo tria, quocũq; quis interpretẽ mysterio, permittẽdum est: modo certum numerũ, & modũ populi intelligat, uel sanctæ trinitatis electione, uel aliter. Donec fermentaretẽ totum: hoc est, quod supra dixi, fides, qua iustificamur in spiritu, est uelut absconsio fermẽti, & uerbi dei cum anima nostra, quædã temperatura id facit, ut carnem castiget, peccatum destruat, fermentũ uetus expurget, ut sola ipsa in omnibus mẽbris regnet & totum fermẽtet. Satum. Oportet allegoriis S. scripturæ assuefieri.

Cum igitur in scripturis nos uocemur, unus panis, unus potus, & doctrina: similiter panis & potus, oportet allegoriis istis assuefieri, & temperaturas & mutaturas farinæ ac fermenti, doctrinarum & populorũ mutationes in animabus intelligere. Quãcũq; igitur de doctrina mala apostolus hoc loco dicat: tamen quia generali utitur sententia, debet etiã intelligi, de qualibet mala cõcupiscentia, qua cum cœperimus titillari, mox hoc uerbo retundenda est: Fermentum modicum corrumpit totam massam, quia nisi in principio resistas, inualescet, & totum corpus, & animam polluet, consensu, aut delectatione. Si autem fermentum est lex illa Mosi, ut apostolus sentit, quæ nihil uitiosum sapuit: quid nostræ traditiões erunt, quæ tam graue olent, & crasse spirant carnem & sanguinem? NOTA

Ego confido in uobis, in domino, quod nihil aliud sapietis.

Pulchre temperat uerbum, ne in hominem confidere putaretur. Confido in uos, non autem in uos, sed in domino. Et quanquam sensus idem sit. Confido de uobis in domino, nescio tamen, quid latentis mihi magis arridet energiæ, cum uelut hebraissans, Confido in uos in domino, dicit. Videtur enim & hæc esse blanda quædã paternæ curæ adulatio, quod in illos confidat, sed non nisi in domino. Iam hoc uerbum Sapietis, quod tam frequens est in nouo testamento, aliquando sapientia, prudentia, dicitur: ut Rhoma. viij. Prudentia carnis, mors est: tandem familiare nobis esse debet. Nam res illa, quæ uocatur animi nisus, conatus, intentio, uideri, sensus, sentimentũ, opinio, sententia, propositum, institutum, consilium, cogitatio, mens &c. hoc uerbo græco exprimitur, Phronema, Phronesis. Inde psal. j. Beatus uir, qui non abijt in consilio impiorum. Quod germanice, gutduncken uocatur: quando dicimus, es dunckt mich so recht. Nihil aliud, non potest referri ad proxime præcedens, sed ad totius epistolæ argumentum & summam, ut sit sensus: Didicistis ex me euangelium, spero, nihil nouum, nihil aliud sapietis, non mutabitis. iterum blandiens, & pie præsumens: cum iam aliud sapere cœpissent, seu aliud uideri illis cœpisset. Sapietis. Phronema. φρόνημα φρόνησις

Qui autem conturbat uos, portabit iudiciũ, quicũq; est ille.

Contur

Conturbat

Cõturbat, id est, de uera fide doctrinis suis deijcit, ac deturbat a statu, in quo stabatis. Sed nũquid excusabit illũ pius zelus & bona (ut dicunt) intentio: aut ignorãtia: aut quod apostolorũ discipulus est, & magnus: Nõ (inquit) qui cũq; quantuscũq; sit, nõ leue peccatũ fecit, iudiciũ suum portabit. Et iste tropus est scripturæ, portare suũ onus, suum iudiciũ, suam iniquitatẽ: quo significatur damnatio eorũ. Nam ij qui sunt in Christo, non portant onus suum, sed ut Isa. lj. dicit: Christus languores nostros ipse tulit. Et, Dominus posuit super eum peccata omniũ nostrum. Vnicuiq; autem suum peccatũ est importabile, & tamẽ portare cogitur: ut Psal. xxxvij. Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatę sunt super me. Horribile est ergo, quod Paulus hic dicit: portabit iudiciũ suũ. Item uide, quãta superbia detrahat illi p̃sonam, quicũq; sit ille. Nihil moror, sit apostolus, aut discipulus apostolorũ, persona nihil est. Tantam uidemus personarũ despectionẽ in Paulo & tãta mala sub p̃sonis & laruis hominũ p̃petrata, nec sic satis põt nobis p̃suaderi, quin uidentes & uolentes seduci delectemur, titulo sanctitatis, autoritatis, potestatis, præscriptiõis priuilegiorũ, & huiusmodi uanissimarum rerum.

Portare onus suum.

Vnicuiq; suũ peccatũ ẽ importabile, & tñ portandũ

Apls detrahit personã.

NOTA

Nam id nũc in ecclesia non p̃mittit dici, quicũq; sit ille. Sed satis est dicere, hic sic sentit, sic uult, sic iubet, tum hoc totũ ecclesia uniuersalis dixit. Donec quidam Antichristi præcones eo uenerint, ut fœdissime garriant: Non licere, præsertim Rho. Ponti. dicere, Cur ita facis, nõ habere eum in terra iudicẽ. Nec satis ecclesiæ suæ prouidisse Christũ, si nõ tantam potestatẽ homini tribuisset, quantã ipse habet. Has uoces omniũ impietatũ impietatibus insaniores, dignum est nostrũ seculũ audire, pro meritis suis in Christum.

Ego autem fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior?

Quia ut supra c. j. dixit: An quæro hominibus placere, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Quibus uerbis idem quod hic significat, se scilicet propter uerbum Christi, quo circumcisio tollitur, a Iudæis passum persecutiones, ut in Actibus & multis epistolis scribitur. Dicit ergo, etiam eo argumento, discite circumcisionem nihil esse: quod ipse sicut uobis scribo, ita facio, ut etiam persecutionem propterea patiar, quã non paterer, si illis consentiens, circumcisionẽ docerem. D. Hiero. putat pseudapostolos illos, nomine Pauli quoq; abusos fuisse ad subuertendos Galatas: quod uidelicet & Paulus Timotheũ circũciderit, & uotũ fecerit in cenchræis, ut dictũ est supra. sed uide nõ dicit, si adhuc circũcisionẽ patior, sed prædico: prædicanda nõ erat ut necessaria, & si toleranda erat, ut innoxia, modo fides Christi dominetur.

D. Hierony.

Ergo euacuatum est scandalum crucis?

Si circũcisio prædicat̃, Iudæi placant̃, cessat ergo eorũ offendiculũ. Nam idẽ uerbũ, quod supra, Euacuati estis, id est, sine opere, otiosum, inane est, significat, quod uidelicet scandalũ amplius nihil aget in Iudæis. Sed quæ cõsequẽtia, Circumcisio prædicat̃, ergo crucis scandalũ cessat? Deinde nõ est optandũ, ut nõ sit ullum scandalum crucis? An uis Paule, ut quãplurimi offendantur? Quis hoc ferat? Ad primũ. Apostolus proprie tribuit Iudæis scandalum in Christo. Sic. j. Corint. j. Nos prædicamus Christũ crucifixũ Iudæis quidẽ scandalũ, gentibus autẽ stultitiã, nobis uero qui credimus, dei uirtutẽ & sapientiã. Et Lucæ. ij. de Iudæis dicit Symeon, Positus est hic in ruinam, & in resurrectionem

Duo q̃runt.

Respondet ad unum.

onem multorum in Israel. Et Isa. viij. Dominum exercituũ ipsum sanctifica te, & ipse pauor uester, & terror uester, & erit uobis in sanctificationẽ: in lapidem autẽ offensionis, & petram scandali, duabus domibus Israel, & in laqueũ & in ruinam habitantibus Hierusalem. Quare recte dicitur, si Iudæis placeret, prædicando circumcisionẽ, & eorum iustitias impias probaret, non offenderentur ipsi, nec eum persequerentur. Ad secundũ potest dici, non uelle apostolũ, ut sit scandalũ, sed euidentem experientiam allegat, quod nõ sit euacuatum scandalum crucis, ut probet circumcisionẽ non prędicari a se: ut sit sensus: hoc ipso cognoscite, circumcisionẽ a me non prædicari, quod uidetis scandalũ crucis nõ cessare: durat iudæorũ furor & offensio, sicut & mei persecutio: utrũq; sine dubio quietũ esset, si circumcisionẽ prædicarẽ: ipsa ergo utrinq; experientia, quod ego patior, & illi offenduntur, sit uobis abunde argumentum de circũcisione nos dissentire. Hæc satis pro insensatis Galatis. Cæterũ qui sub limiorẽ huius quæstiõis solutionẽ quẽrit, illud euangelij tractabit: necesse est, ut scandala ueniãt. Et Rho. xj. Dedit eis spiritũ cõpunctiõis &c. Et quomodo sic oportuit fieri, ut implerentur scripturæ. quod pelagus hic præterimus. Etsi nõ negem ab apostolo tenuiter illud hoc loco tactum esse. Ad alterum.

Vtinam abscindantur, qui uos conturbant.

D. Hiero. apostolũ hic maledicere putat, sed multum laborat, ut excuset aut extenuet saltem. Verũ cum exp̃dictis didicerimus, solere ac solitos fuisse olim sanctos maledicere, & Christus ficum quoq; maledixit: aut si ficũ maledici parum uidet, Heliseus certe homines, pueros Bethel in nomine domini maledixit. Et Paulus fornicarium. j. Corint. v. Satanæ tradidit, & eiusdem ultimo dicit: Si quis nõ amat dominũ Iesum Christum, sit anathema maranata. Quod Burgeñ. pessimum maledicendi genus apud hebræos esse dicit. Vbi nostri maranata, dominus uenit, intelligunt: non absq; errore, ut puto. Nihil mirũ sit, si & hic maledicat: externi hominis malum detestans, quo bonũ spiritus impediri cernebat. Abscindantur, Hiero. ad partes corporis refert uerendas: meminit enim eorum, qui castrantur, quæ tãta sit passio, ut si inuitis illata fuerit, publicis legibus uindicet: si sponte, infamia incurrat. Legimus Deutro. xxiij. Eunuchus attritis uel amputatis testiculis, & abscisso ueretro, nõ intrabit in ecclesiam domini. Et uicesimoquinto: amputanda sine ulla misericordia manus mulieri iubetur, quæ rixantibus uiris, ut uirum suum eruat, uerenda alterius apprehenderit. Nonne stulta & ridicula hæc, etiam si in gentilibus libris scriberentur? Ita sane, nisi deus libenter stultificaret sapientiam mundi, qui nostram superbiam, in rebus tam fœdis (nostro tamen uitio) tanta sacramenta non uoluit fastidire. Duo testiculi certe utrunq; testamentum sunt. Scriba enim doctus in regno cœlorũ, pferet de thesauro suo noua & uetera. Vterus fœminæ nonne uoluntatem & conscientiã significat? Sed omitto hæc, quia ij qui puri sunt, per se inuenient: qui impuri, non sine periculo hæc audiunt. Mulieris autẽ amputanda manus, quod uerenda apprehẽderit alieni uiri, suspicaret mihi esse eorũ temeritas, qui in cõtentiõe ueri & falsi doctoris, positis, immo tortis scripturis, suo sensu, & humanis opinionibus uincere tentant. Sed qd ista? Nempe, quod Paulus in lege eruditissimus, cũ de circũcisione circũcisionisq; doctoribus agit, uidet eis optare, ut nõ modo circũcidantur, immo penitus abscindantur: nõ tm̃ pręputio, sed tam testiculis q̃ ueretro: manifeste ad mysterium alludens, quod & græcus textus indicat, qui addit copulã, &: sic, Vtinã & abscindantur Maledictio. Burgeñ. maranata. Abscindantur. Eunuchus Deus libẽter stultificat sapientiã mũdi Mulieris amputanda manus &c.

abſcindantur.q.d.ſi omnino uolũt circumcidi,opto,ut & abſcindãtur,& ſint eunuchi illi amputatis teſticulis & ueretro,id eſt,qui docere & gignere filios ſpirituales nequeunt,extra eccleſiam eiȝciendi. Epiſcopus enim,immo Chriſtus uir eſt eccleſiæ,quam fœcundat ſemine uerbi dei,per teſticulos ſuos,& ueretrum ſuum,pudicitia & ſanctitate pleniſſima. Impiorum autẽ abſcindendi ſunt,quod alienum ſemen & adulterinũ uerbum ſeminant.

Chriſtus uir eccleſiæ.

Vos enim in libertatem uocati eſtis fratres,tantum,ne libertatem in occaſionem carni: SVBAVDI:detis.

Nam uerbum Detis,per reticentiam,non poſuit.

Sed per charitatem ſeruite inuicem.

Alĳ,per charitatẽ ſpiritus ſeruite inuicem,parumq; refert. Ea quæ hic Origenes,referente d.Hiero.de obſcuritate,de carne legis cõminiſcitur,nec intelligo,nec ſequor. Mihi plana uidẽt apoſtoli ſententia & conſequentia. Quia uos(inquit)uocati eſtis in libertatẽ:hoc eſt,de ſeruitute legis,in libertatẽ gratiæ. De qua,quia toties illi titubant,cogor toties & ipſe loqui. Lex (inquam) facit ſeruos,quæ timore minarũ,& amore promiſſorũ,non gratuito ab illis impletur,& ſic non impletur.Non impleta autẽ,reos tenet,& ſeruos peccati.Fides autẽ facit,ut accepta charitate,neq; coacti,neq; allecti temporaliter,ſed libere ac ſtabiliter legem faciamus.Circũcidi ergo,ſeruitutis eſt,ſed diligere proximum,libertatis:quia illud minante lege fit ab inuitis,hoc fluente ac hilarescente charitate agitur a ſpontaneis. Porro illud,tantũ ne libertatẽ in occaſionem carni,ideo dicit:ne iuxta ſtultam opinionẽ,eam libertatẽ intelligamus, qua cuiq;,ut libitũ eſt,licitum,& liberũ eſſe cupimus. Quo modo & Rho.vĳ. occurrit,quando eandẽ libertatẽ docens,dicit:Nõ eſtis ſub lege,ſed ſub gratia hic libertas aſſeritur a lege,ſed mox ſibĳpſi opponit.Quid ergo? peccabimus, quia nõ ſumus ſub lege? Abſit.hoc eſt quod hic dicit,occaſionem carni fieri,ſi ſic libertas acciperet carnaliter:nõ ſumus liberi a lege humano more (ut dixi ſupra) quo lex tollitur & mutat,ſed diuino & theologico,quo nos mutamur, & ex hoſtibus legis efficimur amici legis. In hanc ſententiã &.j.Pe.ĳ.dicit: quaſi liberi,& nõ quaſi uelamen habẽtes nequitiæ libertatẽ,ſed ſicut ſerui dei. Ecce occaſio carnis quid ſit,uelamẽ nequitiæ,qua quia nulla iam lege tenent putant ſe nõ debere bona operari,& bene uiuere:cum potius id agat libertas, ut iam non coacte,ſed hilariter & gratuito bona operemur. Sed & hoc loco ipſemet apoſtolus hanc libertatẽ dicit ſeruitutẽ charitatis eſſe:ſeruite(inquit)per charitatẽ inuicem.Hæc eſt enim libertas,quod nõ niſi proximũ diligere debemus.Dilectio autẽ omnia facillime docet bene fieri,ſine qua nihil ſatis doceri poteſt. Proinde uide ſtultos,ſi per libertatẽ,qua a lege & peccato liberamur intelligũt dari licentiam ad peccandũ:Cur non rurſus per libertatẽ,qua a iuſtitia liberi fiunt,etiam intelligunt dari licentiam ad bene operandũ? Si em̃ recte inferri putãt,ſolutus ſum a peccato,ergo faciã peccatũ:etiam inferri debet,ſolutus ſum a iuſtitia,ergo faciam iuſtitiam:Si hoc non ſequit̃,neq; illud.Venit hæc ſtulta imaginatio ex humano ſenſu,& uſu propriæ iuſtificatiõis (ut dixi) quia humana iuſtificatio per opera fit:ideo libertas & otium iuſtitiæ,poſt finẽ acquiſitæ iuſtitiæ intelligit̃. At fidei iuſtitia ante opera donatur,& ipſa principiũ eſt operum,ideo eſt libertas faciendi,ſicut illa eſt libertas omittendi,longe cõtrario modo ſeſe habentes ambę: ſicut Iſa.lv.dicit: Quo modo exaltant̃ cœli

Lex facit ſeruos. Fides liberos.

Libertas diuina.

NOTA

Libertas nõ eſt licẽtia peccandi.

cœli a terra, sic exaltatæ sunt uiæ meæ a uijs uestris. Ista ergo carnalis imagina- Carnalis ima-
tio, libertatem iustitiæ, potius intelligit seruitutẽ odiosam: odit enim legem & ginatio pec-
opera eius: ideo non aliam libertatem metitur, ꝙ ut lex mutetur & tollatur, cat.
odio suo manẽte. Non ergo carni; hoc loco allegorice, sed proprie accipitur Occasio
pro uitijs carnis, seu carne, in qua sunt uitia, quibus mouemur ad quærẽda ea, carnis.
quæ nostra sunt, & negligenda ea, quæ proximi sunt. Hoc est autẽ contra cha
ritatem, & qui sic libertate utitur, in occasionẽ carnis utitur: ut caro, iam liberta
te donata, occasionẽ habeat suis desyderijs seruiendi, contempto proximo.

Omnis enim lex in uno sermone hoc impletur: Diliges proximũ tuum sicut teipsum.

Leuiti. ix. Idem Rhom. xiij. dicit: Nulli quicquã debeatis, nisi ut inuicem dili gatis. Qui em̃ diligit proximũ, legem impleuit. Nam non adulterabis, nõ occi des, non furaberis, non falsum testimonium dices, non cõcupisces, & si quod aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur, Diliges proximũ tuum sicut teip sum. Græce pro instauratur, capitulatur, seu summatur, ut Hieron. in uarijs lo cis transfert, ideo & hoc loco uerbum impletur, intelligi debet, summatur, cõ prehenditurue. Quod ideo dico, ne quis apostolum putet docere, per nouam Impletur.
legem sic impleri ueterem, quod illa sit spiritualis intelligẽtia, & spiritualia uer ba, cum sola gratia sit plenitudo legis: & uerba, uerba non implent, sed res im plent uerba, & uirtutes confirmant sermonẽ: alioquin hoc præceptũ diligen di proximi spiritualissimũ, nonne Leui. xix. scribitur? Summatur ergo hoc uer bo omis lex, sed gratia impletur. Igitur in libertatẽ uocati sumus, omnẽ legem facimus, si proximus ea opus habeat, huic uni charitate seruimus. Quare recte superius dictũ est, Seruitutem spiritus, & libertatem peccati seu legis eandem esse, sicut seruitutẽ peccati & legis esse eandẽ cum libertate iustitiæ, seu a iusti tia & spiritu. Itur de seruitute in seruitutẽ, de libertate in libertatem: hoc est, de peccato ad gratiam, de timore pœnarũ ad amorem iustitiæ, de lege ad legis plenitudinem, de uerbo ad rem, de figura ad ueritatẽ, de signo ad substantiam, de Mose ad Christum, de carne ad spiritum, de mundo ad patrem, omnia hæc si mul fiunt. Quãdo autem hoc præceptũ ab apostolo summa summarũ uoca tur omnium legum; & in hoc uno capitulo charitatis, omnia concludũtur (ut Hierony. transfert) illi paulisper immorandum est.

Primum, ꝙ multi describunt, quid loquendũ, quid agendum, quid ferendũ, De præcepto
quid cogitandũ: nempe multa sunt, quæ erga homines inuicẽ fieri possunt, tot dilectionis.
sensibus, tot membris, tot obiectis, tot casibus: ita ut legũ & librorum faciendo NOTA.
rũ non sit finis. quantis em̃ præceptis sola indiget lingua? quantis oculi? quan tis aures? quantis manus? quantis gustus? quantis tactus? Deinde, quantis res fam iliaris? quantis amici? O reptilia, quorum non est numerus. Si non credis, uide iurium & legum hodie infelicissimum studium. At hoc præceptũ quan to compendio, ꝙ cito ꝙ efficaciter omnia absoluit, ad caput, ad fontem, ad radi cem horũ omnium mittit manũ, ad cor inquã, unde iuxta Sapien. aut uita, aut mors procedit. Siquidẽ inter opera hominis, alia magis, uel interiora, uel exte riora, nullum uero inimius est dilectione, ultra quã nihil in humano corde se cretius inuenitur. Quo affectu in rectitudinẽ posito, iam nullis præceptis in Affectio
digent alia membra. Omnia em̃ ex hoc affectu fluunt, qualis hic, talia & omia, charitatis
sine quo alia uniuersa sunt labores stulti, de quibus Eccle. x. Labor stultorum affliget eos. Cõtra Prouer. xiij. Doctrina prudentũ facilis. Hinc in prophetis

iustitiæ hominum labor & dolor appellantur. Psal. vij. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Item, Conuertetur dolor in caput eius. Et alio psal. Labor labiorū ipsorū operiet eos. Et. ix. Sub lingua eius labor & dolor. Sic em̄ Auen hebraicum, nunc dolor, nunc labor transfertur: quod iniquitatem, seu rectius iustitiam illam impiam legum & operū significat, quæ nūc̄ cor hominis quietat. Inde est usitatum hoc uocabulum Bethauen, id est domus idoli. Sic em̄ ille propheta appellat, in qua Hieroboam uitulos aureos statuit, & peccare fecit Israel. Quia in his iustitijs, sine charitate, multū est operæ & laboris, sed nullus fructus. Vnde B. Hierony. hoc loco deplorat eos di. At nunc cū omnia difficiliora sunt, uel modica ex parte facimus. Hoc solū non facimus, quod & factu facilius est, & absq; quo cassa sunt uniuersa quæ facimus. Ieiunij corpus sentit iniuriam, uigiliæ carnē macerant, eleemosynæ labore quæruntur, & sanguis in martyrio, quāuis ardeat fides, tamen sine dolore & timore non fundit. Hæc omnia sunt, qui faciant: sola charitas sine labore est &c̄. Quid putas dixisset, si nostro seculo uidisset, multitudine legum & superstitionum, nedum sine labore esse charitatē, sed penitus extinctam? Nec̄ enim, meo iudicio, charitati aliud potest pernitiosius oriri, c̄ legum & traditionum copia, quibus homines seducuntur in opera, & iustitijs hominum occupantur, ut charitatis etiam cogantur obliuisci. Iam igitur emphasin & epitasin uerborum uideamus. Primo, nobilissimam describit uirtutem, puta dilectionem. Non em̄ (inquit) affabilis esto proximo tuo, da ei manum, benefac, saluta, aut ullum aliud opus externum, sed diliges. Siquidem sunt, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Deinde nobilissimū depingit obiectum, quia detractis omnibus personis, dicit proximum tuum. Non dicit, diliges diuitem, potentem, doctum, sapientem, probum, iustū, formosum, iucūdum &c̄. sed absolute, proximū tuum. Per hoc ipsum declarans, nos omnes esse quidem diuersos personis ac cōditionibus coram hominibus, uerum unius massæ, & æqualis opinionis apud deum. Personarum enim differentia obseruata, penitus extinguit hoc præceptū: ut qui indoctos, pauperes, infirmos, humiles, stultos, peccatores, difficiles fastidiūt: hi enim non homines, sed laruas & facies eorum consyderant, atc̄ ita fallūtur. Tertio, nobilissimum exhibet exemplum utriusc̄ huius, sicut teipsum (inquit). Cæterarum legum exempla extra nos petenda sunt, hoc intra nos nobis monstratur. Deinde externa exempla, quia non sentiuntur, nec̄ uiuunt, non satis mouent. Hoc autem exemplum intus sentitur, uiuit, ac efficacissime docet: non literis, nō uocibus, nō cogitationibus, sed ipso experientiæ sensu. Quis enim non sentit uitaliter, c̄ seipsum diligat, c̄ omia quærat, cogitet, tentet, quæ sibi salutaria, honesta, necessaria sunt? At uniuersus hic sensus uiuus est iudex, intimum monitorium, præsentissimum documētum, quid proximo debeas, nempe eadem, eodemc̄ affectu. Quid est ergo, quod multis libris occupamur? Quid multos magistros quærimus? Quid operibus & iustitijs laboramus? Ad huius intimi sensus & affectus amussim, omnes leges, omnes libri, omnia opa exigenda sunt. In hoc exercitandus Christianus homo, per omnia opera, per totam uitā. Non potuit igitur efficacius tradi exemplum huius doctrinæ diuinæ: quia hoc non uidemus & audimus, sicut cæterarū legū exēpla, sed experimur & uiuimus: nec unc̄ nos ab ipso, & ipsum a nobis abesse potest. Nec dignius tradi obiectū, c̄ proximus tuus, id est, simillimus & cognatissimus tuus. Nec pfectius tradi uirtutis genus, c̄ dilectio, quæ est fons omniū bonorum: sicut radix omniū malorum cu

Auen hebr.

NOTA

Nihil pnitiosius charitati & tyranni de humanarū legum.

Nobilis. uirtus dilectio.

Personarum differentia.

Dilectio proximi.

Ad dilectionis amussim oia dirigēda

rũ cupiditas. Et sunt plane omnia summa in isto breuissimo præcepto, ut uerissime sit summa, caput, perfectio, finis omnium legũ, sine quo omnes merito nihil sunt. Nihil est ergo quod queraris te nescire, quid aut quantũ debeas ꝓximo tuo. Pereãt acutę illæ magistrorũ distinctiones. Prope est uerbũ in corde tuo, tam crassis scriptum literis, ut palpare queas, ut qui uiuas & sentias hãc regulam: Sicut teipsum (inquit) diligas, non minus q̃ te diligas. Quantũ autẽ te diligas, nemo tibi melius dixerit, q̃ tu ipse: qui hoc ipsum sentias, q̃d ab alio non nisi diuinari tibi potest: Ideo nec ullus melius dixerit tibi, q̃ tuipse, quid faciendum, dicendũ, optandũ sit proximo tuo. Hic ẽm locum non habet pro uerbium, Pessimum esse magistrũ suiipsius: immo optimus, & minime omniũ fallax magister tuiipsius hic fueris, cæteris omnibus fallacibus, adeo facilis & ꝓpe posita est lex dei, ut nullus possit excusari, si non bene uixerit.

Summa legũ

Prouerbium

Et prohdolor, quod hæc res hodie ita negligitur tam prædicantibus, q̃ audiẽtibus, cũ interim tot scateant erucæ & locustæ, immo sanguisugæ, qui indulgentias, uigilias, oblationes, fabricas ecclesiarũ, institutiones altarium, memoriarum, anniuersariorum, & reliqua id genus plus quæstui, q̃ charitati seruientia, commẽdent, inclament, ingeminent, & inculcent semper, ea prætermissa, quæ sola operit multitudinem peccatorum charitate fraterna.

In quæstuarios nostræ ætatis.

Consequẽs est, Theologos istos recte quidem dicere, qui nullum opus sine charitate bonum esse asserunt: Verũ omnium pessime docent, quando dicunt, nos nescire quando sumus in charitate. Cogunt sane nos imaginari charitatem esse uelut quietam, latentemq̃ qualitatẽ in anima. Quo somnio quid moliuntur, nisi quod negant nos sentire præsentissimum, & uiuacissimum illud quod in nobis est, ipsum uidelicet pulsum uitæ: hoc est, affectũ cordis? An quẽdam Sosiam Plautinum ex nobis facit iste Mercurius, ut nosipsos neq̃ sentiamus, neq̃ agnoscamus? Non possum, obsecro sentire, an mihi placeat, uel displiceat alter? Cur ergo criminor aut laudo, uel fastiditum, uel amatũ? An etiã non sentio me maledicere, malefacere, bene dicere, benefacere? At (inquiũt) naturalis iste potest affectus esse. natura autem gratiæ fallacissima æmula est.

Charitas nõ ignoratur.

Sosias.

Respondeo, fateor, natura uehementer æmulatur gratiam, sed non nisi usq̃ ad crucem: a cruce uero in totum diuersa, immo contraria sentit, & gratiæ hosti lissime repugnat. Crucem autem uoco aduersitatem. Tam diu enim diligit, laudat, benefacit, benedicit natura, quamdiu non fuerit offensa. At ubi læseris, aut uoluntati eius restiteris, iam facit natura opus suum, & excedit eius amor, uertiturq̃ in odium, clamorem, maliciam &c. Hæsit enim in facie, non in ueritate: dilexit personam & speciem, non rem ipsam. Amica fuit non proximo, sed proximi bonis & rebus. Charitas autem nunq̃ excidit, omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet, æque diligit hostem ut amicum, nec mutatur mutato proximo. Sicut enim proximus manet, proximus quãtumlibet uarietur: Ita charitas manet charitas, quantũlibet uel lædat̃, uel iuuetur. Itaq̃ crux est probatio, & lydius (quod aiunt) lapis charitatis, in qua non est, quod dicas qualitatem esse latentem, neq̃ te nosse, neq̃ sentire, an diligas proximum tuum. Si ibi sentis te dulcem affectum seruare, ne dubitas, natura superior es, & charitate Christus te donauit. Si amarescis, naturam agnosce, & charitatem quære.

Natura quousq̃ gratiam æmulatur.

Crux probatio charitatis

Amor naturæ quærit esse dulcis & quietus, immo, ut poeta ait, amicitias utilitate probat, sua quærens, & solum recipere bonũ intentus. At charitas fortis amor est, in media turbatione perseuerans, amicitias officijs suis probans: quærens quæ aliorum sunt: nõ recipere sed dare prompta: immo uera charitas

bona tribuit, mala recipit. Carnalitas uero bona recipit, mala tribuit, aut saltē fugit. Caue etiam ab ijs, qui orationem, aut quodlibet opus in charitate fieri sic cogitant, quod nullo respectu ad proximum habito fiat: modo ex qualitate illa intus præsente & latēte procedat. Rudissimus immo pernitiosissimus iste sensus. Tunc potius oras in charitate, quando dulci affectu in fratrē, uel amicum, uel inimicum motus, pro eo oras. Tunc bene dicis in charitate, quādo detractori resistis, nulla alia causa, q̄ quia fratrem, amicum, uel inimicum, animo complexus, non potes ferre, ut eius fama polluatur. Nulla (inquam) spe uel gloriæ, uel amicitiæ, sed puræ beniuolentiæ, qua illi bonum optas. Sic cætera omnia in charitate facis, quando in eis non nisi bonum & commodum proximi tui, prorsus cuiuslibet, amici uel inimici spectas. Ecce hæc eruditio docebit te, quantus sis in Christianismo. Hic inuenies quos diligas & non diligas quantum proficias aut deficias. Nam si unum habes, in quem non es dulcis affectu, iam nihil es, etiam si miracula opereris. Hac denicq; regula disces tu ipse, sine magistro discernere, inter opera & opera bona. Clare tunc tu uidebis melius esse proximo bene uelle, bene dicere, bene facere, & totā uitā tuā facere ut sit seruitus proximi in charitate (ut apl's paulo supra dixit) q̄ si oīm oēs ecclesias ædificares, oīm monasteriorū merita haberes, oīm' prsus sanctorū miracula faceres, absq; hoc q; pximo in ijs seruires. Ecce hęc ē doctrina, quā hodie nō modo ignorant, sed suis traditionibus uelut copijs infinitis penitus expugnāt Quorum institutum hoc est, ut proximum nunq̄, nisi personalem doceant diligere: dum inter opera tantum digladiantur, & facies distinguūt. Nec minus caute intelligenda est, uulgatissima illa distinctio, legis naturæ, legis scriptæ, legis euangelicæ. Cum enim apostolus hic dicat, omnes in uno & in summa cō uenire, Certe charitas omnis legis finis est, ut. j. Timoth. j. dicit. Sed & Christus Matth. vj. illam legem naturæ (ut uocant) Omnia quæ uultis, ut faciāt uobis homines, & uos facite illis. expresse eandem facit cum lege & prophetis, dicēs: Hæc enim lex est & prophetæ. Cum autem ipse euangelium doceat, clarum est, tres has leges, non tam officio q̄ falso sensu intelligentium differre.

In charitate facere.

NOTA

Nota christianissimā doctrinam.

Proinde hæc lex scripta, Diliges proximum tuum sicut teipsum, prorsus idē dicit, quod lex naturæ: Quæ uultis ut faciant uobis homines (hoc enim est seipsum diligere) eadem facite uos illis (hoc certe est, sicut seiptum, ita diligere & alios, ut claret) At quid aliud totum euangeliū quoq; docet? Igitur una est lex, quę transijt per omnia secula, omnibus nota hominibus, scripta in omnium cordibus, nec excusabilem relinquit ullum ab initio usq; in finem: licet iudæis accesserint ceremoniæ, tum alijs gentibus suæ propriæ leges, quæ non uniuersum mundum obligabant: sed hæc sola quam spiritus dictat in cordib⁹ omnium sine intermissione. Illud quoq; diligentissime obseruandum, quod ex huius præcepti uerbis aliquot patres sumpserunt hanc opinionem, Quod ordinata charitas incipit a seipso, quia (inquiunt) dilectio sui præscribitur regula, qua diligere debeas proximum tuum. Hæc existimabam ut intelligerem sed labor est ante me nulli præiudicabo, sed meā temeritatem reuelabo. Ego præceptū hoc sic intelligo, ut non præcipiatur amor sui, sed amor proximi tantum. Primo, quod amor suiipsius per se in omnibus e⁹t. Deinde, q; si hunc ordinem uoluisset, dixisset: Diligas te, & proximum tuum sicut teipsum. At nunc dicit: Diliges proximum tuum sicut teipsum, id est, sicut iam teipsum diligis citra præceptum. Sed & Apostolus Paulus. j. Corinth. xiij. hoc tribuit charitati, quod non quærit quæ sua sunt, prorsus abnegans amorem sui. Christus præ

Lex una oīm bus oīm tpe

Charitas q̄ modo incipit & ubi.

ſtus præcipit abnegari ſeipſum, & odiſſe animam ſuam. Et Philippen. ij. clare dicit: Non quæ ſua ſunt ſinguli conſyderantes, ſed quæ aliorũ. Denicꝙ, ſi homo ſuiipſius rectam charitatem haberet, iam gratia dei non egeret, quia eadem charitas, ſi recta eſt, ſe & proximum diliget. Non enim aliam, ſed eandem eſſe, præceptum hoc iubet. At (ut dixi) præceptum prærequirit hominem ſeipſum diligere: Et Chriſtus, quando Matth. vij. dicit, Omnia quæcunꝙ uultis, ut faciant uobis homines, certe declarat iam ineſſe eis uoluntatẽ & amorem ſui, nec præcipit ibi eandẽ, ut claret. Quare pro mea temeritate (ut dixi) uidetur præceptum loqui, de peruerſo amore, quo quiſcꝙ oblitus proximi, ea tantũ quærit, quæ ſua ſunt: qui tunc rectus ſit, ſi rurſum ſeipſum oblitus, proximo tantũ ſeruiat. Vide quid dicat.

Hoc & membra corporis indicant, quorũ quodlibet alteri ſeruit ſuo periculo. Nam manus pro capite pugnat, & læſiones excipit: pedes in lutũ, aquã ruunt, pro corpore redimendo. Sed & periculoſiſſime nutritur affectus propriꝭ commodi, ſub iſto ordine charitatis, quem tamen Chriſtus hoc præcepto funditus perdere uoluit. Corporis membra.

Quod ſi omnino amorem ſui, hic primum ordinari cõcedendũ eſt, certe altius aſcendam, & dicam amorem eiuſmodi ſemper iniquũ eſſe, dum fuerit in ſeipſo, nec eſſe bonum, niſi extra ſeipſum ſit in deo: hoc eſt, ut uoluntate mei & amore mei prorſus mortuo, nihil queram, niſi puriſſimam uolũtatem in me fieri, promptus ad mortem, ad uitam, & ad omnem formam figuli mei, quod eſt arduum & difficillimũ, naturæcꝙ impoſſibile. Hic eñ amo me non in me, ſed in deo: non in uoluntate mea, ſed in uoluntate dei. Arcꝙ ita tum diligam & proximum ſicut meipſum, optans & faciẽs ut ſola uolũtas dei in eo fiat, non autem ipſius ullo modo. Verum ſic non intellexiſſe illos credo, nec de hoc amore proprie præceptũ loqui uidetur. Quare quẽcꝙ monitum uolo, caueat ab his gentilibus doctrinis, Proximus eſto tibi, & ſimilibus: peruerſæ enim ſunt, & cõtra uim grammaticæ quocꝙ tortæ. Nam proximus non niſi ad alterum dicitur, ideo proximus eſto alteri, dicendũ eſt Chriſtiano, ut & hoc præceptum indicat. Nota theologiam. Caue

At hic quæritur, Quomodo omnis lex in uno iſto præcepto comprehẽdatur, præſertim Veteris teſtamenti, tot ritus, tot ceremoniæ? Nunquid enim qui diligit proximum eadem illa facit? Nam decalogi præcepta in eo comprehendi, nihil eſt difficultatis, ut ex apoſtolo Rhom. xiij. deductum eſt. Verum quis modo mactat pecora, circũcidit ſeruat tempora & annos &c. ſicut ſeruamus honorẽ parentibus, non occidimus, non adulteramus, non furamur &c. S. Hieron. ſuo more ſpiritualiter impleri leges ceremonias ſentit. Verum quid de legibus gentium aliarum dicemus, quas ſimiliter apoſtoli, & ipſe adeo Chriſtus ſeruari mandauerunt? Denicꝙ apoſtolum hoc modo æquiuocũ faciemus, ut qui alio modo decalogum, & alio ceremonias impleri doceat, eodem utens uerbo. Quæſtio.

Ego ſuperioribus meis conſentiens, dico. Accepto ex fide auditu charitatis ſpiritu, omnia alia facta eſſe licita, quæcũcꝙ ceremonialiter & humaniter ſtatuuntur, ſiue apud Iudæos, ſiue gentes, Nec eſſe ſeruanda, q̃ ſalus ſit in eis ſeruatis, aut operibus eorum: ſed quod pro charitate ſeruanda ſunt, propter eos, cum quibus uiuendum eſt nobis, donec ipſi eaſdem ſeruari a nobis exigunt, ne pax ſoluatur in ſchiſmata & ſeditiones, nã charitas omnia ſuffert. Necꝙ in his adeo timendum, ne contra ipſas leges ueniatur cꝙ ne offendãtur ij, qui ſecundũ eas uiuunt, quorum uotis nos iubet charitas ſeruire. Libera charitas.

Ideo ſi deus legis ceremonias uoluiſſet durare, aut ſi pro neceſſitate aliqua, unum uel plures ex eis ſeruare oporteat, omnino faciẽdum eſt: At poſtcꝙ eas abrogauit, nihil nos ligant. Ita ſeruiendum eſt legibus imperialibus, ponLegibus quatenus obſeruendum.

tificijs, mūnicipalibus, politicis, ac prouincialib⁹: ſolū ne eos (ut Chriſtus ait) ſcandaliſemus, & charitatem & pacem lædamus. Ac ſic clare patet, quod nē cogitari quidem lex poteſt, quæ non ſit complexa in charitate. Nam ſine omni dubio, ſi tu quicquam ſtatuiſſes, uelles tibi obtemperari: quare lege naturæ & charitatis urgeris, & alteri id præſtare, præſertim deo & uicarijs poteſtatib⁹ dei: modo id cures, ne in his hominum præceptis ſalutem conſtituas, ſed ſeruiē dum tibi intelligas alijs per charitatē. Verum contra, ipſi legiſlatores multo magis debitores ſunt charitati, ut quando uiderint leges ſuas eſſe oneroſas ſubditis, aut etiam noxias, curent omnibus modis aliorum cōmodo ſeruire, & eas abrogare. Multo autē maxime, hoc ad Eccleſiaſticos pertinet legiſlatores: Nā ipſi abſq; dubio, nollent uel una ſyllaba legis onerari: quod niſi & alijs præſtiterint, non Pontifices ſed tyranni ſunt: imponentes importabilia hominibus, quæ nec digito ipſi uolūt attingere. Hinc intelligis, mi lector, cur leges quaſdam pontificias, ſoleam tyrannides appellare, quod hodie plurimis & iuſtiſſimis cauſis abrogandæ ſunt. Primum, quod oneroſæ & odioſæ ſunt toti orbi terrarum, cui credendum eſt per pontifices. Deinde quod mere laquei ſunt pecuniarum, & per diſpenſationes impudenter uendūtur. Tertio, quod impietati ſeruiunt, interim ueram iuſtitiam, in qua ſalus eſt, & charitatem funditus perdentes. Seruandę tamen ſunt, ubi ſcandalo fuerit earum contemptus propter charitatem. In fine, iterum clarere ſatis puto, apoſtolum non de cere monialibus tantum legibus loqui, ſed prorſus de omnibus. Charitas enim fide accepta, omnes implet hilariter & libere (quod eſt uere eas implere) & nō in ipſas, ipſarūq; opera fiduciā ſtatuit ſalutis, quod eſt ſeruiliter, & nullā implere.

Leges abrogandæ.

Quod ſi inuicem mordetis & comeditis, uidete, ne ab inuicem cō ſumamini.

Charitatis defectus nocet ubiq;.

In omnibus epiſtolis apoſtolus ſuaſurus charitatē, ſimul fere adiungit, ut unum ſapiant: ut de donis differenter eis collatis, nō inflentur, alter aduerſus alterum. Nam ſic Rho. xij. & j. Corin. xij. proponit imaginem corporis & membrorum, quomodo membra pro inuicem ſolicita ſint, & alterum alteri ſeruiat ac non lædat. Scit apoſtolus, homines eſſe Galatas, & dona, quanto fuerint inſigniora, tanto ſunt nocentiora, ſi deſit charitas. Scientia inflat, inflat poteſtatis adminiſtratio, inflant prorſus omnia, præter charitatē, quæ ędificat: Hæc ſola recte omnib⁹ utitur, quia omnibus donis dei, nō ſibi placet, ſed alijs ſeruit. Vbi hæc nō adeſt, ibi contētio, lis & iurgia, atq;, ut Rho. xij. dicit: Sapere nō ad ſobrietatē, & ſapere pluſq; oportet. Hoc (inquā) malū, mihi uidetur hoc loco apoſtolus tāgere, quod maxime ſeruituti charitatis repugnat. Dū enim quiſq; de dono ſibi dato inflatur, nec quō in hoc alteri ſeruiat, cogitat, ſed quō p̄feratur: neceſſe eſt, ut cōtentio & æmulatio inſurgat, mutuuſq; contemptus, detractio, cōdemnatio, temerariū iudiciū, ira, inuidia, clamor, malicia &c. Eandē ſententiā Ephe. iiij. & Philip. ij. late ꝓſequitur, nā hic breuiter tranſit.

Eſt ergo ſenſus, ſcio uos homines eſſe, tentari poſſe, dum alter altero præſtātior cupit uideri, nec boni uultis eſſe miniſtratores multiformis gratiæ dei in uobis. Verum curate ne detrahatis, ne mordeatis inuicem, ne cōſenſeritis tentationi huiuſmodi: ſed (ut dixi) per charitatem ſeruite inuicem, unuſquiſq; in dono quo abundat, alius in docendo, alius in tribuendo, ut Rhoma. xij. latius. Non autem ut is, qui docet, infletur cōtra eum, qui tribuere poteſt, quod forte non tribuerit quantum uolet, nec qui tribuere poteſt, contra eum, quod

forte

forte ſibi nō egere uideatur illius doctrina: ſic in cæteris omnibus donis. Nam (ut dixi) inflatio eiuſmodi proxima eſt iis, qui aliquid poſſunt, ut aliorum ſe nō egere glorientur: ac ſic non inuicem ſeruiant in charitate, ſed conſumētur mutuo contemptu, odio, ſuperbia, detractione &c.

Dico autem, ſpiritu ambulate, & deſyderia carnis non perficietis.

Vult dicere, hoc quod dixi, ne uos morderetis & comederetis, tantum eſt, quod uolo, uos ſpiritu uiuere, tum fiet, ut eiuſmodi non perficietis. Scio in uobis eiuſmodi deſyderia aliquādo cōcitari, uerū ne obtemperetis, ſed ſpiritu ambulate, hoc eſt, proficite & magis ſpirituales efficiamini: ut Rho. vij. eadē ſententia dicit: ſi ſecundū carnem uixeritis, moriemini: ſi autē ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Spiritu facta carnis mortificari dicit, hic ſpiritu ambulare, & reſiſtere tentationi, ac mordeāt & moriantur. Impoſſibile eſt, nō moueri, nos ad mordendū & comedendū: uerū motibus iſtis, ſpiritu reſiſtendū eſt. Non moueri impoſſibile.

Eſt autem pulchra hæc allegoria, mordere & comedere, in ſacris litteris frequentiſſima. Inde in pſal. Filij hominū dentes eorum arma & ſagittæ. Et. iij. Dentes peccatorū contriuiſti. Et Prouerb. xxx. Generatio, quæ habet pro dentibus gladios, & molaribus ſuis cōmandit, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Inde uerbum deuorare. Prouerb. j. Deglutiamus eum ſicut infernus uiuentem. Et pſal. lj. Dilexiſti uerba præcipitationis (id eſt, deuorationis, abſorptionis) lingua doloſa. Videtur autē per mordere, criminationem, detractionē, uituperia intelligere: per comedere, uindictam & oppreſſionem, ex altera parte: per conſumari, utriuſq; perditionem. Mordere Comedere.

Nota uim uerbi, Non perficietis, inquit. Nam inter facere & perficere deſyderia carnis uel ſpiritus ſenſu Paulino (ut eſt apud b. Aug. lib. iij. contra Iul. c. ult.) hoc intereſt, q̄d facere concupiſcentias, eſt eas habere, titillari, & moueri ab illis, ſiue ad iram, ſiue libidinem. Sed perficere, eſt eis conſentire, & eas implere, hæc ſunt opera carnis. Sed eas nō habere, aut nō facere, tūc erit ſecūdū b. Aug. li. j. Rhet. xxiij. quando nec mortalē carnem habebimus. Inde omnes ſanctos dicit eſſe adhuc carnales ex parte, licet ſecundū hominē interiorem ſint ſpirituales, lib. vj. contra Iul. ſic cōcupiſcentia ſpiritus ipſa charitas, concupiſcit ut poſſit nō concupiſcere ſecundū carnē, ſed nō perficit, quia nō poteſt nō habere carnis cōcupiſcentiā. Et, ut interim moneam, concupiſcentiā carnis uocat, non tantum libidinē, ſed omniū operum, quæ ſtatim enumerabit. Igitur uerba Aug. ſunt Non perficiunt carnis deſyderia, ſi non conſentiat eis, q̄uis agantur motibus non tamen perficiuntur operibus: ideo dixit ad Rho. Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Quia facere bonū eſt poſt cōcupiſcentias nō ire, perficere autem bonum eſt, non concupiſcere. Sic cōcupiſcentiæ carnis non perficiuntur, q̄uis fiant: nec noſtra bona opera perficiuntur, q̄uis fiant. Ex quibus omnibus patet, quid ſit uita chriſtiana. Nempe tentatio, militia & agon. Et quomodo inſtituendi ſunt, qui uariis tentātur impulſibus, ut non deſperēt, ſi ſe nondum ſenſerint liberos a malis motibus cuiuſcūq; peccati. Sic Rho. xiij. Et carnis curā ne feceritis, in deſyderijs eius. Et Rho. vij. Non regnet peccatū in mortali corpore uestro, ad obediendū concupiſcentijs eius. Non cōcupiſcere nemo poteſt, ſed non obedire concupiſcentijs poſſumus. Hæc diligentius & latius retuli, propter impropriſtas meos, qui negant omnem actū bonum, adhuc ſimul ex parte malum eſſe, & peccatum concupiſcentiæ, dicunt eſſe peccatum impropriē dictum. Concupiſcentiā carnis, nō tantū libidinem dicit. Vita chriſtiana.

Bonū fieri perfici.

Verū tu apostolo & Augustino crede, qui dicunt: bonum fieri, sed nō pfici. Fieri autē bonū, bonū est: sed non perfici, malum est. Quia lex dei perfici debet, a qua omnes sancti deficiūt, & ita in omni opere peccāt. Nec est peccatū

Impropriſtæ

impropríe, sed uere peccatū: quia nō est impropríe gratia, nec impropríe deus, nec impropríe Christus, nec impropríe spíritussanctus, qui hæc remittit & expurgat. Verū est quidē, quod teste Augu. in baptísmo reatus transijt peccati: sed actus tamen mansit, hoc est, quod deus (iuxta psalmū. xxxj.) non imputat, sed sanat, qui si imputare uellet, sicut uere & iuste posset, totū mortale & damnabile esset.

Caro em̄ cōcupíscit aduersus spíritū: spíritus aūt aduersus carnem.

Sicut spíritus hoc loco non significat solam castitatē: ita necesse est, ut caro non solam significet libídinem, hoc pro necessitate: quia inueterauit usus fere apud omnes, carnis concupíscentiā, pro libídine tantū accípi: quo usu apostolus intellígi non posset. Hanc sententiā Rho. vij. egregie tractans, & copiosius declarans dícit. Condelector enim legi dei secundū interiorē hominē: uídeo autē aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, captiuantē me in legē peccati, quæ est in mēbris meis &c. Non enim hæc in psona aliorum locutus est Paulus. Sicut b. Aug. lib. vj. contra Iul. c. xj. dicit, se aliquando intellexisse, immo non intellexisse. Manicheos autem dicit & Pelagianos sic intellexisse. Sic b. Petrus c. ij. epla. j. Obsecro uos tanq̄ aduenas & peregrinos abstinere uos a carnalibus desyderijs, quæ militāt aduersus animā. D. Hiero. hoc loco profunde se quæstioni inuoluit, quō inter spíritū & carnē, mediū inueniat, & media opa. Et suū Origenē secutus, spíritū, animā, carnē distinguit: inde spíritalē, animalē, & carnalē hominē distribuit. Et q̄q̄ ista trinitas uídeatur statui ex illo. j. Thessa. ulti. ut integer spíritus uester, & anima, & corp⁹ seruet̄ &c. tamen nec accedere, nec recedere audeo, tum quod spíritū & animā manifeste pro eodem accipit Petrus in dicto loco: appellans animam, contra quā militēt desyderia, ubi contra spíritum concupíscere carnem dícit Paulus. Et hominē carnalem ac animalē mihi pro eodem apostolus uidetur accipere.

De triplici hoīe spíritali aiali, carnali.

Caro Anima Spíritus Crassíssima símilitudo.

Ego mea temeritate, carnem, animā, spíritū prorsus nō separo. Non enim caro concupíscit, nisi per animā & spíritū, quo uíuit: sed spíritū & carnē intelligo totū hominē, maxime ipsam animā. Breuiter, ut dem crassíssimā símilitudinē, sicut carnē sautiā aut morbosam, utrūq̄ appello, sanam & morbidā (neq̄ enim ulla est tota morbus) quæ inquantū incipit sanari, & sana est, sanitas uocatur: ubi uero uulnus, aut morbus reliquus est, morbus uocatur: atq̄ ut morbus seu uulnus, reliquam sanam carnem impedit, ne perfecte faciat, quod caro sana faceret: Ita idem homo, eadem anima, idem spíritus hominis, quia affectu carnis mixtus & uitiatus est: quatenus sapit quæ dei sunt, spūs est, quatenꝰ carnis mouet̄ illecebris, caro est, quibus si consentit, totus caro est. ut Geñ. viij. dícitur. Rursum, si consenserit totus legi, totus spíritus est, quod fiet, quando

Alia símilitudo.

corpus erit spírituale. Non ergo duo isti homines, diuersi imaginandi sunt, sed uelut crepusculum matutinum, quod neq̄ dies, neq̄ nox est, utrūq̄ tamē dici

Exemplū Semiuiui apud Lucam.

potest, magis autem dies, ad quam de tenebris noctis uergit. Verū, longe pulcherrime utrūq̄ ostēdit Semiuiuus ille apud Lucā, qui a Samaritano susceptꝰ quidem curari, nondū tamen plene sanus factus est. Ita & nos in ecclesia sanamur quidem, sani autem plene non sumus: ob hoc caro, ob illud spíritus uocamur. Totus homo est qui castitatem amat, idem totus homo illecebris libídinis

bidinis titillatur. Sunt duo toti homines, & unus totus homo: ita fit ut homo si bijpsi pugnet contrariusq; sit, uult & non uult. Atq; hæc est gloria gratiæ dei, quod nos fecit nobisipsis hostes. Sic enim superat peccatum, sicut Gedeon superauit Madian, glorioſissimo uidelicet triumpho, ut hostes seipsos trucidēt. Sūt duo toti hoīes, & unus totus homo.

Sic aqua uino infusa in altari, primū pugnat cum uino, donec absorbeatur, & uinum fiat, ita gratia, & ut supta dictum est, fermentū in satis tribus abscon/ditur, donec fermentetur totum.

Hæc autē sibi inuicē aduersant, ut nō quæcūq; uultis, illa faciatis.

Vide audacem Apostolum, nihil timet ignem, negat liberum arbitrium, quod est mirabile in auribus nostris: dicit non posse fieri, quæ uolumus, cum nos uoluntatē cōstituerimus (autore uel Aristotele) reginā & dominā omniū uirium & actuum. Atq; hic error & hæresis maxima erat tolerabilis, si hoc dixisset de ijs, qui sunt extra gratiā. Nunc, ut nulla sit ei excusatio, quin combura tur, affirmat id de ijs qui spiritu gratiæ uiuunt. Idem Rho. vij. dicit. Ego autē carnalis sum uenundatus sub peccato, quod uolo bonum, nō facio: quod no/lo malum, hoc facio. Si iustus & sanctus sic queritur de peccato, ubi peccator & impius apparebunt, cū operibus suis, de genere bonorū, & moraliter bonis? Liberum arbitrium.

Gratia dei nondum perfecit liberum arbitriū, & ipsummet seipsum liberum faciet? quid insanimus? Satis dictum est, de diuersitate spiritus & carnis, neu trum extinguit alterum in hac uita: & si spiritus inuitam carnem domet sibiq; subijciat, quo fit, ut nemo audeat gloriari se mundū habere cor, aut mundum esse a sordibus. Nō enim caro mea aliquid facit, quod nō ipse facere dicar, at si cor immundū est, iam nec opus mundum est. Qualis em̄ arbor, talis & fructus Spūs & caro pugnāt.

Quod iterū dico, contra impropijstas, qui inueniunt in seipsis, actus bonos, sine omni uitio, aut peccato improprie dicto uitiosos, suas opiniones Pauli tā aperto textui opponētes. Non facitis (inquit) quæ uultis, propter carnis rebel/lionem, repugnantē legi mentis uestræ, & spirituali uoluntati uestræ. Non seruat apostolus hic distinctionē superius datam, inter facere & perficere, quia non faciatis, pro non perficiatis, accipit, ut clarum est. Sed & Rho. vij. non ser/uat quando dicit: quod uolo bonum, nō facio, id est, non perficio. At quando dicit, quod odi malū, hoc facio, hic seruat eam distinctionē: quia facit malum, sed non perficit. Quod si cui hæc distinctio Augustī. non placet, aliter medite/tur: modo hunc sensum nō omittat, esse in nobis pugnā spiritus & carnis, qua impediti, nō implem⁹ pfecte legē, ideoq; peccatores nos esse, quādiu in carne sum⁹, atq; in omni ope bono, egere ignoscēte misericordia dei, & dicere: Non intres in iudiciū, cū seruo tuo dñe, qa nō iustificabit in cōspectu tuo oīs uiuēs. Semp pecca/tores.

Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Dixi (inquit) ut spiritu ambuletis, concupiscentiā spiritus sequeremini, re sistentes concupiscētiæ carnis, ne morderetis & comederetis inuicē, sed seruire tis inuicē in charitate, quæ est plenitudo legis. Nam si hoc facitis, & ita spiritu ducimini, cōcupiscentiæq; spiritus obeditis. Ecce nō estis sub lege, nihil debe/tis legi, sed impletis legem. Quid ergo rursum ad legē reuerti uoluistis? Quid alia uia legem implere tentatis? Dixi satis supra, quod esse sub lege, est eam nō implere, aut seruiliter sine affectu hilari implere. Affectum autē hunc hilarem, non lex, non natura, sed fides impetrat in Christo Iesu. Atq; hoc duci spiri/tu, hoc obedire concupiscentiæ spiritus, hæc pugna & conatus (qui est tota Esse sub lege

De⁹ ignoscit conanti.

uita

uita nostra) facit, ut deus misericorditer ignoscat, quod illa nō facimus, quæ uolumus. Nondū enim spiritus sumus, sed spiritu ducimur. Nam Ioan. iij. Quod natū est ex spiritu, spiritus est, ostendit, quid esse debeamus: hic aūt, quid sum⁹. Debemus esse spiritus, sed sumus adhuc in ductu, & ut sic dixerim, in formatione spiritus. Qui autem sunt sub lege, sunt & in operibus carnis: ut Rho. vij. Cum essemus in carne, passiones peccatorū, quæ per legem erant, operabātur in membris nostris, ut fructificarent morti. Ita Rho. viij. quoq;. Qui spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Nam hoc ducere & agere, idem est quod trahere de quo Ioan. vj. Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Item. xij. cum exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum, id est, suauiter mouebo, hilares & spontaneos faciē, spiritu cōcupiscentiā in eis suscitabo, quos Moses & lex, terroribus tristes & inuitos cogebāt, aut uelut pueros temporalibus promissis interim fouebant. Sic sponsa Can. j. Trahe me post te, in odorē curremus unguētorū tuorū. q.d. Moses & prophetæ uerbo legis, trucibus minis, terrēt & urgēt, aridam & inuitā: tu autē uerbo gratiæ, & memoria exhibitæ misericordiæ dulciter trahe, & unge suauiter. Odor enim unguētorū, Euangeliū gratiæ dei est in quo olfit, id est, fide percipitur, unguentū gratiæ dei. Hinc illud Eccle. xxiiij In plateis sicut cynnamomū & balsamū aromatisans odorem dedi, quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris. Et psal. xliiij. Myrrha & gutta & casia, a uestimentis tuis. Sic Paulus, Odor bonus Christi sumus, alijs in uitam &c. Idem trahere etiā sibilare dicit apud Esaiam. vij. In die illa sibilabit dominus muscæ, quæ est in extremis finibus Aegypti &c. id est, spiritusancto afflabit, spiritum eorū excitabit ut concupiscant contra carnem &c. Sic. iij. Regū. xix. scribitur: Helias neq; in spiritu forti, neq; in cōmotione, neq; in igne (quæ omnia sunt terrores legis) sed in sibilo auræ tenuis sensisse dominum. Quia nō ex tristitia, aut necessitate, sed hilaritate ac suauitate impletur lex domini.

Qui spū dei agūtur, sunt filij dei.
Trahere dei.
Hoc ducere & agere, est trahere.
Odor unguētorū, euangeliū est gratiæ dei.

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, uenefícia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia.

Hic omniū manifestissime patet, carnem non pro libidinosis accipi tantum cōcupiscentijs, sed pro omni prorsus eo, quod contrariū est spiritui gratiæ. Nā hæreses seu sectæ & dissensiones sunt uitia subtilissimarū mentiū, & sanctissima specie fulgentiū. Quod ideo dico, ut stabiliam, quæ supra dixi, per carnem totum hominē significari, per spiritū æque totum: atq; hominem interiorē & exteriorem, seu nouum & ueterem non distingui, iuxta differētiam animæ & corporis, sed iuxta affectus. Nam cum fructus seu opera spiritus sint, pax, fides continentia &c. Et hæc in corpore fiant: quis potest negare spiritum & fructum eius, in corpore membrisq; carnalibus esse, sicut expresse. j. Corinth. vj. An nescitis (inquit) quod membra uestra templum sunt spirituſsancti. Ecce non tantum anima, sed membra quoq; sunt spirituale templum. Et iterum: Glorificate & portate deum in corpore uestro: non dicit, in anima uestra. Contra quādo inuidiæ, inimicitiæ, uitia sunt animorum: quis negabit carnem esse in anima? Igitur spiritualis homo, totus homo est, quātum sapit, quæ dei sunt: carnalis totus, quantum sapit, quæ sua sunt. Apostolus ignarus Aristotelicæ philosophiæ non appellat hæc uitia, habitus in anima, sed opera ipsa: quibus

NOTA
Differt hō iuxta affectus.
Spiritalis hō
Carnalis hō.

bus omnibus, unum habitum tribuit, carnẽ: hoc est, totum hominẽ ex Adam natum. Nam illi adhuc hodie quærũt subiectũ uitiorum & uirtutum, necdum inuenerunt, an in rationali, an irrationali parte locanda sint. Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris: ut liberetur a stultis illis, & uanis cogitationibus: & mitiges ei a diebus istis pessimis, donec fodiatur peccatori fouea. Igitur cum apostolo, contemptis habitibus aliisq; delyriis moralis philosophiæ, scito, aut carnem, aut spiritum te esse, & utrũq; ex fructibus suis cognosci, quos hic apostolus aperte enumerat. In isto uitiorũ numero, nulli fere consentiunt. bea. Augusti. xiij. bea. Ambro. xvj. Noster. xvij. ponit. bea. Hierony. xv. recitat, omittens impudicitiam & homicidia, dicensq; in latinis codicibus adulterium quoq; & impudicitia, & homicidia, in hoc catalogo uitiorum referuntur scripta, sed sciẽdum non plus q̃ quindecim carnis opera nominata, de quibus disserimus. Hæc ille. Erasmus & Stapuleñ. fere cũ nostro consentiũt nisi quod adulterium addunt, & uel luxuriam, uel impudicitiam tollunt.

Philosophica nugamenta

Variatur in numero uitiorum.

Erasmus Stapuleñ.

Opponit autem apostolus non singulos fructus, singulis operibus: sed confuse unum multis, & multa multis: ut charitatem & gaudium, fornicationi, immunditiæ, luxurię, quæ sunt peruersæ dilectiones, peruersaq; gaudia, pacem, patientiam, longanimitatem, benignitatẽ, bonitatem, inimicitijs, contentionibus, litibus, iræ, rixis &c. fidem hæresibus, idolatriæ, ueneficijs: continentiam, ebrietatibus, & comessationibus. Primũ est, fornicatio, nota satis. Secundũ immũdicia, qua di. Hierony. comprehẽdit omnes extra ordinarias infandasq; uoluptates. Tertiũ luxuria, nam impudicitia nostri textus, uidetur e margine relata in textum, ut quam aliquis glosandi studio, super immunditiam uel luxuriam signarit, aut ita in alijs haberi notarit. Hanc autem, licet d. Hierony. generaliter extenderit, etiam ad excessum coniugũ, græce tamen aselgia lasciuia, uel ut Ambro. obscœnitas dicitur, quod ad mores, gestus quoq; & uerba pertinere potest. Quartũ idololatria, etiam ipsa nota satis, sed nunc nulla saltem crassa illa, & quæ in gentibus erat. Cæterũ quorũ deus uenter est, & qui auari sunt, etiam apostolo autore idolatræ sunt. Idolatræ sunt omnes adulatores & superbi, ac quicũq; gloriantur in homine, uel seipso, uel altero. Ita hodie, non parum multi principes & pontifices, idola sunt. Quintum ueneficium est, quod malum hodie mire increscit. Dicitur autem, Hiero. teste, ars malefica. Pharmacũ enim græce uenenum uel medicamentũ dicitur, inde pharmaceutria, uenefica. Igitur magos, maleficos, carminatrices, & si qui alij, qui pactis dæmonum usi illudunt, nocent, furantur proximis suis apostolus significat. Claret autem tanti apostoli quoq; autoritate, ueneficia illa nõ esse nihil, sed posse nocere, quod multi non credunt. Sextum, inimicitiæ, simultates, & silentia inter se odia esse uidentur. Lites quod noster textus, contentiones, græcus eris, id est lis, opus inimicitiarum, æmulationes seu çeli, supra dictum est. Iræ notum est. Rixæ quas d. Hiero. græce eritheias dici aptius putat, quando scilicet aliquis ad contradicendum paratus, stomacho delectatur alieno, & muliebri iurgio contendit, & prouocat cõtendentẽ. Hæc omnia experientia & exemplo duorum aduersariorum melius, q̃ descriptione colligere possis. Primũ enim sunt inimici atq; discordes, tum data quacunq; occasione, mox litigant: litigantes autẽ æmulantur, dum quisq; alteri superior esse nititur: æmulantes autem irascuntur: irati autem quærunt utrinq; quod dicant aut faciant, aut omittant, quod alterũ mordeat ac prouocet, hoc est rixantur. Rixantes autem dissentiunt, & quisq; sua defendere promptus est, alienaq; infirmare.

Fornicatio

Immundicia

Luxuria.

ἀσέλγεια.

Idolatria

NOTA

Veneficium

φάρμακον.

Inimicitiæ.

Lites. ἔρις

Iræ. ἐρίθεια

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

NOTA. firmare. Ex quibus tunc ſectæ & hæreſes fiunt, dum quiſq; alios in ſuã partem trahit, & alteri abſtrahit. Hinc alitur inuidia atrox malũ, tandẽ in cædes & homicidia ruunt. Et hic finis huius mali. Exemplũ ſume inter duos forenſes aduerſarios, aut duas reſpublicas inuicem aduerſarias, Aut inter duos ſophiſtas ac theologiſtas, pro opinionibus ſuis certantes. Nouem ergo gradibus ſeu capitibus, diſtinxit concupiſcentiam illam carnis, amarulentam atq; colericam,

Hæretici apud Hiero. adeo deteſtatur aduerſarios charitatis apoſtolus. Addit hic d. Hierony. hæreticum dici omnem, qui ſcripturam aliter intellígit, q̃ ſenſus ſpiritusſancti flagitat, etiam ſi de eccleſia non receſſerit: dura ſententia ſuper Ariſtotelicos theologos.

Ebrietas. Deinde ſeptimũ, ebrietas, quæ non tantum uino, ſed omni alio genere potus prohibetur. Vnde Lucæ. j. Vinum & ſiceram, id eſt, inebriatiuũ non bibet. Cõmendatur ſane abſtinẽtia uini & ſobrietas in uarijs ſcripturæ locis. Cõtra quid ebrietas præſtiterit, ſatis eiuſdem probant ſcripturæ, hiſtoriæ in Noe, Loth, quorum ebrietas ſine propria culpa, non tamen ſine malo aliorum contigit: ſed notæ ſunt hiſtoriæ paſſim.

Ebrietas peſtis eſt. Vnde Chriſtus Lucæ. xxj. Attendite, ne grauentur corda ueſtra crapula & ebrietate. Et certe, ebrietatem ſatis apparet, eſſe quandã peſtem, in noſtris regionibus, diuino furore immiſſam: fugimus paſſim peſtilentiam carnis, & omni ſtudio nos armamus & curamus, ne corripiamur ab ea. In hanc uero peſtem, inſigni cęcitate, nos ipſi irruimus, nec eſt, qui ſaltẽ moneat, nedum prohibeat. Denicq; impetuoſius graſſatur, q̃ ut ſpes eſſe poſſit, eam expurgandi.

Comeſſatio Vltimũ comeſſatio, quæ Lucæ. xxj. crapula dicitur, ſicut ebrietas nimiũ bibendo, ita crapula nimiũ comedendo grauat corda. Et hoc celebre malũ, mire creſcit etiã in ducib⁹ populi, & magnatib⁹ Iſrael, tãto luxu, tãto apparatu, tãto ferculorũ copia & uarietate, ut priſcorũ inſignes

Origo comeſ ſationis. crapulas uideant̃, data opa, uelle irridere. Venit aũt uerbũ comeſſatio, a noĩe κῶμος. Comos, qui græcis de⁹ cõuiuij & crapulæ dict⁹ eſt: ut ſicut a Venere libido, ita a Como crapula dicitur: utrũq; ſane numen potẽtiſſimũ & uicinũ, huic uẽter, illi ea, quæ infra uentrem ſunt, ſeruiũt. Et Comos uenerem ſeruat, ac uegetat: alioquin ſine cerere & baccho friget uenus. In fine addit, & ijs ſimilia: quia qs omnem lernam carnalis uitæ recenſeat: Nam ſuperbiam & uanam gloriam ſub æmulatione & çelo comprehendit: detractionem, maledicta, clamorem blaſphemias, ſub ira, inuidia, diſſenſione &c. dolos, fraudes, inſidias, mendacia, ſub eiſdem. partes enim aliquot ſignauit, ne Galatæ cauſarentur ſeſe neſcire, quomodo carnis concupiſcentijs reſiſterent.

Quæ prædico uobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnũ dei non conſequentur.

Sola fides nõ ſufficit, ſola tñ iuſtificat. NOTA Ecce hoc eſt, ſpiritu ambulare, & non perficere carnis deſyderia, ſpiritu duci, non eſſe ſub lege, atq; omnem legem, in uno charitatis capitulo compleĉti, ſcilicet ſi hæc non fiant. Iam uides, q̃ non ſufficiat ſola fides, & tamen ſola fides iuſtificat: quia ſi uera eſt, impetrat ſpiritũ charitatis. Spiritus autẽ charitatis hæc omnia fugit, ac ſic legem implet, & regnũ dei conſequitur. Proin de totum fidei tribuendũ, fides autem uerbo, uerbũ autẽ diuinæ miſericordiæ mittẽtis uerbi apoſtolos & prædicatores, ut ſit omnis ſufficiẽtia noſtra ex deo,

Apoſtolica populi docẽdi ratio. a quo uenit omne donum, & datũ optimũ. Hæc ſunt, quæ in populo tractari oportuit, & eo ordine tractari, q̃ ab apoſtolo tradunt̃: ut primũ de ſuis uiribus deſperantes, uerbũ fidei audiãt, audiẽtes credant, credentes inuocẽt, inuocãtes exaudiant̃, exauditi ſpiritũ charitatis accipiãt, accepto ſpiritu, ſpiritu ambulẽt

& deſyderia

& desyderia carnis non perficiant, sed crucifigant, crucifixi cũ Christo resurgãt, & regnũ dei possideant. Nos autem in operibus a nobis electis & statutis, animas occupamus semper docentes, & nunc̃ ueritatis scientiam attingentes: immo contra pietatem, liberum arbitriũ, & uirtutes nostras erigentes, præsumptionem docentes, & merita congrui & condigni uanissime iactantes, tandem noticiam Christi penitus tollentes, & miserrimas conscientias hominibus multiplicantes. Beatus. August. super uerbo, Qui talia agunt. Agunt (inquit) talia, qui cupiditatibus carnalibus consentiẽtes, facienda esse decernunt, etiam si adimplendi facultas non datur. & subiungit mirã distinctionẽ. Aliud (inquit) est non peccare, & aliud peccatum non habere. Nã in quo peccatũ non regnat, nõ peccat: hic est, qui nõ obedit desyderijs eius: in quo autẽ nõ existũt omnino ista desyderia, nõ solũ non peccat, sed etiã non habet peccatũ. Quod & si multis ex partibus in ista uita possit effici: ex omni tamẽ parte, nõ nisi in resurrectiõe, atc̃ commutatione carnis sperãdũ est. Hæc distinctio idẽ docet, quod supra satis est distinctũ, quod homo inquantũ spiritu ambulat, iustus & sanctus est, ac nõ peccat. At inquãtum desyderijs adhuc mouetur, peccator est & carnalis. Habet ergo peccatum in carne, & peccat caro eius: ipse uero non peccat. Mira sententia, idem homo simul peccat, & non peccat. Hic concordantur duæ illæ Ioannis apostoli sententię. Prior Ioan. j. Si dixerimꝰ, quia peccatũ nõ habemus nosipos seducimus. Posterior. iij. & v. Omnis qui natus est ex deo, nõ peccat. Oẽs ergo sancti habent peccatũ, suntc̃ peccatores, & nullus peccat: iusti sunt, iuxta illud quod gratia in eis sanauit peccatores, iuxta quod adhuc sanandi sunt.

B. August.

Non peccare pctm non habere.

Fructus autem spiritus est, charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Non est dubium, quin tantum notẽ fructus numerauit Paulus, ut ex d. Hieron. b. Augu. & græco liquet, ubi sic cẽsentur: fructus spiritus est, charitas, gaudiũ, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, cõtinentia. Apparet aũt numerũ duodecimũ istũ creuisse, imperita aliquorũ diligẽtia. Qui cũ uel in glossa, uel margine, uel in Hiero. inuenissent, patientiã, in textum retulerunt in quartũ locũ, in quo longanimitas ponenda fuit, quã in septimũ transtulerunt. Deinde continentiã, id quod modestiã & castitatẽ ex d. Hiero. significare uiderunt, adiecerunt has duas textui. Et fidei ac mansuetudinis loca permutarunt. Perit ergo fundamentũ doctrinæ illorum, de duodecim fructibus, nõ modo defectu numeri, uerũ & ratione intelligentiæ: illi em̃ ex fructibus faciũt suos habitus in anima subiectiue hærentes. Apostolus aũt facit eos, opera spiritus ui talia, & per totũ hominẽ diffusa, opponit em̃ eos operibus carnis: Sed & spiritꝰ hoc loco (licet refragante Hiero.) non spiritũ sanctũ significat, sed spirituale homine, ut sit antithesis, opa carnis, fructus spiritus. Caro arbor mala, pferens spinas & tribulos: Spiritus arbor bona, proferens uuas & ficus, ut Matth. vij. Nã & Amb. dicit, quod lex spiritus hæc operatur. Et b. Hiero. in uiã rediens, spiritũ arborẽ bonã interpretat. Itẽ carnis opa, nõ fructus: spũs fructꝰ, nõ opa uocat. Cur hoc? nẽpe q̃d opera carnis non sunt utilia, quia spinis & tribulis nemo frui potest; sed sunt opera mala, tantũ nocentia. At opera spiritus prosunt, & frui illis possumus in æternum: sunt ficus & uuæ terræ promissionis: recte ergo fructus nomine cõmendantur. Primus est charitas, de qua dictũ est, nõ esse eam

Duodecim fructus.

Spiritus fructus.

Charitas quid sit.

qualitatem latentem, sed sicut de fide b. Augustinus dicit, quod unusquisq; eam certissime uidet, si eā habet: ita & spem certe sentit se habere, ita & charitatē, præsertim tempore tentationis certissime uidet, si habet. Est ergo hæc dulcis motus in deum irascentem, & proximū offendentē. Tūc em̄ probatur charitas dei quā do percutit & perturbat: sicut in martyribus mōstratum est & in Christo passo. Tunc autem probatur charitas proximi, quando proximus offendit, & odium mereri uidetur. Alioquin nulla ferme uirtus simulationi magis patet: adeo, ut Rho. vij. apostolus id unum curarit, d. Charitas sine simulatione. Habet em̄ deus multos amatores, qui in Psal. scribuntur: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Et psal. lxxvij. Et dilexerunt eū in ore suo, & lingua mentiti sunt ei. Lateat ergo in pace, sed in bello nihil uiuacius sentitur, q̄ charitas, spes, fides: nisi diffidentiam, desperationē, odiū quoq; nō sentiāt. Gaudiū secundus fructus (æque ut charitas) in deo & proximo est. In deo, quādo de diuina misericordia læti sumus, etiam in medijs mundi procellis, laudantes & benedicētes dominū in camino ignis die ac nocte. In proximo uero, quando illius bonis non inuidemus, sed congratulamur tāquā nostris propriis, laudantes dona dei in illis.

Gaudium.

At sicut carnis sectatores fingunt charitatē tempore sereno, ita & gaudium: laudant deum & dona dei in hominibus, sed donec offendātur, tum opera carnis proruunt, detrahunt donis dei, quæ prius laudarāt: tristantur, si detractoni eorum non sit successus, nec minuatur existimatio proximi. Nemo enim credit q̄ profunda sit malicia carnis, tam multos secure perdit, donec tententur & probentur. Plana uidētur & aperta apostoli uerba: sed si in usum ponas, inuenies q̄ arduum sit, non operari opera carnis, quę insensatis illis uidentur a se esse longissima, cum sint illis pleniſſimi. Nam etiam super religione, super obseruātijs, super bonis operibus, super regulis, statutis, traditionibus, moribus hominum, pleno impetu proruunt: sed hic accipiunt uelamentum zeli, & amorē iustitiæ. Et pro sancta religione secure uastant charitatem, & pacem, & gaudiū. Qui furor hodie omnia fere monasteria, omnes ecclesias: & ut Psal. ait: Electiores Israel occupat. Nā in ijs, qui publice mali sunt, facile dignoscuntur. At sub tonsuris infulis, alijsq; sacris ritibus, pulchre saginatur, ac secure regnat Behemoth iste, dum credunt se obsequium deo præstare, si suæ factionis carnem ament.

Carnis malicia ꝓfundiss.

Opa carnis ꝯelus, factiones.

Extraneos uero immortali odio persequantur ac criminentur. Tertius est pax, quæ & ipsa duplex est: In deo, hæc est bona cōscientia, in misericordia Christi nixa, sed exuperat quandoq; omnem sensum, dum turbatur, abscondente se deo, & faciem auertente, conscientia sibi relicta. In proximo uero, dum ceditur eius uoluntati: Nā pax hæc cum hominibus stare nunq̄ potest. Si quilibet sua iustificet, tueatur, quærat, expostulet: sicut hodie forum Rhomanum, & iura ecclesiā repleuerūt litibus, iurgijs, causis: interim frusto paruulo pacis cōtēti, qua cū suis cōueniūt, faciuntq; sub ipsis operculū neqtię: ut nihil min⁹ putēt q̄ se in opibus carnis esse submersos. Nō em̄ cū quātis discordēt, sed cū quātis cōcordēt attēdunt: reliquos etiā docere pacem parati. prorsus hi nihil de pace intelligunt quā apostolus Rhoma. xij. commendat, dicens: Quantum in uobis est, cū omnibus hominibus pacem habentes. Et Matth. v. Beati pacifici, quoniā filij dei uocabūtur. Verum huius pacis dissolutionē, luristę sane doctissime excusant quando uim ui repellere docent, & iustitiam tuendam esse iactant: quasi nō sit summa omnium iustitia, iustitiam suam relinquere, & aduersario tollenti pallium cedere, etiā tunica adiecta. Breuiter impossibile est, Euangelium & iura hominū simul seruare: ideo impossibile est pacē simul cū iuribus stare, maxime

Pax.

Forū Rho. litibus scatet.

NOTA.

Contra Juristas

nostra

nostra ætate, ubi Euangelium nihil est, iura sunt omnia in omnibus. Hic est angelus in Apocalypsi missus in ira dei, ut sumeret pacē de terra. Quartus est lō/ganimitas, greçe macrothymia. Nō est hic hypomone. i. patiētia: nec anoche. i. tollerantia: quāc̄ diuus Hieronymus pro eodem accipere uelit patientiā & longanimitatem: uerum aliud uidetur esse malos tolerare, aliud eorum iniurias pati, & adhuc eorum expectare emendationem, optare salutem, non cogitare uindictam, quod propriū est longanimitatis. Rhomanorum. ij. An diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis eius contemnis? Bonitas est, qua benefacit eis. Patientia, qua eos patitur abuti beneficijs, ingratos reddētes malum pro bono. Longanimitas, qua expectat emendationem eorum. Longanimitas. Patientia

Quintus est benignitas. Sextus bonitas, quæ sic differunt, autore Hieronymo. Benignitas est uirtus lenis, blanda, tranquilla, & omnium bonorū apta consortio, inuitans ad familiaritatem sui, dulcis alloquio, moribus temperata. Benignitas. Bonitas.

Vnde beatus Ambrosius habet lenitas. Hæc passim & barbare uocatur amicabilitas, uernacula, Freuntlich, holdselig, leudselig, græce Chrestotes: quam. ij Corint. vj. suauitatē interpretatur, dicens: In suauitate, in spiritusancto. & hinc Rho. ulr. Chrestologias, dulces sermōes dixit. Et rectius suauitas, c̄ benignitas mihi diceretur. Quod malignitas contrarium uitium, atrocius est, c̄ ut difficiles illos & insuaues significet. Dicitur em̄ de insuauibus, bonus homo est, sed nescit hominum se moribus attemperare. Er ist frum̄, aber gar zu vnfreuntlich, vnd nit leudselig. Bonitas ergo potest esse tristior, & fronte seueris moribus irrugata, ad benefaciendū tamen exposita: nemini nocet, omnibus prodest, sed humanitatis aliquid ei deest.

Septimus, fides, quā di. Hierony. eam intelligit, que ab apostolo substantia rerum sperandarū Heb. xj. scribitur. Nam substantiam exponit pro possessione dicens: Quia quod fide possidemus, speramus esse uenturū. In qua sententia & ego diu fui, quod obseruassem substantiam in sacris literis fere ubic̄ pro facultatibus & possessione usurpari, maxime cum adhoc Hierony. huius loci tenerē autoritatem. Nam quæ de substantia Sententionarij comportarunt, quid est recensere? Ar postc̄ Philippus meus Melanchton, adolescēs corpore, senex uenerabili mentis canitie, quo in græcis utor præceptore, me sic sapere non permisit, ostenditc̄ substantiam, qn̄ facultatem significat, non hypostasin (quo uerbo apostolus Heb. xj. utitur) sed uel usian, uel broton, uel hyparxin græce dici: mutaui sententiam, cedoc̄ sensu meo, hypostasin seu substantiam significare proprie subsistentiam & substantiam, qua quodlibet in se subsistit, ut Chrysost. sapit: uel etiam promissionem, pactum, de quo non est nunc tēpus latius disputādi: expectationem, quæ uerbi, unde descēdit hypotasis, uis & proprietas admittit Potest autem fides hoc loco non absurde accipi pro ueritate, seu fidelitate, seu simplicitate, quæ neminem fallit, quæ in negotijs & cōmuni mortalium uita summe est necessaria, ut etiam duplicem sic fidem inueniamus: Vnam erga deum, cui fideles sumus, nō tantū quod seruamus nostra promissa, quātū quod credimus illius promissis. Alteram erga hominē, cui sūmus fideles, seruātes & tenaces pactorum ac promissorum. Fides: Substantia. Philipp. Melanchton. Duplex fides

Octauus mansuetudo, quā Hiero, opponit iræ & rixis: quæ a longanimitate forte difficulter distinguitur. At nota est mansuetudo & mititas, quod sit uirtus quæ non irritatur ad iram, non uindicat: ultra quā longanimitas est, quæ expectat emendationem malorum, qui etiam non irritarunt. Mansuetudo

Nonus, continentia, seu rectius temperantia, quam non tantum in castitate Continentia.

debemus accipere, sed & in potu & cibo: quare eius sententia castitatem & modestiam complectitur. Itaq; & coniugum hic frenat licentiã, ut continenter uiuant, modestia temperantes carnis libidinem.

Aduersus huiusmodi, non est lex.

Non esse sub lege.

Memor argumenti susceptí, semper inculcat legem, quæ non iustificat confidentes in eam. sic Timoth. j. Lex non est iusto posita, sed rebellibus & parricidis &c. Non indigent lege qui tales sunt. ut quid ergo Galatę ad legem reuertũ tur, non modo decalogi, sed etiam ceremoniarum? Vides em̃ apostolũ non de ceremoniali tantum lege, sed maxime & de morali loqui. Iterum aũt suo tropo theologisat apostolus, quare cauendũ est a stulta intelligentia, quasi iustus non debeat bene uiuere, bonaq; facere. Nã hoc rudes intelligunt, non esse sub lege: sed ideo iustus non habet legẽ, quia nihil debet legi: ut qui habet charitatẽ quæ facit & implet legem. Sicut. iij. &. vij. (paradigma est Augusti.) non debẽt esse decẽ, sed sunt decem. Nec ad hoc ut decem fiant, quærẽda est ulla lex aut regula: sic domus ædificata, non debet ædificari. Est em̃ quod ars ædificatoris uelut lex quærebat: Ita iustus non debet bene uiuere, sed bene uiuit: nec indiget lege, quæ doceat eum bene uiuere. Sic uirgo non debet esse uirgo: quod si per aliquam legem quæreret fieri uirgo, nonne insaniret? Iniustus autẽ debet bene uiuere, quia nõ bene uiuit, quod lex requirit. Hoc totum urget, ne ex lege & operibus iusti fieri præsumãt, sed per fidem accipiant spiritum sine lege & operibus quo lege satisfaciant: ut abunde satis dictũ est in superioribus.

Est & debet.

Qui autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.

Subiectio.

Ad occultam respondet quæstionẽ, qua ex prædictis quispiam motus quæreret. Si aduersus huiusmodi nõ est lex, & sunt iusti, nec debitoris legis, ut quid precipis, ut opera carnis non faciant, spiritu ambulent, & alia faciant? Nonne debitum ab eis exigis? Nõne legẽ præscribis? Nonne aduersus eos tua p̃cepta sunt? Quid tibi ipsi contradicis? Quid putas aliud responderet, q̃ quod supra didicimus, quod ij, qui perfecti in ijs sunt, sub lege non sunt: legẽ implent plene, ideo lex nihil aduersus eos: uerum dũ in carne nemo est, qui hanc metam perfecte attingit, in hoc saltem seruantur, qui Christi sunt, q̃ carnem suã crucifigunt, & pugnant cum desyderijs eius: & sic spiritu implent legem dei, licet carne (ut Rho. vij. dicit) seruiant legi peccati. Quare fructuũ spiritus descriptio, cõtra quos lex non est, potius præfixa meta est, ad quã nitẽdũ est spiritualibus, q̃ quod aliquos illuc peruenisse sentiat. tantũ ergo illis non aduersatur lex, quantũ spiritu uiuũt: tantũ aduersatur, quantũ carnis mouentur desyderijs. Et hunc canonem esse intelligẽdi oĩa alia, in quibus iusti & sancti in terra cõmendantur, pulchre & copiose probat b. Augusti. de natu. & gratia. Sic Rho. vj. uetus homo noster simul crucifixus est cum Christo. & supra. ij. Christo crucifixus sum, uiuo iã non ego, uiuit uero in me Christus. Transeo quæ hic d. Hierony. ex Origine recenset neq; satis placent. Dixerãt apostolus non esse legẽ aduersus spiritũ, qui fructificat fructus lege præceptos: ita contra, non operantur o͞pera carnis, faciunt bonũ, & declinant a malo. Quare? quia sunt Christi, pertinent ad Christum, nõ ad Mosen, non ad legẽ. Si autẽ sunt Christi, sine dubio carnẽ crucifixã habent: nõ per legẽ, quæ carnẽ magis irritabat: sed per Christũ: quasi di. Christi esse nõ potestis, si legis esse uultis. Si legis estis, carnem nõ crucifigetis, eritq; aduersus uos lex

Gñalis canõ quo iusti & sancti cõmẽdantur.

Christi non sunt, qui legis sunt.

uos lex. Ideo ij, qui sunt Christi, sub lege non sunt, & simul carnē crucifigunt cum uitijs & desyderijs. Vitia, seu græce passiones Hiero. putat generalius dictum, ideo additū concupiscentijs, quia passiones etiam ad dolorem referuntur. Vitia.

Quid aūt si per uitia seu passiones intelligat perturbatiōes irascibilis uirtutis, in amarulentia cordis furentes, & per concupiscentias affectus concupiscibilis, in titillatione carnis blandiētes (quisq; suo sensu abundet) Nota est forma huius crucifixionis: nā claui sunt uerbum dei, per impulsum gratiæ dei penetrātes, & carnē prohibentes, ne sequatur sua desyderia. Sic Eccles. ulti. Verba sapientiū sicut stimuli, & quasi claui in altū defixi, quæ per magistrorum consiliū data sunt a pastore uno; id est, per apostolos & prophetas a Christo. Forma crucifixionis. Verba sapientium.

CAPITVLVM SEXTVM.

SI spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus.

Nō referre multum credo, quod nostri codices hic capi. vj. ordiuntur, quod Hiero. & græci infra incipiūt: Fratres, & si homo p̄occupatus &c. Eundē seruat ordinē in hac epistola, quē ad Ro. nā & illic primo fidē docet, p̄ undecim capitula, duodecimo charitatē & fructus spiritus tractat: tertiodecimo & reliquis p̄ suscipiēdis infirmis in fide laborat. Ita & hic, institutis in fide & charitate inter alios mores, id curat quoq;, ut infirmos aut lapsos non fastidiant Sic em̄ b. Augu. recte, meo iudicio, putat hæc dici in eos, qui de litera reducti in spiritū, infirmiores despiciunt, de seipsis uane gloriantes: ideo moneri, ut si sunt spūales, nō sibi placeant, sed infirmitates imbecillitū sustineant, ut Rom̄. xiij. & xv. dicit. Nā nisi hoc facerēt, spiritu quidē incepissent, sed nō ambularēt spiritu facti superbi fratrū contēptores. Est ergo sensus, Certus sum, q̄ siue ex hac, siue priore mea doctrina, in spiritu edocti fueritis, aliquot inter uos relinqui, q̄ scrupulosi sunt, nōdū fidei sanā opinionē, ab opibus legis potētes discernere: ut qui timore cōsciētiæ nolūt ab operibus legis desistere, nō satis fidentes iustitiæ solī fidei: hos (inquā) oportet non despicere, sed blande fouere, donec usu & exēplo fortiū roborent firmēturq;. Nā ad hoc illi semp̄ relinquunt, uelut pauperes in medio populi: ut sint, in quos charitatis officia possitis exercere. Ideoq; si spiritu uiuimus, spiritu incedamus: hoc est, p̄seueremus & p̄cedamus: quod fiet, si infirmorū imbecillitate, nō sinamus nos tētari, ad fastidiū eorū, & nostri propriā cōplacentiā: hoc em̄ esset de spiritu declinare, nobis placere, non per charitatē alijs seruire. Sicut hodie quoq; abūdat infirmorū uulgus, etiā inter doctissimos, qui misere torquētur conscientia legū humanarū, nec audent fidere soli fidei in Christū. Et pueri ac effœminati, qui regnāt in ecclesia, nihil prorsus cedūt infirmitatibus nostris: sed in turbine & uiolentia, robustas offas opinionū suarū nobis p̄ponunt: modo tyrannidē stabiliant, statim ut nō respondeas quod uolūt Ergo tu es hæreticus, ethnicus, schismatic⁹ (inquiunt) sed hæc alias. Ambulemus, idē uerbum est, quod supra. iiij. ca. coniunctus est ei &c. Et sit sensus: Sinamons est in Arabia, qui coniūctus est, id est, qui p̄tingit, ambulat, incedit, usq; ad Hierusalē, sicut dictū est illic. Et infra. Quicunq; hanc regulā secuti fuerint id est, īcesserit, ambulauerit. Est em̄ uis huiⁿ uerbi, & p̄pria significatio, ordine incedere, recta uia gradi, p̄cedere: ut Erasm⁹ dedit. Vtit aūt eo uerbo apl'us cōmode hoc loco, ut nō declinēt, neq; ad sinistrā, neq; ad dextrā: sed ordine recte incedāt & ambulēt spiritu cepto. Nā in populo, cū sint firmi & infirmi, duplex oriť scandalū: unū a sinistris infirmorū, alterū dextris firmorū: quos in medio retinere nititur apostolus, & scandala utraq; p̄hibere. Scandalū infirmorum est, Spiritu incedendum. Ambulare. Scandalū infirmorum.

quando ea fiunt, quæ infirmi non capiunt, & speciem malam distinguere non
Exemplum. possunt: de quo Rhomanorum. xiiij. latissime. Exempli gratia: quando infirmi uidebãt alios uesci cibis omnibus, qui in legi prohibiti erant, ceu immundi & urgente conscientia, non audebant & ipsi manducare, & tamẽ nec exemplũ aliorũ improbare. Hic cũ iudæis iudę° fiebat Paulus, cũ infirmis infirmus, ut seruiret eis per charitatẽ, donec firmarẽtur in Christo. Vnde Rho. xiiij. Si propter cibum tuum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Sic de omnibus alijs ceremonijs dierum, festorum, uestium &c. sentiendum.

Superborum Aliud est superborum, qui rursum offenduntur in infirmis impatientes eorũ tarditatis & crassitudinis: ita nulla habita ratione infirmorum, nimis libere utebantur libertate Christi contra legem. Quod cum scandalo infirmorũ hæc agebant, cum potius omnem legem debuissent seruare, antequam unum scandali sarent: sic enim ambulatur spiritu. Quid enim prodest spiritu libertatis cõtra spi-
Seruitus charitatis. ritum & charitatẽ uti? Licet inquiunt, Ita sane. Sed tua licentia debet postha-beri fraternæ infirmitati: quod tibi non noceat impedita tua licentia: nocet autẽ fratri offensa sua, per tuam libertatem infirmitas. Charitatis aũt est, ut ea quæ alterius sunt, consyderes nõ tam quãtũ liber tibi sis, q̃ quãtum fratri prosis. Huic
NOTA. enim seruituti te charitas subijcit, dum te a seruitute legis liberat. At hodie, deus bone quanta monstra pessimæ speciei perpetrantur, & relinquuntur postea infirmis hæc omnia portanda, & pie interpretanda, quæ uix robustissimi ferre possunt: sed sine pastore hodie pastores non sunt, omnia sunt alia in specie, alia in uirtute & reipsa.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

In gloriosos. Exponit latius quod dixerat. Tunc (inquit) ambulabitis & inceditis recte in spiritu, si uos, qui firmi estis, non inflemini aduersus infirmos, non uobis placeatis & gloriemini contra illos, quod non sunt sicut uos: quemadmodũ pharisæus ille in gloria sua deũ glorificauit, & publicanum cõfudit. Si em̃ hoc feceritis, prouocabitis & irritabitis uanissima gloria infirmiores ad inuidiã. Et ita inuicẽ eritis uos prouocantes, & illi inuidentes: neutri in recto spirit° ordine incedẽtes uos ad dextram, hos ad sinistram deturbat diabolus: uos p gloriam, hos per inuidiam. Quin exemplo Christi, uestra firmitas portet super se infirmitatẽ illorũ
Non nobis, sed fratribus uiuimus. donec & ipsi firmẽtur. Non em̃ nobis, sed fratribus uiuimus, si in spiritu & charitate uiuimus: ideo quid illis conueniat, & necessarium sit, faciemus. Nulli (inquit) debeatis, nisi ut inuicẽ diligatis. Si esca scandalisat fratrem meũ, nõ manducabo carnes in æternum. quare? quia fratrem diligo, cuius salus mihi incomparabiliter præferenda est meæ libertati, qua mihi licet, quod ille nõdum capit esse licitũ. Sic si scandalisat fratrem meũ mea iustitia, sapientia, potẽtia, aut quod
Cõtra exemptiones, priuilegia. indulta, cõfessionalia. libet opus, quod mihi licitissimum sit, omittendum est: & seruiendum charitati.

At nunc uide quid faciant exemptiones, priuilegia, indulta, confessionalia. Nonne leges pontificum factæ sunt non nisi rhetia pecuniarum, & scandala cõscientiarum? Nonne tota Germania repleta est queremonia assidua, quod butyrum & lacticinia permittuntur in diebus ieiunij ijs, qui emerũt plumbum &
Scandalũ infirmorum. cæram Rhomanæ Curiæ, cæteris pro sua ruditate interim credentibus hæc nõ licere fieri, etiam si Pontifex summus concederet: adeo leges humanæ illis insederunt. Nam homicidia, & fornicationes, & ebrietates, & inuidias, & omnia opera carnis, longe minora ducunt, q̃ butyrum istud priuilegi-

atum

atum comedere: nec est ullus hic pōtificum aut priuilegiatorꝝ, qui hūius turbæ misereatur, sed multiplicat auaritia incredibilis hæc priuilegia sine fine, sine modo, quibus non nisi prouocantur infirmi ad detrahendum, maledicendum, iudicandum. Ad hos rursum illi firmi, & legum robustissimi contēptores, fortiter inflati, contemnūt & appellant, Bon Christian: hoc est, semifatuos.

Iste est mos & modus implendæ charitatis hodiernus. Quāto rectius facerēt summi pontifices, ut aut in totum abrogarent leges, quo scirent omnes libertatem suam, quā habēt in Christo: aut nullis cum tanto tot infirmarum conscientiarū barathro, priuilegia concederent. Quō reddent rationē Christo pro tot offensis fratribus suis, pro quibus Christus mortuus est? Sed furor auaritię hāc charitatē ne a longe quidem audire permittit. Verū hæc adhuc puerilia & leuissima, ueniamus ad ea, in quibus scandalisantur etiam doctissimi & robustissimi (tanta est diaboli uictoria in ecclesia) Obsecro, quantus tumultus quantus rumor, quantus fœtor Rho. Curiæ de pallijs, & annatis, quibus euiscerant̄ fundus Episcopatus & sacerdotia Germaniæ? Quid de rapina omnīū sacerdotiorum comedendis & deuorandis monasterijs ecclesijsq; ita, ut non sit altare, uel sub terra, q̄d nō Rom. mulionū auaritię totū seruiat: iterim doctis, bonis, & populo salutaribus uiris, fame & inopia pereuntibus. Verū metunt Rhomani carnalia nostra, & seminant nobis spiritualia: hoc est, uētosa, ut de spiritu & uēto uiuamus. spiritus em̄ uentus est: sicut Ephraim (apud Oseam) pascit uentos. Non mirū (inquam) si robustissimi hæc ferre nequeant: sunt em̄ ultra modum, etiā apostolicæ perfectioni difficilia ad portandum. At hæc adeo nemo curat pontificum, ut uideātur gaudere de prouocatione nostri, & inuidia sui, & illud Cæsaris prætendere, Oderint dum metuant. Nā nō desunt inflatæ eiusmodi uesicæ, de potestate tantūmodo gloriantes. Deinde, quis nō amarissime prouocatur primis omnium scandalorum (nam ea, quæ dicta sunt, temporalia sunt) quot compositiones rapinarum, usurarum, hæreditatum, testamentorum, plane omniū restitutionum, tam uagarū q̄ certarū, siue hæc pupillis, siue pauperibus debeantur. Inundant, & remissiones horrendorum peccatorum, etiā obtrudunt, nedum leuissime uendunt, tam inuitis q̄ uolētibus, prætextu unius mortuę, fabricæ sancti Petri, aut alicuius leuioris causæ? Fateor, hæc ferenda sunt, nō licet inuidere, non mordere. At quis dabit nobis tam robusta ossa, quæ hæc portent? An non licet querulari infirmitatem nostram? Non licet dicere, ferenda sunt, sed non possumus. Vtiq; non est detractio, neq; inuidia, si onus importabile ferendum imponit̄, & ego uires mihi deesse clamem. Deinde quā do sacras literas tractamus, hæc & similia, si arguātur, si mordeantur, si proscindantur, sancte & pro officio agitur. Aut cur illi proceres tam docti & robusti, exigunt a nobis horum tolerantiam, non multo magis etiā ipsi a se exigunt, ne nos prouocent? præsertim cū prius ducere debeant, non prouocari, q̄ non inuidere: tū maiori charitati debitores pro statu suo longe diligentius cauere, ne prouocent, q̄ nos ne inuideamus: ut sic nec nos prouocati, nec ipsi inuisi, spiritu incederemus, qui spiritu uiuere debemus Dices forte mi lector, me semper in Rhoma. Curiā grassari, quod hucusq; nimis insolitū fuit. Respondeo, testis mihi dominus est, non studio aut libidine mea me hoc facere, qui nihil optem ardentius, q̄ in angulo latere: sed quando omnino sacras literas publice tractare debeo, domino Iesu Christo uolo pure seruire quantum possum. Nā si literæ diuinę sic tractantur, ut tantū de præteritis intelligantur, ac nō nostris moribus quoq; accōmodentur quid proderunt? frigidæ, mortuæ, & ne diuinæ quidē tūc sunt. Vi-

Consilium.

Vtinā non tā uera q̄ manifesta

Clamat populꝰ & cleruꝰ.

Oderint dum metuant.

Ferenda sunt sed nō possumus.

NOTA.

Authoris pietatem uide.

sunt. Vides enim quàm apte & uiuaciter hic locus, immo quàm necessario in nostrum seculum cedat. quòd quia alij uel non sunt ausi, uel non intellexerunt: quid mirũ si citra inuidiam fuerunt Theologiæ magistri? Mihi certum est, uerbum dei nõ posse sine inuidia, & mortis piculo recte tractari: Atq; hoc esse unicũ signũ, recte fuisse tractatũ, si offendat, maxime Principes & optimates populi: Petra est scandali, iuxta quã absorbẽtur iudices populorũ. Denicq; ecclesia clamat, quod principes eã persequantur, & principes Christum crucifixerunt.

Vide constãtiam.

Fratres, & si præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto, uos, qui spirituales estis huiusmodi instruite, in spiritu lenitatis, consyderans teipsum, ne & tu tenteris.

Erasmum lege, cur apostolus repente numerum mutarit, ac non continenter dixerit. Consyderantes uos ipsos, ne & uos tentemini. Maiorem enim uim habet, si ad unum uertatur singulariter, & quenq; seorsum conueniat. Plane & hæc doctrina dignissima est, & arte mira ab apostolo temperata, ad formãdam in illis charitatẽ. Primũ, fratres appellat, magis exhortatione blanda, uelut ab æqualibus petens, quam authoritate exigens, uelut ab inferioribus.

Charitas apostoli.

Si homo. NOTA.

Deinde si homo, non ait, si frater: quasi di. Si frater pro humana infirmitate, quia homines sumus, ceciderit: hoc ipso uerbo ostendens, quo oculo uidere debeamus, aliorum casus, nempe commiserationis: & ut promptiores simus extenuare quàm aggrauare. hoc enim diaboli & detractorum est, illud paracleti & spiritualiũ. Et præoccupatus, præuentus, improuide lapsus: in quo similiter docet peccatum fratris extenuare: quia nisi manifeste indurata malicia, & incorrigibiliter peccarit, nostrum est: illud non malicię, sed improuidentiæ deputare, seu etiam infirmitati: sicut d. Bernar. suos docuit: ut si quis peccatũ fratris nullo modo potuerit excusare, saltem dicere debet, magnam fuisse eam & insuperabilem tentationem, qua præuentus & pluscq; ferre posset, occupatus sit in aliquo delicto, in aliquo casu: nam cadere facillimum est. Non ait in aliqua malicia, iterum uerbo extenuationis usus: nã peccatum leuius & tenuius nominare nõ possumus, quàm lapsum seu casum, quod delictum hic uocat. Vos qui spirituales estis: mirum uerbum, quod simul moneat officium & doceat officium. Docet officium, quod debent esse spirituales. Si sunt spirituales, faciãt quod est spiritualium. Quid est autem esse spiritualem, nisi filiũ spiritus sancti, & habere spiritum sanctum? At spiritus sanctus paracletus est, aduocatus, cõsolator: qui accusante nos conscientia nostra, corã deo patrocinatur nobis & consolatur, reddens bonum testimonium conscientiæ & fiduciæ in dei misericordiã, excusans extenuans, omninoq; tegens peccata nostra: rursus magnificans fidem & bona opera nostra. Hũc imitantes in peccatis hominum, coram hominibus sunt spirituales. Contra, Satan uocatur diabolus, detractor, & calumniator: quia nõ solum accusat nos, & conscientiam malã auget coram deo, sed etiã bonis detrahit, & merita nostra fidemq; conscientiæ calumniatur. Hunc imitantur in peccatis, aut etiam bonis operibus hominum coram hominibus, qui aggrauant, in crassant, dilatant peccata hominum: rursus extenuant, accusant, criminãtur bona opera eorum. Vnde b. Augustꝰ. hoc loco nihil ita probat spiritualem uirũ, quàm peccati alieni tractatio: cum liberationem eius potius quàm subsannationem, potiusq; auxilia, quàm conuitia meditatur. Contra carnalem hominem probabis, qui alienum peccatum tractat, tantum ut iudicet, atq; uituperet: sicut pharisæus ille publicano

Præoccupatꝰ Extenuare mala fratrũ.

Vos qui spirituales estis.

Paracletꝰ, & imitatores eius.

Satan, & imitatores eius.

Vir spiritalis

Hõ carnalis.

publicano insultauit, nõ autem misertus est. Instruite in spiritu lenitatis. Vera est enim diui Gregorij sententia: Vera iustitia compassionem habet, falsa indignationem. Ita & Christus Lu. ix. cum Iohannes & Iacobus exemplo Heliæ, uellent ignem de cœlo super Samaritanos uocare, prohibuit eos, dicens: Nescitis cuius spiritus filij estis? Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare &c. Ita & non quomodo perdamus, sed quomodo saluemus fratrẽ peccatorem cogitare debemus. Hunc locũ Rhoma. xv. tractans, dicit: Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Instruite in spũ lenitatis

Nota uerecundiam & modestiã spiritus Paulini: Imbecillitates & infirmos uocat, quæ supbus aliquis iustitiarius, aut hæreticæ prauitatis inquisitor dixisset (ut sunt prompti damnare & exuere hoies) hæresim aut crimina in sanctam Rho. ecclesiam: sic em loquũtur, quando de maximis peccatis loquũtur. Paulus aũt quæcũq; illa sint peccata, infirmitates appellat, & peccatores infirmos, quia nõ diaboli, sed paracleti lingua loquitur. Deniq; subiungit exemplum. Etenim Christus nõ sibi placuit, sed sicut scriptũ est: Improperia improperantium tibi ceciderũt super me: hoc est iuxta Isaiam, peccata nostra portauit, nedũ nos cum & in illis dereliquit, accusauit, damnauit, nõ secus nobiscum agens, q̃ si ipse ea fecisset, quæ nos feceramus, quæ non rapuit exoluens. Sic & Phili. ij. idem exẽplũ inducẽs, dicit: Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu qui cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed exinaniuit semetipsum, formã serui accipiens, in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus ut homo &c. Ecce similis Christus hominibus, id est, peccatoribus & infirmis. Nec alium habitum, nec aliam formam præ se fert, q̃ hominis & serui, dum nos non despicit in forma dei, sed formam nostram gerit, portans peccata nostra in corpore suo. Sed dignior est hæc autoritas, q̃ ut paucis uerbis tractetur, neq; em eius intelligentiã habẽt magistri theologiæ, differemus eam interim. Igitur in hac uita, sic ecclesiam, Christus administrat, ut sicut in ueteri testamento prædixit, semper fore pauperes in populo, ut eis occasio fieret charitatis fraternæ exercendæ. Ita in nouo semp relinquit aliquos peccatores, sinit aliquos labi, ut habeant firmiores causam, qua euãgelicam & christianam fraternitatem exerceant, ne charitas otiosa sit, ruatq; & ipsa. At hanc diuinæ uoluntatis dispensationem nõ intelligentes, hypocritæ peruersissimi omnium hominũ, ad suam inuidiam exercendam arripiunt, lapsus fratrum tantũ ad accusandum, mordendũ, persequendum cõsyderant, nec aliud agere possunt, q̃ quod Simon leprosus super Mariam Magdalenã, & pharisæus super publicanum. Inquisitores. Christus portauit nos & pctã nostra. Christꝰ similis hoĩbus & pctõribus. Semper pauperes.

Deniq; addit, Consyderãs teipsum, ne & tu tenteris, etiã hic modeste loquitur, non ait, ne & tu cadas, sicut alibi: Qui stat, uideat ne cadat. Sed ne tenteris, tentationem uocans eius casum: quasi di. Si ceciderís, dicerem fuisse tentationẽ magis q̃ crimẽ tuum, eadem lenitate & tu puta tentationem fuisse, quoties lapsum uides, ac non atrocibus nominibus casum fraternum persequaris. Ecce uerba apostoli, non solũ documento, sed simul exemplo sunt. Apud Rhetores seculi gloriosissimũ est, uerba ita ponere, ut in eis rem ipsam simul obseruari & geri uideas, quod Paulus, immo spiritussanctus propriũ habet. Optime itaq; dicit d. Grego. Quoties peccatores cõspicimus, necesse est, ut nosipsos primũ in eis defleamus, quia uel in similia lapsi sumus, aut labi possumus. Neq; enim est peccatũ (ait Augu.) quod fecit homo, quod nõ facere possit & alter homo, si deus deserat. Non etiã reijcio uersiculũ, quem sibi quidã in huius rei memoriam fecit, Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse, quod hic est. Atq; utinã Ne & tu tenteris. Stilus sanctispiritus.

NOTA Thomistæ, Scotistæ, Moderni, huc referrent suum uniuersale reale, & naturã indifferentem. Homo est homo, caro caro: nũquam fecit caro, quod similis caro non faceret, ubi deus non discerneret.

Alter alterius onera portate, Et sic implebitis legem Christi.

Epiphonemate doctrinã suam claudit.

Pulcherrimo & penitus aureo Epiphonemate utrãq; prædictã doctrinã cõcludit. Sunt (inquit) quidã scrupulosi, nõ discernẽtes inter legẽ fidei, & legẽ hominũ, ferendi sunt, & a scandalis eorũ omnino temperandũ. Sunt alij qui etiam in legẽ dei peccent, nec hi stulto zelo dei sunt cõtemnendi, sed utriq; Christiana charitate ferendi: illi docendi, hi instaurandi: Illi quid scire, hi quid facere debeant. & ita eorũ & fidei, & operibus formandis seruiendũ. Nã primi indigent fidei doctrina. Secundi, bonæ uitæ institutione, sic ubiq; inuenit charitas

Diligere.

quod ferat, quod faciat. Charitas aũt est lex Christi. Diligere autẽ est animo alteri uelle bonũ, seu quærere quæ sunt alterius. Iam si nullus sit, qui erret, qui ruat, id est, qui bono indigeat, quẽ diliges? cui bonũ uoles? cui bonũ quæris? Ne potest quidẽ charitas consistere, nisi sint errantes & peccantes, qui (ut philosophi dicunt) propriũ & adequatũ obiectũ sunt charitatis, seu materia dilectionis.

Amor sui.

Carnalitas uero seu amor cupiditatis, quærit, ut alij sibi optent bonũ, sibi uelint quæ cupit: hoc est, sua quærit, & materia sua est, iustus, sanctus, pius, bonus &c. Hi sane peruertunt hanc doctrinã, quia uolunt sua onera portari, & solũ cõmodis aliorũ frui & uehi, ut qui indoctos, inutiles, iracũdos, ineptos, difficiles, morosos, dedignantur habere socios uitæ: sed quærunt humanos, suaues, benignos, quietos, & sanctos homines: hoc est, uolunt nõ in terra sed in paradiso: nõ inter pctõres, sed inter angelos: nõ in mũdo, sed in cœlo uiuere. Quibus q̃q; timendũ est, ne & hic recipiãt mercedẽ suã. Et in hac uita suũ regnũ cœlorũ possederint. Nã cũ sponsa nolunt esse liliũ inter spinas: nec cũ Hierusalẽ in medio gentiũ posita, nec cũ Christo dñari in medio inimicorum

NOTA

Euacuãt em̃ crucẽ Christi in seipsis, & otiosam ac stertentẽ, alijsq; humeris uectatã charitatẽ habent. Proinde qui fugiũt taliũ societatẽ ut boni fiant, nihil aliud faciunt, q̃ ut pessimi omniũ fiant: quod tñ non credũt, quia propter charitatẽ fugiunt germanũ officiũ charitatis: ꝓpter salutẽ, fugiunt uerũ cõpendiũ salutis. Ecclesia em̃ tunc semp fuit optima, qñ agebat inter pessimos: horum enim onerũ tolerantia, mire rutilauit eius charitas. sicut psal. lxvij. dicit: Posteriora dorsi in pallore auri: hoc est, tollerantia colũbæ christianæ (quæ per dorsi posteriora significatur) tota est rutilantissima in aurea charitate. Alioquin cur non Moses q̃q; reliquit duræ ceruicis populũ? Cur nõ Helisæus & prophetæ reges Israel idolatras? Consequẽs est, q; Boemorũ discidiũ a Romana ecclesia nulla possit excusatione defendi, quin sit impiũ, & Christi oĩbus legib⁹ contrariũ: quia cõtra charitatẽ, in qua oẽs leges summantur, perstat. Nam hoc quod unice allegãt, sese timore dei & cõscientiæ defecisse, ne inter malos sacerdotes & pontifices uiuerent, hoc eos maxime omniũ accusat. Si enim sunt mali pontifices, sacerdotes, aut quicũq;, & tu uera charitate ferueres, non diffugeres, sed etiã si in extremis maris esses, accurreres, fleres, moneres, argueres, prius omnia faceres, Et hanc apostoli doctrinã secutus, nõ cõmoda, sed onera ferenda tibi esse scires. Itaq; claret totã Boemicæ istius charitatis gloriã, esse meram speciẽ & lucẽ, in quã se angelus Satanæ trãsfigurat. Nunquid & nos, qui ferimus onera, & uere importabilia monstra Ro. curiæ, ideo fugimus & discedimus? Absit, absit. Reprehendimus quidẽ, detestamur, oramus, monemus,

In Boemorũ a Ro. eccl̃ia dissidium.

Boemorũ causa.

Exẽplũ patiẽtiæ a Germanis sumendũ

sed non

sed non scindimus ob hoc unitatem spíritus, non inflamur aduersus eam: scientes, quod charitas super omnia eminet, non tantũ super rerum corporalium dãna, sed etiam super omnia monstra peccatorum. ficta charitas est, quæ non nisi cõmoda alterius ferre potest. Vulgus sane nostrum (sicuti uidemus) ut est in simum in ordine, ita supremũ in charitate. Nam patientissime suffert sese a pastoribus usq; ad ossa deglubi & excoriari. Rursum, qui summo ordine inflantur, prorsus nec obulo suo carere possunt, nedum uerbum aut factum in sua priuilegia commissum portãt. & iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. NOTA.

Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

Pulcherrimam & efficacissimam reddit rationem utriusq; doctrinæ, quæ est hæc: Omnes nos æquales esse, omnesq; nihil esse, ut quid ergo inflatur unus aduersus alterum, ac non potius mutuum iuuamus? Si autẽ aliquid in nobis est, non nostrum, sed dei donum est. si autem dei donum est, iam charitati totũ debetur: id est, legi Christi. si charitati debetur, iam nõ mihi, sed alijs per ipsum seruiendum est. Ita mea eruditio, non est mea, sed ineruditorũ, quibus eam debeo. Mea castitas non est mea, sed carne peccantium, quibus per eam seruire debeo eam deo offerendo pro illis, eos suscipiẽdo, excusando, ac sic mea honestate, eorum turpitudinem uelando coram deo & hominibus, sicut. 1. Cor. xij. scribit, quod inhonesta membra, per honestiora membra teguntur, sic sapientia mea stultis, sic potẽtia oppressis, sic diuitiæ pauperibus, sic iustitia peccatoribus, hæ enim sunt formæ dei, quas exinaniri oportet, ut formę serui in nobis sint, quia his omnibus coram deo stare & mediare debemus, pro ijs, qui ea non habent tanq; aliena ueste induti: Non secus ac sacerdos, in sacro ornatu sibi alieno, pro circumstantibus sacrificat. Sed & coram hominibus, aduersus detractores, aut uiolentos eadem charitate illis seruire debemus. Sic enim Christus pro nobis fecit. Hic est ille caminus domini in Zion, dulcis illa misericordia patris, qui tã inæstimabili uirtute nos copulare uoluit. Hac tessera, hoc symbolo, hac nota discernimur Christiani ob omnibus populis, ut essemus deo in peculium, & genus sacerdotale, & regale sacerdotium. Dupliciter b. Hiero. hunc locum edisserit. Primũ, qui se aliquid esse existimat, cum sit nihil: id est, cum omnes nihil simus coram deo, ut dictũ est. Secundo, qui se existimat aliquid esse, & tamẽ nihil est, ipse se seducit: hoc est, si quis sentit se esse aliquid, & uere altero prestãtior est, & in hoc sibi placet, se tantũ existimans, sua tantum consyderans, non quomodo alijs p hoc seruiat, hic uere se decipit, quia hoc ipso suo superbiæ sensu facit, ut nihil sit, quia tũc donum dei in eo frustra est, & similis ipse ei, qui nõ habet. Sicut auarus etiam habens non habet, quia non in usu habet, quo haberi diuitiæ natæ sunt. Vt ergo hic diues, non diues est, sed pauper, ita ille existimans se esse aliquid, nihil est. Hunc sensum sequitur d. Hiero. & hoc sensu aliter redditur ratio doctrinarum prædictarum, quia nisi portet onera alterius, inflatus suo sensu, iam nihil sit: & idem est, ac si nõ habeat, immo in damnum suum habet, utrunq; mihi placet. Addit autẽ & notat proprietatem uerbi Seducit, quod græce mentẽ seducit significat, quia alius est q̃ opinatur se esse. Dei omnia bona. Si tibi chara salus, hæc mẽte repone fideli. Caminus dñi in ẓion B. Hiero. de hoc loco duplex sentẽtia. Seducit.

Opus autem suũm probet unusquisq;, & sic in semetipso habebit gloriam, & non altero.

Vanæ gloriæ hæc est natura, ut conferat cũ ijs, qui impares sibi sunt, ex qua

collatione sequitur fastidium inferioris, & uesica ista inflata de suis bonis. Nec em̃ uana gloria tam gaudet, quia aliquid est, aut habet, q̃ q̃ alij nihil sunt, aut nihil habent. Ita pharisæus ille non tam gloriabatur de sua sanctitate, q̃ quod cæteri homines sibi impares uidebantur, præsertim publicanus. Nollet enim cæteros fieri meliores, aut equales sibi: ideo sua gloria est gloria in altero, & extra seipsum, scilicet in uiliore & minore. Hęc est maleuolentia semp̃ comes uanæ gloriæ, gaudere de alienis malis, ac tristari de alienis bonis. Hoc prohibet apostolus, ut hãc gloriã in altero nemo habeat, q̃ longissime a charitate abest, & abesse debet. Probet aũt opus suũ. i. omittat opus alienum, nõ quærẽs, q̃ malus ille sit, sed q̃ bonus ipse sit: studeat ipse bonis operibus ꝓbatus, inueniri, nõ aũt alterius operæ occasione, securus & stertens fiat: quasi ideo bonus sit corã deo habendus, quia melior sit isto malo: ut sic de alterius malitia plus præsumat q̃ in sua opa, q̃ sine illius malicia. Non fiunt tua opera meliora illius malitia. ideo sic uiue, sic age, ut opus tuũ ꝓbes, quatenus in teipso, in tuaq̃ conscientia gloriari possis, sicut. ij. Co. j. dicit. Nã gloria nostra hæc est, testimoniũ cõscientiæ nostræ, nõ utiq̃ spectaculũ operis alieni. Opus aũt probat, si uideat q̃ diligens sit in charitate, ad portandum alienas infirmitates. Et certe qui hoc obseruaret, facile sibi a temerarijs iudicijs & detractionibus temperaret, ut qui inueniret se, aut diligere, aut non diligere proximum.

Maleuolẽtia uanæ gloriæ comes.

Opus ꝓbat.

Vnusquisq̃ enim suum onus portabit.

Hoc ad præcedens ita pertinet. Quid in altero gloriaris? quid de alieno peccato uel infirmitate inflaris? Nunquid tu pro eo reddes rationẽ? aut sicut Ro. xiiij. eadem sententia dicit: Tu qui es qui iudicas alienũ seruum? domino suo stat, aut cadit. Et sequit̃: Vnusquisq̃ pro se rationẽ redder, quod hic tropo scripturæ, onꝰ portare: & supra, iudiciũ suũ portare, dixit. Vnde & illud, Probet aũt ẽ unusquisq̃ opus suũ, acciperẽ paulo aliter, ad eandẽ sentẽtiã, qua Rho. xiiij. dicit: Tu fidẽ, quã habes, penes temetipsũ habe corã deo: id est, quod scis licita omnia, opus tuũ est, sed in hoc corã deo, & in teipso gloriare, nõ utere foris hac libertate, ut glorieris de hac fide tua, in proximi infirmitate, nihil curans scãdalũ eius. Verũ hic sensus generalis de omnibus scandalis nõ erit, sed tm̃ de ijs quæ in lege hominũ fiũt: ut nũc sunt, sicut dixi, Cõfessionalia & aliæ facultates alijs pro pecunijs uenditæ, alijs uero reseruatæ, ut scandalisentur.

Nemo iudicandus.

NOTA

Communicet autẽ is, qui catechisatur uerbo ei, qui se catechisat in omnibus bonis.

Aliã doctrinã apostolus moralẽ & nouissimã præscribit: hæc est, ut præsbyteris uerbũ dei docentibus, seminantibus spiritualia, præbeant carnalia, & uitę necessaria. Dignus est em̃ operarius mercede sua, ait Christus: ut latius hæc. j. Tim̃. v. &. j. Cor. ix. ꝓsequit̃. Mirũ aũt quid interpretẽ delectarit græcas uoces integras miscere. Catechiso doceo, instruoq̃ significat: inde catechumeni, qui instruũtur religione Christi. Stoicã philosophiã Paulus hic contẽnit, bona uocãs ea q̃ corpori necessaria sunt: cũ illi uerborũ tortores, & uolẽti coactores nõ nisi sapientiã & uirtutẽ (hoc est, superbiã de uanitate) inter bona numerent.

κατηχέω Stoica philosophia a Paulo cõtemnit.

Nos scimus, q̃ cũcta quæ fecit deus, erãt ualde bona. Et oĩs creatura dei bona est: usu uero malo mala sunt, nõ uitio suo: quo usu, maxme omniũ sapientia & uirtus (Stoicorum bona) mala sunt, cum non nisi inflent, si charitas desit.

Oĩs creatura dei bona.

Vide pondus uerborum. Eruditori in uerbo debetur communio omniũ bonorum. Qui uero uerbũ nõ tractant, neq̃ docent, nihil ad eos hæc doctrina.

Primum

Primũ sane & maximũ opus in ecclesia est, uerbi tractatio, quod dñs Petro ter imposuit, & cõtentiosissime ab oĩbus exegit, q̃ nũc nihil postremi⁹ & abiectius est. Tot sunt officia iuristarũ, iudicũ, officialiũ, Tot cantus & ceremoniæ sacerdotũ & religiosorũ: At uox clamãtis in deserto rara est: adeo, ut fere nihil ecclesiæ dissimilius sit, q̃ ipsamet ecclesia. Nec superfluo addit uerbo, seu (ut græcus habet) uerbũ Sunt, fuerũt, erunt multi, q̃ multa fabulent̃, de suo capite, aut hominũ opiniones & traditiões, sicut hodie cernimus cũ dolore. At ipsum uerbũ, q̃d utiq̃ euangelium Christi significat, ubi quæso sonat? aut si sonat contaminatũ glossis hominũ, dicit: raucæ sunt factæ fauces meæ: ut etiã sic sonans audiri nõ possit. Ne ergo & hi sperent ad se p̃tinere cõmunionẽ omniũ bonorũ. Deinde nota, Cõmunicet (inquit) Nunc em̃ nõ cõtenti sunt cõmunione, etiã si uerbũ nõ doceant, sed omnimodã ditionẽ ac possessione omniũ rerũ uendicãt. Et iam instructus ab instructore pene mendicat. Creuit enim ecclesia, donec & impia transferre, & principat⁹ mũdi cõferre cœpit. Quid em̃ ad uerbũ? Fratribus hoc relinquamus. Atq̃ hoc est, q̃d Syluester meus Papã dicit geminũ imp̃atorẽ totius mũdi, ac dominũ omniũ rerũ. Nec mirũ, quia scilicet Paulus ap̃lus ignarus grãmaticæ, quãdo uoluit dicere, tribuant oẽs oĩa sua bona Rhomano pontifici, & faciant imp̃atorẽ, parcissimũ uocabulũ ei in buccã uenit, ut diceret: Cõmunicet autem instructus instructori uerbo oĩbus bonis. Credo autẽ, si scisset p̃ cõmunionẽ, ditionẽ: & p̃ instructionẽ uerbi, potestatẽ dominandi: & p̃ instructum totum mundũ, intelligenda esse aliquãdo, sine dubio hanc doctrinã obticuisset. Iterũ mordes? Nõ mordeo, sed necessitate scripturæ elucidãdę, nostri seculi mores cõmonstro: ut uideamus, q̃ puenerit gloria ecclesiæ, & quæ sit uera aut ficta ecclesia. Et, ut dicã libere, impossibile est, scripturas posse elucidari, & alias ecclesias reformari, nisi uniuersale illud reale Rhomana curia, q̃ primũ reformet̃. Hęc em̃ uerbũ dei audire nõ põt nec sustinere, ut pure tractetur. Verbo autẽ dei nõ tractato, neq̃ cæteris ecclesijs succurri potest. Oĩbus bonis (inqt) Magna quæstio, quid uelit apostolus: nã hic Syuestrascere uidet̃, ut qui in oĩbus bonis cõmunionẽ p̃scribat, nisi quod hoc (ut dixi) solis uerbi tractatoribus tribuit. Quorũ cũ sint & fuerint infiniti, & unicuiq̃ oĩes oĩa bona debuerint, multos mundos reperiri oportuit ut quilibet oĩbus bonis potiret̃. Sed facessant ista. Omnia bona uocat ea, quibus instructor eget: Hoc est, ut tẽporalia bona, q̃bus hic uiuitur, cũ uerbo intẽtus, p̃prio opẽ acquirere nequeat, oĩa ab instructo suo accipiat. Quo simul uerbo præstruit, ne in grauamẽ fideliũ, instructor ab alijs, q̃ ab ijs q̃s instruit, bona accipiat. Neq̃ p̃mittere debet instructus, ut hoc ipsum instructori sit necessariũ: sed cõmunicet (inquit) ei in oĩbus bonis: de suis tribuat, quocunq̃ ille opus habuerit. Quæ regula, si seruãda est, nõ aliud summo, non aliud medijs pontificibus, non aliud plebanis dabitur, de uno eodemq̃ populo. Deinde mendicatio aliud erit, q̃ quod hic præscribit̃. Verũ alia nũc tempora: tunc em̃ cũ ecclesiastici pastores, non essent reditibus & opibus p̃uisi, hæc p̃cepta sunt Et nescio, an melior fuerit, hæc spiritus doctrina, q̃ mos qui nunc regnat. Nunc em̃ illud Prouerbij. xxviij. uidemus, propter peccata terræ, multi principes eius. Et hæc multitudo uocatur hodie Iherarchia, & ordo ecclesiæ, secundum sub & supra.

Maximũ op⁹ in ecclesia est uerbi dei tractatio.

NOTA

Cõmunicet.

Quousq̃ creuit ecclesia.

Syluester.

Excusat author.

Oĩa bona.

NOTA

Expẽde quæ hic dicuntur omnia.

Hierarchia

Nolite errare, deus non irridetur.

Auaritiã taxat, quæ uafra est semp̃ in excusationibus, quoties dandũ aliquid

Auaritiam taxat.

est. Quas apostolus non exprimit, necꝫ sane oēs posset: multas cōmemorat d. Hiero. Eadē cura in ueteri quoꝫ testamēto cauit, ne ullo modo leuitarū oblī uiscerent, q aliud nō habebāt, cꝫ q̄d de populo accipiebant. Accedit ab hoc, quod uerbi tractator necesse est, ut mꝭtos offendat, & inuidiæ pateat, ut sit sum me necessariū hoc p̄ceptū Pauli, tum ꝓpter auaros, inuidos, sed & ꝓpter negligentes. Sunt em̄ & eiusmodi, q ideo non tribuunt, quod p̄sumant hoc ab alijs abunde fieri. Verū friuolas istas euasiones Paulus egregie p̄occupat: & dicit ne errent, deū nō irrideri, etiā si hominē fallere & ludere possint.

Verbi dei tractator, multorū inuidiæ obnoxius.

Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.

Generalē sententiā particulari causæ adoptat, quā & ad Corinthios ponit, uelut sibi familiarē: Est em̄ ꝓuerbialis, & pulchre allegorica. Seminat auaritiæ opus, q negat cōmunionē bonorū doctori, ideo metet & præmiū auaritiæ. sic in omnibus alijs operibus bonis & malis. Nam hac generali sentētia oīa præcepta moralia, & ipsam epistolam concludit.

Quoniā qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam.

Iterū hic carnē nō tantū pro libidine accipi oportet, sed tropo apostolico, ut & textus ipse cogit, ꝓ omni eo, q̄d nō est spiritus, id est ꝓ toto homīe. Nā falsus uerboꝝ intellect⁹, Taciano hæretico causam dedit, ut copulā uiri & mulieris damnaret, ex hoc apl̄i loco, quē docte cōfutat d. Hiero. Igit̄ caro & spirit⁹ duo agri fingunt̄ ab apl̄o allegorisante, duo semina, duo opa: quoꝝ unum est charitatis, q̄d supius in nouē fructibus satis descripsit. Alterū carnis, q̄d in opibus carnis uidimus. Messes duæ, corruptio & æterna uita. Erasmus corruptionē intelligit corruptibilē & perituꝝ fructū, q idē est & nullus, postꝫ corrupt⁹ fuerit. In sua carne, additū uidet̄ dedita opa ab apostolo, & nō in spiritu suo, ut remoueret cogitationē de seminatiōe masculi in carnē fœminę, ne de hac loqui putaret̄: quāꝫ uerū est, etiā corruptibilē fructū, quia mortalē hominē nasci ex semine uiri: nec ideo sequit̄, copulā sexuū esse malā. Sed quid tandē seminatur & metit̄ in uniuersa terra, quod non sit corruptibile? quare allegoricum apostolum intelligi oportet omnino, per seminare, nō nisi operari accipiendo ut expresse ex sequentibus patet.

Tacianus.

Opera charitatis.

Carnis.

Bonum autem facientes, non deficiamus. Tempore enim suo metemus, non deficientes.

Allegoriā suā ipsemet aperit: Non ait, in spiritu aūt seminātes, sed bonū aūt facientes: & tamen addit, tēpore suo metemus, alterā partē allegoriæ seruans. Adeo curandū fuit, ne hæreticis occasio præstita uideret̄ calumniādi matrimonij. Igit̄ seminare in spiritu, est bonū opari: seminare in carne, malū operari.

Quā doctrinā nunc extendit in longitudinē, & ad ꝑseuerantiā hortatur, ꝑ consolationē futuræ retributiōis. Nō em̄ qui inceperit, sed qui ꝑseuerauerit, hic saluus erit. Facile est, uno opere incepisse, sed arduū & multis impedimētis cōtra nitentib⁹ obnoxiū, ꝑficere & ꝑseuerare. Quale est (inq̄t Hiero.) ut cū pc̄tōres cotidie in malis opibus augeant̄, nos in bono ope lassemur.

Perseuerādū

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad oēs, maxime autem ad domesticos fidei.

Tendit

Tendit doctrinā in latitudinē non minus difficilē longitudine: Operemur bonū erga oēs gentes, iudæos, gratos, ingratos, amicos, inimicos, ꝓximos, alienos: omninoq; sicut de charitate dictū, quod nulla ꝑsona ducitur: Videte quanta latitudo beniuolētiæ christianæ. Rotunda eā esse debet, sicut & Christus Matth. v. Si diligitis eos, qui uos diligūt, quā mercedē habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Domesticos fidei tamē præfert, quia ijs arctiori uinculo colligati sumus, ut qui de eadem domo, ecclesia, de eadem familia Christi sunt, quorū una fides, unū baptisma, una spes, unus dominus, & omnia eadē. Putat autē d. Hiero. ipsos magistros etiā intelligi, ꝓpter quos hāc doctrinam cœperat, ut eam in eisdē cōcluderet, quasi domesticos fidei, seruos Christi in dño eius fidem docētes, uoluerit intelligi. Monet idē quod apl'us dicit, dum tempus habemus, uitā p̄sentē, esse tēpus semētis: sicut & Christus dicit, Operemini, dum dies est, uenit nox, quādo nemo potest operari. Quæ cōtra purgatoriū uidenē pugnare. licet eā dicant doctores, in illo nō nisi satisfactionē, seu nouo reperto uocabulo, satispassionē esse: ego tamē nō uideo, quō satisfactio, uel satispassio, nō sit opatio bona. Ideo apostolū de operibus huius uitæ loqui intelligo, & uerbū eius, nihil de purgatorio loqui, sicut alias dixi.

Obus est benefaciendū.

Christiana beneuolētia latissime patet.

Purgatoriū.

Videte qualibus literis scripsi uobis mea manu.

D. Hiero. qualibus literis, intelligit de grandibus literis (ita em Pilicis græce magnitudinē magis, q̄ qualitatem sonat) uolēs, quod epistolā ad hūc usq; locum, alius se dictante, scripserit, uelut literis minoribus. Et Paulus ab hoc loco, usq; in finē maioribus cōpleuerit: ut manū suā manifeste inter noscētes intelligerēt, quantā solicitudinē, pro eis gereret: simul ut superstitionē falsarum literarū, quas sub nomine eius ferebāt falsi doctores, tolleret. Nā & in alijs epistolis solet signare: Salutatio mea manu Pauli. Verū ego Erasmū sequor, q totam epistolā sentit ab apostolo ꝓpria manu exaratam, in quo cōmendat suum æstum: quasi d. nūq; soleo propria manu scribere, sed uestræ salutis gratia, uidete q̄ magnā epistolā ꝓpria manu scripsi. Alias qdē maiores scripsi, sed manu aliena: ut & uos rem tanto serio percipiatis, quāto ego perscripsi. O apostolicum uirum, cui tanta est cura animarū.

D. Hiero. πηλίκοις

Vir apostolicus.

Quicunq; enim uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

Breuiter replicat, quæ scripsit: dixit enim in exordio, si hominibus placerem Christi seruus non essem: an quæro hominibus placere? Iudæis enim summe displicebat ista libertatis christianæ prædicatio: cum per circumcisionem, ut ne cessariam iustificari præsumærent: quorum furorem, ut declinarēt atq; mitigarent, docebant, quod illis placebat, necessitatem circumcisionis. Nō ergo ex iudaismo fuisse, certum est hos pseudapostolos, sed ex christianismo: quia crucis, quā professi erant, persecutionem exhorrebāt: magis amātes uitā suam & pacem, q̄ Christum. In carne refertur cōtra spiritum. Et uerbum placere absolute accipitur, ut supra: ut sit sensus, uolunt placere in carne, id est, uolunt esse placentes carnaliter, non spiritualiter: quia placentes carnaliter, placent hominibus: placentes in spiritu seu spiritualiter, placent deo. Et nota, cogunt uos circumcidi. Circumcisio per se nihil nocebat: uerū coactio & necessitas, tanq; fides non sufficeret ad iustitiam, damnabilis erat, sic supra, Quare tu cogis gentes iudaissare? Quæras, an apostolus detrahat, & temere iudicet pseudapostolos

Cogere ad cerimonias.

Quæstio.

postolos, quod crucis Christi persecutionẽ timuerint, & gloriam suam in carne Galatarum (ut infra dicit) quæsierint? Quis ei dixit esse eos formidolosos & glorioſos? Nam de absentibus, & præsertim negantibus, uitia diuinare, nõ est sine peccato: negassent forte, nec potuissent conuinci. Verum apostolus in spiritu eruditus, scit hominem, qui Christum nõ recte prædicat aut sapit, nõ posse sine timore crucis, & uana gloria esse. Amet uitam suam plusq; Christũ necesse est, qui spiritum Christi non habet: tum infletur scientia, æque necesse est: ita in aduersis ruat, in prosperis eleuetũr oportet: in neutris se rectũ & æquabilem præstare potens. Proinde, sine periculo generalem pronunciare possumus sententiam, super quoscũq;, si eos uiderimus Christum ignorare, esse eos formidulosos in aduersis, & glorioſos in prosperis, intempestiue deiecti & eleuati. Contra, uere Christianus erectus est in aduersis, confidens in deum: deiectus in prosperis, timens deum: non confunditur, dum patitur: nec gloriatur, dum honoratur: ubiq; rectus & æquabilis.

Solutio Nota pro authore

Neq; enim, qui circumciduntur, legem custodiũt, sed uolunt uos circumcidi, ut in carne uestra glorientur.

Idem superius. c. j. dixit. Esse debitorem fatendæ uniuersæ legis eum, qui se circumcidit: quia & si foris carnem circumcidunt, neq; tamen, uel hanc circũcisionis, uel ullam aliam implent legem. Quia nõ hilaritate spiritus, sed timore minantis legis omnia faciunt. Dictum est autem iam sæpius, legem sine affectu gratuito implere, idem est quod non implere, sed simulare opera legis. Quod enim uoluntate non fit, coram deo, & in ueritate, nõ fit: sed apparet coram hominibus fieri. Iterum pronunciat cum fiducia, esse eos omnes transgressores legis, qui circumciduntur, & legem suis uiribus quãcunq; faciunt. Iterum confutans nostros theologos, qui opera sine gratia spiritus, facta moraliter bona & legem quo ad substantiam facti implentia, nõ esse peccata, nec cõtra legem arbitrantur. Sed stat firma sententia, uoluntatem & hilaritatẽ spiritus, qui legem impleat, non nisi ex fide accipi in Christo. Cæteros omnes, legis osores esse, & ideo præuaricationis reos. In carne uestra glorientur, id est ut carnaliter de uobis glorientur, quod magistri uestri fuerint, uos bona docuerint, sapientes sint & religioſi. Impossibile est enim, ut doctor cuiuscũq; professionis non glorietur, nisi sit in Christo bene institutus, sciens illud cum affectu, nõ estis uos, qui loquimini: Et unus est magister uester Christus. adeo uiscosa est libido laudis & gloriæ, præsertim in rebus ac donis spiritualibus, ut sunt scientiæ & uirtutes.

Lex implet ex fide.

Doctorum gloriatio.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Sensus est, glorientẽ illi in sapientia, uirtute, iustitia, operibus, doctrina, lege aut etiam in uobis, & quibuscũq; hominibus: Ego glorior me esse stultũ, peccatorem, infirmũ, passum, & inuentum sine lege, sine operibus, sine iustitia, quæ est ex lege. Denicq; sine omnibus præter Christũ. Volo & gaudeo me esse coram mundo insipientem, malum & omnium criminum reum. sicut. ij. Cor. xij. Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi Nam crux Christi omnia damnauit, quæ mundus probat, etiã sapientiã & iustitiã, sicut. j. Cor. j. Perdam sapientiã sapientiũ, & prudentiã prudentium reprobabo. Et Christus Matth. v. Beati estis, cũ maledixerint uobis homines, & eiecerint

Crux Christi mũdana damnat.

& eiecerint nomen uestrum tanq̃ malum, & exprobauerint uobis &c. Ecce hoc est, nõ modo cõcrucifigi Christo, & cruci, passionibusq; eius cõicare, sed etiã in ijs gloriari, & cũ Apostolis ire gaudẽter, q̃ digni habeamur, p̃ nomine eius cõtumeliam pati. At qui p̃ nomine Iesu honores, diuitias, uoluptates, affectant & acceptãt, Deinde cõtemptũ, paupertatem, passiones fugiunt: nũqd gloriantur in cruce Christi? immo gloriãt in mũdo, prætexentes nihilominus nomẽ Christi, ludibrium ex eo facientes. Esse ergo crucifixũ mundo, est (ut supra. c. j. dixit) iam non ipsum, sed Christum in ipso uiuere, habere carnem cũ suis uitijs crucifixam, & spiritui subiectam, qui nõ sapiat ea, quæ sup terrã sũt: & huius mundi, ne iustitias quidẽ, aut sapientias, sed glorietur se ijs omibus carere, & nõ affici, in solo Christo fiducia salutis posita. Esse mũdum crucifixũ ei, est non Christum sed mũdum uiuere in hominibus, habere carnem cũ uitijs florentẽ & regnantẽ in peccatis, non sapere cũ apostolo, quæ sursum sunt, sed gloriari sese abũdare in hoc seculo, obtinere diuitias, & ponere spem in homine. Itaq; nec Paulus facit & sapit, quæ mũdo placent: nec mũdus facit & sapit, quæ Paulo placẽt: uterq; utriq; mortuus, crucifix⁹, cõtemptus & abominatus.

NOTA.

Crucifigi mũdo

Mũdum crucifixum

In Christo enim Iesu, neq; circũcisio aliquid ualet, neq; præputiũ, sed noua creatura.

Hoc. c. v. satis est expositũ, esse scilicet utrunq; licitũ, sed neutrũ necessariũ ad salutem, ideoq; nihil ad rem, seu præpucium, seu circumcisio, non magis q̃ diuitiæ & inopia Noua creatura. i. nouus homo, qui (Ephesio. iiij.) secundũ deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis, iuxta psal. j. Cor mundũ crea in me deus. Et obserua, iusticia ueritatis ad spiritũ p̃tinet, sanctitas ueritatis ad carnis mundiciã, ut iustus in spiritu p̃ fidem, & mũdus in carne per castitatẽ uiuat. Nam ueritatis dicit, contra iustitiam & sanctitatẽ speciei & simulationis, quæ ex lege sunt, nec faciũt nouũ hominem: nec secundũ deum, sed secũdum uiuit & formaẽ, quicũq; huiusmodi. sic Iacobi. j. Volũtarie ẽm genuit nos uerbo ueritatis, ut essemus initiũ aliquod creaturæ eius.

Noua creatura.

Iusticia ueritatis

Et quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia, et super Israel dei.

Secuti fuerint, idem uerbum, quod supra ambulemus. secuti fuerint. i. hac regula incesserint, qua regula? nẽpe ut noua sint creatura in Christo, iusticia & sanctitate ueritatis fulgeãt (quæ est ex fide) nõ iusticia & sanctitate (quæ est ex lege) simulatis sese & alios fallant, sup quos ira & tribulatio erit: super illos aũt pax & misericordia requiescet. Addit, super Israel dei, discernẽs ab Israel secundũ carnem, ut ad Corinthios appellat, qui sunt Israel, carnis, non dei. igit pax sup gentes & iudæos, modo incesserint regula fidei & spiritus.

De cætero, nemo mihi molestus sit. Ego ẽm stigmata domini Iesu in corpore meo porto.

Græce, de cætero nemo mihi labores exhibeat, q̃ d. Hiero. duplicit intelligit primũ, quod Paulus solicitus sit, ne rursũ ei laborem p̃beant in Galatis denuo reformãdis. Secundo, quod cõtentionẽ uoluit præuenire eorũ, qui cõtradicere uoluerint. q. d. Ego dixi, q̃ recta & uera sunt: siquis autẽ nolens acqescere ueritati, quærat quid respõdeat, magis cõtẽdere q̃ doceri paratus, sciat sese responsione indignũ: sicut ad Corinth. scribit. Si quis aũt uidetur cõtẽtiosus esse, nos talem

Contentiosi relinquendi

tálem cõſuetudinẽ nõ habemus, neq; eccleſia dei. hic ſenſus mihi placet, q̃ cõ tentioſos relinquẽdos eſſe docet etiã b. Aug. qui & ipſe in libris de ciui. dei, de nunciat ſeſe nolle denuo reſpondere uaniſſimæ loquacitati. Ita & Apſs abij cit cõtentionis ſtudioſos, ne fruſtra cũ illis laboret, quia uere nõ fructũ, ſed la-
Alia ſentẽtia bores tm̃ exhibent. Quid ſi & is ſenſus nõ abhorreat: nemo mihi rurſus legẽ reſuſcitet, in quo ſunt labores ſtulti operũ, nec tm̃ niſi peccata: ſicut pſal. ix. ſub lingua eius labor & dolor. Quos Chriſtus uocat ad ſe, di. Venite ad me oẽs qui laboratis. Quos labores in Aegypto figurauerũt filij Iſrael: ſed cedo.

Stigmata Stigmata, quod latine notas impreſſas ſignificat, licet poſſit hic, p paſſioni-
Arma chriſti bus Pauli accipi, tamẽ quia libenter allegorijs & metaphoris militaribus uti-tur omnino pro inſignibus uitæ Chriſtianæ accipit, quæ ſunt carnis crucifixi ones & ſubiectiones, tum fructus ſpiritus: ſicut enim ſerui dominorũ ſuorũ in ſignia & arma & colores gerũt: ita Paulus & Chriſtianus quiſq; crucẽ concu piſcentiarũ & uitiorũ in corpore ſuo portat. Non ſane eo modo, quo nũc in ſignia Chriſti in clypeum collecta, illiniũt parieti, aut tabulis & libellis, ſed in corpore nõ alieno, ſed meo proprio. Quid proderit, ſi etiã in auro & ſmarag do, nõ tm̃ inſignia, ſed ipſos etiã clauos, immo ipſa uulnera, & ſanguinẽ Chri
Stigmata Moſi, Ponti-ficũ, Cæſarũ ſti portaris, & nunq̃ in corpore tuo imaginẽ uiuã expreſſeris. Porro ſtigma ta Moſi & Pontificũ & Cæſarũ, ſunt circunciſio & opera legũ humanarũ, quæ iam ſola uiſuntur: eaq; infinitis modis uariata, ut uix tot inſigniũ genera, Im-perator cum omnibus ſuis nobilibus habeat.

Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti, cũ ſpiritu ueſtro fratres, Amen.

Hic eñ mos eſt Epiſtolæ claudendæ apud apoſtolos, ubi homines Vale di-cunt. Gratia (inquit) domini noſtri, non ira legis, non ſeruitus legis, quæ p ſer uum Moſen data eſt, ſed gratia & ueritas, quæ p Ieſum Chriſtũ facta eſt.

Authoris de ſe precatio. In fine certus ſum, eos, quibus meũ ſapere mors eſt, etiã hanc ſaliuã meã ue-hementer abominaturos eſſe, quod & liberius omnia, & longe aliter q̃ ipſi ſa piant, hanc epiſtolã tractarim. Et ubi ego legũ Pontificiarũ onera & ſcanda la queſtus ſum, ipſi me rebellẽ eccleſiæ ſibi fingent: ubi Decretis prætuli Euã-gelium, damnata decreta fabulantur, Vbi ſummi Pontificis poteſtatẽ & digni tatem charitati & neceſſitati fraternæ ſubieci, blaſphemũ & bis ſepties hæreti-cum clamabunt. Quos rogo per cõmunem dominum Ieſum Chriſtum, ut ſi omnino non poſſunt ſibi temperare, quin me ſuperbũ, temerarium, arrogan-tem, irreuerentẽ, ſcandaloſum, ſeditioſum, ſanguinariũ, ſchiſmaticum, & quo-
Vide cãdide lector, ſi ipa-tiẽtiæ Marti-num notare poſſis uel de beas. cunq; libitum hucuſq; fuit nomine, honorent. Age fiat, & ſi nõ hæc be niuolentiſſime eis ignouero, nõ agnoſcat me dominus Ieſus in æternũ. Quin ſi doctrinæ a me tractatæ puritas extra periculum eſſe poſſit, libens & gratus hæretici nominis opprobriũ ferrem. Deniq; maledictum nomen Martini, ma ledicta gloria Martini in æternũ: ut ſolius patris noſtri nomen ſanctificetur, qui in cœlis, Amen. Timeo eñ ſupbiſſimus cõtẽptor, ne ijs noibus peſſimis
Piſſimũ uer bum. inflatus, plus de meo lucro gaudeã, q̃ de eorũ malo doleã. Id ſaltẽ unicũ mi hi, immo ſibi cõcedãt, ut paululũ ſepoſita Martini odioſiſſima larua, apl'm Pau lũ libere & ſolũ cõſyderẽt. Et hũc tum, cũ eccleſiæ, quæ hodie eſt miſerrima, fa-cie cõferant. neq; eñ tã craſſicordes eos exiſtimo, ut nõ ſenſerint unq̃, quid le-
Traditio du ra. gũ multitudo hodie fecerit. Nã quot in dies iugulant & pereũt animæ, ꝓpter unã hanc traditionẽ, quæ citra ullũ dilectũ oĩbus ſacerdotibus interdicit uxo-ribus? horror eſt intendere, tam in ſcandala, q̃ pericula huius unius legis.

Similes

Similes huic sunt & aliæ multæ, peccati, mortis, inferni, dũtaxat ministræ: ut interim taceã, iacturã synceræ pietatis, quæ sub harũ tyrãnide, paulatim expirauit. Si tantis lachrymis res digna censet, propter unius imperatoris uoluntatẽ, tot miliũ sanguinẽ fundi: Quid esse putas (oculos aperi) propter unius hoĩs aut unius Rho. ecclesiæ uoluntatẽ, tot milia perire animarũ in æternũ? Deniq; si uim charitatis expẽdimus, procliue fuerit intelligere, fiduciã illã condendarũ legũ, esse potestatẽ, nõ in ædificationẽ, sed in destructionẽ totius ecclesiæ. Res publica quãto paucioribus legibus administrat, tanto felicior est. At ecclesiastica nostra, unica lege charitatis instituta, ut esset una omniũ felicissima, quanto furore omnipotẽtis dei, pro una illa extincta, nubes, syluas, maria legũ sustinet, ut etiã titulos earũ uix sufficias ediscere. Deniq;, quasi hoc parũ sit, nullo alio remedio peccati etiã num curãt occurrere, quam nouas leges multiplicando, peccata peccatis accumulãdo, & ut propheta ait, densum lutũ contra se aggrauãdo. Alius suo sensu abũdet, Turcas nocẽtissimos omniũ, leges has hominũ intelligo: nec debuit hac plaga insustentabilis iræ dei percuti, nisi populus ipse peculiaris dei: ut cuius ingratitudo præ omnibus populis terræ grauissima, meruerit etiã pœnã, præ omnibus populis terræ longe atrocissimã. Neq; em̃ est gens in orbe tertarũ, cuius miseria possit in hac plaga nobiscũ conferri. O deus q̃ diu continebis in ira tua misericordias tua? Sed cũ Esaia gemebũdo & plorabũdo cõcludã? Adduxisti populũ tuũ dñe, ut faceres tibi nomẽ gloriæ. Attẽde de cœlo, & uide de habitaculo sancto tuo, & solio gloriæ tuæ: Vbi est çelus tuus? fortitudo tua? multitudo uiscerũ tuorũ, & miserationũ tuarũ? sup̃ me cõtinuerũt se? Tu em̃ pater nr̃ es, & Abrahã nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu dñe pr̃ nr̃ & redẽptor nr̃, a seculo nomẽ tuũ: q̃re errare fecisti nos de uijs tuis dñe: indurasti cor nostrũ, ne timeremus te? Cõuertere ꝓpter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ, quasi nihilũ possiderũt populũ sanctũ tuũ: hostes nostri cõculcauerũt sanctificationẽ tuã: facti sumus, quasi in prĩcipio, cũ nõ dominareris nostri, neq; inuocaret nomẽ tuũ sup̃ nos. Vtinã cœlos dirũperes, & descenderes: a facie tua mõtes defluerẽt, sicut exustio ignis tabescerẽt, aquæ arderẽt igni, ut notum fieret nomẽ tuũ inimicis tuis: a facie tua gentes turbarẽt. Ecce tu iratus es & peccauimus, in ipsis fuimus semp̃, & saluabimur. Et facti sumus ut immundi om̃es nos: & iusticię nostræ uniuersæ, q̃si pãnus mẽstruatæ. Et cecidimus quasi foliũ: & iniquitates nostre quasi uẽtus abstulerũt nos. Nõ est q̃ inuocet nomẽ tuũ, qui cõsurgat & teneat te. Abscõdisti faciẽ tuã a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et nũc domine pater noster es tu, nos uero lutũ: & fictor noster tu, & opera manuũ tuarũ om̃es nos. Ne irascaris domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostræ. Ecce respice, populus tuus om̃es nos, ciuitas sancti tui facta est deserta. Zion facta est deserta. Hierusalẽ desolata est, domus sanctificationis nr̃æ & gloriæ nr̃æ, ubi te laudauerũt pr̃es nr̃i, facta est in exustionẽ ignis, & om̃ia desyderabilia nr̃a uersa sunt in ruinas. Nũquid sup̃ ijs continebis te domine? tacebis? & affliges nos uehemẽter? Hæc Esa. lxiij. & lxiiij. Qua oratine ecclesiæ hodiernæ faciẽ ita depinxit, ut aptius depingi nõ possit. Et utinã huius orationis affectũ, deus in cor nostrũ infunderet, quo iram eius q̃ primũ mitigaremus.

Leges non ædificant ecclesiam

Ira dei.

Oratio Christiani pectoris ꝓ ecclia ardent offerẽda sepe donec deus exaudiat Amen.

COMMENTARII F. MAR. LVtherij in Epistolam D. PAVLI ad Galatas, Finis.

PAVLVS COMMODVS BRETANNVS, LECTORI S.

SVscipe candide lector, in Epistolã S. PAVLI ad Galatas, fratris Martini Augustiniani, quicquid est commentarij, institituti potius, ꝙ perfecti: cum propter amicorũ quorundam, plus æquo efflagitantiũ preces, tum propter importunam & iniquam ociosorum hominum maliciam, cotidie eius Autorem, citra ullam causam uexantiũ, ac nugis subinde, nescio quibus, a seriis grauibusq; studijs alio rapientium, per quos stetit, ut nec commentarium satis ipse cognosceret, nec pro dignitate elaboraret. In quo tamen, si quid fuerit, quod ad Christianam pietatem facit promouendã, soli deo uniuersæ bonitatis autori, gratias age, atq; ad tuam spectante commoditatem, pro uoluntate utere: sin quippiam offenderit, candide, pro Christiana professione submone, qua re, Martino, neq; quicq; fuerit gratius, neq; te, ipsius fratre ac Christiano dignius, præmium a Christo centuplum recepturus. Quid enim iniquius, ꝙ pro beneficio, maleficium reponere? contra, quid æquius, ꝙ studio bene merendi cum eo certare, cui unicus scopus est, quorumcunq;, uel gratia, uel inuidia contẽpta, de te, totoq; Christiano nomine, optime mereri? Porro, id unum Martinus semper spectauit, ut delirijs quorundam reiectis, sacras literas pure tractares, atq; ad id, post Erasmũ unus omnium maxime contendit. Iam, si forte alicubi, ut homo est, a recto itinere deflexit, tuæ est humanitatis, deerrantem ad rectam uiam reuocare. Quod si pro tuo Christianismo, & cõmuni omnium utilitate, & in deum amore feceris, Lutherum tuum, ad hos cõmentarios accuratius retractandos, & in reliquas quoq; d. Pauli epistolas diligentius scribendum, non mediocriter animabis. Atqui id te in primis uelim spectare, orationem ueritatis, tanto esse meliorem, quanto simpliciorem. Tu in nomine Iesu Christi uale, ac uita potius Christum, a quo nomen habes quam uerbis exprime. Data in Academia Vuittenbergensi, ubi prudentissimi omnium studiosorũ Mœcenatis Friderici Principis & Electoris &c. munificentia, recta studia, in tribus linguis, Latina, Græca, & Hebraica, gratis docentur. Iterumq; uale. Anno a natali Christiano, supra sesquimillesimum xix.

Gratis audiuntur linguæ

RESOLVTIONES DV-

ODECIM SEQVENTIVM CONCLVSIONVM, AMI ce lector, coaptabis si placet post. 290. paginã huius operis, ubi eædẽ conclusiones nude ponuntur absq; probatione, nondum enim earum resolutiones ad manus nostras uenerunt, cum illic in Luthero uersaremur.

CONCLVSIO PRIMA.

QVOTIDIE PECCAT OMNIS HOMO, SED ET QVOtidie pœnitet, docẽte Christo, pœnitentiam agite. Excepto uno nouo quodam iusto, qui pœnitentia non indiget, cum etiam palmites fructiferos quotidie purget agricola cœlestis.

Ista conclusio pendet ex eo fundamẽto, quod omnis actus humanus, aut est bonus, aut malus, nec datur actus neuter, seu ut illi dicunt, moraliter bonus. Ideo primum mihi sunt amolienda duo, quæ his opponi solent. Omis actus humanꝰ ẽ bonus uel malꝰ

Primum, est autoritas scholæ omnium fere theologorũ per orbem, qui contra sentiunt, his quanq; omnẽ debeam reuerentiã, ueniam tamẽ mihi dabunt, quod eis diuinas literas pfero. Quare obsecro, si cui displiceo, non mihi statim opponat; Tu solus sapis, & ecclesia hucusq; sine te errauit: nec tot capita uidere potuerũt, quod tu uides. atq; his similibus suasionibus mecũ expostulet, ut eñ omittã, quod p asinam quandoq; locutus est deus, quod ꝓphetam celauit, & Samueli puero ostendit, quod sacerdoti Israelis Heli nõ reuelauit, saltẽ suo exemplo mansuescãt, & quod ipsi sibi mutuo & inuicẽ cõcedunt, mihi quoq; permittant. Surrexit Scotus unus homo, & omnium scholarum & doctorum opiniones impugnauit & prævaluit. Idem fecit Occam, fecerũt & multi alij, faciant usq; in præsentẽ diem, & cũ singulis eorũ liberum omnibus cõtradicere, cur ego unus hac gratia priuor? deniq; cũ & ego in alijs multis sententijs, sine querela omnibus cõtradixi, cur in hac una, nouam legẽ patior? itaq; rogo attendat qui uolet, nõ quis, aut cõtra quos, sed quid & contra quæ dicam. Cedat respectus psonarũ, quas deus nõ accipit. Legimus in euãgelio precipiẽte Christo, scribas & pharisæos in cathedra Mosi sedentes, audiendos esse, nõ quia personæ essent, id est, scribæ & pharisæi, sed quia Mosen docerent. Scotus cõtrã oẽs scholas prævaluit.

Alioquin cum sit iam seculum corruptissimũ, temporaq; periculosissima, in procliui erit, si superbia & cõtemptu cœperimus agere, ut incurramus in illud Psalmi. xiij. periculũ: Consiliũ inopis confudistis, quoniã dominus spes eius, quare memores inuicem quod omnes sumus homines, & facile sit errare, & raro & difficile contingat uera sapere, & recte agere, communi studio ueritatem quæramus, potius & inuicem solo gloriæ, aut sensus proprij tuendi studio, mordeamus & consumamus. Homis facile est errare.

Secundũ quod mihi obijcitur, quod hic articulus in Constantiensi concilio est inter articulos Hus. expresse damnatus, hic si nõ mox sileo & reuoco, continent aures, & impetu facto, ignem mihi minantur, neq; eñ dignant hic ullam moram uel excusatiõis: sed obsecro, est ne is modus, ueritatem quærendi, statim obstruere os quærenti ueritatẽ? Et ubi est quod Petro præcipiẽte, ratio reddenda est omni poscenti? Deinde, Nonne concilia sæpius errauerũt? nõne Quærenti ueritatẽ ignis obijcitur.

Cyprianus cū totius Aphricæ episcopis habito cōcilio, errauit etiā in articulo grauissimo fidei, de uirtute baptismatis? & quid mirū, si hodie quoq; concilīū nō omnia attingat, quādo sumus in tempore longe frigidiore, q̄ Cypriangs? Et ut plane & libere dicam quod sentio, credo me theologū esse, Christianum & in regno ueritatis uiuere: ideo me debitorē esse, nō modo affirmandæ ueritatis, sed etiam asserendæ & defendendę, seu per sanguinem, seu per mortem.

Veritas libere cōfitēda ē.

Proinde uolo liber esse, & nullius, seu concilij, seu potestatis, seu uniuersitatū, seu pontificis autoritate captiuus fieri, quin cōfidenter cōfitear, q̄cq̄d uerū uidero, siue hoc sit a catholico, siue hæretico assertum, siue probatū, siue reprobatū fuerit a quocūq; concilio. Nec uerebor etiā ipsam inuidiā, quæ me hæreticorū patronū forte criminabitur. Quod sciam ueritati cū inuidia nihil esse cōmertij, sicut dicit Sapiēs. vj. Nec cū inuidia tabescēte iter habebo, quoniā talis homo nō erit princeps sapiētiæ. Quid ergo ad me, quod mendax inuidia me criminat? laus est impijs displicuisse. Displicēt & mihi hæretici, sed quando hodie nullo opprobrio sophistæ magis insaniunt, faciūt ut pene apud hæreticos, sola relicta sit ecclesia catholica Christi. Hæreticos in q̄, nō qui sunt, sed qui illorum furore appellantur.

Plus credendū i casu uni fideli q̄ toti concilio.

Et sequar in hoc meo ꝓpositō, iurisperitorū quoq; diffinitionē (ne solus & temere id facere existimer) dicit em̄ Panor. dæ Elect. c. significasti, plus credēdum uni priuato fideli, q̄ toti concilio, aut Papæ, si meliorē habeat autoritatē uel rationē. Si hæc uera sunt, cur nō liceat utiq; cur non audeam tentare, si unus meliorem ostendere possim autoritatem q̄ concilium? Itaq; de concilijs uideamus: Nōne omnibus notum est, Cōtraria aliquando fuisse damnata ab ecclesia: uelut illa, deus facit malū, deus non facit malū? Quanq̄ ego nescio an ecclesia fuerit, quæ hæc damnauit. Nam ecclesia nō habet potestatē damnandi, expressam sententiam sacræ scripturæ, etiam ad uerbum in textu positū: Nam illa, deus facit malum, expresse ponitur Esa. xlvj. & Amos. iij. & multis alijs locis. Nec quicquā facit, quod dicitur, propter hæreticorum falsam intelligentiam esse damnata. Non sunt damnandæ scripturæ uerba propter cūiuscunq; falsam intelligentiam. Alioquin damnandū erit propter Arrianos, & illud, pater maior me est, immo tota scriptura damnanda erit, & sola, cū e nulla alia hæreses ortę sint. Quid autem insanius isto præsumi potest? Absit enim, ut pius & simplex Christianus quicq̄ in sacris literis recte didicerit, quod ubi in quosdam inquisitores impegerit, quorū pedes ueloces ad effundendū sanguinē, cogatur, ꝓpter aliorū falsam intelligentiam damnatā, ipse quoq; damnare. Nam hac ratione uiam faciemus, semel uniuersam sacris literis autoritatem conuellendi, & surgent omnium blasphemorū impijssimi illi blasphematores, qui dicunt Bibliam esse librum hæreticorū, Christianos oportere alijs libris scilicet doctorū sese tueri. Ita inuenio & in Cōstantiense concilio, duo cōtraria. Primum determinatū illic est, concilīū esse supra Papā: quod ego ueriſſimū iudico. Nam & b. Hiero. ad Euagriū dicit: Si autoritas quęritur, maior est orbis urbe. Ita tota ecclesia maior est una Romana ecclesia. Atq; ita Rhomana ecclesia nō est super uniuersalē totam ecclesiam, sed contra, tota ecclesia (& concilium quod illā repræsentat) super Ro. ecclesiam, sicut super quālibet aliam particularē, totū quoq; maius est sua parte, cū Ro. ecclesia pars sit totius ecclesiæ uniuersalis. Quod si hæc uera sunt, apparet concilīū Cōstantiense, male damnasse hunc articulū Ioannis Huss. Papa non est iure diuino super omnes ecclesias. Nam si Ro. ecclesia & Papa est iure diuino super omnes ecclesias, & sup

Concilia cōtraria dānauerunt.

In Cōcilio Cōstantiēn. reperiuntur duo cōtraria

Vnus ex articulis Ioannis Huss

Concilium

Concilium, contra ius diuinũ determinatũ est (quod est impijssimũ hæreticũ) Papam & Ro. ecclesiam esse infra Concilij & totam ecclesiam, quia nõ est in manu ecclesiæ aut Cõcilij ius diuinũ infringere. Ideoq; non potuit Papam uel deponere uel cõstituere. An credis passurũ Episcopũ Lugdunẽsem, sese deponi uel constitui per Episcopũ Moguntinũ, si iure diuino se superiorẽ Moguntino sciret, quantũlibet meritꝰ fuerit? immo nõ id pati deberet, nisi mallet impius & hæreticus esse. Ita Ro. Episcopus nõ potest, nec debet pati se a Concilio regi & statui, si est super Concilij & ecclesiam iure diuino: eius enim est regere, non regi, qui diuino iure superior est.

Papã esse supra concilij statutũ est

Atq; ita patet Cõstantiense Concilij, aut articulũ Huss. male damnasse, aut cõtra ius diuinũ impie determinasse & egisse. Sed ultra uide spiritussancti psentiã in ecclesia, id quod in Cõstantiensi Concilio determinatũ est, Papã esse infra Concilij & ecclesiam, ac per Basiliense cõfirmatum, tam nouissimo Ro. Concilio est reprobatũ, & totum Basiliense abrogatum, atq; statutum Papam esse superiorẽ Cõcilio. Quid hic dicemus? necesse est aut Romanũ aut Cõstantiense Concilij hæreticũ esse, si nõ licet a decretis Conciliorũ recedere.

Cõcilio incũbit statuta, probare.

Denicq; uia iam nobis facta est enarrãdi autoritatẽ conciliorũ, & libere contradicendi eorũ gestis, ac iudicandi eorũ decreta: Nam, ut dicunt, si in uno articulo errasse deprehendit, iam tota eius uacillat autoritas. Quis est igit tam audax, qui me præsumat hæreticũ arguere, etiã si uniuersa decreta Concilij, tam Ro. q; Cõstantiensis negem, qui habeam hoc munimentũ, & hanc excusationem, quod Concilio incumbit probare sua decreta, & ostẽdere se non errasse, postq; constitit, ipsum aliquando errasse & errare posse.

Quid ergo putas nobis præstant uicariæ illæ Conciliorũ nostri seculi, determinationes & reprobationes, nisi quod nos reddunt (si in illas nixi fuerimus) incertos ubi tandẽ quærendus sit Christus, Ecclesia, Concilij, Spiritussanctꝰ, omniaq; plane in primum chaos confundantur.

Concil. Cõstañ. determinauit Papã iure diuino esse supra oẽs ecclesias.

Sed ad Constantiense reuertor, quo magis impetor, cuius damnationem in articulo illo Hussitico, Papa nõ est iure diuino super omnes ecclesias, etiã ideo iniquam affero, quod sit contraria Niceno Concilio & Aphricano, & toti orientali & Aphricanæ ecclesiæ, cũ non nisi sexta Synodo Calcedoneñ. oblatus sit primatus (nõ iure diuino) sed ab ecclesia Ro. pontificib. nec sic tamẽ ab eis assumptus, ut scribit S. Gregoriꝰ: Nam si iure diuino staret primatus, Nicenũ cũ quatuor sequẽtibus esset hæreticũ, omnesq; in ecclesia orientis hæretici, hæretici Ro. pontifices, qui oblatum respuerunt. Quare uolo autoritati Cõstantieñ. Concilij in hac parte nihil cedere. Non enim patiar ulla ratione maiorem partem ecclesiæ hæreticam fieri propter Constantieñ. Concilij, quod errasse, palam est: Nec mirum, cum administrata hæc sint potissimum machina inquisitorum & sociorum suorum.

Concilij Cõstañ. errauit.

Sunt & multi alij articuli Huss. uerissimi ibidem damnati, quos expediam, cũ aduersarius me excitauerit, nam hoc ex ipsius Cõcilij uerbis euidenter probabo, Ioannis Huss. sententiam nõ fuisse. Quod malus pontifex, aut in peccato mortali existens, non sit pontifex habendus, licet sanguinarij inquisitores, multos articulos ei in hanc rem impositos damnari curarint. Nec hic curo, quod me Boemorũ patronũ uociferanẽ, ipsius Cõcilij, quod cõtra me iactant, ostendo & sequor uerba, quæ si falsa inuenta fuerint, quid ad me? Sin uera, cur non sequar. Meum est (ut dixi) contra omnẽ uocabulorũ titulorum, nominis dignitatis strepitũ, uerum dicere, & falsum negare. Sic eñ Christiano faciendũ

Christiano uerꝫ dicendũ est & falsum negandum.

esse credo. Et rogo, si non placeo nomine Christiani, fingant & signant me in terim uelut Turcam, aut quẽuis infidelem eis opponere, meas rationes & autoritates, ut saltem sic uideant & experiantᵉ, quo studio possint fidem suam tueri, & ꝙ facile sit dicere, Concilium sic determinauit, & ꝙ facile sit idipsum bene determinatum esse tueri. Dico ergo, quod iste articulus sit male damnatus Cõstantię, Omnis actus hominis, aut est bonus aut malus, ac respondeat qui se putet determinationem illam defendere.

Probat contra cõciliũ cõstañ. ꝙ omis actus humanus aut ẽbonus aut malꝰ

Primũ dicit apl'us Ro. viij. Qui spiritu dei aguntᵉ, ij filij dei sunt. Itẽ, Quod si quis spiritũ Christi nõ habet, hic nõ est eius. Hic quęro cuius sit ille, qui nõ est Christi? nõne diaboli & peccati? At q seruus est peccati, facit nõ nisi peccatũ.

Secundo, dicit idẽ Gal. iij. Quicũꝙ ex opibus legis sunt, sub maledicto sunt Ecce hic opa legis extra gratiam, dicit esse maledicta, ergo nõ neutra. Et dicit, Quicũꝙ, neminẽ excipiẽs, nec aliquod mediũ inter maledictũ & gratiã faciẽs. Nec ualet quod apostolũ hic de lege cerimoniali loqui dicũt, quod ea tũc mortifera fuerit. Nã ex sequẽtibus patet, quod de omniũ legũ opibus loquit, cũ inducat Mosen, dicentẽ: Maledictus qui nõ ꝑmanet in oibus quæ scripta sunt in libro legis. Deinde dicit Christũ nos redemisse de maledicto legis. At Christꝰ uere nos nõ redemit de lege ceremoniali post mortẽ eius abrogata, sed de lege quacũꝙ dans gratiã, ut possit impleri. Si ergo opa legis sũt maledicta sine gratia, quãto magis nulla alia opa sunt neutralia, seu in genere morũ bona.

Qui nõ cumᵐ Christo ẽ, est cõtra christũ

Tertio, Lucæ. xij. Aut facite arborẽ bonam & fructũ eius bonũ, aut facite arborem malã & fructum eius malum. hic nihil mediũ Christus permittit intelligi, sicut & ibidem dicit: Qui nõ est mecum contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit. uides quod aut cum Christo colligendum aut dispergendũ uel cum eo uel contra eum esse oporteat. At contra eum, non est nisi peccatũ, nec dispergit, nisi qui peccat.

Quarto, Ioan. xv. Siquis in me nõ manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligẽt eum, & in ignem mittent, & ardet. Ecce arescit & perit quis quis extra Christũ est. Et tu dicis, neutrum, quod nec arescat neꝙ uirescat, sed medium se aliquando habet.

Quinto, Ro. xiiij. Omne ꝙd nõ est ex fide, peccatũ est, quod b. Aug. ꝑ regula habet. Quod aũt dicũt, ibi fidẽ pro cõscientia accipi, & Apl'm loqui de ijs, q cõtra cõscientiã operantᵉ, quãꝙ hoc b. Augu. repellit: tamẽ age, sit ita. Adhuc stat sentẽtia, qui nõ habet fidẽ in Christo, nõ habet conscientiã bonã erga deũ ergo uel non credit, uel dubitat se placere deo in opibus suis. Si dubitat, peccat contra conscientiã, quia nõ credit firmiter se deo placere, quare agit quod credit non bonum, & ita semper peccat. Sola autẽ fides firmiter confidit se placere deo, & hac fide fit, ut placeamus deo: quia hæc fides uere de deo bene sentit, ac pro deo uero eum habet, præsumens bona de ipso, iuxta illud Sap̃. j. Sentite de domino in bonitate. Impossibile est enim hominẽ saluum esse, & bene uiuere, nisi de deo erga seipsum bene sentiat.

Sexto (ut omittã plura, ne prolixior sim) adduco rationem qua utitur fere S. Augu. ꝑsertim contra Iulia. lib. iiij. & repetit eãdẽ Grego. Ari. lib. ij. q. xxviij.

Virtus discernitur fine nõ officio.

Quæ est hæc, Virtutes discernunᵉ finibus, non officijs. Iam quælibet uirtus extra gratiã, quęrit quę sua sunt, nec potest quęrere quæ dei sunt, quia nõ potest in opus charitatis, de qua dicit laude propria. j. Corin. xiij. Charitas non quęrit quæ sua sunt, quare nulla uirtus habet deum pro fine, nec potest deum diligere super omnia & propter deum. Alioquin gratia nõ esset necessaria. Atꝙ hac sola

hac sola causa fit, ut omnia opera bona gentium aut naturalia, sint mala, quia fine debito carent. Hoc est quod Apostolus Ro. iij. inuoluens prorsus omnes homines tam iudæos q̄ gentes, licet illi iustitia, hæ sapientia quantum poterant, præstabant, dicit: Non est iustus, non est intelligens, nō est requirens deum, omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Ecce, Nemo requirit deum & omnes declinant, nullus intelligit deum, nedum pro fine deum habet in opere suo: Vnde fidenter concludit d. Concluſit deus oīes sub peccatum. Ecce neminem excipit, omnes sub peccatum, quod & Dauid dicit: Omnis homo mendax, a mendace uero, quid uerum dicetur. Ab immundo quid mundum fiet, ait Sapiens.

Quod uero dicitur: Nonne Caiphas prophetauit uerum, Nonne Matth. vij multi ꝓphetauerunt in nomine Christi, & multas uirtutes fecerunt? Respondeo, uera, sed non uere dixerunt, bona, sed non bene fecerunt. Quis enim non dubitat, quin meretrix, tam bonū aurum gestet q̄ pudica matrona, & tam formosa quoq̄ membra habeat? sed nō tam bene gestat & utitur. Eodem modo & bona illa opera sapientiæ, uirtutum, donorum, cum sint gratuita dona dei, bona sunt ualde, sed quia nō in finem debitum referuntur, bona faciunt, sed non bene. Quare e bonis donis dei, mala opa nostro uitio fiunt. Ideo Christus illis dicturus est: Discedite a me oīes oparij iniquitatis. Quomodo sunt operarij iniquitatis, qui tanta bona fecerunt? nisi quia bonis male usi sint, etiam si hoc malo usu, alijs profuerunt.

Caiphas uera prophetauit, sed non uere.

Septimo, si iustus in gratia, non potest facere bonū, quin simul peccet, quanto magis iniustus nō facit bonum. ac per hoc cōcludo, aut bonum aut malum esse actum hominis quemcūq̄, nec dari actum medium & neutrum. Antecedens probabitur euidenter conclusione sequente.

Iust⁹ i bonō ope peccat.

Quare ad rem propositionis redeundo: Omnis Christianus quotidie pœnitet, quia quotidie peccat, non quidem perpetrando crimina, sed non perficiendo mandata dei. Et ad hoc probandum, sufficeret autoritas Ioan. in conclusiōe posita, quod fructiferos palmites purgat cœlestis agricola. Si sunt purgandi, sunt immundi: si immundi, sunt peccatores: si peccatores, pœnitentia indigent. Quare ad eos pertinet uerbum Christi, pœnitentiam agite.

Oīs christianus quotidiē peccat.

Secundo illud eiusdem Ioan. j. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est. quā autoritatem beatus Aug. in multis locis adducens, ponderat in uerbo, habemus, pręsentis tēporis, quod non dicit habuimus, sed habemus. Quare quotidie peccamus, & quotidie peccatum purgamus, ita ergo pœnitemus, nisi pœnitentiam dicas non esse peccatorum purgationem, contra omniū sententiam, qui contritionem culpæ delectricem, pœnitentiæ potissimā partem ponunt. Denicq̄ hoc uerbo Ioan. nixus. B. Augu. lib. de natura & gratia audet dicere: Si omnes sancti in unum cōgregati quærerent, an peccatum haberent, quid essent (inquit) dicturi q̄ si dixerimus, quia peccatum nō habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est: At nullum peccatum sine pœnitentia tollitur.

Tertio illud psal. xxxj. Pro hac orabit ad te oīs sanctus in tempore opportuno. Ecce omnis sanctus orat pro impietate peccati sui: hoc autem est pœnitere uticq̄, nec potest dici, quod pro præterito, aut pro pœna pręteriti peccati oret sed pro præsenti: nam ut hoc ostenderet, adiecit, impietatem peccati mei, pro hac orabit, non scilicet pro peccato, quo aliquando pœna significatur, sed pro impietate peccati, q̄ est culpa, nā ꝓ remittenda oratꝫ ꝓ remissa gratias agimus.

Oīs sanctus orat pro peccato suo.

impietas peccati
culpa est peccati

Quarto, illud. j. Tim. j. Venit Iesus Christꝰ peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. non dicit fui, sed sum peccator, iuxta illud Ro. vij. Scio quod nō habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Quod nolo malū hoc facio, & ego autē carnalis sum uenundatus sub peccato. Sic Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem: At cōcupiscere contra spiritū, peccatum est, quia prohibitū præcepto dei: Nō cōcupisces. Quare hoc peccatum est propriē peccatum, & per pœnitentiā diluendū, sicut Ro. vj. docet, destrui corpus peccati, & nō obedire desyderijs carnis. At desyderia carnis, peccata & cōtra legem sunt diuinā, quare pœnitentia pro eis opus est.

Paulus fatet se pctōrē nō mō fuisse, sed & esse.

Quinto, Lucæ. xiij. putatis, quia ipsi debitores fuerūt præ omnibus hominibus habitatoribus Hierusalē? non, dico uobis, nisi pœnitentiā habueritis, oēs simul peribitis: Ecce omnibus pœnitentiā incidit: Ita Lucæ ult. Oportuit prædicari nomine eius pœnitentiā in remissionē peccatorū, in oēs gentes. Ecce totū euangeliū nihil est cū ꝓdicatio pœnitentiæ, ergo uita euangelica est aliud nihil cū pœnitentia. Ideo Bern. recte dicit: Qui non assidue ad pœnitentiam festinat, facto ostendit se pœnitentia non egere, quasi scilicet sit longe absurdissimum, esse aliquem, qui pœnitentia nō egeat.

Christꝰ oībꝰ pniam indicit.

Sexto, Tota ecclesia teste Augu. usq; in finē mundi orat: Dimitte nobis debita nostra. Hæc autē uox est pœnitētiæ, ita ut Christus dicit: Si nō remiseritis hominibus peccata eorū, nec pater uester remittet uobis peccata uestra. loquitur ad apostolos sanctos filios dei, & ubi sunt eorū peccata? uenialia quidē sūt, sed mortalia erūt, nisi remittantur. Sane sunt quidā, qui hāc orationē pro pœnis peccatorū orari garriāt, quos oportet tanq; uerbi dei deprauatores cauere. Nā quid dicent ad illud: Sanctificetur nomen tuū, adueniat regnū tuum, fiat uoluntas tua? hoc sanctissimi etiā orant, at orando confitentur se nondum sanctificasse nomen dei, nondū in eis esse regnum dei, nec iustitiam eius. Sed quærunt hac oratione regnum dei & iustitiam eius, nōdum se fecisse uoluntatē dei. At hæc omnia sunt debita culpæ, & peccata contra legem dei, qui uult nomen suum sanctum esse, in nobis regnare, uoluntatem suam in nobis fieri: Nec putandū quod ficte oretur, quare sequitur, omnes uere orare, & uere sibi hæc deesse confiteri. Et ita patet, quod sola oratio dominica nos docet, Primo esse nos quotidianos peccatores, & semper peccare. Deinde totam uitam esse pœnitentiā & orationē & contritionē. Ex quo ulterius sequit, contra concilij Cōstantien. determinationē, omnē actum hominis esse malū extra gratiam, quādo etiam actus iustorū in gratia, nō est bonus, nec implet mandatū dei.

Oēs oramꝰ, Dimitte nobis debita nostra.

Vltimo ad hoc urgēt tot apostoli Pauli exhortatiōes, ut mortificemus membra quæ super terrā sunt. Col. iij. Et facta carnis. Ro. viij. Et renouemur in nouitate sensus. Ro. xiij. Et carnis curā non faciamus in desyderijs eius. Ibidē, crucifigamus carnem cum cōcupiscentijs. Gal. v. Quæ omnia eo tendūt (ut clarū est) quod assidue pœnitendū sit, quia peccatū fomitis, assidue mouet, & noua desyderia profert, ceu spinas & tribulos terra maledicta, Gen. iij.

Quare paulꝰ tm exhortet ad mortificationē carnis.

Cætera in resolutorio Con. j. ij. &. iij. & con. Sed nec adhuc uideo huius cōclusionis sententiā cōfutatam, neq; enim tacta fuit Lipsiæ in una syllaba. Eius etiam sententiā si neges, necesse est, ut neges omnes fere libros B. Aug. contra Pelagianos editos, qui totus per omnia in hanc sententiam procedit.

Eccij ꝓpositio nouus & uetus error.

Sequitur ergo hāc nō esse doctrinā nouam, ut Eccius calumniat. Sed Eccij ꝓpositio contraria huic, est nouus & uetus error, ad hæresim ꝓtinēs Pelagianorū, nec cōciliū qcq; contra statuere habet, nisi uelit errare, sicut sæpius fecit.

Conclusio

CONCLVSIO II.

IN BONO PECCARE HOMINEM ET PECCATVM ueniale non natura sua, sed dei misericordia solum esse tale, aut in puero post baptismum peccatum remanens, negare, hoc est, Paulum & Christum semel conculcare.

Tria ista conclusio compræhēdit, esse peccatum in bono opere, Deinde peccatum non natura, sed misericordia dei esse ueniale, & peccatum post baptismum remanere.

Primū ita ostēditur, Esaias. lxiiij. Et facti sumus immūdi omnes nos, & quasi pannus mēstruatę uniuersæ iustitię nostræ. Hæc uel sola autoritas obstruat omniū contradictorū os & gulam, cum sit apertissima, esse nos omnes immundos, & nō modo iniustitias, sed iustitias quoq; nostras apud deum. Sed scio quid hic soleāt opponere, scilicet ꝓphetā loqui de iustitia nostra, q̄ ex lege est, q̄ꝫ apl'us quoq; dānat. In hanc sententiā & d. Hieron. cedere uidetur. Sed uerba ꝓphetæ sunt manifesta: loquitur enim in persona sua, & totius fidelis populi, qui nō iustitia legis, sed gratiæ iusti erāt. Siquidem & ipsi eandem escam manducauerūt, & eundē spiritū fidei habuerunt, ut apl'us dicit: Neq; em̄ iustitia legis confitetur deo in humilitate, non est accusatrix sui in principio, sed inflata excusat se & iustificat, quare solius gratiæ iustificantis est dicere & confiteri sese esse immundum & iniquum. Iustitiæ nostræ sunt immundæ.

Secundo, nō dicit iustitiæ nostræ, aut nos, sed omnes nos, & uniuersæ iustitiæ nostræ, neminē excipit, & nullā iustitiā mundā asserit: ergo nō potest trahi ad aliquos, qui nō fuerint gratia iustificati, nec ad solam legalē, sed ad omnes, & ad omnem iustitiam eorū. At certum est aliquot inter eos fuisse, qui plusq̄ꝫ legali iustitia iusti essent, & aliam q̄ꝫ iustitiā legalē tunc fuisse simul, & tamē dicit oēs immūdos & uniuersas iustitias pollutas. Quare uincit hæc autoritas, & tam aperta uerba cogūt cuiuscūq; interpretationē posthaberi suo apertissimo sensui. Sed & illud malo intelligendi usu dicitur, quod iustitia legalis fuerit immunda ad iustitiam euangelicā cōparata: quia lex utcūq; cerimonialis, erat bona, & a deo instituta, quare iustitia eiusdē nō erat de se immūda ullo modo, cū tūc nō minus cogerentur ea seruare, q̄ꝫ decalogi præcepta. Ideo qui de iustitia legis tanq̄ꝫ immunda loquuntur, solum respiciunt ad tempus euangelij, in quo est abrogata, non quia immunda, sed quia fiduciam præbebat stultis contra gratiam dei, ut apl'us ad Gala. & Ro. docet. Quare sicut cerimonialis iustitia erat bona & recta, & tamē immunda, ita & decalogi eorum iustitia erat immunda, quantūlibet bona. propheta enim pro suo tempore loquitur, quo iustitia legis nondum erat abrogata: alioquin dicendum, quod deus eis pręcepisset immunda seruare, quod est detestabile. Stat ergo uerbum uniuersæ iustitiæ nostræ immundæ, & omnes nos immundi. Lex fuit bona, & etiam eius iustitia.

Secundo illud Eccle. vij. Non est iustus in terra, qui benefaciat, & non peccet. Solet aūt & hoc uerbū sic eludi, q̄d iustus aliqn̄ benefacit, aliqn̄ peccat, sed hoc nō stabit: si em̄ hoc uoluisset, suffecerat dicere: Nō est iust⁹ q̄ nō peccet: q̄d em̄ sup̄flueret uerbis, quasi aliq̄s fit iustus, q̄ faciat male? Nō em̄ nisi iustus facit bene, & a benefaciēdo iustus est, ideo ut exprimat uitiū, addit. q̄ faciat bene Oīs iustus in terra peccat.

& nō peccet. Nam dum de operibus extra benefacta loquitur, sic dicit: Septi es in die cadit iustus, & toties resurgit. Hic non addit iustus qui bene facit.

Paul⁹ simul uult bonū & non facit bonum.

Tertio illud Ro. vij. Quod nolo malum, hoc facio: quod uolo bonum, hoc non facio. Et infra: Condelector enim legi dei secundū interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ &c. Hic aduertamus apostolū, cedant huic ratio & autoritas, siue ecclesiæ siue concilij, quoniam hic docetur, cuius contrarium, si angelus de cœlo docuerit non credam. Nemo hunc locum apostoli mihi superabit, nec euadet.

Primū hic idem unus homo Paulus sanctus apostolus, plenus gratia, simul delectatur in lege dei, simul repugnat legi dei, simul uult bonum secundum spiritum, non tamen agit propter carnem, sed contrarium, ergo peccat dum bene facit. Nam repugnare legi dei, quis aliud q̄ peccare audeat intelligere? Nō agere bonum, nonne contra legem dei est? At dum uult hoc bonum, eo ipso non facit hoc bonum, sed malum contrariū, cum ergo nunq̄ sit sine repugnātia, nūq̄ sine uitio bene facit, nunq̄ ergo plene implet legem dei: quare, ut sic dixerim, Voluntas illa legis dei in carne semper est, quando uoluntas est legis dei. per hāc bene facit, per illam male facit. Nolle est ex carne, uelle ex spiritu: ideo oramus, ut fiat uoluntas dei in terra (carne) sicut in cœlo (id est, spiritu) fit, sic dicit: Velle mihi adiacet, perficere non inuenio. Hoc & scholastici dicunt, Quod homo sit difficilis ad bonum, & pronus ad malum, & tamen audent dicere, non esse peccatum in opere bono, quasi difficultas, quæ impedit hilarem & liberam legis dilectionem non officiat, quo minus legi dei satisfiat, quæ nō nisi puro & libero amore impletur. Psal. j. In lege domini uoluntas eius. & .j. Timoth. j. Finis legis charitas. Ita de Christo psal. xliij. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Concludit ergo Paulus, igitur mente seruio lege dei, carne autem legi peccati. Quid expressius dici potest, idem seruus, eadē seruitute, legi dei & legi peccati seruit? Adhuc negas peccatū esse, seruire legi peccati? Eadem fronte neges, bonum esse seruire legi dei. Est ergo omne opus bonum uitiosum cuiuscūq̄ hominis in hac uita, propter seruitutem peccati, qua tenetur captiuus in carne, ut legi dei semper debitor & peccator maneat hoc uno saluus, quod cum apostolo clamat: Infelix homo ego, quis me liberabit de morte corporis huius? Quinto eadem eiusdem sententia est Gal. v. Caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem: hæc em̄ sibi inuicem aduersantur, ut non ea quæ uultis faciatis. An etiam hic nō satis apertus est Paulus? Concupiscere aduersus spiritum, peccatum est, & cōtra legem dei. At hęc duo manent, q̄ diu caro manet, ita non faciunt quod uolunt. Volunt legem dei seruare, ne concupiscant aliquid contra legem dei, sed non faciunt, nec implent hoc uelle, ideo manent peccatores, & non unum saltem opus faciunt, in quo nihil sit debiti, aut defectus a lege. Hic uero obstrepunt, d. hic defectus proprie peccatum non est, ideo tenendus est usus loquendi, & loquendum ut multi. Respondeo: Tuus usus est pernicios⁹, qui a loquendi usu recessit, qui in sacris literis est, cuius theologos oportet esse constantissimos obseruatores, Paulus dicit, quod seruit legi peccati, & contra legem agat. At peccatum magis proprie dici non potest, q̄ id quod contra legem est, & legi peccati seruit, ualeat ergo tuus loquēdi abusus. Sed de hoc infra in peccato ueniali. Igitur tantū est ibi peccati, quātū uoluntatis, difficultatis, repugnātiæ. Et tm̄ ibi meriti, quātū uolūtatis, libertatis, hilaritatis. Mixta sunt hæc duo in om̄i uita & ope nostro. Non em̄ sine carne sumus, nec sine ea opamur. At qualis est caro, talia

Paul⁹ seruit legi peccati.

Caro concupiscit aduersus spiritum.

Vsus loquendi scholasticorū pnicios⁹.

operatur

operaꝛ. Quod si sit tota uoluntas, iam est peccatū ibi mortale & auersio. Tota autem uoluntas in hac uita nō est, ideo semper peccamus, dum bene facimus licet quandoq; minus, quādoq; magis, secundum quod caro minus fuerit importuna cum suis immundis desyderijs.

Hæc ergo est causa, quare non sit iustus in terra qui faciat bene, & non peccet: Est autem talis iustus solum in cœlo. Cum autem homo sine ista uoluntate non sit, nec sine ea opereꝛ, per hoc, nec sine peccato in opere bono erit. Quomodo eꝫ sine ea operari potest, qui sine ea uiuere & esse nō potest? Quare iustus est uelut instrumentū corrosum rubigine, quod deus suscepit expoliendū quod ubi corrosum est, male secat, donec perfecte sit expolitum.

Samaritanꝰ ligaꝛ, sed nō continuo sanatur.

Sexto, ad hoc ualet illa parabola (Lucæ. x.) Samaritani, qui semiuiuū hominem infuso uulneribus oleo & uino, alligauit quidem uulnera, sed nunquid mox sanauit? non. sed curam eius cōmisit stabulario, donec rediret. Itaq; ecclesia stabulum est, in quo accepta gratia baptismi, quotidie curamur a peccatis, Et opera nostra talia sunt, qualia eorum, qui incipiunt sanari, sanati autē nondum sunt: quæ patet, quod sint partim egra, partim sana, multum ab his distantia, quæ sani perfecte faciunt. Inde Christus Matth. vij. apostolos plane malos appellat, dicens: Vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris. Si autē sunt mali, iam stabit eiusdē domini sentētia: Arbor mala nō potest fructus bonos facere, & tantū faciunt bonos, quantū sunt arbor bona, & econtra. Quod autem hæc intelligentia, aut usus loquendi apud theologos perijt, in causa est, quod relictis sacris literis, cœperūt de his rebus diuinis humano (id est facilioꝛe, ut ipsi putant) modo loqui, & sic paulatim amiserūt, & sensum scripturę, cuius uerba tanq; uasa reliquerūt simul: quod cū in baptismo remitti omnia peccata scirent, statim intulerunt, nullum ibi relinqui peccatū: Ideo fomitem non peccatum, sed infirmitatē, cōtra expressum textum apostoli appellantes, cum peccatū remittatur ibi, nō ut non sit, sed ut non imputetur (ut b. Augu. ait) Est ergo peccatū ibi uerissime, nisi quod nō imputatur, eo quod cœptum est expelli: Ideo reatus quidē solutus est, ipsum autē manet, donec & ipsum expellatur Sumus enim in phase, id est, trāsitu de peccato ad gratiam. Quod si cesses illud expellere, ac pro non peccato habeas, iam pactum nō seruas baptismi, & redit reatus eius. pactus enim es, te peccatū expugnaturū, ac diabolo pompisq; eius reluctaturum. quod cum de peccatis extra te positis intelligis, & tuum peccatum intus nullum esse putas, nec recte baptismi sacramētum intelligis, nec accipis. Nihil ergo differt peccatum fomitis a quolibet crimine post uel ante baptismum, cum sit æque contra legem dei, sicut quodlibet aliud, nisi quod non imputatur.

Scholastici amiserūt sensū scripturæ.

In baptismo pacisimur peccata expugnare.

Quare quid alij in theologia scholastica didicerint ipsi uiderint: Ego scio & confiteor, me aliud nihil didicisse, q̄ ignorantiam, peccati, iustitiæ, baptismi, & totius Christianæ uitæ, nec quid uirtus dei, opus dei, gratia dei, iustitia dei, fides, spes, charitas sit. Breuiter non solum nihil didici (quod ferendum erat) sed non nisi dediscenda didici, omnino contraria diuinis literis Miror autem, si alij felicius didicerint. Qui si aliqui sint, candide eis gratulor. Ego Christum amiseram illic, nunc in Paulo reperi.

Quid Lutherus ex scholastica theolog. didicit.

Septimo, huc parabola Matth. xiij. pertinet: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum. Satum genus mensuræ est Hæbraicum, modium & dimidiū continens, autore Hieronymo. Quæ autem sint tria sata ista farinæ, modo non est locus dicere. Sat nunc est farinam esse nos homines, fermentum

Nos farina gratia dei fermentum.

tum abſconditum: Chriſtum, gratiam nobis largitam in ſpiritu fidei. Sed ſicut fermentum no ſubito fermentat conſperſionem totam, ita gratia infuſa, non mox diffunditur per totum corpus, ſed paulatim totum hominem fermentat, ſibiq; ſimilem reddit. Quare peccatum ibi reliquum eſt, ſed quia cœptum expurgari, non imputatur expurgatori: hoc eſt enim in baptiſmo omnia peccata remitti, nō imputari ſcilicet, non autem penitus euacuari.

Formale peccati nō tolliē

Error ergo eſt, & humana ſunt cōmenta, quod peccatū, quo ad formale ſuū tollitur: formale autem appellant, priuationē gratię, materiale ipſum fomitem uel habitum. Reatus tantū tollitur: formale autē tm manet, quantū materiale: hoc eſt, priuatio gratiæ tanta ibi eſt, quanta eſt cōcupiſcentia reliqua. Oportet em̄ in locū concupiſcētiæ ſuccedere charitatē, quæ nō eſt, ubi cōcupiſcētia eſt: Cauſa erroris eſt, quod ſubiectum gratiæ dant ſolam animā, eiuſq; nobiliorē

Totus hō eſt ſpūs, & tot⁹ homo caro.

partem. Deinde quod carnē & ſpiritum diſtinguūt metaphyſice, tāq; duas ſubſtantias, cum totus homo ſit ſpiritus & caro: tantū ſpūs, quantū diligit legē dei tantū caro, quantū odit legē dei: Sic ſanitas & morbus iuxta ſunt in eodem corpore, aut eodem loco carnis. Ideo enim iuxta Salomonē, Nemo gloriari poteſt ſe habere mundum cor, quia caro, id eſt, affectus carnis & concupiſcentia quæ eſt fermentū uetus nequitiæ, totum hominē corrupit. Iuxta Genē. vij. Nō permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt, inquit, non carnem habet quia toto affectu cordis carnem ſapit. Quare fermentum nouum, quę eſt charitas, rurſum miſcetur huic fermēto ueteri, ut ipſum e toto homine eiiciat, primū de corde, deinde de toto corpore & omnibus membris.

Octauo, Illud prævalidū in pſal. clxij. Nō intres in iudicium cum ſeruo tuo

Nō iuſtificaē in conſpectu domini oīs uiuens.

quia non iuſtificabiē in cōſpectu tuo omnis uiuens. Hic quæro, an ille iuſtus quē fingunt. cū in ipſo pulcherrimo merito iam actualiter fuerit, etiā ſit numerandus inter eos qui uiuunt, cū pſal. omnis uiuens uniuerſaliter dixerit? Si inter eos numeraē, nō iuſtificabiē corā iudicio dei, ut hic dicit. Cur hoc quæſo? ſi ſine peccato eſt in ope bono, nō poteſt damnari a deo, qui iuſtitia eſt ipſa, nihil magis amans q̄ iuſtitiam, nec timendū quod iuſtus iudex, iuſtitiam damnet. Si autem damnaē, iam ſine peccato non eſt, & cōtra legem dei inueniē egiſſe. Non enim damnatur, niſi qui legi dei non ſatiſſecit.

Quod ſi is nō iuſtificabiē in iudicio dei, qui ſeruus dei eſt, nec oēs uiuētes inter quos neceſſe eſt ſanctiſſimos aliq̄t eſſe, ſi eccleſiā ſanctā, ſanctoq; cōmunionē in terris uiuere credimus, qui tamē legē implent, qualis putas furor eſt

Lex non pōt impleri naturalibus uiribus.

eorū, qui citra gratiā & extra eccleſiā inſaniūt, legē poſſe impleri ex naturalibꝰ uiribus, quo ad totā ſubſtantiā facti, licet non ad intentionē p̄cipiētis? Ad hoc ut iterū ad articulū Huſſiticū Conſtantiæ damnatū redeam, quantus error eſt, Actum neutrū & non malum inueniri dicere, quando actus iuſtorū nō eſt iuſtificabilis corā deo? Quibus recte illud Hiere. dici poteſt: Ecce quibus iudiciū nō erat, ut biberent, bibentes bibent. Et tu innocens eris? Nō eris innocēs.

Et. j. Pe. iiij. Si iuſtus uix ſaluabitur, peccator & impius ubi parebūt? Et ui de monſtra quæ hinc ſequuntur.

Impio extra gratiam, in ſuo opere bono tribuunt nec ueniale peccatum, ſed ſolummodo nō meritorium, cum hic iuſto in opere bono tribuatur a deo peccatū, ut ſi iudicio dei iſtatur, nō poſſit iuſtificari, (hoc eſt mortale & dānabile) quāto ergo magis impij opa bona ſunt dānabilia & mortalia, nequaq; neutralia ſeu media. Et adhuc glorianē theologiā ſcholaſticā, nō eſſe cōtra theologiā ſacram, cū hac rōne melior eſſet cōdicio pctōris q̄ iuſti, ubi ille nō peccaret, in

quo

quo iustus peccaret. Hinc iam uidemus unde fluant sanctorũ patrũ sententiæ.

Augu. lib. ix. Confess. Ve hominum uitæ quantumcũq; laudabili si remota misericordia iudicetur. Quid hic quęso sequitur? Nonne omne peccatum esse omnino mortale ex natura sua, sola autem misericordia dei ueniale? Nec mirũ sane, quia omne peccatum est contra legem dei: At cõtra legẽ dei esse iam grauissimũ est quãtum in ipso est. Necesse est enim perpetuo separari a deo, qcqd quomodocũq; cõtra legẽ dei est, cũ nihil inqnatũ intraturꝝ sit in regnũ cœloꝝ. Omne pctm̃ ex natura sua mortale.

Deinde cum nec apex sit præteriturus a lege, qui non fiat, necesse est nec ueniale quidem peccatũ remanere. Eloquia enim domini casta, argentum igne probatum, purgatum septuplum. Ita purum esse oportebit & hominẽ, alioquin saluus non erit, quia apex unus non præteribit.

Quo circa grauis error est iterum theologorum, peccatum ueniale penitus nihil curantium, & garrientiũ, quod ueniale peccatum, deum nõ offendit, aut solũ uenialiter offendit. Si tam leuis offensio, cur iustus uix saluus erit? cur non sustinet iudicium dei, & iustificari iustus non potest? cur tam serio & non uenialiter, nec improprie orare cogimur: Dimitte nobis debita nostra: Et fiat uoluntas tua: Adueniat regnum tuum: Sanctificetur nomen? Nõne apparet hos theologistas, primũ extinguere timorem dei in hominibus: deinde puluillos, & ceruicalia sub manibus & capitibus eoꝝ ponere, ut Ezechiel dicit, ac orationes eorum remittere & spiritũ extinguere? Non est res leuis momenti (dicant quid uelint) legi & uoluntati diuinæ, uel uno pilo dissentire: nec res est leuis, misericordia diuina, quæ ueniale ignoscit, ita illi legem & uoluntatem, ac misericordiam diuinam, pene pro ignauia habent, ne ferueat oratio, neue ardeat gratitudo iustorum. Attendamus ergo a fermento isto pharisaico. Veniale peccatũ nõ leue censendum.

His interim satis factum est, Eccianam secundã ꝓpositionem esse & erroneam & impiam, quãdo negat iustum in omni opere bono peccare. Aut iustum peccare mortaliter (si iudiciũ diuinũ spectes) Aut peccatũ in baptisato remanere. Hæc em̃ humanis somnijs cõcepit, qui in sacris literis, quid peccatum, aut opus bonũ sit, nec legit nec intellexit. Iterum August. lib. j. retract. xxix. ubi quęsiuisset an mãdata dei fuissent ab apostolis impleta om̃ia: dicit omnia, mandata implent̃, quando quicquid nõ impletur, ignoscit̃: quia in eisdẽ mandatis est & illud, quod tota eccl'ia usq; ad finẽ mundi orat: Dimitte nobis debita nostra. Vides quod mãdata nõ opantibus homĩbus, sed ignoscẽte deo implent̃ Quid autẽ ignoscit̃ in operibus mandatorũ, nisi peccatũ? At nõ leuis est ignoscentia, quã diuina maiestas donat. Desinãt ergo ueniale peccatũ leue facere, ad cuius remissionem, non homo, non angelus, sed misericordia æternæ maiestatis necessaria est. Deinde non leue mandatum est, quod eadem maiestas, iussit orare (ut Augu. hic dicit.) Dimittenobis debita nostra. Diuina maiestas ueniale peccatũ tanti facit, ut pro eo delendo, præceptũ statuat orandæ misericordiæ suæ, & homo sibi securitatem in illo fingit? Ve illi per quem tantũ scandalũ uenit. Iterũ, idem Aug. Epist. xxix. ad beatum Hiero. de uirtutibus disputans, d. Et ut generaliter breuiterq; complectar quam de uirtute habeam notionem, quod ad recte uiuendum attinet. Virtus est charitas, qua id quod diligendum est diligitur. Hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est. Plenissima uero, quę non possit augeri, q̃diu hic uiuit homo, est in nemine: q̃diu autem augeri potest, profecto id quod minus est q̃ debet, ex uitio est. Ex quo uitio, non est iustus in terra, qui bene faciat & non peccet. Ex quo uitio, nõ iustificabit̃ in cõspectu dei oĩs uiuẽs, ꝓpt̃ q̃d uitiũ, si dixerimus, qa pctm̃ nõ habemus Ecciana secũda ꝓpositio falsa. Mãdata dei ignoscente deo implent̃ Virtus quid.

bemus, nosipsos seducimus, propter quod etiam quantumlibet profecerimus necessarium habemus dicere: Dimitte nobis debita nostra, cum iam omnia in baptismo, dicta, facta, cogitata dimissa sint.

Hæc clarissimi patris clarissima sententia, nonne prædicta omnia cõfirmat, quod defectu charitatis reliquam nimirum concupiscentiam, causam facit peccati in quolibet opere bono? D. Hierony. lib. ij. contra Pelagia. tractans illud psal. xxxj. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei: Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Si sanctus est, inquit, quomodo orat pro impietate? si iniquitatem habet, qua ratione sanctus appellat? Tandem plurima scripturæ testimonia, præsertim Iob adducens, concludit: Ecce Iob noster immaculatus & sine querela, & abstinẽs ab omni malo, quali fine iustitiæ coronatur, ut misericordia dei indigeat. Idem lib. j. Tunc iusti sumus, quando nos peccatores fatemur: & iustitia nostra non ex proprio, sed ex dei consistit misericordia: quare miserentis est & ignoscentis dei, non uolentis, nec currentis hominis. Addamus Grego. in moralibus, primo super illud Iob. ix. Non iustificabitur homo compositus deo, sanctus inquit uir: quia omne meritũ uirtutis nostræ uitium esse conspicit, si ab interno arbitrio districte iudicetur, ideo recte subiungit, si uoluerit contendere cum eo, non poterit unum respondere pro mille.

Sanctus orat pro impietate sua.

Secundo ibidem super illud: Si repente interroget, quis respõdebit ei? quia (inquit) si remota pietate discutitur, in eo examine etiã iustorũ uita succumbit

Tertio ibidem super illud: Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor, ut enim (inquit) sæpe diximus. Omnis humana iustitia, iniustitia esse conuincitur, si districte iudicetur, prece ergo post iustitiã indiget, ut quæ succũbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate cõualescat

Omis humana iustitia, iniustitia esse cõuincitur.

Quarto ibidẽ, Verebar omnia opera mea, sciens quia nõ parcis delinquẽti. Ecce uir sanctus in operibus omnibus nõ malis (quæ non faciebat sanctus, ut testat̃ domin⁹ de eo in principio libri) timet, & deliquisse se sentit, ac minus fecisse. Ibi Grego. dicit, quæ aperte egerim uideo, sed quid intus latenter pertulerim, ignoro.

Quinto ibidem, si fulserint uelut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus tinges me &c. Grego. Quia quotũscũq; pœna corruptionis astringimur, quantumlibet rectis operibus, ueram munditiam nequaq; apprehendimus, sed imitamur. Et infra quamuis per studia recte operationis exercear, in tua tamẽ nostitia uideo, quia mundus non sum. Et in fine moralium: Quis inter ista remanet salutis locus, quando & mala nostra pura mala sunt, & bona nostra, quæ nos habere credimus, pura bona esse nequaq; possunt. Vides ergo, omne opus bonum esse partim malum, etiam in tantis uiris, immo quod amplius est & mirabile, quomodo potest utrunq; uerum esse, quod Iob sese confitetur peccatorem per totum librum, quẽ deus in principio eximie laudat & iustum pronunciat? Nec enim deus mentitur, nec Iob mentitur, quẽ non mentiens deus, utiq; de ueritate laudat. Est ergo uerissime peccator Iob, sicut uere confiteẽ, est etiam uerissime iustus, sicut deus eum cõmendat, quomodo hæc cõueniẽt? nisi quod reuera peccator fuit, sed sola dei ignoscentis misericordia iustus.

Omne opus bonũ est partim malum.

Dicunt autem hic quidã, uerum quidem est. Nullus est iustus si cum dei iudicio comparetur, immo inquiunt, sic nec angeli iusti sunt. Respondeo, hoc ultimum blasphemum est, quia deus mirabilis est in beatis (ut apostolus ait) nec eorum iustitia, nostræ iustitiæ modo pensanda est. Sunt enim plene & pure iusti,

re iusti, etiam dei iudicio: uerum nos, quia in peccato nati, & peccatū uelut naturam induti, sine peccato non sumus, donec similes angelis erimus. Sancti in coelo sunt plene & pure iusti

Primum autem pro me facit, nam ideo dixi, nullum esse peccatū natura sua ueniale, sed omnia damnabilia, ꝙ autem uenialia sunt, dei gratiæ (quæ magni pendenda est) tribuendum est, ideo ne paruipendatur diuinæ maiestatis misericordia, necesse est uenialia peccata maximi facere.

Rationem etiam addemus dictorum.

Necesse est hoc mandatum impleri, Diliges dominum deum tuum ex toto corde, ex tota anima tua, ex totis uiribus, ita ut nec Iota nec apex prætereatur. At cum ex apostolo Rom. vij. probauerimus peccatum & concupiscentiam in membris repugnare legi dei, clarū est, ꝙ nec ex toto corde, nec ex tota anima, nec ex totis uiribus diligere ullus possit, ubi ēm concupiscentia in corde, in anima, in uiribus est, ibi non totum cor, non tota anima, non totæ uires diligunt, ac per hoc tantū peccant, quantū ibi reliqua est concupiscentia, seu peccatum, atꝙ sic deus hoc præcepto oēs sub peccato tenet cōclusos, ut omniū misereat. Nemo potest hic deum diligere ex toto corde.

Verum inuenerunt hic glossam, qua in mille annis uix data est pestilentior, scilicet, ꝙ deus nō requirit perfectam impletionem huius & similium legum, cum Christus clare dicat, nec Iota nec apicem a lege prætereunda, Ideo timendum est istos doctores esse inter eos, quos describit Christus d. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & sic docuerit homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Non ergo dicendū est, deus non requirit perfectum mādatum, hoc enim est mutare mandatum dei, sed ignoscit quod minus facimus. Non autē ignoscit stertentibus, sed operantibus, timētibus, & cum Iob dicentibus, Verebar oīa opera mea, sciens quoniā non parcis delinquēti, illi uero docent, ꝙ parcat delinquenti, dum dicunt non requirit. Caue ergo ne putes a te non requiri totum mandatum, ne forte ignores te quantū debeas deo, ac per hoc superbias ac tepidus fias, gratiam eius fastidiens, ad quā te ꝙ maxime urgere uoluit mandato tibi impossibili. Glossa pernitiosa. Quib⁹ deus ignoscit.

In fine iterum induco orationem dominicam, quę sola plus & melius erudit animam de lib. arb. gratia, & peccato, ꝙ omnes recentiorum theologorū libri & argutiæ disputationum.

Qui ergo orat, Sanctificetur nomen tuum, petit sine dubio quod nō habet, non enim fictis uerbis apud deum ludere licet. Si non habet, ergo pollutor nominis dei. At nomen dei nō sanctificare, sed polluere, leue existimamus? Oēs pollumus nomen dei.

Ita qui orat regnū dei aduenire, quod est iustitia & pax & intra nos (ut Christus & Paulus docent.) Nonne confitetur se iniustum & iustitia indigentem? At hæc orant, non nisi filij dei iusti & sancti.

Ita qui dicit, Fiat uoluntas tua. Nōne rebellem se deo esse confitetur? An nō est peccatum dei uoluntatem non fieri? Vbi nunc liberum arbitrium? An nō hic de se desperat, ad solam gratiam confugit, non nisi peccatum sibi tribuit, & impossibilia mandata dei sibi esse confitetur? Vbi hic est facere, quod est in se, quando iusti orant, & peccatores sese tot modis cōfitentur? Ita in omni ore hęc oratio uoluitur. Et adhuc theologi liberum arbitrium, peccatum, gratiam, tot studijs & quæstionibus non inuenerunt, quid faciant aut possint. Recte ergo dixi, oportere hominem, de suis operibus diffidere, & remissis manibus & pedibus, gratiam uelut paralitico operum artificem implorare, licet hanc sententiam Eccius cū factiosis suis in singulare suæ insciti argumentū damnauerit. Contra liberū arbitriū. Diffidendū de proprijs operibus.

Faceſſant ergo nugæ & argumenta humana, qua dicũt, unus & idem actus non poteſt eſſe acceptatus & deacceptatus, quia eſſet bonus & non bonus.

Hoc enim ſubtilitatis Scoticæ induco, ut oſtendam q̃ longe abſint a uerita/te, dum res iſtas diuinas humanis ratiunculis incipiunt metiri. Nam niſi ſcri/pturæ ueritatem ignorarent, iſta non dicerent. Et ſi recte intelligerent materi/am gratiæ, peccati, & lib. arbitrij, non iſtas cauillationes, pro bonis rationibus ducerent.

Idẽ actus ac/ceptatus & nõ deaccep/tatus.

Dico ergo, Idem actus eſt acceptatus & non deacceptatus, quod autem non deacceptatur (oportet enim eorum uerbis uti) non eſt bonitas actus in cauſa, ſed ignoſcentia diuina, quæ niſi eſſet, nullus eſſet acceptatus. Quare ſatis pa/tet, quod ſunt ignari diuinæ miſericordiæ, ac per hoc & Chriſti, dum opus bo/num inueniunt acceptatione dignum, ſine miſericordia ignoſcente.

Dicerent rurſus, Cur ergo .j. Ioan. v dicit: Qui natus eſt ex deo, non peccat

Qui eſt filius dei ũ peccat.

Reſpondeo, Impoſſibile eſt, ut peccet filius dei quicunq;. Verum tamen iuxta eſt, quod peccat, ſed quia ignoſcitur ei, ideo uere etiam peccans non peccat, ni/ſi Paulus non fuit natus ex deo. Rhoma. vij. ubi ſeruire ſe dicit legi peccati, aut ipſe Ioannes mentitus eſt contra ſeipſum, ubi dicit: Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Sequitur ex/poſitio & concordia quam dedi. Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fi/delis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra. Sic confitentibus remittit & facit, ut peccatores non ſint peccatores. Negantibus autem reſeruat & facit

Diffinitio iu/ſti.

ut iuſti non ſint iuſti. Proinde diffinitio iuſti in hac uita eſt hæc. Iuſtus primo accuſator eſt ſui. Ideo iuſtitia Chriſtiana eſt accuſatio ſui. q̃cito perit accuſatio ſui, ſtatim recedit quoq; iuſtitia. hos confeſſores Chriſtus geſtat in triumpho ſuo, Ieſus Naçarenus Rex Iudæorum, id eſt, confeſſorum, hoc eſt uerbum bo/num & ſuaue, quod Apoſtolus .j. Timoth. j. iucundiſſime reſonat, fidelis ſer/mo, & omni acceptione dignus, quia Ieſus Chriſtus uenit in hunc mundũ pec/catores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.

Igitur ſtat mea ſecunda propoſito, & claret quomodo peccatum remaneat poſt baptiſmum, & in omni opere bono ſit peccatum (ſi miſericordia non ſuc/currerit) mortale, & nullũ eſſe natura ſua ueniale. Quare iterum ſtabilitur, q̃

Determiatio cõcilij Con/ſtañ. .i. Tho/miſtarum.

multo magis actus impiorũ, ſunt mere mali, & ſic omnis actus aut bonus aut malus contra determinationem concilij Conſtantieñ. id eſt Thomiſtarũ, quos ibi regnaſſe apparet.

Ex his etiam infertur, lib. arbitrium eſſe mere paſſiuum in oĩ actu ſuo, qui uelle uocatur, & fruſtra garriri diſtinctionẽ ſophiſtarum actũ bonũ eſſe totũ a deo, ſed non totaliter. Eſt enim totus & totaliter a deo, quia uoluntas, gratia non niſi rapitur, trahitur, mouetur, qui tractus redundans in membra, & uires ſeu animæ, ſeu corporis, eſt eius actiuitas, & nulla alia, ſicut tractus ſerræ ſecan/tis lignum, eſt ſerræ mere paſſiuus a ſectore, nec ad tractum ſuum quicquam cooperatur, ſed tamen tracta iam in lignum operatiũ, impulſa magis q̃ impel/lens, quæ ſerratio opus eius cum ſerratore dicitur, cũ tamen mere patiatur, ſed de hoc ſuo tempore latius.

Conclu.

CONCLV. III.

QVI OPVS BONVM AVT POENITENTIAM, A PECcatorum deteſtatione ante dilectionem iuſtitiæ incipi, nec in eo peccari aſſerit, hunc inter Pelagianos hæreticos numeramus, ſed & contra ſacrum ſuum Ariſtotelem deſipere probamus.

Iſta concluſio ex præcedentibus firmiter probatur. Si enim uerum eſt, adeo nullum opus bonum ante gratiam fieri poſſe, ut nec in gratia pure bonum fiat. Pœnitentia autem, bonum opus nimirum ſit, neceſſe eſt eam gratiam præueniente inchoari. De pœnitentia enim ſalutari loquimur, non de pœnitentia ludæ aut damnatorum.

Eſt ergo expreſſe hæreſis Pelagiana dicere, pœnitẽtiam ante dilectionem iuſtitiæ incipi. Dilectio autem iuſtitię, gratia dei eſt, non natura. Verum ut Eccianæ propoſitionis impietatem manifeſtius uideamus, rem paulo altius incipiamus. Dilectio iuſtitiæ eſt gratia dei.

Docui ego in reſolutionibus & ſermone de pœnitentia, peccatorum recordationem ante amorem iuſtitiæ nemini eſſe ſalutarem, ſed noxiam, ideo primum conandum, ut iuſtitia diligatur, tum amore iuſtitiæ peccata deteſtentur. Quam doctrinam, Ecciana moleſtia, non hæreticam quidem nominauit, ſed euangelio & ſanctis patribus contrariam aſſeruit. Ideo magnifico titulo ſuis propoſitionibus præfixo, contra nouam doctrinam (eadem modeſtia,) ſe diſputaturum ebuccinauit.

Age Paulum apoſtolum uideamus, qui Rom. iiij. dicit, lex iram operatur, ubi enim non eſt lex nec preuaricatio. Et. v. lex ſubintrauit, ut abundaret delictum Et Gal. iij. Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt. Et. j. Corin. xv. Virtus peccati lex. Quibus omnibus id uult apoſtolus, q̃ per legẽ peccata potius augentur q̃ tolluntur, & concupiſcentia magis irritetur, quo magis prohibetur: ſed omniũ manifeſtiſſime Ro. vij. occaſione accepta, peccatum per mandatum, operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Stat ergo ſententia, Q̃ ſine gratia, lex occidit & auget peccatum, & ſi foris cohibet manum, tamen intus eo magis inuitũ accendit animum. Cum ergo peccator ante gratiam iuſſus peccata ſua diſcutere neceſſario legis dei memor ſit, contra quam peccauit, neceſſe eſt, ut concupiſcẽtias refricet, & legem odiat, quam ſola gratia diligere facit. Ita fit, ut hypocrita fiat & peior q̃ prius, dum ſimulat ſe odiſſe peccata, quæ uere, nec odit nec odiſſe poteſt, niſi legem prius dilexerit, immo plus iam diligat peccata q̃ prius, atque idipſum ſi auderet, ſine dubio fateretur & ipſe. Quare iſtis peſtilentibus & hæreticis doctrinis, repletur eccleſia hypocritis, dũ raro de dilectione iuſtitiæ, ſemp autem de odio peccati docent, nec quomodo ad odium peccati perueniatur, aut ſciunt, aut docent. Per legẽ peccata augent.

Et quid moror? Cum ipſe Eccius meus concedat, lib. arbi. ante gratiam non uelere niſi ad peccandum, qua inſania dicere audet in iſta Pelagiana propoſitione q̃ non modo non peccet, ſed ſecundum euangelium, & ſecundum patres agat, qui pœnitentiam a deteſtatione peccati incipiat, hoc eſt, a peccando pœnitere incipiat, cum ante gratiam, non niſi peccare detur in homine. Deinde etiam ſcholaſticorum ſententia eſt, contritionem fieri oportere in charitate, ergo charitas Contritio fit in charitate etiã ſecundũ ſcholaſticos.

ritas prior contritione. At charitas amor est legis, & uoluntatis diuinę. Q; si & ipse suam propositionem intelligit de peccatorum detestatione ex charitate fluente, Quæ est ergo impudentia & temeritas, hoc appellare doctrinam nouam, & contrariam euangelio & sanctis patribus? quare dico: Si propositiõem suam meæ uult esse contrariam, hæreticam, Pelagianam tenet sententiam: si consonam, temere & stulte eam nouam doctrinam, & contra euãgelium esse iactitat.

Deinde nec Aristotelem suum intelligit, qui & ipse, licet cæcus gentilis, acutius tamen Eccio meo uidit, omnem actum uirtutis ab electione libera & uolũtate ac amore proficisci, atq; priuationem nec noscí nec odiri posse, nisi cognita & amata re positiua, peccatum autem priuationem esse omnes dicunt, iustitiã autem rem positiuam.

CONCLV. IIII.

DEVS MVTAT POENAM AETERNAM IN TEMPOralem, scilicet crucis portandæ, cuius canones, aut sacerdotes, nec statuendæ, nec auferendæ habent ullam potestatem, quãquã id, ab adulatoribus noxijs seducti, præsumere possunt.

Eccius habet aliam ecclesiam & aliam scripturam.

Huius ꝓpositionis nullam adhuc confutationem audiui, nisi q; in contraria Eccij conclusione, dicitur hoc esse repugnas scripturę & usui ecclesiæ, uerum an aliam ille scripturam & ecclesiam habeat, ignoro, forte ecclesiam malignantiũ, & eius abusum intelligit, & scripturam, bullas & literas eorum.

Mihi sufficit, q; ecclesia in his quæ deus uult & facit, prorsus nihil possit, præter orationem. claues habet, quibus utitur in terris. Nec uideo quomodo ligare aut soluere possit, cuius prorsus nullam potest habere notitiam, cum usui clauiũ necessaria alteratur scientia. De ijs abunde in resolutiõibus meis, quas ubi confutatas uidero, cedam.

CONCLV. V.

QVILIBET SACERDOS DEBET ABSOLVERE POEnitentem a pœna & culpa, aut peccat, æque peccat, superior prælatus si occulta sine causa reseruat rationabilissima, quantumlibet usus ecclesię id est, adulatorium resistit.

Non quod fit sed quod fieri debet aduertendum.

Et hanc usui sanctæ matris ecclesiæ aduersam Ecciana arguit propositio. Ego uero, nõ quid fiat, sed quid fieri debeat, disputo, quod autem sacerdotes restringuntur per episcopos, & episcopi per Papã, quo minus id possunt, quod debẽt quo iure id fiat, fateor me ignorare: usum uideo, ius quæro, ius inq; diuinum. Nã humanum & usum pro eodem accipio. Cum enim presbyteri & episcopi iure diuino sint idem, & olim idem fuerint, dum populorum curam haberent, prędicando, & ministrando, non uideo, quo iure episcopi relicto officio presbyteris, ius tamen presbyterorum secum ascendẽtes sustulerunt.

Iuramẽtũ episcopi faciunt pro pallijs.

Multa sunt & alia in iure & usu ecclesiæ, quæ non capio, quomodo fieri potuerũt: Quale est iuramẽtũ episcoporũ, quod pro pallijs præstare coguntur, & immerã seruitutẽ iniq;ssime Romæ capiuntur. Qualis est mensis papalis & gratiæ expectatiuæ. Quales reseruatiões casuũ, & infinita his similia. Quæ fiunt quidẽ sed contraria fieri debent.

Conclu

CONCLV. VI.

FORTE SATISFACIVNT ANIMAE IN PVRGATORIO pro peccatis, sed quod deus a morituro plusquã uoluntariã mortem requirat, uanissima temeritate asseritur, quia nulli modis potest probari.

Et hanc nemo adhuc tetigit, & abũde satis de his rebus alibi scripsi, nec multum nocet, q̃ Ecciana propositio, erroneum dicit, quicquid hęc mea propositio statuit, quia multi multa loquuntur, ne ergo eadem repetam, illuc remitto ubi dixi.

CONCLV. VII.

NEQVE QVID FIDES, NEQVE QVID CONTRITIO neq̃ quid liberum arbitrium sit, ostendit se nosse. Qui liberum arbitriũ actuũ suorũ, siue bonorũ siue malorũ, dñm esse balbutit, aut non sola fide uerbi quem iustificari, aut fidẽ non tolli, quolibet crimine somniat.

Tres errores Eccianos hic signaui.

Primus, q̃ liberum arbitrium sit dominus actuum suorum, q̃od una solius Apostoli autoritas satis confutat, Ro. vj. Fuistis serui peccati, liberati autẽ a peccato, serui facti estis iustitiæ. Ita in quocunq̃ uitæ statu sumus, serui sumus, seu concupiscentiæ, seu charitatis, utraq̃ em̃ dominabitur lib. arbitrio, sic Christus Ioan. viij. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Ita & Petrus. ij Pe. ij. a quo em̃ quis superatus est, huius & seruus est. Lib. ar. nõ est dñs suorum actuũ.

Si dices, Est tamen aliquo uerum sensu, li. arb. esse dominum, non excludẽdo gratiam. Respondeo, siue sit sensus siue non, theologum decet loqui ad usum theologiæ & sacræ scripturæ. Et cum in suas repertas loquendi regulas cogant omnes Christianos, cur tam liberi sunt comtemptores, regulæ diuinæ? Fateor liberum arbi. posse dici dominum, principem, episcopũ, regem, & alia quæcũq̃ sed hæc periculo gratiæ dei, & scripturæ intelligendæ dicuntur, quæ seruitutis uocabulo nos signat, & qui aliter lib. arbi. intelligit, non intelligit.

Alter error, magis noxius, & qui euidenter indicet, Eccium meum nescire, quid fides sit, dum negat per eam solam iustificari hominem, sed nec quid sit iustificari intelligit. Eccius nescit quid sit fides

Dicimus ergo cum Paulo, Ro. j. Iustitia dei reuelatur in illo ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus ex fide uiuet. An Apostolus ab Eccianis docẽdus fuit, ut glossam illam mirabilem adderet, sed non ex sola fide? Item Ro. x. Corde creditur ad iustitiam uide, ut hic soli fidei tribũat iustitiã, adeo ut solum cor nominet, cæteris membris quæ operentur, tacitis. Ore inquit, confessio fit ad salutẽ sed ubi iam iustificatus est per fidem.

Dicam ergo, ut nugas istas insulsas sophistarum præteream, Nulla opera iustificant, seu iustum faciunt, sed sola fides: iustificatus autem facit opera: sic enim habet sensus scripturæ, ut iustificatio sit prior operibus, & opera fiant a iustificatis. Non enim, ut errat Aristoteles, iusta faciendo, iusti efficimur, sed iusti facti, operamur iusta, sicut non fit episcopus, opera episcopi faciendo, se episco- Opera nõ iustificant.

pus factus facit opera episcopi. Sic non opera fidei, faciunt fidem: sed fides facit opera fidei. Sic non opera gratiæ, faciunt gratiam: sed gratia facit opera gratiæ. Inde est, quod deus respicit primum ad Abel (in quo sibi placet) & sic tandē ad opera. Hoc est quod uult Apostolus, ꝙ sola fide iustificamur, nō operibus, licet opera iam iustificati nō omittamus. Et inde latius audet dicere, ꝙ lex iusto non est posita: quia iam iustus ex fide, non eget lege, sed sua sponte facit opera. Hunc loquendi & intelligendi modum in operibus suis submersi, nunquā intelligunt sophistæ huiusmodi. Nam quod Ro. ij. dicit: Non auditores legis, sed factores legis iustificabuntur, loquitur quod reputantur iusti, nō quod per opera iustificentur, atq; facere legem, est implere legē, quod est credere in Christū.

Fides sine operib⁹ mortua est, quomodo intelligatur.

Quod autem Iacobi apostoli epistola inducitur, Fides sine operibus mortua est primum stilus epistolæ illius longe est infra apostolicam maiestatem, nec cum Paulino ullo modo comparandus. Deinde de fide uiua loquitur Paulus. Nam fides mortua non est fides, sed opinio. At uide theologos, hanc unam autoritatem mordicus tenent, nihil prorsus curātes, ꝙ tota alia scriptura fidem sine operibus commendet, hic enim mos eorum est una abrepta oratiuncula textus, contra totam scripturam cornua erigere. Debebant ergo hij, qui titulo theologiæ inflantur, discere primum quid esset fides, & opera iuxta scripturas, ac nō mox damnare quicquid contra suas opiniones inueteratas offendissent. Quod si populus his offenditur, suis imputent infelicibus studijs, ꝙ populū non docuerunt intelligere uerba dei, & tropos scripturæ necessarios ad salutem: Ipsi autores sunt scandalorum huiusmodi. Multo periculo prædicantur, opera præ fide, fides autem sine opere nullo periculo prædicatur, propterea ꝙ facilis est, & procliuis populus in fiduciam operum, & opera facile præponderat fidei. ubi autē pura fides recte docetur, sponte sua, & sine periculo uenient opera, dum didicerint, maiorem uim, immo totam in fide positam, quæ faciat opera. Horror est intendere, cū ignari sint etiam theologi, nedum populi in cognitiōe fidei, quā profitentur, adeo ecclesia repleta est, iactantia operum externorum, ut Christus de nostro tempore dixisse uideatur, filius hominis cum uederit, putas inueniet fidē in terra? Breuiter, Cum fides sit recta & bona opinio de deo: Opinio autem quę libet per se solam hominem trahit in opera: Non est dubitandum, quin omnia opera faciat, qui fidem habuerit. Si enim opinio & amor mulieris, nō sinit esse ociosum, sed sine lege & magistro facit plura, cū postuletur, quomodo non fides, multo magis idem præstet? Mundus regitur solis opinionibus, & sola fide nō possit regi Christianus? Denicq; quis docet sophistas theologos, tot & tāta facere, pati cogitare, uitare pro opinionibus suis? Nonne sola affectio opinionis suæ? Sed alias plura.

Populus proclivis in fiduciam operū.

Quid fides.

Tertius error impijssimus, ꝙ fidem non tolli quolibet crimine dicit, cū fides sit iustitia, crimen autē contrariū iniustitia. At scio quod mihi cōmentū de fide infusa, & acquisita obijciat, sed nunquid hoc est boni uiri nedum theologi officiū, scire alicui⁹ ppositonē esse uerā, & tn aliū sēsum quęrere, q eādē garrias esse falsam, & ita ad uocē, & uocabuli equiuocationē ueritatē calūnieris? cū exi mia uero theologia hæc est, ut hanc, Canis est aīal latrabile, oppugnes & dicas,

In sophistas.

Contra

Contra, Canis est sydus cœleste, cum scias certissime canem ab illo aliter acceptum, & abs te.

Ista sophistica & odibilis duplicitas, seu rectius multiplicitas, cui nō odiosa sit in Protheo, nedum in theologo? Verum quando Eccius titulo præfixo contra nouam doctrinam disputare se dicit, intelligo eum pro simplicitate theologica, non de alia fide loqui, & ego locutus sum, alioquin non contra meam nouam doctrinam loqueretur, & titulus mentiretur. Ideo dico, ꝙ sua hæc contraria propositio sit omnium quas uiderim unquā, hæreticissima & impiissima, ut quæ fidem solam iustificatricem, contra Paulū apostolum & euangelium Christi neget, & eam nullo crimine tolli affirmet. Deinde liberum arbitrium actuū domi num contra scripturas defendit.

CONCLV. VIII.

VERITATI ET RATIONI CONTRARIVM EST QVIdem, inuite morientes deficere in charitate, ideoq; pati horrorem purgatorij, modo ueritas & ratio sit idem, quod opinio theologistarum.

Hæc nullum adhuc habet confutatorē, & de eadē multa in resolutorijs dixi, ne sim tędio, repetere nolo.

CONCLV. IX.

ANIMAS IN PVRGATORIO ESSE CERTAS DE SAlute sua, nec gratiam in eis augeri scimus a theologistis asseri, sed miramur doctissimos uiros, quod huius fidei suæ rationem nec stulti uerisimilem reddere possunt.

Hanc multis impetijt Eccius, sed nihil effecit, cum nullus hominū scire possit quid cum animabus agatur in purgatorio. Hac ignorātiæ professione, facile eludo omnium contraria argumenta, ꝙ nullus possit docere, quod nec uidit, nec audiuit, nec in cor hominis ascendit. Opinari possimus de ijs & similibus, quātum uolumus, sed solis theologistis conuenit, ut quæ opiniones sunt, pro articulis certissimis fidei iactent. Ad argumenta uero, quorum caput est & una uirtus illud, hic omne meritum comparari, non illic. Respondi satis in resolutorio, nec ego eas mereri dixi, sed gratiā non augeri, & in statu merendi non esse eas, dixi, nondum demonstratum esse, postq; fuerit demonstratum, cedam. De purgatorio nihil homo scire potest.

CONCLV. X.

MERITVM CHRISTI ESSE THESAVRVM ECCLEsiæ, & sanctorum meritis nos iuuari, certum est: Esse autem thesaurum indulgentiarum, nemo nisi fedus adulator, extrauagantes a ueritate, & fictæ quædam ecclesiæ praxes aut usus simulant.

Hic forte propter illã declaratoriam Leoninam addenda sunt quędã ijs, quæ copiose in resolutionibus dixi. Primo, quicquid sit de extrauagãte illa & declaratoria. Certũ est in manu ecclesiæ, aut Papæ prorsus nõ esse articulos fidei statuere, immo nec leges morum seu bonorum operum, quod hęc omnia in sacris literis sint tradita. Ideo reliquum est, ut articulorum declarandorum tantummodo potestatem habeat, deinde ceremonias ordinare ad externam speciem ecclesiæ dei, quas rursum destituat, si pietatis ratio postulet.

Papa non potest articulos fidei condere sed eos declarare.

Deinde in declarandis fidei articulis, oportet ut non eos adhibeat, qui humanis traditionibus, iuribus & opinionibus sunt exercíti, ij nihil boni declarabũt, sed theologos insigniter eruditos, uitaq; probatos, ut & Ioan. Gerson censet.

Non sicut hodie errant quidam pontificij adulatores, q; sine literis, sine ratione bonæ uitę, pronũciant de capite suo, uelut certi, q; spiritus sanctus eos regat. Fatemur ecclesiam non deseri spiritu Christi, sed ecclesia ibi nõ intelligitur Papa & Cardinales, aut etiã concilium. Ideo ponenda est ista stulta fiducia præsentis spiritus, securitasq; pronũciandi, & cum timore consultis sacris literis res gerenda.

Ecclesia non deserit a spiritu Christi.

Merita Christi quid sint.

Secundo dico, Q; merita Christi sunt spiritus & uita, sunt gratia & ueritas, ut Ioan. j. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Quum autẽ in nullius hominis potestate sit, gratiam & ueritatẽ, spiritũ & uitam tribuere. Ideo non poterit Papa uel ecclesia merita Christi dispensare, i. gratiam & ueritatem, & hanc sententiam ita teneo ac tenebo, etiam si angelus de cœlo, nedum Papa aliud dixerit. Quandoquidem & uniuersa ecclesia, omnesq; in unum doctores negent gratiam dei per hominem dari.

Merita Christi nõ possũt applicari.

Q; si dixeris, applicare tamen potest merita Christi, quo uolet. Respõdeo, Merita Christi sunt gratia & ueritas, siue dentur, siue uendantur, siue dispensentur, siue applicentur. Non enim fiunt aliud, q; merita Christi, in quocũq; eorũ usu, ideo sicut nec dare, ita nec applicare ea potest homo, dicas quid uelis.

Rursum dices ministerialiter dat meritas Christi: Hæc concedo, sed non pro indulgentijs, quia indulgentiæ sunt contrariæ meritis Christi. Merita Christi sunt gratia & ueritas, quæ faciunt meliorẽ in spiritu, & sanctiorem eum qui cõsequitur. Indulgentię uero nihil boni conferũt in spiritu, sed remittunt bona spiritus contra merita Christi. Quare ipsi uiderint sua uerba & usum suum: Ego, salua eorum reuerentia dico, q; ut uerba sonãt: Merita Christi nõ esse posse thesaurum indulgentiarum, sed contra thesaurum impositionum, & pœnarum ferendarum, omnino contraria indulgentijs.

Ideo fateor ea conferri ministerialiter in absolutiõe culpę, ibi em̃ res spũs agit ibi merita Christi operant ad uerbũ sacerdotis, si credat peccator, alias nequaq;.

Quare declaratoriam illam non dãno, sed suo sensu eã relinquo. Si autẽ aptata fuerit, ut contra prædicta militet, respuo, & postulo, ut reddatur ratio dictorũ Deinde ostendatur potestas faciendi articulos fidei, aut proferatur probata reuelatio, nudis uerbis prohibet me Paulus credere.

CONCLV. XI.

DICERE INDVLGENTIAS ESSE BONVM CHRIstiano, est insanire. Sunt enim uerissime operis boni uitium: & improbare indulgentias, debet Christianus ob abusum, quia dominus dicit Propter me deleo iniquitates tuas, non propter pecunias.

Prophe-

Propheta, Psal. xliij. appellat insanias falsas hominum doctrinas, quibus colitur deus, contempto eius mandato: quanto magis insaniunt ñ, qui cum indulgentiæ sint remissiones bonorũ operũ, & salubrium pœnarum, audeãt hæc bona profiteri Christiano. cuius bona sunt, esse plenum bonis operibus & pœnis crucis, imagine domini sui Christi.

Deinde semper sunt uitium operis, dum nõ daretur id quod datur, nisi indulgentias scirent reddendas, ita propter malum suum, seu minus bonum, faciunt bonum suum, ubi certum est, quod non quæritur deus, sed ipse homo.

Tenta & uidebis me uerum dicere: Nam in Italia ubi gratis sunt indulgentiæ passim expositæ, nemo eas curat: in Germania contra, nisi des, eas nemo tibi dabit. Ita mirũ est ingeniũ indulgẽtiarũ, q̃ aliter ĩ Italia, aliter in Germania regnãt

Indulgentiæ aliter ĩ Italiã aliter in Germania regnant.

Hanc propositionem Ioan. Eccius Lipsiæ impugnauit, sed ita, ut in sibilũ pene ierint uniuersæ indulgentiæ, neq̃ ipse eã uisus est eas magnifacere, atq̃ utinam iam diu sic fuissent commendatæ, sicut ab Eccio nostro sunt commendatæ minus rapinarum, & spoliorum Romana auaritia tulisset e Germania, tum nõ ita irrisissent Germanorum barbaram ruditatem Romanenses populorum illusores. Cætera in resolutorio.

CONCLV. XII.

PAPAM POSSE REMITTERE OMNEM POENAM pro peccatis debitã huius & futuræ uitæ, & quod indulgentiæ q̃sunt nõ criminosis, somniãt secure indoctissimi sophistæ, & pestiferi adulatores, non tamen uel nutu possunt ostendere.

Et hanc nemo aggressus adhuc, quem uiderim, præter propositionis Eccianæ uentum, ad quem non est secuta pluuia. Verum quia & hæc est contra nouissimam declaratoriam, quæ dicit, Ecclesiam remittere pœnas pro peccatis secundum iustitiam diuinã requisitas. Hic dico. Sæpius dixi, Ecclesiam nihil posse contra iustitiam diuinam præter orationem, nisi æquiuoce iustitiam diuinam accipias.

Ecclesia nihil potest contra iustitiam diuinam præter orationem.

Nam mihi nullum dubium est, pœnas quas ecclesia requirit a peccatore, simul requiri a iustitia diuina, per pactum quem fecit cum ecclesia dicens, Quod cunq̃ ligaueris super terrã, ligata erunt, & in cœlis. Vbi clare dicit largiri apud se, quod in ecclesia ligatũ est, & ita consonat iustitia ecclesiæ & dei super peccatore. Verũ hoc modo non habet usus loquendi, qui per iustitiam diuinam intelligit aliã seorsum extra pactum iustitiam dei, secundum quam ecclesiam nõ imposuit, aut imponit.

De hoc dico, si declaratoria loquatur, non ei credã. Sinam tamen esse opinionem, sicut & sumpta est ex opinionibus. Nam ut dixi, nouos fidei articulos nõ recipio, a quocunq̃ statuantur, nisi assit probata reuelatio. Nec declaratoriam articuli cuiuscunq̃, nisi per diuinas scripturas declarauerit. Quarum nesyllabam quidem habet ista declaratoria iuristica magis q̃ theologica.

An hic mihi obstrepunt, magnam & infallibilem esse autoritatẽ ecclesiæ, quæ spiritu sancto regatur. Denicq̃ iuxta Augu. euangelio non crederem, nisi ecclesiæ crederem. Hic sane nouum pelagus disputationis nauigandum est.

An infallibilis sit ecclesiæ autoritas.

Dico sicut paulo ante dixi, magnam & infallibilem esse ecclesiæ autoritatem, q̃

tem, ꝙ spiritu Christi regatur, pleno corde confiteor. Sed iurisperditis quibusdam, & assentatoribus theologis, debemus hanc intelligentiam, ꝙ ecclesia ibi pro notarijs & pœnitentiarijs, aut magistris pallacij papæ accipitur (Nam ipsi Pontifices, raro has res curant) cum de uniuersali ecclesia tota loquatur, non de Romanæ ecclesiæ qñ parua & nonnunꝯ uilissima parte. Et inde habemus etiã bullas & definitiones ex urbe dignas tali ecclesia.

Ad autoritatem Augu. dico primum.

Euãgelio nõ crederem nisi crederẽ ecclesiæ.

Esse eius uulgatam quorundam sententiam hanc: Euangelio non crederem, nisi ecclesie crederem, id est, plus credo ecclesiæ ꝯ euangelio. Et ꝙ hęc eorum sit sententia, ex eo patet, ꝙ Papæ hinc tribuunt autoritatem interpretandæ scripturæ, soli etiam. Deinde eam opponunt omnibus, quos audiunt uel dubitare uel reluctari pontificum uel literis uel factis.

Papã alioqui ponũt supra deum.

Qua sententia, nec Lucifer ipse, nec omnes hæretici simul sumpti, damnationem, immo nec similem impietatem cogitauerunt. Nam hinc sequitur Papam & notarios pallacij esse supra euangelium, ac per hoc supra deum, cum Lucifer solum æqualis deo esse conatus fuerit. Qua sapientia noua, Papam nobis hominem illum statuunt, de quo dicit Paulus: Qui extollitur supra omne quod colitur, aut quod dicitur deus. Ecclesia enim creatura est euangelij, incomparabiliter minor ipso, sicut ait Iacobus: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis suæ. Et Paulus, Per euangelium ego uos genui. Vnde idem uerbum, uocatur uterus & uulua dei. Esa. xlvj. Qui gestamini in utero meo, & portamini in uulua mea, quia scilicet ex deo nascimur & portamur uerbo uirtutis suæ.

Origo autoritatũ conspicienda.

Si hoc uoluisset beatus Augustin. sicut ei innocentissimo imponunt. Quis non Augustini mallet nunꝯ audiuisse nomen? Igitur ad fontem eundum est. Scribit enim beatus Augustin. contra epistolam fundamenti Manichæorũ, non Vincentij (ut illi dicunt) capi. v. adeo studiosi sunt tum librorum tum uerborum, ut nec ad originem, nec ad sensum curent pedem mouere. Denicꝯ uerba Augustini quæ sic habent: Euangelio non crederẽ, nisi me ecclesię cõmoueret autoritas. Illi Thrasones sic reddunt, Euangelio non crederem, nisi erederem ecclesię. Inde nihil mirum, si tantum sit laboratum in huius dicti intelligentia, & tot sensuum riuulos inde ductos. Iustus enim labor his est, ut multis torqueant interpretationibus, qui librum & autorem non dignãtur lectione, sed de suis capitibus diuinare conantur, undelibet decerptis deprauatisꝯ dictis, intelligentiam.

Primũ familiaris tropus est b Augustin. dicere, se esse cõmotũ huius uel huius autoritate, sic enim li. j. Retra. Postea cum legissem nõnullos diuinorũ eloquiorũ tractatores, quorum me moueret autoritas &c.

Ecclesiã quõ accipit Aug.

Secundo, ecclesiam hoc loco, nec Papam, nec Romam accipit, sed per totum orbem diffusam uniuersalem ecclesiam. ut mox ibidem secutus dicit, Euãgelio enim catholicis prædicantibus credidi.

Est ergo argumentum, scopus, & summa Beati Augustin. eo loco, eiusmodi, uobis Manichæis non credo, quare? quia in Euangelio nihil de uobis lego. Cum autem caholici uos per totum mundum detestentur, euangelium autẽ commendent mihi, & constanter ubiꝯ prædicent. Euangelio autem non crederem, nisi totus orbis tam concorditer docens, hac autoritate sua me moueret ad credendum, simul eadem autoritate moueor ad uobis non credẽdum, quia nihil de uobis lego in euangelio, cui motus autoritate totius orbis credo.

Quid moueri Augu. ad credendum euangelio.

Ex quibus clarum est Augustinũ hoc uelle, posse scilicet probari tãto omniũ consensu, euangelium & ecclesiã, & improbari hæreses contrarias tantę multitudini,

tudini, præsertim ubi ij, cū quibus agitur, libros acceptant, ex qbus id probatur Hunc esse sensum b. Aug. patebit qbuslibet, qui præcedētia & sequētia cōferūt & scopū Aug. obseruant, frustra Gerson, frustra Mayron, frustra & alij, hoc de primitiua eccl'ia, alia de eccl'ia cum Christo deo incluso intelligunt.

Nam & lib. confessionum idem dicit, se non leuiter motum ad Christi fidem, q̄ uideret sacris literis, a deo tantam esse datam autoritatem, q̄ toto orbe haberent in summo autoritatis fastigio. Sic hic dicit se motum, tanto per orbem populo in euangeliū cōsentiente, in quo tamen nihil inuenisset de Manichæis. ideo nō posse se Manichæis credere, quos illi detestarētur, quos euāgelium uidebat ita recipere, ut eorum moueret autoritas ad credendū hoc esse euangeliū. Nec hoc ergo recte dicitur, q̄ approbante eccl'ia euangelium noscatur, cum de approbatione Aug. nihil dicat, præsertim si Ro. ecclesiam inteligas, sed de multitudine totius orbis, quæ res nō leuis est autoritatis, cū sine dei maximo miracnlo fieri, tot resistentibus tyrnanis, tot moriētibus Christanis, nō potuisset, ut euangeliū sic manaret, & cresceret. Si enim hoc non uidisset fieri, euāgelio non crederet. Quid hoc? An non crederes etiam si totius orbis insaniat contra euangelium? Dixi ergo, q̄ magis loquit̄ de conuincēdis hæreticis, & probanda fide catholica, (hoc enim tunc agebat,) quam de sua propria fide, quæ non ullorū autoritate, sed spiritu solo dei oritur in corde, licet per uerbum & exemplum moueatur homo ad eam, Sed quia hæreticis hoc exēplo pro fide fortiter resistit̄. q.d. fides, quam habeo in euangelium, non possem ita tueri contra uos, nisi ecclesiæ ista moueret autoritas. Et est simile, sicut deo nō credidissem, nisi Paulo prædicāti credidissem, quia fides non nisi ex auditu. Quomodo enim credent ei, quē non audierunt? Ita probatio fidei nō nisi ab exemplo totius ecclesiæ per orbem, quō em̄ persuadebit etiam si solus fortissime credat, nisi ꝓferat & alioū exemplum, & hoc quo poterit potentissimum?

Igitur nō crederē, necessario intelliḡit, id est nō possem ꝑsuaderi & ꝑsuadere ad credendū, alioq̄n falsissime diceret, cū solus spūsanctus faciat credere quēcq̄. *Non crederē id est nō possem ꝑsuaderi ad credēdum*

Atq̄ iterum simile esto, Ioan. dicit, Qui non diligit fratrē, quem uidet, deum quō potest diligere, quem non uidet? cum sit impossibile fratrem diligi, nisi in deo prius dilecto. Est ergo sensus, non ꝓbatur diligere deum quem non uidet q̄ non ostendit se diligere fratrem quē uidet.

Vides ergo q̄ longe abierint ab Aug. q̄ hunc tropum nō obseruauerunt, & q̄ inepte ad Ro. pontificem & ecclesiam Ro. ista directa sint.

Dicis iterum. Christus rogauit ꝓ Petro dicens, ut non deficiat fides tua. Si deficere accipitur latino tropo, manifestum est Petri fidem defecisse, q̄n cecidit negato Christo. Quare Petri fides tum nō in Petro, sed in virgine Maria māsit & in latrone dextro orta est. Eadem enim est Petri fides, quæ oīm, sicut Aug. de trinitate dicit, lib. j. Hæc mea fides est, q̄m hæc catholica fides est. Atq̄ hoc modo fides Petri nihil ad Ro. ecclesiam, q̄ sensus est, Fidē Christi (quæ totius ecclesiæ est) quæ tunc in Petro fuit, nunquam defecturam.

Si autem Hebræo tropo deficere accipitur, pro finiri ac penitus cessare, nec ali quando reparari, clarum est, Petri fidem cecidisse quidem, sed non defecisse quia reuersa est a lapsu, Verum ex hac personali fide, nihil pro ullo episcopo infertur, nec aliquid ad successorem pertinet de hac fide, quantum uerborum proprietas facit. *Fides Petri cecidit nō defecit.*

Conclusio

CONCLV. XIII.

ROMANAM ECCLESIAM ESSE OMNIBVS ALIIS superiorem, probatur ex frigidiss. Rho. Pon. decretis, intra. cccc. annos natis, cõtra quæ sunt historiæ approbatę M. c. annorum textus scripturæ diuinæ, & decretum concilij Niceni omnium sacratissimi.

Hanc edita resolutione aliquãto declaraui, plura dicturus futuris aduersarijs Interim, quia scandalosa est propositio in auribus pietatis, id est inuidiæ & superbiæ, pauca iterum ne nuda prodeat, addam, pro quo primum probo, quamlibet ciuitatem habere debere episcopum proprium iure diuino, quod ex Paulo Tit. j. ostendo dicente, huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut quæ desunt corrigas & constituas presbyteros per ciuitates, sicut ego disposui tibi. Hos autem presbyteros esse episcopos, testatur Hierony. & textus sequens ostendit dicẽs, oportet enim episcopum esse reprehensibilem &c. Sed & b. Augu. epistola. xxix. ad Hieron. Episcopum descripturus, rationem addit & dicit: Erat enim ciuitas, q. d. non erat simplex presbyter, sed episcopus de quo loquor, quia erat ciuitas cui pręerat.

Sacerdotes quondam fuerunt omnes episcopi.

Secundo suppono.

Christum habere, aut aliquando habuisse Christianos in omni termino terræ ut in extrema parte Indiæ, & Aethiopiæ, & alijs finibus iuxta Psal. ij. Possessionem tuam terminos terræ, & Ixxj. Dominabitur a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarum.

Tertio suppono.

Fideles Christiani posse esse perfectos, & pauperes relictis omnibus suis rebus, ita ut nihil proprij habeant.

Tunc arguo.

Dentur hij fideles in extremo aliquo termino terræ, perfecti & pauperes, credis ne Christum, qui legem suam uoluit esse suauem, uoluisse ut per tãtum iter, tantis sumptibus fideles sui episcopum e Roma palliatum & confirmatum acciperent? Nam hinc uere plus imposuisset oneris ecclesię suæ, q̃ unq̃ imposuit synagogæ. Quin coegisset eos, paupertati euangelicæ renunciare, & cõtempto præcepto eius, curam habere & sollicitos esse, quomodo diuitias & sumptus coaceruarent, quo pallia & confirmationes impetrare possent. Nam si est ius diuinum episcopos omnes e Roma accipere, Non licet hoc ullo uel loci uel rerum casu infringere, ac per hoc infringere oportet aliud ius diuinum, scilicet ne solliciti sint de crastino, ut Matth. vj. docet. Impossibile est enim a tot finibus terræ, tantũ iter confícere ab ijs, qui iuxta euangelium solliciti non sunt de crastino, non enim habebunt sumptus.

Iure diuino non oportet omnes episcopos e Roma accipere.

Si dices, potest Ro. Pontifex cõmittere uicinis episcopis potestatem suam. Respondeo, tunc nõ erit ius diuinum ex urbe Roma episcopos petere, quia ius diuinum non potest mutari aut transferri in alium, ab eo cuius est, & cur nõ hodie quoq; primatibus non confert hanc potestatem? Quid enim hic obstat, nisi detrimentum lucri & glorię? Sed finge aliquam ecclesiam ab hostibus captã, ut non possit ad Romam mittere pro episcopo. Quid hic faciet? Si est ius diuinũ captiuitas non excusat. Ius enim diuinum est nulli rei alligatum, sed super omnia in ombibusq; seruandum. Si dicis, sufficit uotum mittendi, dico, Cur non & in alijs

Episcopi e curia Romana hodie emunt


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
1311a